Cornacchinii

1605

1607



THOMAE CORNACCHINII ARRETINI

TABVLÆ MEDICAE.

In quibus ea ferè omnia, quæ à principibus Medicis Græcis, Arabibus, & Latinis de CVRATIONIS APPARATV, CAPITIS, ac THORACIS MORBIS, FEBRIBVS, PVLSIBVS, VRINIS scripta sparsim reperiuntur, methodo adeò absoluta collecta sunt, vt & illa, & loci, vnde sunt hausta, sub vnum cadant oculorum obtutum.

Opus ab ipso, dum Practicam Medicinam Publicè PISIS doceret, elaboratum, recens verò in lucem editum à MARCO, & HORATIO FF.

Additæ sunt eiusdem Auctoris in Tabulas pleräsq; Adnotationes.

Insertæ præterea Tabulæ triginta, quas in Patris opere desideratas MARCVS F. Medicinæ in eodem Pisano Gymnasio publicus Professor suppleuit.

CVM QVADRVPLICI INDICE

Vno Partium Principalium Operis.
Altero Auctorum, qui aut laudantur, aut illustrantur.
Tertio singularum Tabularum.
Quarto rerum notabilium, quæ in opere vniuerso continentur.

AD SERENISSIMVM
FERDINANDVM MEDICEM
MAGNVM ETRVRIAE DVCEM.



Patavij, ex Officina Petri Pauli Tozzij. 1605.

HABITA MAIORVM LICENTIA.

SERENISSIMO
FERDINANDO MEDICES
MAGNO ETRVRIAE DVCI.

MARCVS ET HORATIVS
Thomæ Cornacchinij. FF.

BONARVM artium, Serenisſime FERDINANDE, eadem propè, quæ perennium fontium ratio eſt. Neq; enim hi exhauriri vnquam poſſunt, neq; in illis ita quiſquam verſatur, vt, cum multa didicerit, non multa etiam ignoret. Quo fit, vt cum ijs, quos aut æuum diuturnum, aut ingenij acumen, aut induſtria vberiore quàm alios rerum cognitione ditauit, præclarè actum putemus: & plurimùm nos ijs debere profiteamur, qui, quò peruenerunt, ibi non metas figunt Herculis exemplo, ſed vt porrò, ſi fieri poteſt, graſſetur poſteritas, viam illi breuiorem muniunt. Cum enim ardeamus omnes inexpleta ſciendi cupiditate, accidere nobis gratius nihil poteſt, quàm ſi compendiaria ad res iam cognitas aperiatur via, vt æui breuis pars aliqua in adhuc abditis indagandis poni poſsit. Neq; ſanè malè cedit induſtria, cum artium orbis, quam encyclopædiam appellant, partes aliæ quotidie eruantur in lucem, aliæ adhuc rudes expoliantur, atq; illuſtrentur. Sed eorum, qui breuiorem monſtrant viam, non vnum eſt genus. Sunt enim qui artes, quas vix capit ingenium, libellis tam paruis includant, vt ij manu poſsint contineri. Qui quidem nobis eorum videntur perſimiles, qui orbem terrarum exiguis tabellis ita circumſcribunt, vt vrbes, regiones, atq; ipſæ adeo prouinciæ, quamquam amplæ ſub obtutum vix cadant. Sunt etiam, qui meliore conſilio dant operam, vt, cũ artes, quantæ ſunt, videantur, tum facile poſsit intelligi earum partes vt ſint aptæ inter ſe, & quo nexu cohæreant; vno verbo perſpicuitatis atq; ordinis habent rationem, quæ duo non Te fugit Princeps ſapientisſime, eſſe vel præcipua ad celerem profectum adminicula. Hi cum ijs conferri poſſunt, qui ſingulas regiones ita in tabellis pictas, aut

impressas ostendunt, vt coniectura facilè consequamur, quàm magnæ sint, quàm florentes, quas habeant vrbes præcipuas, quæ sint in earum agris opida, quæ castella, qui pagi; omnino autem quasi puncto temporis ea subijciunt oculis, quæ diu peregrinando cognoscere vix liceat. Quo factum est, vt eorum scriptis, qui hanc docendi rationem sunt ingressi, tabularum nomen sit vulgò tributum, quasi proprium & suum. Horum vestigijs insistens parens noster THOMAS CORNACCHINVS, *vt non modo viuens corporibus, sed mortuus etiam prodesset ingeniis, medicinam, quam faciebat, & in qua vt excelluerit nostrum non est prædicare, illustrandam suscepit vniuersam: Spes enim illi erat fore, vt eò maiorem ab artis huius studiosis gratiam iniret, quòd pluribus erat obsæpta difficultatibus, quippe quæ non philosophiæ modo, quæ de natura est, fundamento niteretur, sed vsum præterea vt fastigium requireret. Incitabant senem acerrimis stimulis ad benemerendum de posteritate accepta à* COSMO *immortalis memoriæ patre Tuo, & à* FRANCISCO *Fratre beneficia. meminerat enim, cum bonis artibus operam nauaret, abundè sibi ab illo omnia suppeditata, quæ ad vitam degendam erant necessaria: cumq; docendi accepisset potestatem, impositum sibi conditione honestissima erudiendæ in Pisano Gymnasio iuuentutis munus, quod annos circiter XL. sustinuit: ab huius autem incredibili humanitate tantum sibi, vt alumno, & quasi vernæ, tribui videbat, vt ad eum ægrum curandum inter cæteros præstantissimos & celeberrimos medicos potissimùm adhiberetur, quod ille non modo sibi honorificum putabat, sed ponebat etiam in beneficij loco. Cum ergo* MEDICEÆ *familiæ eruditionem, famam, fortunas deberet, sibi autem ereptam esse omnem cognosceret paria faciendi facultatem, cepit consilium benè de posteritate merendi, ut quidquid illud esset, quod vllo unquam tempore medicinæ studiosi sibi acceptum ferrent, id omne conuerteretur ad hoc æs alienum dissoluendum. Sed conatui tam præclaro mors inuidit, & toto pectore incumbenti in hanc curam manum iniecit; non tamen adeò maturè, ut magna pars operis non esset ante absoluta. Quæ erant reliqua, nos ut paterni nominis hæredes, ita etiam laborum & consiliorum nobis ad umbilicum deducenda putauimus, &* SERENISSIMO *Tuo nomine illustranda; vt qui non solum Patris, & Fratris in nos meritorum hæreditatem adisses, sed ea etiam magna accessione cumulasses, acciperes a nobis munus, non modo paternis, sed etiam nostris aliqua ex parte vigiliis elaboratum. Quamquam ea pars adeò erit exigua, vt malè omnino ingentibus tuis in nos meritis respondeat. Nam propè incredibilem duorum summorum Principum humanitatem in vnum parentem nostrum, tua vnius in nos longo interuallo superauit. Suscepisti enim à prima pueritia utrumque nostrum tuendum, & studijs bonarum artium operam nauanti otium præbuisti, relatum deniq; in doctorum numerum commodis atq; ornamentis auxisti. Nam alter functus imposito à te variis in locis publicè medendi munere, nunc tuo beneficio in Gymnasio Pisano in ipsis propè parentis vestigiis medicinam profitetur. alter autem cum ad Dialecticam, & ad Philosophiam ibidem docendam esset adhibitus, neq; dum stipendiis confectis in Patauinum Gymnasiũ inuitatus, benignè a te missionem impetrauit. Hic tuorum in nos* SERENISSIME FERDINANDE *meritorum cumulus tantus est, quanta tua est fortuna. Princeps es natus, atq; vt nascereris, virtute meruisti: quæ igitur maximè viros Principes decet, beneficentiam exerces. Nos parem gratiam tibi referre si studeamus, perinde sit, ac si solem, cuius fruimur luce, facibus illustremus: misso igitur hoc consilio incumbimus in id vnum, vt nulla nobis elabatur è manibus grati in te animi significandi opportunitas. Quæ*

autem

autem maior poterat optari, quàm ut una cum paternis vigiliis, quæ tibi iamdiu debentur, ac tuis, aliquid etiam è ſtudijs noſtris depromptum offerremus, quod quò eſset minus, eò maiori virtutis tuæ, & noſtræ tenuitatis eſset argumento? Hanc igitur arripui mus auidiſsimè, cum præſertim alia quoq; eſsent, quæ nos vrgerent uehementer, neq; aliud capere conſilium ſinerent. Piſæ primum, quæ altera nobis patria eſt, te duce reſurgens, & ad ueterem maieſtatem aſpirare audens. Quo fit ut ne illi quidem, quam debemus, præſtare charitatem uideamur, niſi te quibus licet officijs proſequamur. His accedit, quòd cum moribus receptum ſit, ut librorum frontes nominibus uirorum illuſtrium, quaſi ueſtes purpura, prætexantur, nemo erat, cui tu Dux hoc præcipuè nomine magnus in omnium uirtutum laude concederes, quiq; poſset maiorem huic operi gratiam conciliare. Siue enim belli, ſiue pacis artes ſpectentur, mirum in modum excellis utriſq;. Ac bella quidem auſpiciis tuis Nobiliſsimi, & Fortiſsimi D. Stephani Equites ita gerunt, ut qui neq; Chriſtum, neq; iura gentium uerentur, eorum nomen, nedum arma perhorreſcant. Recens fama eſt eius expeditionis, qua eſt capta atq; euerſa Nicopolis, quod facinus per ſe clarum, & glorioſum commendatione noſtra non eget. In hos tu hoſtes cum ſumma tua laude impetum belli omnem effundis. Fruitur interea pace tranquilla Etruria, & prudentiæ, iuſtitiæ, ac ſapientiæ tuæ fructus uberes percipit. Quod floret opibus, artibus, ingeniis tibi acceptum fert. Quod Piſano Gymnaſio magis magiſq; in dies illuſtratur, tibi imputat, cuius egregiam in bonarum artium ſtudioſos voluntatem prædicant omnes, plurimi ſentiunt. Nos præcipuè, qui, quod debemus cum familiæ noſtræ, tum patriæ alterius nomine, ita perſoluimus, ut uerſuram faciamus à te ipſo; quodq; hoc opus tuo SERENISSIMO nomine illuſtres, plurimum nos tibi debere fateamur.

Vale Piſis Idibus Octobris. M. DC. V.

SERENISSIMAE MEDICEAE Familiæ Etymon.

Petri Pauli Thomaelli Vtinenſis.

CVM tot prognati MEDICA de ſtirpe ferantur,
Quos penes & Latium, Tuſcaq; Regna forent:
Cum vigeat toto Princeps celeberrimus Orbe
FERNANDVS, Sobolis tempus in omne dator
Atq; nouo plauſus renouet pia Roma LEONI,
Dum repetit Generi debita Sceptra ſuo:
Non mihi de Medicis quiſquam perſuadeat auctor
Nomina ſortitam, ſed παρὰ τοῦ μεδέειν.

PARTIVM PRINCIPALIVM OPERIS INDEX.

Index Auctorum quorum loci vel citantur, vel dilucidantur.

Tabularum

TABVLARVM OMNIVM QVAE IN SINGVLA QVAQVE OPERIS PARTE CONTINENTVR, INDEX.

Tabulæ de Curationis Apparatu.

Tabulæ de Morbis Capitis.

Tabulæ de Morbis Thoracis.

Tabulæ de Febribus.

Tertianæ.

Tabulæ de Pulsibus.

Tabulæ de Vrinis.

1604. Dic

1604. Die 4. Mensis Octobris Patauij.

Ego Ioseph Tinatius Sacr. Patau. Colleg. Theolog. iussu Perillustris ac admodum Reuerendi D. Camilli Peltrarij Vic. Generalis Episcopi Patau. præsens opus. De curationis apparatu, Thoracis morbi, Febres, Vrinæ, Pulsus, inscriptum in tabulas diuisum, ea qua potui diligentia maiori, ac studio legi, in quo nihil inueni, quod meo quidem iudicio Christianæ Fidei, Catholicisue dogmatibus, seu bonis moribus, vel Christianis Principibus aduersetur: attamē submissè me saniori iudicio, præsertimq; S. Mat. Ecclesiæ submitto.

In his Medicis Tabulis de Capitis Morbis, & de Febribus confectis partim ab Excellentissimo D. Thoma Cornacchino, partim ab Excellentissimo D. Marco eius Filio, lectis à me ex præcepto Perillustris D. Camilli Peltrarij Vic Gener. Illustrissimi & Reuerendissimi D. D. Marci Cornelij Episcopi Patauini nihil continetur, quod cum Catholica Religione, bonis moribus, Principum Christianorum existimatione pugnet.

Andreas Victorellus S. Theol. D.

Visa attestatione supradicta concedimus Licentiam imprimendi prædictum opus accedente consensu M. R. P. Inquisitoris die 5. Octobris. 1604.

Camillus Peltrarius Vic. G.

Quæcunq; à me de Mandato admodum Reuerendi P. Inquisitoris, his Tabulis Medicis perlectis, comperta sunt, sanam redolent doctrinam, dogmata Catholica minimè carpentem, neq; Principum iura torquentem, sed vtilitatem comunem pollicentem.

Ego Syluester Landinus But. Pis. SS. Theolog. D.

Visis suprascriptis attestationibus.

Fr. Zaccarias Rauennas Inquisitor Paduæ Concedit imprimendi facultatem.

AD LECTOREM.

MEDICAM artem, humanissime Lector, longam esse, ac difficilem apud omnes in confesso est. caussæ huius rei multæ sunt, ac variæ. Non modo enim eget medicina adminiculis certarum artium, sine quibus stare non potest, verum etiã est propè incredibilis numerus morborum, cum ad ea CCC. eoq; amplius genera, quæ memorat Plinius, multa accesserint, & noua sæpe ingruant, quorum caussæ in naturæ sinu latentes laboriosè eruuntur, & proferuntur in lucem. Accedit librorum, quibus tradita est, innumera pænè multitudo, qua non pauci ab eius studio deterrentur; & qui deterreri non possunt, obruuntur. His incommodis vt obuiam irent cùm veteres tùm recentiores medici omni ope nisi sunt. Hippocrates, Galenus, Auicenna, & alij non pauci, quos numerare omnes nihil est necesse, id præcipuè operam dederunt, vt breuibus sententijs, aperta oratione, & ordine ad rerum naturam accommodato plurimum de medicinæ difficultate detraherent. Eos tanquam duces, & antesignanos pleriq; medici sequuti, & ad artem magis enucleandam interpretati sunt. At recentiores alteram non minus vtilem ingressi rationem medicinam vniuersam digesserunt in tabulas, in quibus, quæ ad singulas eius partes spectarent, vno obtutu omnia cernerentur: vt Mattheolus, Vueccherus, Syluius, Bertrusius, & alij nonnulli, quibus hic labor in posteritatis gratiam susceptus gloriam peperit nunquam interituram. Hanc docendi viam, quam esse vberem simul, & compendiariam videbat parens noster, anno CIↃIↃLII. est ingressus, cum ad hanc artem, quam profitebatur, illustrandam animum appulisset. Et quoniam sciebat fore multos, & eos quidem apprimè eruditos, qui damnarent totum hoc genus eo præcipue nomine, quòd studiosorum ardorem restingueret, expletaq; ad hos riuulos siti impetum eorum retardaret ad fontes, vnde hi erant deducti; hoc quoq; vt medicum decuit, malum sanauit, notatis passim, vt erat opportunum, auctoribus & locis, vnde illa erãt hausta. Curauit preterea, vt quæ ab alijs, aut nimis copiosè, aut obscurè, aut confusè erant tradita, doceret ipse breuiter, dilucidè, ac distinctè; ita vt nihil posset præteriri, nihil desiderari. præcipuè autem memoriæ consuluit, quæ solet esse tenacior, cum res aptæ interse, & quasi articulis cohærentes eius custodię commendantur. Quoniam igitur genera formis priora sunt, & singulis vniuersa, quæ erant medicis, antequam curationem aggrederentur, necessaria in primis nouem tabulis proposuit. Hinc ad principum corporis partium morbos progressus, quia natura comparatum videbat, vt plerunquè capiti prima daretur lucis huius vsura, præmissa eius anatome, & animi facultatum consideratione singulas vniuscuiusquè affectiones tribus tabulis est complexus, in prima definitionem afferens eius affectus, & differentias, in secunda signa, in tertia curationem. Omnino autem capitis morbos in tabulas XXXI. digessit. A mentis arce gradum sibi fecit ad thoracem; eademquè vsus methodo tractationem de illo vniuersam XXXV. tabulis absoluit. Febres quoquè eodem pennicillo in Tabulis LXXXVII. delineauit: quarum signa, quia à pulsibus & ab vrinis præcipuè ducuntur, hæc quoquè non adumbrauit modò, sed expressit etiam coloribus suis in tabulis XV. postremis. Hæc omnia priuatim, atq; intra domesticos parietes elaborata statuerat, vt medicinæ studiosis non voce modo, sed scriptis etiam consuleret, edere quàm primum in lucem: sed multis, ac magnis negotijs distento nunquam vacauit. morte igitur præuentus, cum nos vt bonorum, ita etiam operis tam laboriosi hæredes instituisset, premere illud quidem & in priuatum vsum conuertere potuimus, sed maluimus tamen non paternis modò, sed nostris etiam vigilijs de medicinæ studiosis benemereri. Quod eò etiam fecimus libentius, & maiore spe gratiæ ab eis ineundæ, quòd non modo probari hoc opus, sed, exigi etiam à clarissimis, & præstantissimis Medicis intelligebamus, qui omnes aut alumni fuerant disciplinę parentis nostri, aut saltem auditores: præcipuè autem à Hieronymo Turinio, quem Magnus Dux ad se curandum adhibere erat solitus, Iosepho Capannolo Pisis olim practicæ ordinariæ professori. Camillo Fenalio Magni Ducis, Vido Vidio MARIAE MEDICES Reginæ Galliæ, medicis. Roderico a Fonseca Theoricæ ordinariæ, Ioanni Ruschio Anathomiæ, Petro Lupio Practicæ ordinariæ Pisis, & Iosepho Venturino Anathomiæ Romę præclarissimis

mis

mis profeſſoribus, Antonio Farſetto Io: Andreæ Principis Doriæ olim medico, nunc autem in Patria cum ſumma laude medicinam facienti; Bernardetto Bernardettio Liburni, Marcello Signoretto Regij, Laurentio Natalio Panhormi, Lelio Fonte, & Iacobo Lauello Venetijs Medicam Artem magna cum nominis celebritate, ac felicitate ſimiliter exercentibus, & alijs per multis, quorum iudicio, pro eo ac debemus, tribuimus plurimum. Nequè nos a propoſito deterruit, quòd alios ſciremus, hanc docendi rationem vſurpaſſe; cum alij multa à patre eſsent mutuati (quod ne ipſi quidem diſsimulant) alij cum eo ne conferri quidem poſsent. Quæ verò ad affectus infimi ventris attinent, partiumquè huic annexarum, ea Deo dante propediem edemus, ſtudioſe lector, ſi intellexerimus noſtrum te in hoc genere ſtudium boni conſuluiſse.

Petri

Petri Pauli Thomaelli Vtinensis.

SI quis ab Elysio statuat te, maxime THOMA,
Olim Pæoniæ qui decus artis eras,
Atque tuos videas noctisque dieque Labores,
Natorum officio, lucis honore frui:
Quid tibi tunc animi fuerit? quò tenderet æqua
Mens? quibus aut studiis afficerere bonus?
Dulce quidem fama volitare per ora Virorum:
Dulcius at Natos sic genuisse pios.

Ad Excellentissimum Virum Philosophiæ Medicinæq; Doct. Celeberrimum.

THOMAM CORNACCHINIVM.

Eustachij Patelari Cretensis.

IAni forma biceps præsagæ symbolon artis
Dicitur. hæc Thoma conuenit vna tibi.
Nam si prædicis vitam, si vulnera mortis
Inuida, cuncta, velut mens tua fatur, erunt.
Clara igitur meritò portas insignia Iani,
Cum quæ sunt noris, quæq; futura simul:
Cumque tuis eadem dispergas dogmata libris,
Non minus ad cœli tecta merere vehi.

Ἐις τὰς τοῦ σοφωτάτου θωμᾶ τοῦ κορνακχίνου τοῦ ἐν φιλοσοφίᾳ τε, καὶ ἰατρικῇ λίαν, εὐδοκιμοῦντος σελίδας.

Εὐσταθίου Πατελάρου τοῦ Κρητός.

Ἱππόλυτον πρώην ἀσκληπιὸς ἐς βίον ἕλξας
παρ Διὸς ὦρτο πόλον, φασὶν ἀοιδοπόλοι.
καὶ σύγε λευγαλέουσιν ἐχέφρονα φάρμακα πάσσας
ἄγκελος ἐν ἰατροῖς θωμᾶ ἔφυθα σέλας.
καὶ γὰρ ἄκος πόρεες, δεινοὺς πρὸ͗υγνως γε ὀλέθρους,
καὶ πανάκειαν, δοὺς πᾶσιν ἀκεσορίην.
νῦν δ᾽ ἃ γαληνόσθ᾽ ἱπποκράτης τε χαράξατο βίβλοις,
σαῖς θωμᾶ δείκνυς, πλειονά τ᾽ ἐν σελίσι.
τοὔνεκεν ἀθάνατον τεὸν οὔνομα θῆκεν ὁ δαίμων,
σεῦτε πρόμους σοφίης ἄμμιν ὅπασσε γόνους.

TABVLÆ

Quæ in hoc Thomæ Cornacchinij opere desiderabantur, Quasue MARCVS Thomæ filius suppleuit.

DE MORBIS CAPITIS.

Vigesima nona. Memoriæ lesæ curatio.

DE FEBRIBVS.

Quadragesima nona.	Pituitosarum Febrium diuisio.
Quinquagesima tertia.	Hepialæ definitio, differentiæ.
Quinquagesima quarta.	Hepialæ signa.
Quinquagesima quinta.	Hepialæ curatio.
Quinquagesima sexta.	Melancholicarum febrium diuisio.
Sexagesima.	Erraticæ febris definitio, differentię.
Sexagesima prima.	Erraticæ febris signa.
Sexagesima secunda.	Erraticæ febris curatio.
Sexagesima septima.	Variolarum, & morbillorum, definitio, differentię.
Sexagesima octaua.	Variolarum, & morbillorum signa.
Sexagesima nona.	Variolarum, & morbillorum curatio.
Septuagesima.	Febrium putridarum compositarum diuisio.
Septuagesima prima.	Hemitritæi definitio, differentiæ.
Septuagesima secunda.	Hemitritæi signa.
Septuagesima tertia.	Hemitritæi curatio.
Septuagesima quarta.	Febris putridæ nothę definitio, differentiæ.
Septuagesima quinta.	Febris putridæ nothæ signa.
Septuagesima sexta.	Febris putridæ nothæ curatio.
Septuagesima septima.	Febrium cum symptomatis definitio, differentiæ.
Septuagesima octaua.	Febrium cum symptomatis signa.
Septuagesima nona.	Febrium cum symptomatis curatio.
Octuagesima.	Febris cum inflammatione, vel apostemate definitio, differentiæ.
Octuagesima prima.	Febris cum inflammatione, vel apostemate signa.
Octuagesima secunda.	Febris cum inflammatinne, vel apostemate curatio.
Octuagesima tertia.	Compositarum febrium diuisio.
Octuagesima quarta.	Compositarum febrium generalissimarum definitio, differentiæ.
Octuagesima quinta.	Compositarum febrium generalissimarum signa.
Octuagesima sexta.	Compositarum febrium generalissimarum curatio.
Octuagesima septima.	Hectice, & putride, vel ephemeræ cum vlcere, vel inflammatione definitio, differentiæ, signa, curatio.

TABVLA PRIMA.

Quæ, & qualia in Curatione Requirantur.

In curatione obeunda requiritur:

- [l] Medicus, q. tu [m] naturę, tu artis minister, foci⁹, & æmul⁹ dicit. Quare est causa efficiens simul cũ natura. Cõsiderat autẽ ipse [o] Medicus.
  - Ante curationem idest ãteq̃ aggrediatur ad curandũ q̃d Galen. [o] vocat Discerear tẽ. Medicus aũt antequã aggrediatur ad curandũ debet esse p̃ditus.
    - Scientia
      - [a] Diuina — Cognitio Dei [a] animo medici sit infixa, & implexa; medicusq; ipse erga Deum valde reuerenter se habeat, quoniam debet esse Philosophus, & deo similis.
      - [b] Mathematica — Maxime sit versatus ex Platonis [b] sententia in Geometria, & Arithmetica. Insuper valde necessaria est medico Astrologia vt sciat anni tempora, [c] cœli constitutiones, & eiusmodi, quę varia sunt ob uariorum [d] syderum ortus, occasus, [f] motiones.
      - [d] Physica — Ab hac [d] desumit principia ipsa medicina; quia physica docet [e] elementa, temperamenta, compositiones. Præterea agit [f] de ventis, de aquis, & demum de omni medica materia; & ob id medico est valdè necessaria.
    - Virtute
      - Prudentia — Polleat medicus [a] iudicio, præsentia [g] consideret, de præteritis ratiocinetur, sicq; futura præteritis per pręsentia copulet. Videat, explicetq; rationes, nõ habeat incognita pro cognitis. Cautè omnia faciat, & prædicat [h] non attingat eum, qui seruari non potest, nõ deprimat ea, quæ sunt grauia, nec velut histrio, attollat humilia. In casu difficili vocet alios [i] medicos, quibuscum non contendat.
      - Iustitia — Neminem lædat; [k] venenum non adhibeat, non enecet fœtum nisi cum est necessitas ob prægnantem acuto morbo laborantem. Magis fide quàm duritia ægris medeatur. Sit beneficus, [l] & liberalis, ita, vt vel sine mercede peregrinum, & egenum curet. A diuitibus verò mercedem exigat, & cum ijs (vbi est opus) de mercede conueniat. Melius tamen est vt seruatis exprobet.
      - Fortitudine — Non deijciat animum in aduersis [n] rebus, neque efferat in secundis, sit magnanimus, non temerarius periculosissima despiciens, nec timidus minima, [h] vt histrio, extollens. Sit [q] humanus, & non iracundus. Interdum clemens, interdum seuerus, aliquando hilaris, nonnumquam subiratus, vitet audaciam, [n] arrogantiam, immanitatem. Sic etiam contraria, vt ignauiam, timiditatem, stoliditatem.
      - Tẽperãtia — Sit [r] mõdestus, comis, non austerus, sobrius. Abstineat [s] à venereis, & furtis in domibus ægrotantium, adeo, vt oculos, & manus habeat abstinẽtes. Sileat, occulteq; morbos, & vitia, quæ ægrotantibus, & propinquis dedecus, vel damnum possent parere.
    - Arte
      - Logica in
        - [t] Definiendo — Maximè necessaria est medico cognitio definitionis tum [t] notionalis, tũ essentialis.
        - [u] Diuidendo — Medici nescientes diuidere [u] comparantur malis coquis dilaniantibus. At bene diuidentes, qui videlicet à generalissimis ad specialissima descendunt, vt Mnesitheus, laudantur.
        - [x] Demonstrando — Opus est, [x vt medicus in demonstratiua methodo sit exercitatus.
        - [y] Resoluendo — Methodo [y] resolutiua quælibet ars optimè tractatur, exponiturq;.
      - [c] Medica tradita.
        - [a] Empiricè — Empiricorũ secta, quia sola [a] experientia nititur, & causas, ac naturas rerũ contemnit, mãca est, & imminuta.
        - [b] Methodicè — Methodici, quia solum vtuntur [b] communitatibus, & negligunt indicationes à causa, à parte affecta, & eiusmodi suppeditatas meritò sunt explosi.
        - [d] Dogmaticè, vel rationabiliter. — Cum secta medicorum rationalium, [d] qui verè Methodici, [D] Logici, & Dogmatici vocantur, vtatur methodo progrediente per indicationes, & experientiam non contemnat, iure optimo omnibus est anteponenda, & ob id hanc sequutus est Hippocrates, Galenus, & alij, quos nos debemus imitari.
  - In ipsa curatione, ideſt; cũ facit, vel exercet medicinam. — Quid à medico in curatione obeunda sit agendum, dicetur in secunda Tabella, quæ œconomia medici vocabitur.

Hęc oĩa quibus medic⁹ debet esse p̃dit⁹ ãtequã aggrediatur ad curãdũ, cõparant sex reb. propositis ab Hipp. in lib. q. inscribitur Lex sunt aũt sex illæ Res.

1. Natura, quæ est veluti fęcundus ager.
2. Doctrina q̃ est bonũ semen.
3. Institutio à pueritia, [p] quæ est oportuna satio.
4. Loc⁹ studijs aptus, qui est aer nutriens.
5. Industria q̃ est bona [p] cultura.
6. Tempus quo oĩa roborãtur [p] & perfecte nutriũtur.

Galenus in lib. de medicæ artis cõstitutione cap. septimo dicit esse septem res, quibus omnes facultates comparantur videlicet.

1. Ingenium acre.
2. Educatio à puero.
3. Doctrina bonorum pręceptorũ.
4. Labor magnus.
5. Amor veritatis.
6. Logica facultas.
7. Exercitatio assidua, vt sciatur method⁹, & facile in vsũ veniat.

Omisit ex propositis ab Hipp. locum studijs aptum, & tempus, nisi intelligat tempus in assidua exercitatione. Addit vltra proposita ab Hippo. amorẽ veritatis, & Logicã facultatẽ. quę duo fortè ex Hipp. cõtinentur in doctrina. nam doctor debet proponere veritatem, & docere Logicam. Quare longè melior videtur esse enumeratio illarum rerum posita ab Hippocrate, quàm ea, quã proposuit Galenus.

- [e] Aegrotus, qui est patiẽs. — Hic [e] debet vnà cum medico morbo reluctari. Obtemperet igitur pręcipienti medico, cui, vt subditus [f] regi, & duci miles debet esse subiectus: nihil ex intemperantia peccet; numquam propriæ cupiditati indulgeat: bene speret: plurima [g] nesciat, præsentia, & futura: faciat libenter quæ imperantur: sit fortis, ac temperans: eaq; potius assumat, quæ ad sanitatem faciunt, quàm quæ sunt grata, & suauia: sit simplex, [h] non callidus, vt multi, qui semper nituntur decipere medicos.
- [r] Assidentes, vel Ministri, qui medicum adiuuant. — Optimi [r] Assidentes ij sunt, [k] qui medicinæ operam dederunt, & in eadem progressum fecerunt, quò vtilia addant, & securè omnia offerant, & quæ acta sunt, omnia principi medico ad vnguem referant, & quæ à medico præcipiuntur, exequantur, atq; instent, vt æger præceptis medici non amarulenter obediat: Sint Assidentes [l] ægro grati; sint mundi, elegantes, & cuncta oportunè adhibentes, caueantq; mirum in modum, ne suis erroribus, vt intempestiuis nuncijs, strepitu, sordibus, & eiusmodi, iram, odium, aut aliam vehementem perturbationem ægrotanti afferant.
- [m] Exteriora, quæ ẽt incidentia exterius [n] vocãtur à Galen. & sũt materia remediorũ, vel noxæ. Talia autẽ exteriora alterãt corpus humanũ, & illi occurrũt. [o]
  - [o] Per se, & necessariò, & sunt sex res nõnales, ita vocatæ; q. neq; insunt corpori sm̃ nãm, cũ ipsi⁹ non sint partes: nec eidẽ insunt pter nãm vt mor bi. Hæc autem sex res sunt.
    1. Cibus potio.
    2. Sõnus vigilia.
    3. Mot⁹ quies.
    4. Excremẽta [o]
    5. Aiĩ passiones.
    6. Aer [o]

    Hæ res pprièad victus rõnẽ ptinẽt, & in victus [p] rõne oẽs, & nõ solũ cib⁹, & potio cõtinẽtur. Sed q. materia, & instrumẽta ad morbũ depellendũ nõ modo spectãt ad victus rationẽ, sed ẽt ad medicamẽta, & chirurgiã. Ideo cõmodior ẽ alia diuisio, qua sæpe vtitur [r] Galen⁹ & est hæc. Exteriora corp⁹ alterãtia [x] sũt [r] Res.
    - Faciendæ, quæ sunt
      - Motus quies
      - Somnus vigilia
      - Animi passiones
      - In his continentur [r] exercitatio, frictio, ambulatio, vectio, equitatio, ita etiam & venus.
    - Assumendæ, vel admouendæ, quæ sunt.
      - Alimenta — vt cibi potiones.
      - Medicamenta — vt antidoti, syrupi.
      - Aer, qui [r] inspiratur.
    - Excernẽdę, vel educẽdæ, quę sũt excremẽta coctionis.
      - Primæ, [s] quæ fit in ventriculo. — Hinc sunt excrementa alui, idest fæces, vel stercora.
      - Secundæ, [s] quę fit in hepate, & hinc est ipsius sãguinis.
        - Serum q̃d est vrina — Dicit Gal. [s] vrinã acervari in venis, & arterijs.
        - Flos, qui est flaua bilis.
        - Fæx, quæ est humor melancholicus.
      - Tertiæ, [s] quæ fit in partibus simplicibus quæ propriè coctio dicitur. & hinc sunt excrementa.
        - Humida, [s] & est sudor.
        - Sicca, & sunt pili.
        - Media, & est sordes.
        - Semicoctæ reliquiæ, & est id, quod subsidet [y] in vrina.
    - Incidẽtes extrinsecus quæ res sunt.
      - Aer, [r] qui est varius ob
        - Anni tempus — Vt est ver, æstas, Autumnus, hiems.
        - Pręsentem cæli statum, — Calidum. Frigidum. Humidum. Siccum.
        - Regionem — Calidam. Frigidam.
      - Aqua — Dulcis. Mineralis.
      - Olea [r] vnguenta. — Hæc licet nõ occurrant corpori necessario simpliciter; occurrunt tamen interdum per se, & necessario ad morbos curandos.
      - Instrumenta secantia, vrentia, & eiusmodi.

    Hę res scilicet faciendæ, assumendæ, excernendę, & incidentes extrinsecus à Gale. [T] interdum vocantur causę procatarcticæ, & à Latinis dicuntur causæ externæ, siue euidẽtes: à Iunioribus verò causæ pͬimitiuæ [V] nominantur.
  - [o] Non p se, & necessariò, & sunt ea, q̃ à [u] Gal. propriè vocãt exteriora q. sũt extra artem.
    - Huiusmodi sunt pluuia, [u] canum latratus, latronũ insultus, domus ruina, incendium, ictus, casus, accessus serpentis, vel alterius rei molestæ.
    - Habitationes, vt cubicula turbarum plena, vel sine turbis, mali nuncij, & similia, quæ iram, tristitiã, vigiliam, vel alium affectum ægrotanti afferunt.
    - Hæc à Galeno dicuntur exteriora, quia fiunt per accidens, & vitari possunt.
    - Pręterea dicit Galenus [a] interdum ea omnia esse extrinsecus, quę faciunt ne æger persanetur, vt est medicus male curans, ęger nõ obediens, praui assidentes, & cætera, quæ propriè ab eodem exteriora [b] dicuntur, vt pluuia, canum latratus, & alia dicta.

Hippocrates

AVCTORITATES.

a Hippocrates de decenti ornatu. 24. 25.
b De medicæ artis constitutione. 7.
c Primo primi epidem. particula prima.
d Quòd bonus Medicus sit philosoph. 2.
e Arist. in lib. de generatione, & corrupt.
f Aristot. in Meteoris.
g Hippocrates de arte 7.
h Celsus libro quinto cap. 28.
i Hippocrates in præceptionibus. 28.
κ Hippocrates in Iureiurando.
De Medico. 20.
l Secundo primi epidem. 51.
m Secundo primi epid. 45. in præcept. 28.
n De decenti ornatu. 24. 25.
De Medico. 21.
o Secundo vi. epidem. 43.
p Hippocrates de lege.
q Quarto vi. epidem. 9.
r De decenti ornatu. 25.
ſ In Iureiurando.
De Medico. 21.
t De arte medicin. primo.
t iiij. de differ. pulſ. 2. ſecundo methodi 6.
u Primo ad Glauc. primo.
x vij. meth. 5. primo meth. 4.
y De arte medicinali primo.

a De ſectis ſecundo.
b De ſectis ſexto.
c De optima ſecta. 7.
d De ſectis tertio.
D Tertio meth.
e Primo aph. 1. 2. pri. epid. 51. 4. vi. epid. 9.
f Primo meth. primo.
g De decenti ornatu. 26.
h Primo de præſag. ex pulſ. primo 105. C. D
i Primo aphoriſmorum primo.
x De decenti ornatu. 26.
l Quarto vi. epidem. 8.
m Primo aphoriſmorum primo.
n Secundo vi. epidem. 43.
o De arte medicin. 85.
p Tertio tertij epidem. 9.
q De partibus artis medicæ. 6. 7.
r Primo de ſanitate tuenda. 15.
ſ Primo de ſanitate tuenda. 12.
t De ſuccorum bonit. & vitio v.
T Primo meth. 8.
V Auicenna, & Gentiles lib. primo F. 2. doctrina ſecunda cap. 1.
u Primo aphor. 1. & 2. vi. epidem. 43.
x De medicæ artis conſtitutione. 14.
y Primo de ſanitate tuenda. 12.

a Tertio de diebus decretor. 8.
b Primo aphoriſmorum primo.

Cum in hac prima Tabella expoſitum ſit qualis eſſe debeat Medicus; antequam ad curandum aggrediatur, ſequitur, vt in ſecunda quæ œconomia dicitur, quomodo ſe gerere debeat Medicus in curãdo, ideſt, in agris viſendis, explicetur.

TABVLA SECVNDA.

Oeconomia, idest, recta Medici administratio in ægris visendis.

Medicus in ægris visendis debet vti œconomia [n] .i. recta ad ministratione. Qđ faciet si habebit rationẽ rerum, quæ sẽsibus [v] sub ijciuntur. Tales aũt Res sunt.

- **Videndæ à**
  - **Medico**
    - Debet Medicus rogatus ægrum [a] persæpe inuisere, vt melius omnia percipiat, & instituat. Sed, quia quidam ægroti [b] à sæpe visentibus molestiis afficiuntur, hi sunt rarius visendi. è conuerso crebrius illi visantur, quibus id gratum est.
    - Caueat medicus, ne sit [b] intempestiuus, vel importunus inuisens ægrum, cum dormit, vel cum ob aliam causam videri non vult.
    - Ingressus domum ægroti prius inspiciat excrementa, vt vrinas, deiectiones, sputa, vomitus, sanguinem, pus, & similia. Deinde ad ægrum accedens ipsius faciem, quam Hippocrates [d] primò dicit esse inspiciendam, contemplans perpendat, quantum à naturali facie diffideat. diligenter etiam inspiciat [e] oculos, quoniam plurima significant. Aduertendus quoq; est ægri [f] decubitus, cuius variæ differentiæ varia prænunciant. Inspicienda quoq; sunt ea, quæ in superficie corporis apparent, vt vlcera, [h] tumores, exanthemata, sic & sudor.
    - Notandę sunt variæ motiones [g] manuum, pedum, capitis, dentium, & partium respirationi seruientium.
    - Præterea perpendenda est cubiculi natura: Quæ omnia vt Medicus melius intueri possit, neq; in tenebris, neq; à capite [i] ægri, sed in loco illustri aduersus ægrum resideat.
  - **Ægro de**
    - **Medico, in quo æger debet videre ea, quæ spectant ad ipsius Medici**
      - **Figurã, vel cultum**
        - **Corporis**
          - Sit Medicus bono corporis habitu, [k] & colore præditus. Præseferat cogitationẽ, ac meditationẽ.
          - Habeat cutẽ [l] mundã, sic barbã, & alios pilos. careat alopecia, porrigine, scabie, omnibus sordib.
        - **Vestium**
          - Vestes nec nimiã [k] humilitatẽ, nec superbiã præseferant, mundæ [m] sint, nitidæ, ac decoræ.
      - **Motum**
        - Motus Medici in [h] introitu sit moderatus, non strepens, non festinus nimium, nec etiam pompæ similis, nullaq; adsit immodesta, vel temeraria totius corporis, vel partium motio.
      - **Quietem**
        - Resideat [i] (veluti dictum est) Medicus aduersus ægrum in loco illustri, & decenti non longe ab ipso ægro.
    - **Alijs**
      - Videat ęger omnia munda, [l] & nitida; sic etiam homines, quos caros habeat, qui verò illi sunt odio, non intromittantur, vel aliqua simulata causa citò dimittantur.
- **Audiẽdæ à**
  - **Medico.**
    - Audiat Medicus ab ægro, & ministris ea, quæ spectant ad res [n] faciendas, assumendas, excernendas, & incidentes extrinsecus, in quibus inquirendis ta, & presertim insignia interroget, vt dolorem, inquietudinem, anxietatem, sitim, famem, [o] inappetentiam, vel cibi fastidium, crebram desidendi cupiditatem, respirandi difficultatem, quam (cum est insignis, vt in asthmate, & orthopnaea) etiam ipsis auribus percipiet. Præterea symptomata admirabilem [n] præseferet, si proprias attinget, vt nimium laborem, [o] mœrorem, vigiliam, vacuationem, & similia.
    - Ex ægri sermone poterit Medicus conijcere, an æger mente constet, necne; nam, si [p] modestus ferociter, & prudens fatuè respondeat, mens est lęsa.
    - Ex ipsa quoq; [q] voce rauca, vel clangosa, vel balba, vel blesa aliquid percipiet.
  - **Ægro de Medico**
    - Audiat æger Medicum interrogatum ea, quæ supra dicta sunt. Postea, si est [r] audax, repræhendatur, obiurgeturq; à Medico dicente morbum esse magni momenti, & facilè mortem allaturum, nisi æger sit dicto audiens. Si verò æger sit prudens, & moderatus, audiat vera, non tamen quæ ad illius mortem [s] pertineant, non opus est cum prudente fingere, vel simulare.
    - At, si sit [r] timidus, illum Medicus consoletur dicens morbum esse leuem, & nullius periculi, atq; ad salutem tendere, nisi committatur error: & ne medicus ob id in infamiam [t] incurrat, rem, vt se habet, propinquis exponat asserens aliter se dixisse ipsi ægro animandi causa. Sit Medicus comis, & facetus inserens interdum fabellas, vt illam de pugna Medici, morbi, & ægri; sic primum aphorismum primi libri. Vitet adulationem, ne sui contemptum pariat, sic rusticitatem Callianactis, & aliorum, ne odio habeatur.
    - Audiat æger ex Medico, & alijs, quæ delectent sensum, vt musicam; sic, quæ oblectent animum, vt bonos nuncios.
  - **Assidentibus.**
    - His dicendum est, vt mandata diligenter exequantur, non sint [t] austeri, non rustici, non turpes, non segnes. Vt caueant, ne æger lædatur ab intempestiuè accidentibus, [t] à malis nuncijs, ab ipsorum delictis, & eiusmodi.
  - **Alijs, & precipuè propinquis ęgrotantis.**
    - His dicenda est veritas [v] asserendumq; se aliter ægro dixisse ad ipsum confirmandum. Corãm his non sunt extollendi [x] parui morbi, quoniam hoc est histrionis, contrà non sunt paruipendendi magni, quia hoc est temerarium.
    - Quando casus est difficilis, & periculum [y] imminet, rogandi sunt, vt accersant socios Medicos; vt ex communi consideratione omnia melius instituantur. & cum talibus non est contendendum, ne Medici derideantur, dum ad iurgia veniunt.
- **Olfaciẽdę à**
  - **Medico.**
    - Debet Medicus animaduertere [a] odorem excrementorum, ita etiam odorem anhelitus ipsius ægrotantis; nam sæpe magnam putredinem, & interdum pestilentiam [b] conijcit.
  - **Ægro, Assidentibus, Alijs**
    - Videat Medicus, ne habeat fætidum [c] oris odorem siue à natura, siue ab esu alliorum, cęparum, aut à vini potione.
    - Sic non habeat fœtorem [c] axillarum, pedum, & aliarum partium corporis; & demum benè oleat; qua de causa potest secum res odoratas ferre vt moschum, succinum, & eiusmodi, quibus infici possunt chirotecæ.
    - Eadem ratione hoc idem vitandum est alijs omnibus, qui cum ægro snnt versaturi, ac moraturi. Res etiam fætidæ sunt ab ægro amouendæ, & odoratæ adhibendæ.
- **Gustãdæ à**
  - **Medico**
    - Non debet Medicus gustare [d] ipsius ægri excrementa, sed bene alimenta, & medicamenta, vt videat, vtrum sint, vel non sint ad ægri salutem idonea.
  - **Ægroto**
    - Ex gustu ipsius ægri poterit Medicus cognoscere naturam destillationis, ita etiam humoris redundantis.
    - Gustet æger esculenra, & poculenta, quæ illi conferunt. Sed sint, quoad fieri potest, munda, & suauia; adeo, vt quæ sunt suauiora, [e] licet sint paulo deteriora, melioribus, & minus suauibus anteponantur.
    - Tempestiuè tamen, & in tempore cuncta adhibeantur, & interdum in [d] ægroti gratiam paulò ante concedantur, quàm conueniat, vt æger sit beneuolus, & magis obediens.
    - Cum sunt adhibenda medicamenta, & reliqua omnia, diligenter videndum est, vt prosint, [f] aut saltem non noceant.
- **Tangẽdæ à**
  - **Medico**
    - Non protinus (vt [g] venit) sed cum resederit hilari vultu, quieueritque Medicus tangat [h] arteriam in vtroque carpo apposita superne manu, plerunq; non præmendo, nec palpando, sed applicando, medio quodam modo vsq; ad ictus circiter duodecim. Aliquando tamen cum vult facultatis [i] robur explorare, acrius præmat, at in debili pulsu palpando [k] arteriam tangat; diligenterq; perpendat omnes pulsus differentias, nec non caloris qualitatem: præseferatq; valde intentum [l] ad pulsum perpendendum.
    - Tangat deinde frontem, [m] collum, [M] hypochondria, & thoracem omnia diligenter perpendens.
  - **Ægroto**
    - Sentiat æger manum ipsius Medici [n] mollem, & lenem, non duram, & asperam, vt sunt manus fossorum, & remigum; ita etiam sentiat eandem temperatam in frigiditate, & caliditate, vel potiùs mediocriter calidam.
    - Sentiat manus opera, & omnia demum ad chirurgiam, & medicamenta pertinentia, vt conueniunt, idest iuuantia, vel saltem non lędentia, [o] & quoad fieri potest, mitissima.

AVCTORITATES.

a Hippocrates de decenti ornatu. pag. 26.
b 4. vj. epidemiorum. 9.
c { 1. de crif. 7. 11. 12.
2. Prognofticorum 26. *
de totius morb. tempor. 3. *
d 1. prognofticorum 5.
e 1. prognofticorum 9. 10. 11. 12.
f 1. prognofticorum 14. 15. 16. 17.
g 1. prognofticorum 11. 23.
h 1. prognofticorum 26. vſq; in finem.
i Corn. Celſus lib. 3. cap. 6.
k de medico pag. 20. *
l 4. vj. epidemiorum 8.
m de decenti ornatu. *
b 4. vj. epidemiorum 9.
n { 2. vj. epidemiorum. 43.
4. vj. epidemiorum 8. *
de medico 20.
o 1. prognofticorum 2. 8. 9.
p 2. prorrheticorum 9. in coac. prænot.
q { 2. prorrheticorum 10. 12.
2. vj. epidemiorum. 43.
r { 4. vj. epidemiorum 9.
2. vj. epidemiorum 43. *
s Placentinus in prohemio.
t 2. vj. epidemiorum. 43.
u 2. vj. epidemiorum 43.
x Celſus libro v. cap. 26. *
v 4. vj. epidemiorum 8.
y Hippocrates in præception. pag. 28.
a 2. prognofticorum 22. 32. 41.
b 3. de præſag. ex. pulſ. 4.
c. 4. vj. epidemiorum 9. *
de decenti ornatu.
d 4. vj. epidemiorum 8.
e 2. aphoriſmorum 38. *
f 2. primi epidemiorum 50.
g Celſ. lib. 3. cap. 6.
h de pulſibus ad Tyrones primo. *
i 3. de dignoſcendis pulſ. 3.
k 3. de dign. 3. *
l Placentinus in Prohemio.
m 1. prog. 8. M. 1. prognofticorum a 27. inde.
n 2. vj. epidem. 43.
o 2. primi epidemiorum 50.

ADNOTATIONES.

Hippocrates (vt animaduertit [a] Galenus) duorum tantum ſenſuum meminit ſcilicet viſus, & tactus. Sed tu (vt inquit [a] Galenus) olfactum adijce, guſtatum, et auditum. Quarè ſecunda hæc tabella ratione ſenſus & ſenſibilis ſumpta eſt ex octauo [a] commento quarti in ſextum de morbis vulgaribus.

Sed ratione [b] œconomiæ, ideſt, rectæ adminiſtrationis circa [b] ægrum deſumpta eſt ex quadrageſimotertio [b] commento ſecundi in vi. de morbis [b] vulgaribus docetq́, ad vnguem breuiter hæc tabella quo pacto Medicus gerere ſe debeat in ægris viſendis. nam perpenſis diligenter ijs, quæ in ea ſcribuntur, & cognita morbi ſpecie poterit Medicus ante, quàm diſcedat ab ægro, cuncta commodè inſtituere, quæ ad victus rationem, medicamenta, & chirurgiam pertinent.

Quare, cum omnia ferè præcepta certo quodam ordine complectatur, quæ à plerisq; practicam (vt vocant) profitentibus abſq; ordine traduntur, vtiliſſima videtur.

Nec etiam inutilis eſt prima tabella, quæ maxima ex parte deſumpta eſt ex Hippocrate in Libellis de Iureiurando, Lege, Arte, Medico, Decenti ornatu, et præceptionibus, primo aphorismorum primo.

Quoniam Medicus Rationalis debet vti methodo: rationi conſentaneum videtur, vt quid, & quotuplex ſit methodus explicetur; quod præſtabitur in ſequenti tabella tertia.

a iiij. vi. Epidemiorum viij.
b Secundo vi. Epidemiorum. 43.

TABVLA TERTIA.

Methodi Definitio, & ſignificationes.

Methodus quæ ab Antiquis dicebatur [x] via recta dicitur de

- **Sciẽtia, & qualibet facultate methodo tradita.** Methodus in hac ſignificatione accepta ſic definitur ex Alexandro [a] Methodus eſt omnis contemplatiuus habitus eorum, quæ ſibi ſubiecta ſunt cum ratione, hoc eſt, cum cauſa; eſt autem idem, ac ſi dicas, qui cum via quadam rectè ordinata fit progreſſus ad id, quod poteſt cognoſci. Quare Methodus non dicitur cognitio principij, ſed rerum, quæ ſunt ex principijs, & in hac ſignificatiõe accepit Methodũ [b] Ariſtoteles primo phyſic. in prohemio cum dixit. Quoniam cognoſcere, & ſcire contingit circa omnes methodos, quarum ſunt principia, ex horum cognitione &c. Sic & primo Metheor. inquiẽs. Reliquum autem [c] huius Methodi, &c. Vbi Alexander methodum expoſuit ſcientiam. Verum non modo de ſcientia, ſed etiam de Arte, & qualibet facultate, quæ methodo, ideſt, via, & ratione traditur, Methodus dicitur, & ideo à Galeno [d] quatuordecim libri de Arte Medendi inſcribuntur hoc pacto. Methodus [d] Terapeutica, vt patet in principio librorum Methodi. Ariſtoteles etiam vocauit Dialecticam methodum ita dicens primo Topicorum. [e] Dialectica eſt methodus, quæ ad omnium methodorum principia viam habet. Quare omnino falſum eſt id, quod aſſeruit Altimarius [f] Artem non poſſe dici methodum niſi impropriè, & per abuſionem, vt ipſe inquit: Alioqui Ariſtoteles, Galenus, & optimi quiq; Authores impropriè, & per abuſionem perſæpè locuti eſſent: Nec obſtat locus Galeni, [g] in quo dicitur, rei notitiam traditam ab ijs, qui vtuntur methodo, non eſſe methodum; quia non ob id aſſerit Galenus Methodum non dici de Arte, & Scientia, ſed quod dicit, eſt, non quamlibet rem traditam methodo eſſe ipſam methodum. Quicquid igitur dicat Altimarius, & alij Methodus dicitur de Scientia, & Arte, vt luce clarius patet ex locis citatis, & primo de Partibus Animalium [h] in principio. Petrus etiam Toletanus [i] cum aſſeruit Methodum dici de libro ſcientiam complectente, idem intellexit, cum alioqui ſit abſurdum dicere Librum eſſe Methodum.

- **Logica vel iſtrumẽto à Logica ſuppeditato.**
  - In hac ſignificatione accepta Methodus ita definitur à Ioanne [n] Grammatico Methodus eſt habitus viam pręſtans cum ratione ad ſcientias aſſequendas.
  - Hanc definitionem à Philopono, Alexandro, & Simplicio de Methodo traditã Altimarius his rationibus oppugnat, [o]
  - Prima. Per Methodum non diſponitur habens Methodum; nec methodus eſt actio habentis, & habiti: quare non erit habitus, quia ſic definitur [q] habitus ab Ariſt.
  - Secũda. Si eſſet habitus eſſet vnus ex quinq; poſitis ab Ariſt. ſexto ethicorum, cap. 3. ſed nullus eſt illorum, quia non Intellectus, non Scientia, non Sapientia, non Prudentia, non Ars, & quia videbat poſſe dici Artem, probat ſic nõ eſſe Artem; quia non eſt habitus cum ratione factiuus. Præterea ſi eſſet ars, cum ars conſtituatur per methodum, vt dicit Galenus 9. Methodi 17. igitur ars conſtituetur per Artem & dabitur proceſſus in infinitum quod eſt abſurdum.
  - Tertia ratio Altimarij eſt. Methodus ex Galeno 4. meth. 4. eſt via quędam vniuerſalis, quæ omnium particulariũ eſt communis, quare non eſt habitus. Atq; ita demum tenet mordicus ipſe Altimarius, methodum eſſe viam vniuerſalem, quę omnium particularium ſit communis.
  - Nos cum Grecis omnibus dicimus methodum eſſe habitũ & ſi accipiatur pro Logica, vel pro inſtrumento Logico, definietur cum Ioanne Grammatico eſſe habitum pręſtãtem viam cum ratione ad ſcientias aſſequendas. Si verò accipiatur pro Scientia definietur cum Alexandro ſic. Methodus eſt habitus contemplatiuus eorum, quę ſibi ſubiecta ſunt cum ratione.
  - Ad rationes autem Altimarij ſic reſpondemus: Primum cũ dicit per methodum non diſponitur habens methodum, hoc eſt omnino falſum. Ad ſecundam quòd methodus nullus ſit ex quinq; habitibus negatur, quia in prima ſignificatione eſt ſcientia, & Ars, in ſecunda verò eſt Ars. Et cum inſtat, non eſt habitus factiuus vera cum ratione, dicimus hoc eſſe falſum, quia eſt habitus factiuus rationum, puta ſyllogiſmi, inductionis, & ſimilium. Cum ſecundo inſtat ergo Ars conſtituetur per Artem, reſpondemus non eſſe inconueniens Artem realem conſtitui per Artem Rationalem, vt Medicinam conſtitui per Logicã reſoluendo, aut definiendo, aut componendo. Ad Galeni autem auctoritatem dicimus, illum vocare methodum viã quamdam vniuerſalem, non quòd putaret hanc eſſe verã methodi definitionem, ſed ad quamdam explicationem, quæ ſuo propoſito ſatisfaciebat: veluti alibi dixit, methodum vocari à Iunioribus, quæ ab antiquis dicebatur via recta, vbi vim vocabuli expreſſit, non tamen negat Galenus methodum eſſe habitum, & ſignificare ſcientiam, & inſtrumenta Logica.
  - Ex quibus luce clarius patet falſam eſſe Altimarij opinionẽ, vt etiam oſtendunt hæ duæ rationes apertiſſimè. Prima. In definitione accipiendum eſt genus propinquum, & non remotum, & æquiuocum, vt docet Ariſt. 2. Poſter. Anal. cap. 14., quare via, cum ſit quoddam remotum, & æquiuocum, ac metaphoricum, non eſt accipienda pro genere in definitione Methodi. Secunda ratio eſt; ſi via acciperetur pro definitionis genere contingeret nugatio, quia ſi (vt dicit Ariſt. primo Topic.) Dialectica eſt methodus habens viam ad principia omnium methodorum, & per Altimarium methodus eſt via, ſequitur, quòd Dialectica erit via habens viam ad principia omnium viarum, quo nihil eſt abſurdius.
  - Quamobrem Methodus propriè dicta, erit talis habitus, ideſt Logica, vel inſtrumentum à Logica ſuppeditatum, quod quidem inſtrumentum eſt,
    - **[l] Definitio [y]** — [l] Eſt oratio q̃d quid erat eſſe ſignificans: ideſt, eſt oratio declarans eſſentiã rei, quæ cõſtat ex genere & differẽtijs. [m] Optima eſt hæc methodus in tradenda Arte, quia cõplectitur breuiſſimè totius Artis capita; prę terea facit ad memoriã. Hac vſus frequentiſſimè eſt Gal. in lib. de Arte Medicinali.
    - **[y] Demonſtratio à priori ſeu p cauſã quæ etiã cõpoſitio dicitur** — [p] Eſt ſyllogiſmus ſciẽtialis, qui eſt ex primis immediatis, notioribus, prioribus, & cauſis. Per talẽ methodũ eſt progreſſus à principijs ad ea, quæ ex prĩcipijs oriũtur. Hac vſus eſt Euclides [r] in tradenda Geometria, & alijs Mathematicis. Ita Auic. [u] in ſuo Canone vniuerſali, & in Canticis in tradenda Medicina: hac vtũtur Medici cũ progrediuntur per indicationes quia (vt in ſequenti tabella explicabitur, Indicatio eſt demonſtratio Medici rationalis.
    - **Reſolutio ſeu demonſtratio à poſteriori & per effectum** — Progreditur à toto ad partes, à cauſato ad cauſas, à compoſito ad componentia, à concluſione ad prẹmiſſas, a fine ad ea; quæ ſunt ante finem, a ſingularibus ad ſpeciem, a ſpeciebus ad genus vſq; ad generaliſſimũ, & demum, a notioribus nobis ad notiora natura. Aptiſſima eſt ad docẽdum, cũ ſatis accõmodata ſit noſtro cognoſcendi modo. Hac vtitur [a] Philoſophus Naturalis.
    - **Diuiſio.** — Progreditur [b] à genere generaliſſimo ad ſpecies ſpecialiſſimas: ſummopere laudatur à Platone, [c] ſed vituperatur ab Ariſt. [d] quia nihil ex neceſſitate concludit ex ſe ipſa, ſed inſeruit definitioni, & demonſtrationi, quare appellatur, quaſi famula earum.
  - **Methodꝰ accepta p Logica vel ipſius iſtrumẽto eſt.**
    - **[M] Vniuerſalis.** Tractatur, ac docetur in libris Logicis, vt in Prędicamentis, in libris Perihermenias, Priorum, & Poſteriorum Analiticorum, & ſimilibus, à Iunioribus dicitur Logica docens, & hanc dicit [M] Auerrhoes propriè docuiſſe Ariſt.
    - **[M] Particularis, & propria vniuſcuiuſque Artis, & Scientiæ, quæ à Iunioribus dicitur Logica Vtẽs, & parum (vt inquit Auerrhoes) à ſuperiore differt: vnde Ariſtoteles de hac non egit ſeorsũ: hæc autem methodus, quę traditur in proprijs artibus eſt.**
      - **Vniuerſalis.** Deſeruit toti arti, vt in Medicina. Quæ ſunt ſecundum naturam debent conſeruari per ſimilia. Quæ verò præter naturam debent tolli per contraria. Et hęc methodus à Galeno dicitur via [s] vniuerſalis, quę omnium particularium eſt communis; quem locum non intelligẽs Altimarius, & neſciens methodi diſtinctiones, exiſtimauit methodum non eſſe habitum, ſed viam ſolũ vniuerſalem.
      - **Particularis.** Deſeruit vni vel quibuſdam Artis partibus, vt quòd Repellẽtia ſint vſurpanda in principijs inflãmationis: hoc enim deſeruit tantum ei parti medicinæ, quæ agit de curatione inflammationum, immo non confert omnibus inflammationibus, quia non conuenit parotidibus.

Simplicius

AVCTORITATES.

a Simplicius primo Phisic. in principio.
b Aristoteles primo Phisicorum primo.
c Primo Metheororum in principio.
d Galenus in 14. libris medendi.
e Aristoteles pri. Topicorum pri. 2. 3.
f Altimarius in prima parte de medendis febribus cap. 2. 3.
g Quarto method. 4.
h Arist. primo de Part. Animal. cap. pri.
i Petrus Tolet. de meth. cap. 5.
l Secundo Posterior. 10.
M Auerrhoes in Prohemio magnæ commentat. primi Posteriorum.
m Porphir. in cap. de differentia.
n Io. Grammatic. primo phisicor. pri.
o Altimarius in prima parte de medendis febribus cap. 2.
p Primo Posteriorum 5.
q Quinto Methaphisicæ 19.
r Sexto Ethicorum 3.
s Quarto Methodi 4.
t Euclid. in libris de Elementis.
u Auicena in Canon. & in Cantic.
x Tertio Sexti Epidemiorum 20.
y Philopon. & Eustrat. 2. post. in princ.

a Aristoteles primo Phisic.
b Porphir. in cap. de specie.
c 9 de Decretis Hippocratis & Platonis quinto, & primo de Difficult. resp. 3.
d Primo Priorum Analiticorum 32. & secundo Posteriorum 5.

ADNOTATIONES.

Animaduertendum est Auctorem in hac tabella inter differentias methodi non connumerasse ordinem, qui est alterum Logicæ instrumentum, id quod efficiunt Iuniores [a] accipientes methodum vniuersaliter, quatenus scilicet se extendit ad ordinem, & methodos propriè sumptas, seu instrumenta notificantia: hoc autem ab ipso consultò factum est, quòd consilium ipsius fuerit methodos tantum notificantes, cuiusmodi non est ordo, qui in recta tantum dispositione rerum pertractandarum consistit, complecti: Quòd si quis dicat, hac eadem ratione illum debuisse omittere alteram methodi significationem, quæ à Scientia, & Arte sumitur; respondemus hoc ab ipso factum esse, vt perspicua, & aperta foret æquiuocatio nominis Methodi.

Petrus Toletanus [b] præter instrumenta prædicta addit etiam Regulas vniuersales, et particulares; sed iudicio meo multiplicat entia sine necessitate, nam regula, & instrumentum, quæ ipse ponit, vt diuersa, sunt penitus vnum, & idem vt patet per exempla ab ipso adducta.

Cum in hac Tabella accepta sit Methodus in vniuersum, et visum sit quid, et quotuplex illa sit, sequitur modo, vt de Indicatione, quæ quidem est demonstratio Medici rationalis, pertractemus; id, quod in sequēti tabella optimè præstatur.

a Petrus Tolet. in suo libro de Method. part. 2. cap. 2.
a Hieronymus Capiuacc. In suo lib. de diff. doctr. cap. 5.
a Iacobus Zabarella Primo libro de natu. Log. cap. 2. & 3.
b Petrus Tolet. in suo Libello de meth. cap. 5.

TAB. IV.

TABVLA QVARTA

Indicationis, Definitio, Differentiæ.

Indicatio, per quam apud Medicos rationales [t] fit omnis medēdi methodus est insinuatio agendorum: vel Indicatio est Emphasis (idest) expressio, aut significatio eius, quod sequitur; Vel, Indicatio est [y] comprehensio iuuantis simul cum cōprehensione nocētis adueniēs sine ratiocinio aut obseruatione. Vel Indicatio est quando rebus percipiendis simul & quod confert percipitur absq; ostensione, & obseruatione Vel clarius potest hoc pacto definiri. Indicatio est demonstratio Medici rationalis, cuius indicationis principia sunt scopi indicantes, conclusio verò est scopus indicatus, qui est ipsum opus à medico præstandum. Hæc aūt indicatio in curatione monstrat opus aliquod esse.

- Faciendum, & tunc Indicatio monstrat,
  - Primo & per se.
    - Indicatio [a] proprie nominatur, quę proprijssimè sumitur [b] à morbo. quare dicit Galenus primas Indicationes à morbo desumendas esse. quoniam morbus est, qui propriè curatur. Sumitur etiam ab alijs, quæ sunt præter naturam, [c] vt à causa [d] morbi, & à symptomate. [e]
    - Hæc autem indicatio, vel est vniuersalis, [f] generalis, & communissima, vel est particularis, & propria. Generalis, quæ [g] omnibus vulgaribus est notissima, indicat ablationem per contraria, vt morbus communiter acceptus, ita etiam alia, quæ sunt præter naturam indicant se esse auferenda: & quia ablatio non potest fieri nisi per contraria, talia meritò dicuntur indicare sui ablationem per contraria, & eiusmodi Indicationem generalem, & vniuersalem fortè intellexit [h] Galenus cum dixit, Indicationem esse absq; ratiocinio, & ostensione, quia statim expositis terminis innotescit.
    - Altera est indicatio [i] particularis, & propria vnicuiq; [k] morbo, quæ indicat talem ablationem per talia contraria, quæ soli medico diligenter in arte versato, est perspecta. [l]
    - Debet Medicus, methodo progrediéns ab illa cōmunissima [i] indicatione ad specialissimam venire, ac descendere.
    - In rebus autem, quæ sunt secundum naturam communissima indicatio [m] est conseruatio per similia.
    - Particularis verò est talis conseruatio per talia similia.
  - Secundariò & veluti per accidens.
    - [o] Coindicatio dicitur à Galen. siue sumatur ab illis, quæ indicāt opus esse faciendum sed non primo: siue ab ijs, quæ ideo dicuntur coindicare, quia opus coindicatum possūt tollerare. Quamobrem talis coindicatio dicitur.
      - [o] Propriè
        - Est, cum secundum, vel tertium indicans [n] idem cum primo Indicante indicat, siue id faciat interuentu primi Indicantis; siue per se; per se quidem, vt cum à febre tamquam à primo indicante indicatur esse refrigerandum, si idem indicetur à causa, vt à bile, sic à symptomate, vt à siti; talia videlicet causa, & symptoma dicuntur proprie, & per se coindicare, vel commonstrare, vel (vt quidam dicunt) coinsinuare. Sed interuentu primi, vt cum à [p] plurimo calore tamquam à primo indicante indicatur plurimum alimenti; si idem indicetur ab ætate, vt [q] à pueritia; sic ab anni tempore, vt ab hieme, [r] talia scilicet ætas, & anni tēpus dicuntur coindicare; quia indicant idem cum primo indicante, atq; id faciunt interuentu primi indicantis.
      - Non propriè
        - Est, cum secundum, vel tertium indicans ideo dicitur coindicare, quia tolerat, vel non prohibet id, quod à primo indicante est indicatum; vt, si plenitudo indicet sanguinis missionem, vires [s] validę, & ætas florens dicuntur coindicare, quia tolerant, vel non prohibent id, quod à primo indicante indicatur. Huiusmodi autem coindicantia à Galeno interdum vocantur [u] contraindicantia, [t] vt primo de ratione victus 45.; & de curandi ratione per sanguinis missionem xiij. id, quòd etiam animaduertit [x] Altimarius.
- Non faciendū.
  - Contraindicatio [a] propriè dicitur, siue contraindicans id faciat primario, siue secundario, vel per se, vel interuentu primi contraindicantis. quia omnia ista Galenus dicit contraindicare.
  - Sed Argenterius [d] ea, quæ nō primo contraindicant, sed secundario, & per aliud vocat correpugnantia, correfragantia, correluctantia, quem reprehendit Altimarius.
  - Sed (vt monet [f] Galenus) non est contendendum de nominibus, verum significationes nominum sunt explicandæ.
  - Contraindicans igitur dicitur apud Galenum, quod
    - Impedit [b] id, quod [c] à primo indicante est indicatum.
      - Vt si à plenitudine indicetur [A] vacuatio, & vires sint debiles, [d] vires dicuntur contraindicare. Et hoc modo solùm putauit Argenterius dici contraindicans.
      - [e] Altimarius autem putauit oppositum, asserens nullo modo impediens dici contraindicans, & ob id reprehendit Argenterium.
      - Dicimus vtrosque errasse, Argenteriū quidem, quia putauit contraindicans dici solum de impediente, & prohibente; Altimarium autem, quia censuit contraindicans nullo pacto dici de impediente, cum plerumque apud Galenum [c] ita dicatur, & ita etiam ab alijs.
    - [c] Indicat contrarium ei quod fuit indicatū à primo indicante.
      - Vt si à plenitudine indicetur vacuatio, vires debiles dicuntur contraindicare. quia indicant contrarium monstrantes esse implendum per nutritionem, & dum indicant nutritionem, impediunt etiam vacuationem.
      - Quare parum, aut nihil differt hæc significatio à prima. Et hæc est secunda significatio contraindicantis secundum Altimarium.
      - In hac, & in priore significatione contraindicans indicat non esse faciendum id, quod à primo indicante indicatur.
    - [g] Indicat idem cum primo indicante, sed contrario modo, quia videlicet non prohibet, vel quia tolerat.
      - Vt si à plenitudine indicetur vacuatio, vires validæ dicuntur contraindicare. quia non prohibent id, quod à primo indicante est indicatum, sed indicant illud posse fieri absq; læsione.
      - Atque hæc est prima significatio contraindicantis apud Altimarium. [e]
      - Sed apud Galenum rarò vsurpatur contraindicans in hac significatione: immo dicit Galenus hoc [h] non prohibere, quod contraindicare quidam iuniorum medicorum appellant.
      - Atq; hac significatione acceptum contraindicans non reponetur inter ea, quæ indicant non faciendum, sed potius inter illa, quæ indicant faciendum.

AVCTORITATES.

a Nono meth. vij.
b Tertio meth. primo.
b Quarto meth. primo tertio. xi. meth. secundo.
c xi. meth. xiij.
d De art. medic. 89.
d Decimo meth. primo.
e Vndecimo meth. 11.
e xij. meth. pri. 2.
e Primo ad Glauc. 14.
f Tertio meth. primo tertio. Primo ad Glauc. primo. de arte medicin. 89.
g Sexto meth. primo.
h De optima sect. xi.
i Tertio meth. pri. 3.
k Nono meth. 17.
l Sec. meth. 7. pri. ad Glauc. pri.
m Nono meth. 14. 11. meth. 3. 8. meth. 9.
n Nono Meth. 14. 15. 11. meth. secundo 11.
o Nono meth. 7.
o xiij. meth. 16.
p Primo Aporism. 15.
q Primo Aphorismorum 14.
r Primo Aphorismorum 18. 9. Meth. 16.
s De curandi ratione per sang. mis. 13.
t Secundo meth. 7.
u Primo acut. 45.
x Altimar prima particula de febribus cap. 24.
y De optima secta. xi.
A Nono meth. xiii.
a Nono meth. 7.
b De opt. secta. 22.
c xi. meth. 3.
c xiij. meth. 16.
d Argenterius 2. de off. medici 19. 24. 25. 26.
e Altimar. in prima parte de febribus 24.
f 11. meth. 2. 12.
g Primo acut. 45.
h De curandi ratione per sanguinis misfionem. cap. 13.

ADNOTATIONES.

Gal. definiens Indicationē in lib. de Optima secta cap. xi dicit eā esse sine ratiocinio, & ostensione, quod videtur esse falsum tū ex ui vocabuli, tū ex rei ipsius natura. Ex vi quidē vocabuli; quia Indicatio dicitur gracè ἔνδειξις, quasi ἀπόδειξις, idest demonstratio, quæ est cum ostensione, immo est ipsa ostensio. Ex rei etiā natura patet Indicationem esse cum ratiocinio, & ostensione. nam indicatione ab indicante monstratur opus faciendū vt à morbo calido refrigerandum esse. ☙ Forte dicendum est, Indicationem semper esse demonstrationem in potentia; quia viso indicante statim intelligitur opus faciendum, vt visa caliditate refrigerandum esse. Sed non semper esse demonstrationem in actu. quia non semper reducitur ad formam syllogisticam. Et cum Galenus dixit esse sine ostensione, intellexit non esse syllogismum in actu. Vel dicendum est, quòd intellexit Indicationem[a] generalem, & communissimam, quæ statim cognitis terminis innotescit. quare nō habet opᵘ ratiocinatione. Cùm in definitio ne Indicationis dicitur, est[b] cōprehensio iuuantis simul cū comprehensione nocentis: per nocēs non est intelligēdum alimentum, vel medicamentum nocens (vt quidam malè opinantur) sed per nocens est intelligendus morbus, & per iuuans ipsum opus, quod morbum tollit.

Quemadmodū Empirici habebant pro instrumento[b] experientiam, ita rationalis Indicationem. quia vt sensus duxit[c] Empiricos ad experientiā, ita ratio dogmaticos ad Indicationē: & præter experiētiā, & rationē[d] nullū est tertiū organū iuētionis. Quare malè ab[e] Argenterio additur Analogismus, & obseruatio. quia obseruatio, & experientia ex[f] Galeno est vnum, & idem. & Analogismus in Gal. doctrina non est instrumētū tertiū seiunctū ab experientia, et indicatione; sed est communis ratio, qua vtebantur, et Empirici, et rationales in transitu[g] ad simile, licet id ab Empiricis propriè vocaretur transitus ad simile, et Analogismus[h] à Rationalibus, qui ob id vocati sūt[i] analogistici. et (vt patet pri. prognostic. 6. de subfiguratione Empirica 7. 4. acutor 44. & de multitudine cap. 2.) Analogismus est disquisitior quadā ratio ab euidēti auspicās, et rei dubiæ faciens fidem, qua vtuntur dogmatici, & Rationales; quemadmodum Epilogismus, qui est communis ratio, et omnium assensu conspecta pertinet ad Empiricos.

Quamobrē quādo crassa Minerua, & ex cōmuni, et confessa ratione res tractatur, epilogisticè dicitur tractari. Quando verò disquisitiori ratione desumpta à rei natura explicatur, tunc dicitur analogisticè tractari secundum Galeni[K] sententiam, quam non intellexit Argenterius.

Quoniam ad indicationem necessarij sunt scopi; post indicationem de Scopis est agendum.

a 3. meth. primo primo ad glauc. primo.
b De optat. festa. xi.
c De sub fig. empirica 2.
d Quinto meth. x. iij. meth. 2. Secundo meth. vij.
d primo meth. iij.
e Arg. de offi. medici. 28. 29
f De opt. secta 11.
g De opt. secta x.
h De opt. secta. 18.
i De sectis primo.
K Primo Prognostic. vi. De subfigt. Empirica vij. Quarto acut. 44. De multitudine. cap. 2.

TABVLA QVINTA.

Scopi Generatim.

- **Scopi; ideſt, Propoſita, vel Intentiones ad curationẽ pertinentes ſunt veluti ſagittariorũ ſigna à quibus per Metaphoram dicũtur, nam ab his, & ad hos, & per hos omnis actio Medici rationalis in curando dirigitur. Tales autem ſcopi ſunt.**
  - **Indicãtes de q̃bus accurati⁹ agitur in tabula vi.**
    - Sunt principia, vel propoſitiones, vel medius terminus in ipſis ĩdicationib. Quare à Gal. in lib. de opt. ſect. 40. primo aph. 9. 11.12.17. & 9.meth. 15. vocantur ſcopi, ſiue intentiones. quia videlicet ab his actio Medici dirigitur. Tales autem ſcopi indicant.
      - **Primo, & per ſe, qui propriè vocantur Indicantes.**
        - Sunt res [a] præter naturam, ſcilicet morbus, cauſa, & ſymptoma, à quibus primas Indicationes in curando ſum oportere omnes fatentur.
        - Ab his indicatur ablatio, vel remotio. Et cum hæc fiat per [b] contraria (contrariorum enim contraria ſunt remedia) infertur contrarietas tamquam communis ſcopus tum ratione Indicantis, tum ratione Indicati.
        - Hanc Galeni ſententiam [c] quidam euertere nituntur dicentes contrarietatem non indicare, quia non curatur, quia non inuenit iuuantia, & quia idem eſſet indicans, & indicatum. Quibus ita reſpondetur.
        - Falſum eſt contrarietatem non indicare, cum per contrarietatem non deſignetur ipſa nuda contrarietas, ſed morbus, qui propriè curatur. [d] & quamuis contrarietas non curaretur, quia tamen valdè confert ad curandũ, poteſt vocari ſcopus communiſſimus.
        - Præterea falſum eſt contrarietatem non monſtrare iuuantia; nam prout deſignat morbum, ſtatim indicat opus faciendum.
        - Poſtremò non eſt inconueniens, vt contrarietas dicatur Indicans ratione morbi, & Indicatum rōnę remedij.
      - **Nõ primo & per ſe, ſed veluti per accidens.**
        - Sũt alię res, quæ licet non curentur, quia tamen conferunt ad curandum, dicuntur indicare. Atque ita vocãtur Scopi curatiui Indicantes. Sunt autem eiuſmodi ſcopi Indicantes Res.
          - **Naturales.**
            - Eſt temperamentum, ſub quo comprehenditur natura, & virtus: nam [e] ab Hipp. & Gal. [f] pro vno, & eodem accipitur temperamentum, natura, [g] & virtus.
            - Cum igitur natura, & virtus, licet non ſint de [h] numero curatiuorum ſcoporum, maximè tamen conferunt ad curandum nunc tollerando, nunc limitando, nunc prohibendo, remedia à morbo indicata, iure optimo inter [i] ſcopos principales reponitur, nã per eam [k] ſtat vita, cuius cuſtodia communis eſt tum curantis, tùm conſeruantis Medici. Quare interdum dicitur coindicare, vel contrario [l] modo indicare: interdum contraindicare, [m] vel prohibere, aut limitare illa, quæ à morbo, vel à cauſa indicantur, quia tanquam aduerſatrix, [n] & inimica eſt morbo oppoſita.
            - Hanc Galeni opinionem [o] quidam ſic oppugnant. Vires, temperamentum, & ſimilia non indicant; quia non curantur. Ad hæc indicant conſeruationem, ergo non curationem, quia vnum ab vno indicatur.
            - Ad primam rationem dicendum eſt, quòd non modo indicant, quæ curantur: ſed etiã ea, quę [p] conferunt quomodolibet ad curandum; ad quod maxime confert victus.
            - Ad ſecundam ſic eſt reſpondendum. Virtutem, ac temperamentum vnum [q] ſemper indicare nempe conſeruationem; ſed facere etiam ad curationem, quatenus propter ſui cuſtodiã vel admittit, vel prohibet, vel limitat ea, quę à morbo indicãtur.
          - **Non naturales.**
            - Inter ſex res nonnaturales Aer [r] tantum eſt indicans, quia ſemper alterat, eſt cauſa, ſine qua non poteſt morbus curari, nec ſanitas conſeruari.
            - Nec obſtant rationes quorumdam [s] probantium aerem non indicare, quia non curatur, qm̃ cauſa externa non indicat, & quia idem eſſet Indicans, & Indicatum. Dicimus enim aerem conferre [p] ad curandum, quod non facit cauſa externa, [t] quia abijt, ſed aer permanet.
            - Neq; eſt inconueniens, vt Aer indicet, & indicetur; nam indicat vt cauſa [r] ſine qua non; vel indicat, vt cauſa neceſſaria fouens, vel augens morbum, quę cauſa eſt in corpore, vt ſunt humores. Sed indicatur, vt remedium, & auxilium.
  - **Indicati**
    - **Primo, & per ſe.**
      - Sunt opera [u] indicata à rebus præternaturam, & admiſſa, [x] vel prohibita, vel limitata à rebus naturalibus, vt eſt ſanguinis miſſio, purgatio, calefactio, & ſimilia; quæ à Galeno tum auxilia, remedia, & præſidia, tùm etiam proprijſſime ſcopi ideſt intentiones curatiuæ, vel propoſita nominantur; nam ad hos præſtandos omnis medici intentio dirigitur, & ob id iure optimo ſcopi nominantur à Galeno in lib. de Arte medicinali cap. 89. de conſtitutione artis medicæ cap. 13. & 14. quarto aphor. 57. de optima ſecta cap. 14. 15. & alibi ſępiſſime.
      - De Operibus, ideſt, de huiuſmodi ſcopis agetur copioſius in Tabella ſeptima.
    - **Non primo, & per ſe, ſed ſecundariò, & propter aliud, ſcilicet propter opera preſtanda. Qui ſcopi ſunt,**
      - Inſtrumenta, [a] vel materiæ, [b] quæ interdum à Gal. vocantur [c] ſcopi, quia etiam ad hæc actio Medici dirigitur. Dicuntur quod ab eodem interdũ [d] capita, [e] & interdum auxilia.
        - Sunt res mediæ [u] inter agentem Medicum, & patientem ægrum. Quoniam ipſe Medicus agit in ægrum interuentu harum rerum, & per has res præſtat ipſa opera.
        - Hæc autem inſtrumenta, vel materiæ ſunt. [e]
          - [e] Dieta, ideſt, victus ratio, in qua continentur ſex res nonnaturales.
          - [e] Pharmacia, ideſt Medicamenta.
          - [e] Chirurgia, ideſt, manus opera.
            - De his copioſius agetur in Tabella octaua.
      - Animaduerſiones [f] ad rectũ vſum pertinentes, quæ à Græcis ſchemata, & à Gal. ſæpe [g] capita, & interdum ſcopi dicuntur. A Iunioribus autem propriè ſcopi vocantur. Pertinent autem hæ animaduerſiones ad
        - Operat.
        - Inſtrumenta.
        - Modum, vel rationẽ vtendi.
          - De his animaduerſionibus, quę ſcopi interdum vocantur à Galeno, [h] & à Iunioribus plerumq; dicuntur ſcopi, agetur copioſius in Tabella Nona.

Tertio

AVCTORITATES.

a Tertio meth. primo.
b {De constit. art. medicæ. 12. / Nono meth. 14. 15. / xj. meth. 3. 12.}
c Argenterius 2. de offi. medic. v.
d 11. meth. 2.
e Tertio aphorismorum 2.
f De marcore. 3.
g Secundo de caus. sympt. pri.
h Nono meth. 13.
i Primo aphorismorum 9. 11. 17
k. Nono meth. 7.
l Primo acut. 45. de venæ sect. 13
m De opt. secta. 22.
n De cõstitutione art. medic. 18.
o Argent. 2. de offi. medicin. x.
p Nono meth. 7.
q Nono meth. 13. 14. 15.
r Nono meth. 14. 15.
ſ Argenter. 2. de officio med. vj.
t Quarto meth. 3.
u De arte medicinali 89.
u De const. art. medicæ. 12. 13. 14.
u De opt. secta. 14. 25.
u Quarto aphorismorum. 57.
x Nono meth. x.

a Secundo meth. primo.
b De constit. art. medicæ. 14. de partibus artis medic. vj.
c De remed. paratu facil. x.
d xj. meth. primo.
e Primo acutorum 6.
f Tertio meth. 2. 3.
f De marcore cap. 6.
g Primo aphorismorum. 17. 19.
h De arte medicin. 85.

ADNOTATIONES.

Galenus[a] *in ipsa curatione omnes scopos indicantes interdum ad tria capita reducit videlicet ad affectum præter naturam, ad temperamentum, & ambientem aerem: Interdum ad duo scilicet ad affectum præter naturam, & temperamentum, ac omittit*[b] *aerem; quia ipsum adnumerat cũ causis morbi, vel sanitatis: aliquando etiam omnes eiusmodi scopos reducit*[c] *ad vnum caput, nempe ad contrarietatem.*

Idem Galenus (vt patet ex tabella, & locis in margine notatis) vocat scopos non modo illos, qui[d] *indicant, sed etiam eos, qui quomodocumq;*[e] *indicantur; adeo vt non modo opera, quæ, primo, et per se indicantur, sed etiam instrumenta,*[f] *per quæ præstantur, et animaduersiones ad rectum vsum pertinentes appellet scopos. Plerią; etiam ex Iunioribus cum dicunt scopos, intelligunt istas animaduersiones, vt An agendum, quid agendum, qua materia,*[g] *quantum, quale, quo tempore, quo modo, quot viribus, quo ordine, & eiusmodi.*

Animaduertendum est quod à[h] *Gal. scopus plerumq; accipitur pro fine intento, vt sanitas ab eodem vocatur scopus medicinæ, finis verò sanitatis adeptio.*

In curatione prius inueniendus est[i] *scopus eorum, quæ agi oporteat, mox*[i] *materiæ, quæ id præstare possint.*

Quoniam scopi Indicantes sunt à quibus actio medici in curando dirigitur, de ijsdem accuratius agendum est in sequenti tabella sexta.

a Nono meth. 14.
b Nono meth. 15.
c 11. meth. primo.
d Nono meth. 14. 15. primo aphoris. 9. 11. 12. 17. 18
d De opt. secta. 40.
e De arte medicin. 89. Quarto Aphorismorum 57. de medic. art. constitutione 13. 14.
f De remedijs parat. facil. 10.
g De art. medic. 85.
g Primo aphor. 17. 19.
h {De opt. secta 5. / Ad Trasibulum 12. / In introduct. vel medico. / Primo acutorum primo.}
i De Marcore 6.

TABVLA SEXTA.

Scopi Indicantes.

- Scopi Indicãtes ĩ ipsa curatione indicant.
  - Primò & p se:
    - [k] Sũt res pter nãm, quæ sũt curandæ, & ideo indicãt sui ablationem p contraria, [l] siue actu [m] siue potentia, siue vtroq; modo, & siue sint cõtraria per se, siue per accidẽs. Tales aũt res præter naturã sunt
      - [I] causa morbi.
        - A causa, non à morbo conducibile indicari asserit [e] Gal. in lib. đ opt. sect. 25. Sed 3. meth. 1. dicit indicationes primò ex morbis desumendas esse. [g] Solutio est. Quando adsunt cũ morbo [h] causę efficientes, ab illis primò sumitur Indicatio; sed quãdo nõ adsunt, sumitur ab ipso morbo. Vel dicẽdũ est indicationes proprias desumi à causa, communissimas verò à morbo. Causa aũt morbi est.
          - [f] Externa.
            - [b] [c] Procatarctica à græcis, & primitiua à Iuniorib. dicitur; & sunt sex res non nãles, vel res faciẽdę, [b] assumendæ, excernendę, & incidẽtes extrinsecus, quæ à Cornelio Celso causę euidentes vocantur.
              - Ab huiusmodi causa, si abijt, nihil indicatur, sed solum confert ad cognitionem ipsius [a] affectus, [b] & morbi.
              - At si adsit morbum fouens, vel augens, indicat sui ablationem, ac transitum ad causam contrariam; vt si mora in aere calidiore foueat, vel augeat dolorem capitis vitandus est aer calidior, & vsurpandus frigidior. Sic, si nimius motus faciat, vel foueat febrem, motus est omittendus, & quies vsurpanda.
          - [f] Interna, idest, in ipso corpore, quæ [d] à Celso vocatur abdita, & hæc causa est.
            - Antecedẽs, proigamena à græcis dicta, quæ quidem nõ facit actu morbum, vt sunt humores apti ad putrescendum, nondum tamen putrescẽtes ratione febris putridæ,
              - Cum paulò post sit morbum factura, vel cõtinuo ipsi morbo, aut potius causæ continenti, & coniunctæ fomitem præbeat, Indicat sui ablationem prius esse præstandam, quàm causæ continentis, & morbi, quia nec causa continens, nec morbus auferri potest, nisi prius rescindatur causa antecedens.
              - Opus commune, quod ratione causæ antecedentis præstatur, si nondũ adsit [r] morbus, dicitur pręseruatio simpliciter, prophilace græce.
              - At si adsit morbus, vocatur opus mixtum ex pręseruatione, & curatione, quia semper cum tali causa etiam respicitur causa continens, & ipse morbus, qui proprie curari dicitur.
            - Continens, & coniuncta, quę actu facit morbũ, vt sũt humores putrescẽtes rõne febris putridæ.
              - Est quodammodo ipsius morbi essentia, quia tali causa posita ponit morbus, & ablata aufertur. Ab hac ẽt indicatur Ablatio per cõtraria. Opus commune, quod præstatur ratione causæ cõtinentis proprie vocatur opus [r] mixtũ ex præseruatione, & curõne.
      - [I] Morbus.
        - Morbum esse [g] initium, & principium inueniendorũ remediorũ, & ob id primas Indicationes à morbo sumendas esse vbiq; asserit Gal. vt tertio meth. cap. 1.
        - Opus cõe, quod ratione morbi præstatur, dicitur proprie [m] curatio, quam persæpe præstant plura opera intermedia. Opus autem particulare est talis curatio.
        - Indicatur curatio vniuersaliter accepta à morbo vniuersaliter accepto: particularis autem ab eodem morbo particulariter, vel singulariter accepto.
        - Quare, vt indicationes optimè à morbo sumi possint, diuidendus est morb⁹ à summo genere [s] ad vltimas differẽtias, vel species specialissimas hoc pacto. Morb⁹ est ĩ partib⁹
          - Simplicibus, quæ [n] à Iunioribus similares vocantur, in quibus est morbus qui dicitur intemperies, quæ siue sit sine materia, siue cum materia est,
            - [n] Sĩplex.
              - Calida.
              - Frigida.
              - Humida.
              - Sicca.
            - Cõposita.
              - Calida [n] hum.
              - Calida sicca.
              - Frigida humida.
              - Frigida sicca.
          - Multiformibus, [o] quæ dissimilares, & organicæ vocantur, in quibus est morbus, qui mala compositio nominatur. Mala autem compositio [o] est in
            - Conformatione
              - Figuræ.
              - Meatuum.
              - Cauitatum.
              - Superficiei.
            - Numero
              - [p] aucto.
              - [q] ĩminuto.
            - Magnitudine.
              - aucta. [q]
              - ĩminuta.
            - Situ secundum
              - Locum.
              - Societatem. [t]
          - Vtrisq; idest [u] simplicibus, & multiformib⁹.
            - Hinc est solutio cõtinui, quæ varias habet species, prout variæ sunt partes, in quibus versatur.
      - Symptoma.
        - Ab hoc sumitur Indicatio, cũ subit rõnem causę prosternentis vires, aut augẽtis morbũ. Et cũ tollitur symptoma ad ablationẽ causæ, ac morbi, non dicitur curari symptoma per se, sed p accidens, nam per se curatur, quando solum ipsum respicitur.
        - Opus cõe quod rõne symptomatis præstatur dicitur lenitio, vel mitigatio, vel sedatio. Est aũt symptoma qđ sequitur morbũ, velut vmbra corpus. hocq; est
          - Actio læsa, siue sit ablata, siue ĩminuta, siue deprauata quæ actio est.
            - [x] Aĩalis.
              - Sensitiua, quæ est
                - Visiua.
                - Auditiua.
                - Olfactiua.
                - Gustatiua.
                - Tactiua.
              - Motiua.
                - Secundũ locum
                - tonica.
              - Rectrix.
                - Imaginatiua.
                - Ratiocinatiua.
                - Memoratiua.
            - Vitalis.
              - Pulsatiua.
              - Respiratiua.
            - Naturalis, quæ est
              - Dominans.
                - Nutritiua.
                - Augmẽtatiua. [y]
                - Generatiua.
              - [z] Seruiẽs.
                - Attractiua.
                - Retentiua.
                - Coctiua. [u]
                - Expulsiua.
          - [y] Excreta præter nãm siue tota substãtia, siue qualitate, siue quantitate, & sunt.
            - [y] Vrinę, fœces,
            - Sputa, sudor,
            - Sanguis, pus,
            - Arenæ, lapis.
          - [b] Affectus, & qualitates corporis.
            - Visibiles.
            - Audibiles.
            - Odorabiles.
            - Gustabiles.
            - Tangibiles.
  - Non primo, & per se; sed veluti per accidens.

Vide ex altera facie in hoc signo. *

- Sũt aliæ res, q̃ non curant; sed cõferunt ad [c] curõnem coindicã do, vel contraindicando, vel limitãdo: Quare scopi curatiui dici possunt. Hos Gal. 9. meth. 14. 15. reducit ad duo capita [h] nẽpe ad temperamentũ, & aerẽ ambientẽ, q̃ duo capita subdiuidit per suas causas, atq; ita ad temperamentũ reducit ætatem, consuetudinẽ, vitã anteactã, & similia. Ad [i] aerẽ verò reducit tempus anni, regionem, & præsentem cœli constitutionẽ, quibus postea adiungit [k] vires, quas dixerat non esse de numero curatiuorũ [l] scoporum, quia non primò, & per se indicãt curationẽ. [o] Auicenna verò scopos hos conferentes ad curationem dicit esse decẽ, & sunt hi. 1. Virtus, 2. temperamentum, 3. accidentia ægri familiaria, 4. habitus corporis, 5. ætas, 6. tempus anni, 7. regio, 8. præsens cõstitutio, 9. consuetudo, 10. ars.
  Atq; ita (veluti patet) per catalogum, tales scopos enumerat.
  Sed ex rei ipsius natura, & methodo, quã innuit Galen. 1. ad Glauc. cap. 1. vidẽtur posse complecti, & explicari oẽs diuidẽdo, & subdiuidendo hoc modo. Scopi qui non curantur, sed conferunt ad curationem sunt res
  - ★ Non primò, & per se; sed veluti per accidẽs.
  - Naturales, quæ sunt
    - Tẽperamẽtum, quod est
      - Originale, idest, ab ortu, & est
        - Totius corporis.
          - Temperamentum [d] ab Hip. & Gal. 3. aph. 2. vocatur natura, & natura ab eodem Gal. 2. de caus. sympt. 1. vocatur [f] virtus, vel facultas. Quare in doctrina Gal. temperamentũ, natura, & virtus est vnum, & idẽ. Sed fortè dicitur natura, quia est forma, & perfectio; dicitur temperamentum, quia pendet ab ipso temperamento: vocatur deniq; virtus rõne actionũ. Hic autem est primus Scopus Auic.
          - Est aut natura ex Gal. 1. ad Glauc. primo.
            - Communis.
            - Propria vniuscuiusq;.
        - [g] Partiũ corporis, ĩ quib⁹ spectatur.
          - Tẽperamẽtũ ipsum.
            - Est secũd⁹ scop⁹ Auic. in quo fortè intellexit reliqua facientia ad partiũ cõstitutionẽ.
          - Cõpositio dictarũ partiũ, q̃ cõpositio cõsistit ĩ
            - Cõformatione
              - Figuræ
                - Rectæ,
                - Obliquæ,
                - Rotũdæ,
                - & similiũ.
              - Meatuũ.
                - Dilatatorũ.
                - Mediocriũ.
                - Clausorũ.
              - Cauitatũ, vel vẽtriculorũ.
                - Plenorum.
                - Habẽtium mediocriter.
                - Vacuatorũ.
              - Superficiei
                - Lenis.
                - Mediocris.
                - Asperæ.
            - Numero.
              - Aucto.
              - Nãli.
              - ĩminuto.
            - Magnitudine.
              - Aucta.
              - Nãli.
              - ĩminuta.
            - Situ secundũ
              - Locum
              - Societatẽ.
          - Vnio.
          - Vsus q. est ad actionẽ
            - Prĩcipalẽ.
              - Vitã
                - Est in corde, cui⁹ maxima ratio est habenda.
              - Sensũ, & motum.
                - Est ĩ cerebro, quod secundi loci.
              - [g] Nutritionẽ.
                - Est in hepate, qđ est tertij loci
              - Generationẽ.
                - Est in testibus & vtero,
            - Non prĩcipalẽ.
              - Cõmunem
                - Toti corpori
                  - Vt est actio ventriculi, cuius ob id est habenda ratio,
                - Quibusdam partibus, vt est sensus.
                  - Exquisitus
                    - Huius non leuis est habenda ratio.
                  - Hebes, & obtusus
                    - Indicat valida posse vsurpari medicamenta.
              - Propriam
                - Vt est generatio seminis in testibus, & fœtus in vtero,
      - Acq̃sititiũ vel ascititium quod est post ortum, & acquiritur
        - Casu vel fortuna in rebus.
          - Agibilib⁹, & est consuetudo propriè dicta, quæ est cõtra Auic.
            - Consuetudinem [m] maximam vim habere in indicando, vbique asserit Gal. vt 9. meth. 16. Oppositum tamen dicit quinto de [n] sanit. tuenda cap. 10. asserens consuetudinem non conferre ad curationem, sed solum ad affectus cognitionem, veluti facit causa externa.
            - Soluitur sic. Consuetudo non indicat primariò, sed secundariò, quia primariò indicat natura, & secundariò consuetudo, quatenus videlicet est natura acquisititia, & differt à causa externa, quia consuetudo permanet, sed causa externa non permanet.
          - Naturalibus
            - Sunt accidentia ægro familiaria, vt quod lædatur à cassia, vel alia re. Et est tertius scopus Auicennæ.
        - Electione
          - Est ars, vel genus vitæ, vt fabri, fossores, remiges, & eiusmodi, qui possunt ferrè valida medicamẽta. E conuerso, qui artem mollem faciunt, nequeunt valida medicamenta ferre, & hic est 10. Auicennæ scopus.
    - Causa temperamenti, quæ est ætas, nam ætas est causa talis, & talis temperamenti, vel potius est, ipsum temperamentum, & hic est quintus scopus Auicennæ.
    - Effecta temperamenti quæ sunt.
      - Habitus corporis gracilis, vel obæsus, vel mediocris
        - Est quartus scopus Auicennæ.
      - Sexus [q] masculinus, vel fœmininus
        - Non ponitur ab Auicenna, quia forte hunc intelligit in habitu, sed ponitur à Galeno primo ad Glauc. primo.
  - Non nãles
    - Inter sex res non nãles Aer tantum indicat, [r] quia (vt dictũ est in tabula quinta) aer semper alterat, & est causa sine qua non potest vnquam viui, immo est causa interna, vt sunt humores. Quare non mirum, si, vt est causa interna indicat, veluti non est mirum, si vt est causa externa indicatur. Aer autem varius est ob
      - [s] Anni tempus.
        - Ver,
        - Aestatem
        - Autumnum
        - Hiemem.
          - Est sextus scopus Auicennæ.
      - Regionẽ
        - Australẽ, Septentrionalẽ, idest, calidã, vel frigidam, humidã, vel siccã.
          - Septimus scopus Auicennæ.
        - Sic in qua aer est crassus, vel tenuis, salubris, vel insalubris, & similia.
      - Præsentem cœli [s] constitutionẽ
        - Est particularis tẽperatio aeris ambiẽtis, vt quod vigeat boreas, & frigus in æstate, vel calor in hieme.
          - Octauus scopus Auicennæ.

AVCTORITATES.

- a Quarto met. 3.
- b Quinto de sanit. tuend. x
- c Tertio vj. epid. 20.
- d Cels. lib. pri. in prohemio
- e De opt. sect. 25.
- f Tertio 6. epidem. 20. primo de caus. puls. pri.
- g Tertio meth. primo.
- h 10. meth. primo.
- i 11. meth. 2. Secundo aphoris. 22.
- l De differ. sympt. 2. de diff. morb. 7.

- k Tertio meth. primo 3. primo ad Glauc. pri.
- l De art. medic. 89.
- m xj. meth. 2.
- n De differ. morb. 4. 5.
- o De differ. morb. 6.
- p De differ. morb. 7.
- q De differ. morb. 8.
- r De differ. morb. 9.
- s Primo ad Glauc. primo.
- t De differ. morb. 10.
- u De differ. morb. 11.
- x De differ. sympt. 3.

- y De differ. sympt. 6.
- a De differ. sympt. 4.
- b De differ. sympt. 5.
- c Nono meth. 7.
- d Nono meth. 17.
- e Tertio aporism. 2.
- f Secundo de caus. sympt. primo.
- g Septimo meth. 13.
- g Secundo ad Glauc. 2.
- h 11. meth. 14. 15.
- i 11. meth. 15.

- k Nono meth. 17.
- l Nono meth. 13.
- m Nono meth. 16.
- n Quinto de sanit. tuend. 10.
- o Auic. libro primo F. 4. cap. primo.
- p Nono meth. 17.
- p De venæ sect. 9.
- q Primo ad Glauc. primo.
- r Nono meth. 14. 15.
- s Nono meth. v. 14. 17. xi. meth. primo.

TABVLA SEPTIMA.

Opera in curatione præſtanda, quæ ſunt ſcopi primò, & per ſe indicati.

Opera in curatione à Medico rõnali præſtãda ſunt concluſiones indicationũ ſumptæ ex ſcopis indicantib⁹, qui ſunt præmiſſę propoſitiones medius termin⁹, & p conſequens cauſa efficiens. Verum ipſa opera ſunt veluti fines. Quare à [o] Gal. ſcopi, & [p] intentiones curatiuę dicuntur. Ab Ariſt. verò [q] propriè vocant opera, & dicuntur gratia finis, nã ſunt gratia ſanitatis, cuius gratia ſunt etiam Inſtrumenta. Opera verò in curatione indicantur.

- Primò, & per ſe. Et tunc talia opa ſunt.
  - Cõiſſima, & maxime vniuerſalia quæ ſunt veluti excitamentum ad curãdũ.
    - Opus [f] cõiſſimum in curõne eſt ablatio, vel remotio, vel depulſio per contraria æqualia in gradu, quando volumus reducere affectum ad mediocritatẽ. At, cum volumus ex toto rem auferre, vt [e] in elephantiaſi, remedium debet eſſe valentius. Cum aũt dicimus ablationẽ eſſe per contraria, intelligimus contraria tum per ſe, tum per [f] accidens, tũ actu, tũ potentia: ſic ẽt ſiue ſint contraria ex ſe, & ſua natura, ſiue dicantur contraria, quia præſtant opus contrarium, quod me dico ipſi ſufficit.
    - Tale autem opus communiſſimum indicatur à
      - cauſa q̃ eſt [b]
        - Procatarctica [c] .i. externa vel primitiua
          - A cauſa externa, [a] ſi abijt, nihil indicatur at, ſi adſit morbum faciens, fouens, vel augens; indicatur talis cauſa eſſe auferenda, & vſurpanda cauſæ contraria. Et in huiuſmodi caſu talis cauſa dicitur cauſa coniuncta, atq; opus, quod præſtatur ratione huius cauſæ dicitur præſeruatio mixta cum curatione.
        - [c] Antecedẽs
          - Hęc quidem apta eſt ad morbum faciendum, nõdum tamen actu ipſum facit, eſt tamen prius reſcindenda, quàm cauſa coniuncta, & morbus, quia illis continuò fomitem ſuppeditat.
          - Opus communiſſimum, [d] quod fit ratione huius cauſæ præſeruatio propriè nominatur.
        - Continẽs, vel Coniuncta
          - Hæc actu facit morbum, vt bilis putreſcens facit tertianam.
          - Opus communiſſimum quòd fit ratione huius cauſæ [d] Præſeruatio mixta cum curatione propriè vocatur.
      - Morbo
        - Opus communiſſimum, [g] quod fit ratione morbi, curatio [d] propriè appellatur, quæ à Gal. dicitur communiſſima intentio curatiua, quæ à morbo ſemper ſumitur.
      - Symptomate
        - Opus communiſſimum quod fit ratione ſymptomatis, lenitio, [h] vel mitigatio, vel ſedatio dicitur.
        - At ſi ſymptoma auferatur ad ablationem cauſę, vel morbi, dicitur auferri, & curari per accidens.
  - Propria, & particularia, p quæ abſoluitur curatio.
    - Opus proprium in curatione eſt talis ablatio per talia cõtraria tali modo vſurpata. Hoc autem opus proprium indicatur à
      - Cauſa
        - Vt à [i] plenitudine, vacuatio,
        - à vacuatione, repletio,
        - à craſſitie, tenuitas,
        - à tenuitate, craſſities,
        - à tenacitate, vel glutino, vel viſcoſitate, inciſio.
      - [m] Morbo
        - [k] Intemperie
          - Calida, [x] refrigeratio,
          - Frigida, [l] calefactio,
          - Humida, ſiccatio, [l]
          - Sicca, humectatio.
          - Sic de compoſitis dicendum.
        - [x] Mala compoſitione
          - Conformatione
            - à curuitate, rectitudo, [x] à rectitudine curuitas in figura.
            - à clauſione apertio; ab apertione clauſio, in meatibus.
            - à vacuatione, repletio, à repletione, vacuatio, in cauitatibus.
            - ab aſperitate, læuitas; à læuitate, aſperitas, in ſuperficie.
          - Numero Magnitudine
            - Ab auctione imminutio. Ab imminutione auctio in talibus indicatur.
          - Situ
            - Indicatur repoſitio ĩ propriũ locũ
        - [x] Solutione cõtinui
          - à ſolutione indicatur vnio.
          - Ab vnione præter naturam indicatur ſolutio, vel diuiſio
        - Poſſunt eſſe opera intermedia nũc plura, nunc pauciora ad vnum opus præſtandum facientia vt ad vacuationem facit ſanguinis miſſio, purgatio, inedia. Sic ad extenuationẽ calefactio, motus, vigilia, quæ opera intermedia ſunt magis remota à fine.
      - [m] Symptomate
        - à labore, [n] quies,
        - à quiete, labor,
        - à dolore, indolentia, [m]
        - à ſomno, vigilia,
        - à vigilia, ſomnus, & eiuſmodi.
- Non primo, & per ſe, ſed ſecundariò, & veluti per accidens: quæ opera indicantur à rebus naturalibus, quæ vel tolerant, vel impediunt opera indicata à rebus præter naturam. Talia autem opera à ſcopis naturalibus indicata ſunt
  - Cõmuniſſima, & maximè vniuerſalia
    - Communiſſimum opus in conſeruatione eſt ipſa conſeruatio per ſimilia ęqualia in gradu, [r] vt à temperatione humida in duobus gradibus, incidatur conſeruatio per humida in duobus gradib⁹.
    - Debent autem conſeruantia [s] eſſe ſimilia vel per ſe, vel per accidens, vel actu, vel potentia; ſiue ſint verè ſimilia, ſiue dicantur ſimilia, quia præſtent opus ſimile, vt dictum eſt de contrarijs.
    - Iſtos naturales ſcopos cogitur medicus reſpicere propter vitæ [t] cuſtodiam, ob quam debet non ſolum depellere illa, quæ ſunt præter naturam, ſed etiam conſeruare illa, quæ ſunt ſecundum naturam, quod facit per ſimilia æqualia in gradu.
    - Et, ſi interdum ad conſeruandum vſurpet contraria, id facit in ſanitate, [r] & per otium, cũ vult naturalem intemperiem ad melius traducere.
  - Propria, & particularia
    - Eſt talis conſeruatio per talia ſimilia, quæ conſeruatio reſpicit.
      - Totum
        - Vt à temperamento [u] humido, veluti in pueris indicantur, & vſurpantur humida.
      - Partes [y]
        - Simplices
          - Vt in conſeruãdo [x] neruo [y] vſurpãda ſunt ſicca.
        - Compoſitas, multiformes, vel organicas
          - Vt cum Medicus nititur [y] cõſeruare in ipſis partibus naturalem figuram, meatus, cauitates, ſuperficiem, magnitudinem numerum, ſitum, & vnionem, vel ab ijſdem ſumit indicationes pro morbis depellendis.

AVCTORITATES.

Qu arto Meth. 3.
b Tertio vi. Epidemiorum 20. primo de cauf.pul. primo.
c Primo meth. cap. 8.
d xi. meth. fecundo.
d Secundo Aphorifmorum. 22.
e Paulus lib. quarto cap. primo. Aretæus libro vltimo cap. vlt.
f Quinto Aphorifmorum. 21.
g De art. medicin. 89.
g Secundo ad Glauc. 2. pag. 103. D.
h xij. meth. primo fecundo.
h Primo ad Glanc. xiiij.
i Secundo Aphorifmorum. xxij.
i xi. meth. xij. xv. xvii.
k De medic. artic. conftitutione. 12. 13. 14.
l Secundo ad Glau. 2. pag. 103. D.
m xi. meth. xij.
n Secundo Aphorifmorum. 48.
o De marcore. vi.
p De art. medicin. 89.
q Arift. fecundo phyficorum. 29. & Quinto metaphyfic. 2.
r De arte medicin. 86.
s xi. meth. fecundo.
s Decimo meth. x.
t Nono meth. 13.
u Primo Aphorifmorum. 16.
x Septimo method. 13. Secundo ad Glauc. 2.
y De Medicæ artis conftit. xiiij.

ADNOTATIONES.

Vbi fecum, vel inter fe[a] *pugnent opera indicata, diligenter perpendendi funt fcopi indicantes, atq; inter fe conferendi; et demum hoc pacto illa opera funt præferenda, & eligenda, quæ indicatur à fcopis dignioribus, maioribus, & pluribus. quare dicit*[b] *Galenus valentiores, & plures indicationes funt præferendæ. Digniores fcopi funt, qui ad vitam, fanitatemq; pertinent. qua de caufa, fi à morbo indicetur*[c] *vacuatio, et à viribus debilibus repletio, prius vires funt reficiendæ per alimenta (quia funt fcopus omnium dignisfimus) poftea veniendum eft ad vacuationem.*

Maiores[c] *Scopi funt, vel ob propriæ fubftantiæ rationem, vel ob declinationem à naturali ftatu. Ob propriæ fubftantiæ rationem, vt eft Apoplexia, quæ fuapte natura maximus eft morbus. Ob declinationem autem à naturali ftatu, veluti eft hectica, quæ multũ recedit à naturali ftatu.*

Plures fcopi funt, vt cũ[c] *à morbo, velut eft pleuritis, indicatur fanguinis misfio. at à viribus debilibus, ab ætate puerili, ab ambiente calidiore prohibetur fanguinis misfio. tunc plures funt fcopi prohibentes, quàm indicantes. quia vnus tantùm fcopus nempe morbus indicat, plures autem, vt vires, pueritia, caliditas ambientis prohibent.*

Quamuis vires, & cætera, quæ funt fecundum naturam, fic etiam aer non fint de numero fcoporum[c] *curatiuorum, quia non curantur. Quoniam tamen valdè conferunt*[d] *ad curationem, & ex fe aliquid indicant nempe fui cuftodiam, inter fcopos indicantes reponuntur. fic, et cætera, quæ ex fe aliquid indicantia quomodolibet conferunt ad curationem, & ad auxiliorum inuentionem inter eofdem fcopos numerantur; neq; ob id ægri timiditas, vel patris, aut matris metus, & alia huiusmodi dicentur indicantia. quia ex fe nihil indicant.*

a xi. Meth. iij. xij.
b viij. Meth. ix.
c ix. Meth. xij.
d. ix. Methodi. vij.

Inftrumenta

TABVLA OCTAVA.

Instrumenta, vel Materiæ.

- Instrumenta, quibus Medic⁹ in curando vtitur, sunt materia media iter agentẽ Medicum, & patientem ægrum, & à Gal. [B] dicuntur materia remediorũ. Hæc autẽ instrumenta considerantur.
  - Per se, & absolutè, vel put à Medico vsurpantur ad curandũ, & conseruandum. Quare à Cornelio Celso lib. 1. cap. 1. & à Gal. 3. de medicamẽtis secũdum genera cap. 2. & alibi [y] medicina est diuisa in tres partes à triplici instrumẽto, vel materia qua vtitur. Est autem tale instrumentum, vel materia.
    - [A] Dięta, idest vict⁹ rat o.
      - In hoc instrumento, quod habet nomen [a] à materia consistit [b] maxima pars artis, quia est præcipuus, [c] & maximus curandi scopus.
      - In dięta continetur, [d] non modo cibus, & potio verum etiam alia omnia, quæ quouis modo fiunt in corporibus humanis.
      - Hæc autem sunt sex res [e] non naturales. [b]
        - 1. Cibus potio.
        - 2. Somnus, vigilia.
        - 3. Motus, quies.
        - 4. Excreta, retenta.
        - 5. Animi passiones.
        - 6. Aer.
    - [A] Pharmacia, quę habet nomen à materia, [B] sub pharmacia verò sũt, & continẽt ea, q̃ non nutriunt, sed solum alterant.
      - Corrũpẽdo p qualitates.
        - Immanifestas.
          - Huiusmodi sunt [f] medicamenta deleteria, & ferarum venena, quę à tota substantia, vel proprietate, vel forma specifica sunt nobis penitus inimica.
          - Quare horum non est vsus apud [g] Medicum, nisi quatenus [h] occurrit affectibus genitis in corpore ab eiusmodi venenis, quorum facultas dicitur [i] deleteria, phthartica, & phthoropæa, idest corruptrix, quia vincit vim corporis [k] humani, à qua nihil mutatur, & in hoc dissidet à nutrimento, quod à vi corporis mutatur.
        - Manifestas.
          - Caliditatẽ
            - Sic sunt medicamenta [l] putrefacientia, & erodentia, vt auripigmentum, sandaracta, quæ non sola quantitate, sed toto genere sunt deleteria, quia suapte natura corrumpunt. At, si prorsus exile sit deleterium quodlibet, vt cantharidis centesima particula drachmæ, nihil perficiet, sed cum excrementis excernetur.
          - Frigiditatem.
            - Sic sunt medicamenta [m] summè refrigerantia, vt est opium, mandragora, hyoschiamus, cicuta, & eiusmodi, quæ non genere sunt deleteria sed sola quantitate interimunt, cum in actum à nãli calore deducta fuerint. Sed exigua quantitate sumpta mortẽ non afferunt.
      - Resistẽdo corrũpẽtibus per qualitates.
        - Immanifestas vel occultas.
          - Huiusmodi sunt [n] alexiteria & alexipharmaca, quæ tota substantia vacuant, vel alterant venenum, aut deleterium medicamen, quare secundum alios dicitur indifferenter alexiterium, & alexipharmacum, siue pertineat ad venenum, siue ad medicamen deleterium, sed secundum quosdam dicitur alexiterium, & [o] Theriacum, quod aduersatur venenis: alexipharmacum vero, quod medetur deleterijs pharmacis, & talia à Gal. dicuntur esse media inter hominis temperamentum, & medicamenta deleteria, vel venena, licet hoc reprobet [p] Auerrhoes dicens talia alexiteria, quæ ipse vocat bezahartica esse in fine contrarietatis cum veneno.
          - Per qualitates etiã immanifestas cathartica, idest, purgantia medicamenta proprios humores trahũt, vacuantq;, hocq; facere cathartica ob similitudinem totius [q] substantiæ docet Galenus. At Auerrh. [r] asserit id à caloris proprietate proficisci.
        - Manifestas.
          - Sic sunt medicamenta [s] frigida ratione veneni calidi, & medicamenta calida, ratione veneni frigidi.
          - Huc etiã referri possunt omnia medicamenta quomodolibet alterantia, siue respiciant causam, siue morbum, siue symptoma, nam talia tamquam contraria curant affectus prętęr naturam, vt aqua frigida ipsam febrem, sic etiam quæ per secundas, ac tertias qualitates curant.
    - [A] Chirurgia, idest, manus opera, in qua continentur [t] gladij, scalpella, ignis, fasciæ, machinamenta, & eiusmodi, quæ propriè vocantur instrumenta.
      - Continentur etiam opera, quæ manu fiunt, vt [u] sectiones, vstiones, frictiones, ligaturæ, & eiusmodi.
  - Nõ per se, & absolutè, sed rõne ægri ad quem curandũ adhibent. Instrumenta cõsiderata rõne ægri, licet sint sub diæta, pharmacia, & chirurgia, tamen rõne ægri ad quem curãdũ adhibentur dicũtur Res.
    - [a] [b] [c] [d] Faciendæ, in quibus continentur,
      - Motus, quies
        - Sub motu cõtinetur.
          - [a] Exercitatio.
          - Ambulatio,
          - Vectio.
          - Lauatio.
          - Frictio.
          - Venus.
      - Somnus, vigilia,
      - Animi passiones, vt ira, tristitia, cogitatio.
    - Assumẽdæ, vel admouendæ, vel offerendæ, quę res corpus humanum.
      - Nutriunt solùm
        - Cibi, vt panis, caro, oua.
        - Potiones, vt vinum.
          - Hæc licet aliquid [e] agant, & sic alterent, quia tamen id exiguũ est, non dicuntur alterare, sed nutrire solum, quia tota substantia nobis congruunt, [f] & vincuntur à vi nostri corporis, quare nutrimẽta ꝓpriè dicũtur, [g] quia assimilant.
      - Nutriunt, [h] & alterãt.
        - Sic est lactuca, ptisana, aromata, & similia, quæ medicamenta nutrientia, vel nutrimenta medicamentosa dici possunt, nam agunt in [h] corpus nostrum, & demum à corpore victa assimilantur,
        - Huc etiam referri potest aer [a] inspiratus, qui nos primo alterat [i] deinde spiritus nutrit.
      - Alterant solũ, & sunt medicamẽta, quæ.
        - Corrũpũt corp⁹ humanum per qualitates.
          - Immanifestas – Sic sunt (veluti dictum est) dileteria. [k]
          - Manifestas
            - [l] Caliditatẽ – Vt sũt medicamẽta [l] putrefaciẽtia, & erodẽtia.
            - [m] Frigiditatem – Vt est opiũ, [m] mandragora, hyoschiamus, & cætera narcotica.
        - Resistunt corrumpentibus corpus humanum per qualitates.
          - Immanifestas – Huiusmodi sunt [n] alexiteria, [k] vel theriaca, & alexipharmaca. [m]
          - Manifestas
            - Vt refrigerãtia venenis calidis; ita ẽt calefaciẽtia venenis frigidis.
            - Sic etiam quæ tollunt quamlibet intẽperiem.
    - [a] [b] Excernendæ.
      - Fæces.
      - Vrinæ.
      - Sudores.
      - Sputa.
      - Menses.
      - Sanguis.
      - Pus.
      - Semen.
        - Et si quę alia cõtinentur in corpore præternaturam vt sunt vermes, & eiusmodi.
    - Incidentes extrinsecus, quę sunt
      - [a] Aer [o] ambiens varius ob
        - Anni tempus [p]
          - Ver. [p]
          - Aestatem
          - Autumnum.
          - Hiemem.
        - Regionem. [p]
          - Calidam.
          - Frigidam.
          - Humidam.
          - Siccam.
            - Septentrionalem.
            - Meridionalem.
        - Præsentem cœli constitutionem.
      - Aqua dulcis, aqua mineralis, Epithemata, Vnguenta, Cerata. Sal, Myrrha, Nitrum, Gladij, Scalpella, &c.
        - Quæ omnia possunt contineri sub ijs quæ admouentur, nam admouentur.
          - Interius – Vt cibi, [q] potiones, inspirat⁹ aer, & medicamẽta, q̃ interius admouent.
          - Exterius – Vt epithemata, vnguenta, cerata, & eiusmodi.

Ad Tra-

AVCTORITATES.

a Ad Trasibulum 24.
b xi. meth. x.
c De remed. parat. facil. x.
d Tertio tertij epid. 9.
e De art. medicin. 85.
f Sexto sexti epidem. v.
g Hippocrates in iureiurando.
de purgant. medic. fac. cap. 4.
h Secundo de antidotis cap. 7.
i Quinto simplic. xijx.
k Tertio de natural. fac. cap. 7.
l Tertio simplic. 21. 22. 23.
A Primo acutorum 6.
tertio catageni cap. 2.
Cels. lib. primo cap. primo.
m Tertio simplic. 18. 19.
B Ad Trasib. 24.
n Quinto simplic. 18.
o Sexto 6. epid. v.
V Ad trasib. 33.
p Auerrh. v. collig. cap. 23.
q Tertio simplic. 25. 26.
r Auer. v. collig. 21.
s Quinto simplic. 18.
B { Ad Trasib. 28. 40. / Quinto sexti epidem. primo. / Nono meth. 14. de marcore 6
xj. meth. primo
t Primo de officina medici. 6.
t Secundo de officin. medic. 2.
u Primo acut. 6.

a Primo de sanit. tuend. 15.
b Ad Trasibulum. 40.
c Quinto de sanit. tuend. 10.
d De part. art. medic. 6. 7.
e Tertio de natural. facult. 7.
f Sexto 6. epid. 5.
g Primo simplic. pri.
h Tertio de temperam. 2.
i De vtilit. respir. 3. 5.
De vsu puls. 2.
k Quinto simpl. 18.
l Tertio simplic. 21. 22. 23.
m Tertio simplic. 21. 22. 23.
n Sexto 6. epid. 5.
o Quinto de sanit. tuend. x.
primo pri. epid primo.
de partibus art. med. vj. vij.
p Nono meth. 5.
xi. meth. primo.
q Primo de sanitate tuenda 15.
r Quinto de sanit. tuend. x.

ADNOTATIONES.

Instrumenta in hac Tabella sunt accepta prout accipiuntur ab [a] Aristotele secundo physicorum tex. 29., & quinto metaphysicorum secundo, scilicet pro rebus illis, per quas præstantur opera. & hac ratione continentur sub dieta, pharmacia, & chirurgia, quæ præstant sanationem, & alia opera, quæ sunt ante sanationem. Eadem ratione uocat [b] Aristoteles in animalibus instrumenta eas partes, per quas præstantur opera, vel actiones.

Galenus plerumq; [c] uocat instrumenta illa, quæ proprie sunt instrumenta, ut gladius, scalpellum, reliqua uerò pertinentia, uel ad dietam, uel pharmaciam, uocat materias remediorum. D.

Hæc instrumenta, vel materiæ, si in tempore, [c] & [d], veluti [f] decet, vsurpentur, dicuntur auxilia præsidia, remedia, [e] & causæ [f] salubres. Si verò malè, vocantur causæ insalubres.

a Secundo physic. 29.
5. metaphysicæ 2.
b De partibus anim. 6. 7.
Quinto de gener. anim. in fine.
c Quinto sexti epid. primo.
De medic. art. constit. 14.
Nono meth. 14.
d xi. meth. primo.
Quinto de sanit. tuend. x.
De marcore. 6.
e Secundo meth. primo.
f De art. medicin. 85.

TABVLA NONA.

Scopi qui sunt animaduersiones, pro recto vsu instrumentorum.

- Scopi ad rectũ, vel congruentẽ vsum instrumentorũ, pro prestãdis operibus pertinentes, qui à Gal. [a] tum scopi, tũ capita vocantur, quiue etiã animaduersiones, notationes, & schemata dici possunt, spectãt ad
  - Opera
    - Licet idẽ scopi, sæpe ad opera, instrumenta, & rectum vsum pertineant, quia ista tria adeò sunt innexa, vt separari nequeant, nos tamẽ dilucidioris doctrinæ causa alios scopos seorsum in operib⁹; alios, vel ẽt eosdẽ in instrumentis, & recto vsu collocãdos esse putauimus ĩ hac tabella. Scopi igitur respicientes opera nunc plures, nunc pauciores ab Authoribus ponũtur; videntur tamẽ ad septem, vel octo reduci posse hoc pacto. Tales scopi sunt
      - An agendum
        - Quamuis (vt asserit Argenterius) [a] hic scopus sit perpendendus penes ea, quæ à nobis, & ea, quæ natura agi possunt, vt etiã monet [b] Galen. in lib. de Constitutione artis medicæ, vbi docet, quæ à nobis, & quæ à natura agi queant, & ob id non esse agenda, nisi quæ præstari possunt. Videtur tamen scopus hic magis pertinere ad prognostica, per quæ præcognito futuro euentu ad salutem, vel mortem patet An agendum, vel non agendum.
        - Sumitur An agendum sit nec ne, ex scopis requirentibus, & tolerantibus, qui sunt diligenter perpendendi, & inter se conferendi, & si vnum, aut plura indicantia requirant; & tolerans, vel tolerantia non prohibeant est agendum, sin minus contrà. Requirens in curatione primò, & per se est morbus, deinde requirunt etiam causæ, & ipsa symptomata, quatenus ad morbum referuntur. Tolerans vero est natura, vel virtus, & ea, quæ ad virtutem referuntur, vt sunt causæ, & effecta. Istis duobus [c] nempe morbo, & naturæ tamquam aduersarijs debet Medicus esse attentus, atq; inter se illa diligentissime conferre, & si videt morbum esse superiorem, curationem non aggredietur, [d] nam vbi desperata est salus, non est agendum, ne infamẽtur præsidia, quæ multis fuere, & futura sunt saluti. At, si naturam videt esse superiorem, ad curationem aggredietur. Vbi res est dubia, censet Cornelius [e] Cels. melius esse anceps præsidium experiri, quàm nullum, sed antea exponendam esse propinquis cognatis, & affinibus ægrotantis difficultatem, & periculum. Et Galenus dicit, [quibus alia salutis ratio non est, & quæ vnica videtur ea dubia est, necessum arbitror, his est aduersos periculis ire, atq; ex consilio Thucididis, agentes aliquid vel periclitari.]
      - Quid agẽdum
        - Sumitur ex ipsis Indicantibus; [f] inter quæ vbi nulla sit pugna, deliberatio est facilis; vt si adsit in corpore multitudo, [g] & vires sint firmæ, ætas florens, & tẽpus anni vernũ, statim apparet, quid sit agendum, scilicet mittendũ esse sãguinẽ.
        - At, si affectus requirat sanguinis missionem, [h] vel aliam vacuationẽ, vires aũt sint imbecillæ, & ob id inhibeant vacuationem, & indicent alimentum, cum maxima dignitas [i] sit virium, illæ prius sunt reficiendæ, postea vacuandum.
      - [a] Quale
        - Sumitur à qualitate requirentis, [k] vt vacuatio bilis à bile redundante. Sumitur etiam à qualitate tolerantis, vt calefactio non modo à frigiditate, sed etiam à nãli partis [l] affectæ caliditate; nã definitur gradus contrarietatis à partis tẽperamẽto.
        - Ita etiam à talibus viribus definitur talis vacuatio. Ex quo patet hunc scopum esse ferè eumdem cum superiore, quia notat agendorum speciem.
      - [a] Quantum, cuius ratione in opere spectatur
        - Magnitudo
          - Est, quæ propriè [o] quantitas operis [m] dicitur, vt quantum vacuandum, quantum calefaciendum, refrigerandum, detergendum, relaxandum, astringendum, & cætera.
          - Sumitur à quantitate [o] requirentis, & tolerantis. Atq; difficillima [n] est huiusmodi quantitatis absoluta cognitio adeo, vt reddat artem coniecturalem.
        - Numerus
          - Cum vnum indicet vnum, [p] tot erunt præstanda opera, quot erunt indicantia numero, vel ratione, nisi adsit aliquis scopus prohibens.
        - Tempus, qđ spectat ratione
          - Sui ipsius idest temporis in quo spectatur
            - Occasio, [q] idest, Quando, [a] & est pars temporis [r] opportuna ad opus prẹstãdũ
              - Sumitur ab occasione requirentis, & tolerantis, vt vacuandi occasio est, quando humores sunt cocti, & vires possunt ferre.
              - Sic nutriendi est occasio, quando vires requirunt & morbus non impedit.
            - Prius, & posterius
              - Sumitur ab hac eadem differentia requirentis, & tolerantis, vt à priore, vel digniore indicante prius opus præstandum.
          - Motus, per quẽ in opere spectat
            - Celeritas, & tarditas
              - Sumitur à celeritate, vel tarditate requirentis, vt in Acutis tardare est malum. [u]
            - Longitudo, & breuitas
              - Sumitur à tali differentia Indicantis, sicut inquit [x] Hippocr. Quæ lõgo tempore extenuatur corpora, lentè reficere oportet, quæ verò breui breuiter.
      - [a] Vbi, vel locus, idest, per quam partem, aut in qua parte
        - Indicatur à loco patiente, vt si frigiditas sit in capite, indicat caput esse calefaciendum, eadem ratione, si sit vacuandum indicatur locus [b] à situ partis affectæ, siue sit secundum locum, siue secundum societatem, nam per talem partem solet natura recte [c] agens vacuare. Veluti laborantibus cauis hepatis partibus vacuandum est per deiectiones: at laborantibus conuexis, vel gibbis per vrinam.
      - [a] Quomodo, vel qua ratione, [d] vel vt conuenit
        - Vt verbi causa pro vacuatione [a] rectè facienda transitus sunt recludendi, [e] idest viẹ per quas debent humores transire, sunt aperiendæ. Præterea incidendi, & extenuandi sunt tenaces, & crassi humores.
        - Ad hunc scopum reducuntur illa tria Hippocratis, [f] & Asclepiadis, Tutò, Citò, Iucundè.
        - Ad hunc etiam scopum pertinere videtur, an vna vice, [g] vel pluribus, sic plura ne, an pauciora sint exhibẽda.
      - Qua materia, vel instrumento.
        - Vt An victus ratione, An medicamentis, an chirurgia sit præstanda, curatio.
        - Et, si opus est vstione, an ea facienda sit per caustica medicamenta, an per candens ferramentum.
      - Relatiua idest ad aliquid secundum.
        - Aequalitatem, & inequalitatem — Sumitur à tali Indicante. Sed rarò hic scopus aduertitur.
        - Ordinem, & inordinationem — Sumitur à requirente ordinato, vel inordinato.
  - Instrumenta, vel materia remediorum, siue talia instrumẽta ad diętã, siue ad pharmaciã, siue ad chirurgiam pertineant. In talibus instrumẽtis spectatur.
    - Substantia
      - Vt in alimentis spectatur, an sint [h] boni, vel mali succi, facilis, vel difficilis coctionis.
      - Sic in medicamentis, an sint metallica, vel mineralia, vel desumpta ex animalibus, aut plantis.
      - Ita in Chirurgia; vtrũ specilla sint aurea, an argẽtea, an ferrea, sic catheteres, metrẽchitæ, & quod secat, an sit ferrum, an lignis.
      - Quæ omnia sumuntur ab indicante, quod opus hac ratione præstari commodius possit.
    - [i] Quantitas
      - Vt si multa, vel pauca, vel mediocris, & demum, qua mensura
        - Sumitur à quantitate requirentis, & tolerantis, à quibus indicatur opus ipsum simpliciter, prout sunt talia, sed prout sunt quanta, indicant tantum opus præstandum per tanta instrumenta.
        - Galenus [k] quantitatem, & qualitatem aptat materiæ, & instrumentis.
    - Qualitas [l] — Vt, si calida, vel frigida, humida, vel sicca, sic in secundis, & tertijs qualitatibus conueniant.
    - Tempus, [m] vel occasio, qua medicamenta, alimenta, vel chirurgia debent admoueri
      - Sumitur autem occasio adhibendi instrumenta ab occasione operis præstandi.
  - Rationem, vel modum vtendi talibus instrumentis, quæ vtendi ratio est
    - Ordinata, inordinata,
    - Continua, intercisa,
    - Aequalis, inæqualis,
    - Primaria, secundaria,
    - Per se, per accidens,
    - Simplex, mixta, vel composita.
      - Sumitur à tali differentia in requirente.

Argent.

AVCTORITATES.

a Argent. primo de officina medici 9.
b De medicæ art. constit. 13.
c De medicæ art. constit. 18. / Tertio de crisibus 10. / 11 meth. 9. / Cels. lib. 5. cap. 26.
d 11. meth. 9. / Primo aphorismorum 8. / Secundo aphorismorum 29.
e Cels. lib. 2. cap. 9.
E Decimo meth. 10.
f Octauo meth. 9. / 11. meth. 5.
g 11. meth. 14.
h 9. meth. 13.
i 11. meth. 3. / Octauo meth. 9.
K Primo aphoris. 2. 25. 4. aphorism. 2.
l De art. medic 89. / Nono meth. 14. 15.
m Primo ad Glauc. primo.
n De venæ sectione xij.
o Primo aphoris. 3. 13. 14. 15. 23.
p Nono meth. xij. / xi. meth. 13.
q Primo aphorism. 2. / Secundo vj. epidem. 32.
r Primo aphorismorum primo.
s De arte medicin. 85.
t Primo aphorism. 19.
u Quarto aphor. x. pri. aphor. 24.
x Secundo aphoris. 7.

a Secundo 6. epid. 32.
b Septimo meth. 13.
c Primo aphoris. 21.
d Ad Trasib. 18.
e Secundo aphor. 9.
f 14. meth. 13.
g Primo aphoris. 17.
h De cibis boni, vel mali succi. / De aliment. facult.
i Primo aphoris. 13. 14. 15.
K De arte medicin. 85.
l De Marcore. 6.
m Ad Trasib. 40.

ADNOTATIONES.

Cum opera sine instrumentis, & recto vsu præstari nequeant, atq; ob id ita sint innexa opera, instrumenta, & rectus vsus, vt ex toto separari non possint, ijdem scopi interdum ad omnia prius dicta pertinent, interdum ad duo, rarò ad vnum tantum. Nos tamen dilucidioris doctrinæ gratia illos separauimus, & eosdem copiosius in operibus, quàm in instrumentis, et recto vsu explicauimus. Quia opera sunt, quæ primo, & per se indicantur, sunt intentiones curatiuæ propriè.

Aduertendum est, quod non semper isti scopi perpenduntur, sed interdum plures, interdū pauciores pro varia ratione scoporum indicantium.

Tabularum de apparatu Medico, seu de vniuersalibus ad Curationem attinentibus finis.

TABVLÆ

De Morbis Capitis.

Tabula Prima, Capitis Anathome.

Caput ẽ pars supra collum posita, & diuiditur ĩ parté.

- [r] Capillatam, idest quę capillo tegitur, in qua est sinciput, occiput, vertex tempora, & ad quam ẽt frons reducitur. Pars hęc à Cels. propriè caput vocat. Cuius partes sunt
  - [g] Extra craniũ, vel caluariam quę partes sũt
    - Capilli: Hærent quidẽ toti capiti, [a] & illi vsum præstant, sed non fruuntur vita communi cum toto, veluti neq; alij pili: ex quo nõ corporis partes, at potius excrementa sunt vocandi. Horum affectus tractauit Gal. in primo de [b] medic. secundum loca à principio vsq; ad cap. 6.: & quia (vt inquit [c] Auic.) magis pertinent ad ornatum, eos nos de industria omittemus.
    - Cutis: Est pars vestiens caput, [d] veluti corpus vniuersum, cui subdita, vel potius adnata est membrana carnosa. Permultos cutis capitis affectus, vt pitiriasim, phthiriasim, achoras, ceria, psidiracia, & exanthemata persecutus est Gal. [e] in primo de medicamentis; secundum locos à cap. 6. in finem, reliquos verò exposuit in 2. [f] vbi de dolore capitis disputauit.
    - Caro: Pauca carnis portio reperitur in parte capitis, quæ capillo tegitur, vt sunt fines musculorum caput mouentium; sed maximi momenti in hac parte est caro, siue membrana carnosa in musculis temporum; nam, si vulneretur, [h] vel contundatur, fit spasmus, & eiusmodi alia praua symptomata. Huius affectus tractabuntur in dolore capitis.
    - [i] Pericranium: Est membrana [i] caluariam ambiens (vt patet ex vi vocabuli) oriturq; ex ligamentis, quibus dura meninx, quæ dura mater dicitur, cum cranio committitur, nam hæc vincula (quæ sunt tenues quædam membranæ) ab ipsa meninge orta, & per capitis suturas egressa, sibiq; mutuò occurrentia perbellè vniuntur, communemq; hanc membranam pericranium constituunt, quæ tum connectit duram membranam cum cranio, tùm ipsum cranium vestit. Hac membrana affecta non modò magni dolores, verùm etiam tracta in consensum meninge, deliria excitantur; qui affectus, & in dolore capitis, & in phrenitide tractabuntur.
  - Craniũ idest caluaria: Est, os, quod à Græcis [k] κρανίον, quasi κράνος, idest galea vocatur, [l] crassum, rarum, & cauernosum, ambiens extrinsecùs cerebrum, ipsumq; ab externis iniurijs defendens. Constat ex pluribus ossibus, quæ per suturas committuntur, vt per eas crassa mẽbrana cranio alligetur, vasaq; transeant, alia intrò, alia extrà, necnõ fuliginosa excrementa exeant. Hoc osse labefactato, [m] & fracto, maxima symptomata exoriuntur, & persæpè mors accidit. Affectus cranij complexus est Gal. [n] in 6. meth. cap. 6. Hos nos omittemus, quia ad Chirurgos pertinent.
  - Intra craniũ, Vbi est
    - [o] Meninx, idest mẽbrana duplex, cuius affectus tùm in dolore capitis, tùm in tractatione phrenitidis explicantur. Duæ membranæ sunt mediæ inter cerebrum, & cranium, velut inter ignem, & terrã (quia multũ dissident) est aer, & aqua. Talis autem Meninx est
      - [o] Crassa, dura, & articularis à Gal. dicta, vulgò aũt vocatur dura Mater.
        - Est cerebri tegumentum, [o] & cooperimentum, vel potius propugnaculum, ad propulsandas à cerebro (quod perpetuò mouetur) cranij iniurias, nam succingit cranium, & à cerebro plurimũ distat, excidentibus tamen vasis cum eodem cohærens, & quanto osse est mollior, tanto est pia mater durior. Perforata [p] est cribi instar, vt plurimas venas sursum ascendentes suscipiat; ad quas muniendas duplicatur in capitis vertice, vbi quandam lacunam, aut veluti cisternam, vel torcular constituit, vnde omnibus subiectis partibus riui transmittuntur. Iuxtà os [q] nasi, quod Ithmoides, vel spongoides vocatur, est foraminulenta, & rara, tùm, vt aer pro respiratione, & vapor pro odore ad cerebrum perferatur, tùm, vt cerebri excrementa per nares vacuari possint.
      - Tenuis, & mollis, quę vulgò pia Mater dr̃
        - Est re vera nãle cerebri operimentum, vel tegumentum defendens ipsum à duritie crassæ meningis, stabiliens, ac tegens. Præterea vasa omnia, quæ in cerebro sunt colligans. Hæc quãtò dura matre est mollior, tantò est durior cerebro. Similis est chorio, idest, secundis, ex quo choroides vocatur. Ita etiam similis est mesaræo, & mesenterio, nam totius cerebri venas, & arteris connectit, facitq; ne implicentur, ne ve suo situ in motu dimoueantur, ob infirmã basim, ac sedem, qua innituntur, & hinc fit, vt non modo cerebrum complectatur, sed etiam in illius profundum se insinuet ipsum in omnes partes peruadens, & quoquo versus se extendens vsq; ad ventriculorum capacitatem.
    - [B] Cerebrũ, à Grecis dictũ ἐγκέφαλος, quod ἐν τῇ κεφαλῇ, idest in capite sit situm. In hoc residet facultas animalis, [c] nam cerebrũ per se est causa imaginationis, intelligentiæ, & memoriæ, per aliud verò, idest, per neruos est causa sensus, & motus. Quare ipsius substantia neruis est simillima, nisi quod est mollior. Temperatione præditum est frigida, & humida. Habet sanguinẽ ab hepate, & spiritus à corde. Est autem cerebrum,
      - [A] Anterius, qd̃ propriè cerebrũ dicitur, diuisum in partẽ dextrã, & sinistram à dura meninge. Pertinet à sutura labdoide vsq; ad frontem. [A] Est maius decuplo cerebello, quo etiam est melius, nam est principium neruorum molliũ, qui sunt instrumenta sensus. In hoc autem cerebro est.
        - [s] Ventriculus
          - [s] Anterior scilicet dexter, & sinister, est aũt duplex, vt vno læso alterum suppetat. Diuiditur autem dexter à sinistro septo tenui, pellucidoq; instar lapidis specularis.
            - In his residet sensus cõis, & imaginatio. Ab his duo canales ad nares mittũtur gratia respirõnis, & odorat⁹, necnõ, vt superfluitates expurgẽt.
          - Medius, vel tertius, qui est principalis [t] ventriculus, & est meatus cõis, vbi coeunt duo anterioris ventriculi, vnde accipit spiritus, quos transmittit ad quartum ventriculũ cerebelli, in quem desinit, & est circa verticem.
            - In hoc residet [r] ratio: ab huius ventriculi fundo ad vacuanda cerebri excrementa fertur meatus versus palatum, veluti alter ex parte, quã cerebrum cerebello coniungitur, obliquè deorsum fertur, & ambo in cõem cauitatẽ factã à tenui meninge peluim, infundibulum, choanam, & vulgò lacunam dictam definunt, quæ meatum habent sensibilem vsq; ad glandulam extra membranam super osse palati, in quo excrementa transcolantur.
        - [u] Plexus retiformis, rete mirabile dictũ à similitudine pluriũ retium simul cõplicatarum.
          - In hoc rete tanquam in labyrintho diù continetur, & conficitur spiritus vitalis, & ita præparatur, vt fiat animalis, deinde ad anteriores cerebri ventriculos transmittitur.
          - Fit hic plexus ex arterijs carotidibus [u] craniũ prætergressis, estq; ad basim cerebri, & per glandulam, quam in orbem complectitur, pertingit retrò longissimè; atq; ne à subiectis ossib⁹ lędatur, substratã habet portionẽ q̃dã crassę meningis, idest, durę matris.
        - [x] Plex⁹ choroides, sic dictus, quia chorij .i. [y] secundarum modo est efformatus.
          - Est complicatio [x] venarũ [y] descendentium, & arteriarum ascendentium tenui membranæ alligatarum, vt ab illis partes nutriantur, & spiritus accipiant. Ab hoc plexu succinguntur interius duo anteriores cerebri ventriculi, habetq; sic plexus vnà cum ventriculis spiritus præparatos.
        - [a] Conarium, vel [b] conoides, [c] idest corpus nuci pineæ simile, quod est veluti glandula
          - Vasorũ [a] diuisiones, [b] ac diuaricationes firmat, & est principiũ meatus, qui à medio ventriculo ad posteriorem cerebelli aĩalem spiritum transmittit.
        - Glutia, [a] & didimi, .i. nates, & testiculi
          - Excipiunt conariũ, & inter nates est ille meatus, qui pertinet ex medio in posteriorem ventriculum.
        - Epiphisis vermiformis .i. similis vermi lignorum
          - Pręest meatui pertinenti à medio in posteriorẽ cerebri ventriculũ illum aperiẽdo, & claudendo, vt facit pilotus ventriculũ, quam ob causam meatui illi (vt dictum est) præiacet.
        - Corpus [b] psalloides, vel comarion sic dictũ à fornice, vel testudine, q̃ imitat̃, ac refert
          - Est supra medium ventriculum ad incumbentia onera sustinenda.
        - Corp⁹ callosũ ita dictũ, q̃a callũ imitatur
          - Est ferè in medio sup anterioribus ventriculis.
        - Principia, & origines molliũ neruorum, qui nerui sunt
          - Duo [c] seruiẽtes olfactui proficiscentes ab anteriorib⁹ vẽtriculis: Nõ sũt nerui, sed ꝓductiones cerebri, q̃a sũt molles, vt cerebrũ, neq; exeũt extra craniũ.
          - Primũ [c] par [d]: Sunt nerui optici, idest visorij, [d] qui soli inter neruos habent foramen sensibile, quamobrem pori nominantur.
          - Sm̃ [e] par: Mouẽt oculos, & licet orianẗ à cerebro sunt tñ duri, q̃a seruiũt motui, atq; ob id nõ ex profundis, verũ ex sup̃ficialib⁹ cerebri partib⁹ nascũt̃.
          - Tertium [e] [f]: Suppeditant linguæ sensum gustus, & ob id sunt molles.
          - Quartũ [g] par: ĩmiscẽt̃ cũ tertio pari, & ꝓ gustu in toti⁹ palati tunicã inserunt̃.
          - Quintũ [h] par: Seruiũt auditui, nec sunt ita molles, vt illi, q̃ ad linguã ferunt̃.
          - Sextum [i] par: Dant sensum omnibus intestinis, & visceribus.
      - Posterius dictũ cerebellũ, quod in parte superiore est distinctum à cerebro, sed nõ in inferiori. Nõ habet magnos flexus, & anfractus sed paruos tenui meninge interceptos. In cerebello autem est
        - Ventriculus [ω] quartus, qui est omnium minimus: In hoc residet memoria. Continet plurimos, & maximè elaboratos spiritus, quos accipit à meatu communi, vel à medio ventriculo, qui est (vt superiùs diximus) Tertius.
        - Prĩcipiũ & origo
          - Neruorũ
            - Molliũ. Nulli nerui [k] molles oriunt̃ à cerebello, sed à cerebro
            - Durorũ nõ exactè, sed qui medij sunt inter molles, ac duros: Est 7. [l] par neruorũ cerebri q̃ nerui dãt motũ ligũæ, & rectis laryngis musculis. Dicit interdum Gal. hos oriri vbi cerebrũ desinit, & incipit spinalis medulla.
          - Medullæ spinalis, vel dorsalis, vel ceruicalis: Est ũeluti alterũ cerebrum, ducitq; principiũ à cerebello, cum quo est continua. Sed eò est durior, hæc oĩbus partibus, quæ sunt sub capite, suppeditat sensum, & motum per neruos circiter sexaginta, qui omnes absolutè duri existunt.
        - Potest etiam dici esse in cerebello peluis, choana, & pars plexus, retiformis, quia in parte inferiori cerebrum non est distinctum à cerebello, & ob id Gal. ipse dicit septimum par neruorum, & medullam interdum oriri à cerebro, interdum à cerebello.
- Non capillatam, in qua sunt
  - Oculi
  - Aures
  - Nares
  - Os.
  - De his partibus, & de earundem affectibus in alijs tabellis agetur.

AVCTORITATES.

a De arte medicin. 9.
b Primo catatop. 1.2.3.
c Auic. l. primo f. 2. doct. prima cap. 6. & lib. 4. f. 7. tr. pri. cap. pri.
d Tertio de anatomic. admin. 2.
e Primo catatop. à cap. 6. in finē lib.
f Secundo catatop. per totū lib.
g Quarto catatop. primo in principio.
h Tertio prorrhetic. 29. Secundo de artic. 10.
i Octauo de vsu. part. 9.
k Octauo de vsu part. 9.
l Nono de vsu part. pri. 2. 17. 18.
m Hip. in lib. de vuln. cap.
n Sexto meth. 6.
o Octauo de vsu part. 9.
p Nono de vsu. part. 6.
q Octauo de vsu part. 7.
q De anatomic. admin. pri. 2.
r Cel. lib. 4. cap. 2.
ſ Octauo de vsu part. pri. 10. 11
t Ter. de decret. Hip. & Plat. 8.
u Nono de vsu part. 4.
x Nono de anatom. adm. 3.
y Octauo de vsu. part. 8.

a b c Nono de vsu part. 7.
A Octauo de vsu part. 11.
B Octauo de vsu. part. 4.
C Sept. de decret. Hip & Plat. 8.
C Tertio de loc. affect. 7.
b Octauo de vsu part. 11.
c Nono de vsu part. 8.
c Octauo de vsu par. 6.
d De neruorum dissectione. 2.
e Nono de vsu part. 8. De neru. dissectione 3.
f De neruorum dissectione 4.
g Nono de vsu part. 9. De neruorum dissectione 5.
h Nono de vsu part. 9. De neru. diss. 6.
i Nono de vsu part. 11.
i De neru. diss. 7.
i Nono de us part. 12.
k Nono de us. part. 6. 10.
l De neruorum dissect. 8. Octauo de vs. part. 6.
ω Octauo de us. part. 12.

Animæ

Tabula Secunda. Animæ humanæ potentias, seu facultates omnes complectens.

Aīç humanæ facultas potentia, vis, virtus, aut vires, Græcè δύναμις, & δυνάμεις numero tum sīgulari, tùm plurali, est. Qualitas corporis humani, per q̃ exercet actiones [r] meritò quarū, & obiectorū potentia hæc dicitur ad aliquid. Et hæc facultas, aut pōia est

- [D d] Nālis q̃ ab Aristot. Vegetatiua dr̃ à Platone cōcupiscibilis.
  - Hæc ex [d] Arist. & Auerr. sentētia sedē habet ī corde. Sed sm̃ Gale. & [e] veritatem in Hepate, ex quo hepate & non ex corde (vt illi sunt opinati) venæ deriuāt̃ per vniuersum corpus ad deferendū sāguinem ibi genitū à dicta facultate pro singulis corporis partib⁹ nutriendis. Et hæc nālis facultas est:
    - Dominās, q̃ ab Auic. ministrata dicitur. Et hæc spectat ad
      - Indiuiduum cui⁹ facultas ē
        - Conseruatiua
          - Nutritiua dr̃ q̃ reponit qđ dissoluit, & hęc est
            - Immutatiua, siue alteratiua q̃ ē
              - [a] Appositiua
                - Hæc adiungit parti nutriendæ sanguinem alteratum qui ab Auic. [b] cambium dicitur.
                - Et interdum non benè fungitur suo munere, vt aliquando in atrophia accidit; nam hæc potest etiam ab alijs causis fieri.
              - Agglutinatiua
                - Ista permiscet parti cambiū, vt illud faciat glutem partis, vnde agglutinatiua dicitur.
                - Frustatur interdum, vt accidit in anasarca.
            - Informatiua
              - Hæc à Gal. [c] Assimilatiua dicitur, quia gluten, ita assimilat parti nutriendæ (exempli gratia) carni, vt fiat caro. Frustatur sæpè vt in leuce, Elephantiasi, & similibus.
        - Perfectiua
          - Augumentatiua dicitur; quæ auget corpus secundum omnem dimensionem, vt illud ad debitam magnitudinē perducat. Et huic ex necessitate opus est nutritiua sibi ad suum munus peragendum deseruiente. Et sic maiore, quàm illa, indiget alimento. Fungitur suo officio vsq; ad 25. vel ad summum vsq; ad 35. annum.
      - Speciem
        - Generatiua dr̃, quæ vtitur calore magis spirituoso, & composito. Incipit à 14. anno, & perdurat in viris vsq; ad 70. aut 75. In fœminis vsq; ad 45. aut 50. Et hęc ē
          - Vniuersalis
            - Hęc gignit sperma in testibus viri, & mulieris, & est
              - Immutatiua, siue alteratiua
                - Alterat sanguinem in testibus, vt spermatis formam recipiat.
              - Informatiua [f]
                - Dat sanguini ī testib⁹ alterato formā spermatis.
          - Particularis
            - Immutatiua, siue alteratiua, quæ agit [g]
              - Vniuersaliter
                - Alterat in vtero semen maris, & fœminæ.
              - Particulariter
                - Præparat vnāquamq; partem informatiuę, vt illam benè possit informare.
            - Informatiua
              - Hæc, vt prudentissima, & summa ars dat omnibus partibus propriā formam cum ijs, quæ ad illam consequuntur.
    - [g] Seruiēs ministrās aut famulans.
      - Attractiua
        - Cum alimentum seiunctum fit à corpore nutriendo, huius ope ad illud trahitur.
      - Coctiua, siue alteratiua
        - Cum alimentum ab initio cōtrarium sit corpori nutriendo, ab hac facultate efficitur simile.
      - Retentiua
        - Cum oīs actio fiat in tēpore; oportet, vt attractū ad hoc, vt coquatur, debito tēpore retineatur, quod præstat hęc
      - Expulsiua
        - Cum alimentum assimilari in totum nequeat, sed in eius coctione gignantur excrementa tùm humidiora, tùm sicciora; per hanc facultatē excernūtur.
      - Frustrà his facultatibus ab Auerrh. [k] additur discretiua. Nā, dùm expulsiua, & Attractiua agunt, sequitur discretio. His facultatibus deseruiūt primæ quatuor qualitates. Et hæ facultates naturales sunt.
        - Coēs toti corpori, Quæ sunt in
          - Ventriculo
          - Hepate
          - Venis sm̃ aliquos.
        - Propriè cuiusq; partis, vt
          - Carnis. [i]
          - Ossis, sic etiam
          - Ventriculi,
          - Hepatis,
          - & omnium.
- [D] Vitalis, quę à Plat. irascibilis dicit̃.
  - [l] Hæc p Auerrh. est superflua, nā (vt ille inquit) continetur sub Nutritiua, & nullam habet actionē propriā. Sed hoc falsum est ēt ex ipso, qui dicit calorē influentē mitti ad omnes partes pro edendis actionibus. Et hic calor vnà cum spiritib⁹; qui, aut sunt idem cum calore, aut illius vehiculū; mittitur ad singulas corporis partes per arterias, quæ oriuntur à corde. Et hęc facultas est.
    - Dominans quæ agit
      - Ex se
        - Vitalis propriè dicitur, [k] quia dat vitā vniuerso corpori per calorem, & spiritus, quos ad singulas corporis partes mittit. Vnde pars potest viuere sine sensu, & motu, vt in paralysi; sic sine nutritione per aliquod tempus, vt in atrophia. Sed sine hoc calore statim corrumpitur, & sphacelum patitur.
      - Excitata ab alio
        - Appetitiua, vel desideratiua dicitur; q̃ mouetur à sensibili.
          - Noxio, & improportionato
            - Irascibilis vocatur, quæ imperat, vt corpus moueatur ad vitandum, vel vlciscendum noxium, & tristabile.
            - A Platone [m] in corde hæc locatur, & facultas etiam animosa, anima vitalis, & anima animosa dicitur, & comparatur Leoni.
          - Iucundo, & proportionato
            - Concupiscibilis nominatur à Platone, à quo in hepate locatur, & comparatur quodammodo Chimeræ.
            - Sed, cùm oporteat, vt vbi est principium imperans, vt fugiatur triste; ibi etiam sit principium sequendi delectabile, hæc facultas etiam erit in corde. Vnde Arist. [n] non multum has dicebat differre.
    - Seruiens, q̃ est conseruatiua caloris in
      - Corde, & cerebro.
        - Respiratiua dr̃, quæ licet ratione motus facti per musculos animalis sit dicēda; reponitur tamen sub vitali, huic illi deseruit. Et hæc facultas est.
          - Inspiratiua [o]
            - Attrahit aerem externum ad refrigerandum calorem, & animales spiritus nutriendos.
            - Priorem vtilitatem concedit Auerrhoes; [p] alteram minimè.
          - Expiratiua [q]
            - Expellit fuliginosas superfluitates in corde genitas.
      - Toto corpore.
        - Pulsatiua dr̃, quæ quatenus fit absq; volūtate, & sine musculis, nālis dici potest; quatenus autem est ad diuersas positiones (nam dilatat, & constringit) animalis. Ab Auerrhoe [s] sub nutritiua ponitur. Et hæc est.
          - Dilatatiua [r]
            - Attrahit aerem externum ad refrigerandum.
          - Constrictiua
            - [s] Expellit fumosas superfluitates.
- [D] Aīalis quæ consistit in cerebro, vnde nerui deriuantur in totum corpus ad motum, & sensum deferendum. Et hęc facultas est.
  - Appræhensiua q̃ est
    - Sensitiua
      - Manifesta
        - Visiua — Est in oculis, & appræhendit colores,
        - Auditiua — Est in auribus, & appræhendit sonos,
        - Olfactiua — Est in naribus, & apprehendit odores,
        - Gustatiua — Est in lingua, & appræhendit sapores.
          - [t] Cùm hæ facultates versentur circa sensibilia propria, in illis non contingit deceptio si organum sit benè dispositum, sic medium, & debita sit distantia.
        - Tactiua
          - Est in toto corpore, & appræhendit omnes qualitates tangibiles.
          - Vnde non vna, sed plures à multis dicitur potentia.
      - Immanifesta, quæ agit
        - Præsente solùm sensibili
          - Sensus communis dicitur, qui [u] cognoscit magnitudinem, numerū, figuram, motum, & quietē, & iudicium fert de sensibilibus oībus, tùm proprijs, tùm cōibus. Et de hoc non meminit Gal.
        - Absente ēt sensibili & tunc percipit.
          - Phantasmata rerū sensibilium, quæ considerat.
            - Sine discursu, & vt sunt phantasmata solùm
              - Est Phantasia, [x] quę fit à sensu secundū actum facto.
              - Et est facultas speculās phātasma, vt phantasma ē.
              - Est autem in anteriori cerebri ventriculo.
            - Cum discursu; [y] est cogitatiua vt sūt imagines rei prius visæ. Quæ imagines si
              - Conseruatæ sunt omni ex parte
                - Memoria [y] dicitur, quę per se est singularium, per accidens vniuersaliū.
                - Est in posteriore ventriculo.
              - Conseruatæ sūt aliqua ex parte, & ex aliqua deciderunt.
                - [z] Reminiscentia dr̃, quę potius ptinet ad intellectū, cū vtatur syllogismo. Est in posteriore vētriculo.
          - Intentiones existentes in illis phantasmatib⁹, quæ sensu non compræhēduntur. Est in medio ventriculo
            - [A] Existimatiua dr̃ ab Auic. Sed hæc, & cogitatiua reducunt̃ ad phātasiā
              - Vt quod Lupus sit inimicus, & filius dilectus, & qui præbet cibum amicus.
    - Intellectiua, quæ cōsideratur ratione
      - Sui, & tunc appræhendit
        - Sine medio — Intellectiua simpliciter dicitur
        - Cum medio — Syllogizatiua, ratiocinatiua, aut discursiua nominatur
          - Theologi, & Accademici tribuunt quoque menti memoriam, quod non efficiunt Peripatetici.
      - Rerū, quas appræhendit
        - ὑπόληψις, idest, existimatio appræhensio, suspicio, & susceptio, cōiter dicitur, & est [a]
          - Cū veritate sēp nō suscipiens falsū, q̃ ē đ reb⁹ [a]
            - Necessarijs [a]
              - Immediatis — Intellectus nominatur
              - Mediatis — Sciētia dr̃
                - His adiungitur Sapiētia, q̃ est cognitio multarum huiusmodi rerum, & maximarum.
            - Contingentib⁹ quæ sunt
              - Agibiles, quarū finis est actio — Est Prudentia.
              - [b] Factibiles; quarum finis est opus — Est Ars.
          - Non semper est, cum veritate, sed ēt cum falsitate esse potest
            - Dicitur propriè opinio, vel existimatio, quę est rerum
              - [a] Varietati, & falsitati obnoxiarum.
              - Necessariarum, [B] sed quæ ab opinante cum suspicione cognoscuntur.
    - Mixta ex sensitiua, & intellectiua; quæ dianoea vel disciplina discursiua nominatur
      - [c] Est cognitio conclusionū particulariū; vt qđ hic Triangulus habet tres, aut hęc mula est sterilis.
      - Hæc enim conclusio oritur tùm ex intellectiua, quæ dicit, Omnis Triangulus habet tres, tùm ex sensitiua, quę dicit, Hic est triangulus. Vnde meritò est mixta.
  - [d] Appetitiua quę est rationis
    - Expers, nata tamen audire rationem, eiq; obtemperare, & tunc appetit bonum voluptarium pertinens ad [d]
      - Corpus — Dicitur vis concupiscendi Grecè, ἐπιθυμία
      - Animum ductum à glorię, victoriæ, honoris & similium cupiditate — Dicitur irascibilis, græcè θυμός.
        - De his etiam supra.
    - Particeps ex se, & hæc — Respicit finem, & dicitur voluntas, ordinatur in finem, & dicitur pręlectio.
  - Motiua
    - De loco ad locū
      - Hæc fit beneficio musculorum. Vnde in tot partes, vel species diuiditur, quot sunt musculi. Supputantur autem musculi ex Auerrhoe [e] penes sententiam Galeni. 529.
    - Continens partem in eadem positione
      - Tonica dicitur; in qua laborant oppositi musculi tùm externi, tùm interni. Vnde maior labor est in continendo totum, vel partem sic, quàm in mouendo secundum locum.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo de natur. facult. 19.
Tertio de natu. fac. 13.
Tertio de caus. Sympt. 3.
b Auicena prima pri. Doct. 6. cap. 2.
Primo de nat. fac. 8.
c Septimo meth. cap. 6
D D. Io: Damascenus lib. 2. de orthodoxa fide c. 12. & inde.
d Tertio de part. animal. 4.
Primo Moral. cap. vltimo.
Secundo de anima. 34.
e Nono meth. cap. 10.
Primo de nat. fac. 7.
Primo de nat. fac. 6.
f Auic. ibidem.
g Tertio de nat. fac. 15. primo.
g Primo de nat. fac. 5.
Tertio de nat. fac. 9. 15.
De sympt. differ. 4.
h Auer. secundo collig. 7. 9.
Auic. prima pri. doct. 6. cap. 3.
Septimo meth. xiij.
Secundo ad Glauc. 2.
k Auicena prima pri. doct. 6. cap. 4.
l Secundo collig. cap. 7. 9.
m Plato in Timæo & in 4. Dial. de Iusto.
Nono meth. cap. 10.
n Tertio de Anima tex. 52.
o De vtil. respir. 3. 4. 5.
p Secundo collig. 19.
q Secundo aphorism. 16.
r Primo de natur. fac. 4.
De vs. puls. 8. 2. 3.
s Secundo collig. 9.
t Secundo de anima 63.
u Secundo de anima 64. 134. 148. 149
u Auic. prima pri. doct. 6. cap. 5.
x Secundo de anima 155. 161.
y De mem. & rem. in principio.
z Arist. ibidem.

A Auic. prima pri. doct. 6. cap. 5.
a Sexto Ethic. cap. 3.
a Secundo Poster. cap. vltimo.
Secundo de anima 154.
B Primo post. tex. 18.
b Sexto etich. cap. 3.
c Them. lib. de mem. & remin. 14.
Primo poster. tex. primo & tertio.
d Primo Moralium cap. vltimo.
e Secundo collig. cap. 18.

ADNOTATIONES.

Licet exacta, & {a} exquisita animæ facultatum diuisio, & consideratio ad philosophum spectet, tamen vtilis, imò necessaria quoq; Medico est, itum propter pulsuum & respirationis, quæ sunt facultatis vitalis munera, theoriam, tum etiam quatenus variæ animæ facultates lædi possunt, qua ratione sunt vel affectuum, vel partium affectarum signa: quemadmodum in Phrenitide, & in huiusmodi alijs affectibus contingit, in quibus modo hæc, modo illa animæ facultas animalis læditur.

In Distinctione de potentia intellectiua, & de intellectu: tradita in superiori Tabula, considerata est talis potentia prout est in habitu; At intellectus in se, & simpliciter consideratus, diuiditur, vt patet in sequenti tabella.

a Primo Ethicorum cap. vltimo.

Intellectus

Tabula Tertia. Varias intellectus facultates complectens.

- Intellectus est
  - [a] Agens
    - Hic est [a] substantia semper actu existens, immortalis, immixta, impassibilis. Et ex Alexandro [b] est prima causa, & primus Motor, qui velut lumen, facit, vt visibilia in potentia actu videantur; sic & hic intellectus efficit, vt quæ sunt intelligibilia in potentia, actu intelligantur: Ex Themistio [c] verò, & Auerrhoe, [d] & alijs est pars animæ intellectiuæ essentialiter ab intellectu possibili distincta.
  - [a] Patiens, qui Intellectus possibilis, materialis, & in potentia dicitur.
    - Est [e] potentia intelligendi, quam habent omnes homines ab ortu, & est velut tabula rasa, aut carta, in qua nihil est scriptum: Nullum habet organũ corporeum determinatum. Ex Aristotele in corde; ex Platone, & Galeno in cerebro consistit.
    - Perficitur ab intellectu agente illustrante phantasmata quæ à sensu illi subministrantur: Est autem huiusmodi intellectus.
      - Omnino potestate
        - Sic est intellectus in pueris, qui propter malam organorum [f] dispositionem inepti [g] sunt ad contemplandum, neq; vti posse videntur intellectu, quousque cerebrum paulatim [f] exiccatur: vnde Aristot. [h] 7. Politic. dicebat pueros ante annos quinque ad disciplinas admouendos minimè esse.
      - [i] In habitu
        - Est intellectus possibilis factus perfectus ab Agente, à quo phantasmata fuerunt illustrata; Et hic [i] intellectus potest exire in opus, idest, intelligere, quando vult, quemadmodum qui didicit artem cytharizandi potest ad libitum cytharam personare: Verum intellectus possibilis est similis illi, qui nondum didicit artem, & est in omnibus hominibus; sed intellectus in habitu nequaquam, veluti neq; grammatica, licet omnes sint apti ad illam ediscendam.
        - Et hic intellectus diuiditur [l] in Actiuum; Factiuum, & Contemplatiuum, sub quibus compræhenduntur potentiæ descriptæ supra in tabella de potentia intellectiua.
      - In actu
        - Est intellectus in habitu, quando actu speculatur, vt ædificator, cum actu ædificat; In habitu verò intellectus est, veluti ædificator, cum dormit, vel comedit.
      - [m] Adeptus
        - [m] Est postrema perfectio intellectus possibilis, quatenus scilicet est adeptus vniuersam perfectionem intellectus agentis. [o] A Simplicio appellatur Mens animaria in se reuersa, & cum Mente participata iuncta. Hunc inquit [n] Auerrhoes vt plurimum senectutis tempore, & non nisi post longum studium in speculatione, & moribus, & post elongationem superfluarum rerum, quæ videntur esse necessariæ, & non sunt, acquiri.

AVCTORITATES.

a Arist. 3. de anima cap. primo. 2. & 3.
b Alex. 2. de anima c. 16. 18.
c Them. 3. de anima. tex. 20.
d Auer. 3. de anima. 4. 5. 18. 20.
e Arist. 3. de anima à tex. pri. vsq. ad 17.
Alex. primo & 2. de anima 13.
f Alb. Magn. pri. phis. tract. pri. cap. 6.
g Arist. 7 phis. tex. 20.
Octauo de hist. anim. cap. pri.
h Arist. 7. polit. cap. vltimo.
i Tertio de anim. 8.
Alex. 2. de anima cap. 15.
l Sexto Metaph. primo.
m Auerr. 3. de anim. 36.
n Auerr. de animæ beatitudine cap. 3.
o Tertio de anim.

ADNOTATIONES.

Animaduertendum est varias fuisse sententias circa intellectus agentis, & possibilis essentiam: aliqui enim crediderunt eos esse inter se essentialiter distinctos, alij verò ratione tantum illos distingui, secundum essentiam autem, vnum & idem esse; sic D. Thomas. Eorum autem qui censuerunt esse essentialiter distinctos, & diuersos, ita vt secundum propriam essentiam non constituant vnam, & eamdem formam; sic Alexander, qui existimauit Intellectum agentem esse Deum: alij demum posuerunt quidem eos essentialiter seiunctos, sed esse tãquã duas differentias, seu partes vnicam formam constituentes; sic Themistius, & Auerroes. Verum quomodocunque sit (hæc enim exactè considerare ad Philosophum pertinet) satis est à cunctis eiusmodi differentias aliquo pacto distinctas poni: nobis itaq; satis sit eas cum alijs animæ facultatum differentijs pingui minerua connumerasse, vt integram proponeremus earum diuisionem.

Tabula Sexta, Doloris Definitio.

Dolor, qui à Græcis πόνος, κόπος, λύπη, ὀδύνη, ἀνία, ἄλγησις, et ἄλγημα vocatur definitur per

- Subiectum, vel materiam, & tunc est definitio, quę ab Arist. dicitur conclusio demonstrationis, & ab alijs definitio materialis. Vocatur etiam definitio ipsius Quòd, vel Quia, nã solùm ostendit rem esse. Variè à varijs Talis doloris definitio assignatur. Quoniam dicitur.
  - Dolor [a] est sēsus tristis
    - Hæc est definitio tradita à Galeno secundo de locis affectis cap. 2. & est per subiectum, nam, qui dicit sensum, intelligit potentiam sentiendi in proprio organo, & cum sensus possit accipi pro [A] potentia solùm, & prout talis potentia est in actu, vel actione, ab ipso Gal. accipitur in tali definitione sensus, prout est in actu, non secùs ac si dixisset.
    - Dolor est sensatio tristis, quemadmodum voluptas, quæ dolori est contraria, dicitur sensatio iucunda. In dolore enim est aliquo pacto motus fortior [b] ipso sensorio, quia dolor est via in solutionem, & corruptionem sensorij, cùm corrumpat sensorij rationem, prius autem afficiunt [B] dolore, postea corrumpunt.
  - Dolor [c] est motus asper in corpore à sensibus alienus
    - Est definitio Marci Tullij in [c] secundo Tusculanarum quæstionum, quæ meo iudicio est longè melior, & clarior superiore, nam datur per motum in proprio subiecto, quia licet corpus non sit proprium subiectum doloris (non enim corpus omne potest dolere) in hac tamen definitione à Marco Tullio accipitur corpus contractum ad sensitiuum, id, quod indicant verba illa in fine definitionis posita, cùm dicitur à sensibus alienus.
    - Tendit autem hic motus asper in interitum rationis sensorij, nam rationem ipsius corrumpit.
  - Dolor est passio corruptiua sēsus in proprio organo.
    - Hæc est definitio per subiectum, quam putamus esse optimam, quemadmodum censemus oppositam definitionem conuenire voluptati sic. Voluptas est passio perfectiua sensus in proprio instrumento, quæ definitio videtur competere ipsi sensui in actu. Sed intercedit quædam differentia secundum rationem; Quoniam, si consideretur alteratio in sensu prout est à sensibili tantùm dicitur sensus: at, si prout est à sensibili iucũdo, dicitur voluptas, veluti, si est à sensibili molesto, vel improportionato, vocatur dolor.
    - Quæ duo tradita sunt à natura ipsis animalibus, vt vitent noxia, & sequantur congrua, & iuuantia; sequuntur enim, quæ seruant rationem sensorij, quę sunt iucunda, & vitant soluentia rationem, quę sunt [d] molesta, & facientia dolorem.
- Causa efficientem, & tunc est Definitio, quæ ab Arist. vocatur principium demõstrationis, & definitio ipsius propter quid. Ab alijs autem dicitur definitio formalis. Et ratione huius definitionis dicitur.
  - Dolor [e] est violēta passio, cùm simul multa, & celeriter fit.
    - Hæc est definitio à Galeno tradita ex Hippocr. & Platonis sententia, quæ (vt ego arbitror) est per causam efficientem, nam licet passio potiùs videatur significare causam patientem, & ipsum subiectum, quia tamen additur in definitione, cùm simul multa, & celeriter fit, exprimitur causa efficiens, nã ab ea fit talis passio, quæ ipsi subiecto tribuitur, veluti tribuitur actio ipsi Agenti. Vtraq; tamen, cum sit motus, est in ipso mobili, & subiecto, sed proficiscitur ab efficiente, vt copiosè demonstratur ab Aristotele [f] in tertio libro Physicorum.
  - Dolor est actio violenta improportionati sensibilis.
    - Est definitio, quam putamus esse immediatam causam ipsius doloris: ex quo iure optimo dicetur esse demonstrationis principium, & erit definitio formalis, vel propter quid ratione doloris; Hac enim posita dolor ponitur, & ablata aufertur, id, quod minimè verum est de alteratione, siue alterante, nec de solutione continui, aut de soluente continuum, quia non omnis alteratio, aut solutio continui dolorem facit, siue seiunctim, siue coniunctim capiantur.
    - At si dolorem gignunt, id faciunt, quatenus sunt sensibilia improportionata. Quamobrem sensibile improportionatum proxima est, ac immediata doloris causa, præcipuè cùm differentia in effectu [g] fiat à differentia addita ipsi causæ. Itaq; si sensatio fiat à sensibili, ergo, & sensatio tristis, quę est dolor, fiet à sensibili tristi, idest improportionato, Eadem ratione sensatio iucunda, quæ est voluptas, fit à sensibili iucundo, idest, proportionato.
- Vtrumq; scilicet per subiectum, & causam, & est perfecta definitio, quæ positione differt à demonstratione. Variè autem à varijs assignatur, nam dicitur
  - Dolor, est molestia [h] & passio, quæ agendo percipitur ex solutione continui, vel sic. Dolor est molestia, & passio facta in sensu, vel animo à soluentibus continuum.
    - Hæc est definitio Ioannis Argenterij, [h] quæ peccat bifariam, primò, quia datur per genus synonimum cum definito nam molestia, & dolor apud Authores pro vno, & eodem accipiuntur, & non (vt ipse fingit) in plus est molestia, quoniam Cicero in primo de Finibus bonorum, & malorum dicit, cum priuamur dolore, ipsa liberatione, & vacuitate oĩs molestię gaudemus, [i] & xi. epistolarum ad Matium, & alibi sæpissimè pro eodem vsurpauit dolorem, & molestiã.
    - Præterea peccat, quia existimat immediatam causam doloris esse solutionem continui, quod certè est falsum, quia (vt dictum est) sequeretur, quod posita solutione continui, poneretur dolor, & eadem ablata, auferretur.
    - Insuper sequeretur, quod primę qualitates non per se [k] animal corrumperent, sed per secundas, quod omnino est absurdum, nam omnes tangibiles qualitates, cum sunt excellentes, animal corrumpunt.
    - Nos concedimus, & primas qualitates, & alias dolorem facere sed non per se, verùm quatenus sunt sensibilia improportionata.
  - Dolor [l] est separatio partium naturalium cum violentia.
    - Hæc est definitio Aristotelis in sexto [l] Topicorum capite tertio, quam ipse reprehendit duplici de causa. Primò, quia non est per proprium subiectum. Secundò, quoniam per effectiuum doloris. Verùm, si loco naturalium, ponatur sentientium, erit per proprium subiectum. Et de effectiuo dicimus, quod in definiendis proprijs passionibus poni debet non modò subiectum, sed etiam causam, propter quam sunt in tali subiecto, & hęc causa est efficiens, vel effectiuum passionis, quod coincidit cum forma.
    - Ex quo in his idem est Quid, & propter quid; vt patet secundo posteriorum analiticorum, & Arist. in tali doloris definitione per separationem cum violentia nihil aliud intellexit, quàm Actionem improportionati sensibilis; potest etiam causa passionis esse finis, & accipi pro medio.
  - Dolor est passio corruptiua partis sentientis propter actionem improportionati sensibilis.
    - Hæc est definitio, quam putamus esse perfectissimam, & absolutissimam, quia est per proprium subiectum, & per propriam causam. Quamobrem est demonstratio sola positione differens, nã si mutentur verba, fiet demonstratio, sic.
    - Omnis actio improportionati sensibilis est passio corruptiua partis sentientis.
    - Omnis dolor est actio improportionati sensibilis.
    - Ergo omnis dolor est passio corruptiua partis sentientis.
    - Et hoc pacto docet Aristoteles definiendas esse omnes proprias passiones, vt est ira, Eclipsis, Tonitrus, & similia.

Secundo

AVCTORITATES.

A Secundo de Anima. 142.
a Secundo de loc. affect. 2.
b Secundo de anima 121.122.
B. Secundo de Anima. 143.
c Marc. Tull. in Secundo Tuscul.
d Tertio de Anima cap. 5.
e Primo de caus. Sympt. 6.
f Tertij physicorum à tex. 19. ad 23.
g Primo de caus. puls. primo. primo de sanitate tuend. 5.
h Argent. in l. de gener. & differen. sympt. cap. 2.
i Cicero in primo de Finibus, & 11. Epistolarum ad Matium.
K Tertij de Anima 67. 68.
l Sexti Topic. cap. 3.

ADNOTATIONES.

Dolor interdum accipitur pro dispositione dolorifica, {a} *idest, faciente dolorem, vt dolor calidus, dolor frigidus, & interdum pro ipsa tristi sensatione.*

Praeterea interdum {b} *accipitur pro alteratione, quae fit ab improportionato sensibili in potentia sensitiua, & interdum pro dignotione ipsius alterationis; veluti sensus interdum accipitur, pro passione facta à sensibili, & interdum pro iudicio, vel dignotione ipsius passionis, vt asserit Alexander in libris de Anima.*

Sed Galenus dicit, quod dolor non est alteratio, sed alterationis dignotio. Sic sensus non est alteratio, sed alterationis dignotio. {b}

Dicimus vtrunq; esse verum, scilicet sensum, & dolorem esse alterationem, & esse dignotionem alterationis, & esse alterationem ratione organi, & dignotionem ratione potentiae sensitiuae, idest, sensus communis, qui {a} *mens vocatur ab Hippocrate.*

Dolor in se est sensibile commune, quia est passio, & passio est motus, & motus {c} *est ex Aristotele sensibile commune.*

Dolor non modò est in sensu, sed etiam in intellectu secundum proportionem quamdam, nam velut in sensu est passio facta ab improportionato sensibili, sic etiam in intellectu est passio facta ab improportionato, vel tristi intelligibili.

a Secundo aphorismorum. vi.
b Septimo de decret. Hip. & Pl. cap. vij.
c Secundo de Anima 63.

Tabula Quinta, Doloris cauſæ,

- **Doloris cauſa eſt**
  - **Efficiens, quæ ꝓpriè à Medicis cauſa dicitur. Hæc aũt efficiens cauſa eſt.**
    - **Immediata propria, vel proxima, vel prima**
      - Prima, Immediata, proxima, & per ſe cauſa doloris eſt ſenſibile improportionatum, ideſt, [a] excellens, & habens vim corrumpendi ſenſum; hoc enim non habens debitam proportionem ſoluit rationem potentiæ ſenſitiuæ, quę eſt medietas, vel mediocritas quædam. Intelligitur autem, cum dicitur ſenſibile improportionatum eſſe cauſam doloris, ſenſibile in actu, & ſic actionem talis ſenſibilis.
      - Quòd autem hæc ſit immediata cauſa doloris patet; quia veluti ipſius ſenſus dicti ſimpliciter propria cauſa eſt ipſum ſenſibile, ſic ipſius ſenſus triſtis, qui eſt dolor, cauſa erit ſenſibile triſte, ideſt, improportionatum: nam differentia addita [b] in effectu fit à differentia addita in cauſa.
      - Eadem ratione voluptatis, quæ eſt ſenſus iucundus, cauſa erit ſenſibile iucundum, ideſt, benè proportionatum.
      - Poteſt autem ſenſibile eſſe improportionatum, vel ob redundantiam, ſiue ob excellentiam qualitatis, vt ſunt nimiùm calida, & frigida, ſic dura, & aſpera, vel ob motum, & eiuſmodi. Quamobrem cauſa ipſius doloris meo iudicio percommodè ſic põt exprimi. Cauſa propria doloris eſt actio violenta improportionati ſenſibilis: &, cum dicitur, violenta, intelligitur etiam illa, quæ eſt facta ἀθρόως, [c] ideſt confertim, & ſimul.
      - Sed ſenſibile improportionatum, ſiue ſit alterans, ſiue ſoluens continuum, [c] magis agit in tactum, [D] quàm in alios ſenſus, in quibus etiam fit dolor; Quoniam, & obiectum, & potentia in ſenſu tactus eſt magis materialis, quàm in alijs ſenſibus.
    - **Mediata, Remota, & non propria**
      - Sic dicitur eſſe cauſa doloris illa, quæ eatenùs facit dolorẽ, quatenus fit ſenſibile improportionatum, vt eſt calidum corrumpens. Hæc autẽ cauſa mediata eſt.
        - Alterans, vel Alteratio, ſiue inæqualis intẽperies, quæ ab Auerrhoe [d] mala complexio dicitur, & ab eodem exiſtimatur eſſe propria, & immediata cauſa doloris ob quod repræhendit Galenũ dicentem cauſam doloris eſſe ſolutionem continui, & Auicennam, [l] qui poſuit cauſam doloris tùm malam complexionem, tùm ſolutionem continui. Tale autem alterans corrumpens rationem ipſius ſenſus facit dolorem & eſt obiectum ipſius.
          - Tactus, [e] cuius obiectum ſunt qualitates [e]
            - Primæ
              - Calidum, Frigidum, Humidum, Siccum — Iſta propriè alterant
            - Secundæ
              - Durum, Molle, Aſperum, Lene, & ſimilia. — Hæc propriè ſoluũt continuum.
          - Viſus, [f] cuius obiectum ſunt colores. Auditus, [g] cuius ſunt ſoni. Olfact⁹, [h] cuius ſunt odores. Guſtus, [i] cuius ſunt ſapores.
            - Obiecta [G] improportionata in his ſenſibus minùs faciunt dolorem, quia magis ſpiritualiter agunt, quàm obiecta tactus.
            - Præterea potentia recipiens obiecta in alijs ſenſibus eſt minùs materialis, quàm in tactu.
        - Soluens continuum, vel ſolutio continui, quæ à Galeno ponitur propria, & immediata cauſa doloris in lib. de inæquali intẽperie cap. 6. primo de cauſ. ſympt. 6. 12. methodi cap. 7. & ſecundo de Medicamẽtis ſecundum locos capite primo. Ex quo [l] Auic. & Auerrhoes [d] dicunt Galenum ponere propriam cauſam doloris continui ſolutionem ſolùm. Galenus tamen interdum ponit ambas cauſas doloris videlicet alterationem, & ſolutionem continui, vt in lib. de Arte Medic. 80. & alibi perſæpè. Soluunt autem continuum dura, aſpera, grauia, & huiuſmodi quod faciunt
          - Incidendo — vt gladius. [k] [m]
          - Frangendo — vt lapis, lignum. [k] [m]
          - Corrodendo — vt humores acres, Thapſia. [k] [m]
          - Tendendo — vt humores multi, moles aliqua [k] [m]
          - Rarefaciendo [l], Denſando [l] — Hæc duo adduntur à Galeno cum vult cauſam doloris eſſe tantùm ſolutionem.
  - **Patiens.**
    - Eſt potentia ſenſitiua in proprio organo, ideſt, inſtrumento, quod, vel eſt neruus, [n] vel pars neruo prędita, Licet ſtatuerit Ariſtoteles [o] carnem, Atquè ob hanc cauſam partes illæ maiores dolores patiuntur, quæ ſunt pluribus, ac maioribus neruis præditæ; paruos, & exiguos, quæ paruos, & paucos neruos obtinent; nullos, quæ carent neruis.
  - **Finis.**
    - Eſt fuga rei noxiæ, [p] & corrumpentis, nam datus eſt à natura ipſi animali dolor, vt per hunc cognoſcens ſenſibilia valdè excellentia illa euitet, fugiatq;, ne tandem ab illis corrumpatur.
    - E conuerſo data eſt voluptas dolori contraria, [p] vt per eam percipiens animal iucunda, & iuuantia, illa ſequatur.
    - Quare nonnulli à fine dicunt dolorem eſſe fugam, & voluptatem conſectationem, & amplexationem.
    - Si verò dolor in ſeipſo conſideretur, eius finis dicetur eſſe corruptio ſenſus.

AVCTORITATES.

a Secundo de Anima.63.
b Primo de cauſ.pulſ.primo
Primo de ſanit.tuend. 5.
c Primo de cauſ. Sympt.6.
D De diff. ſympt.3.
d Tertio colliget.31.
e Secundo de anima 107.cap.7.
f Secundo de anima 67.cap.3.
g Secundo de anima 78.cap.4.
G Primo de cauſ.Sympt.6.
h Secundo de anima 92.cap.5.
i Secundo de anima 101.cap.6.
κ Secundo catatop.primo pag.135.h.
K De inæquali intemp.3.
De art.medic.80.
I Auic.l.p.f.2.d.2.
Sum. Secunda cap.19.
l De inæquali int.6.
Primo de cauſ. ſympt.6.
m xii.meth.7.
Secundo acutorum primo.
n Primo de vſu part.16.
16. De vſu part.2.
o Secundo de anima 27.117.
p Tertio de anima.28,
29.67.68.

ADNOTATIONES.

Galenus (vt patet in hac tabella) fuit varius in recenſendis cauſis doloris, nam interdum ponit ſolutionem { a } *continui ſolam immediatam doloris cauſam, & dicit intemperiem facere dolorem, quatenus ſoluit continuum. Interdum* { b } *asſerit ipſam etiam alterationem, & intemperiem eſſe per ſe cauſam doloris.*

Auicenna {c} *verò ponit ambas cauſas, nempe intemperiem, & ſolutionem continui, atq; reprehendit Galenum quod poſuerit ſolam continui ſolutionem.*

Auerrhoes {d} *reprehendit Galenum, & Auicennam, oſtenditq; Alterationem eſſe doloris cauſam per ſe, ſolutionem verò continui, quatenus eſt cum malo motu.*

Nos (vt ex dictis patet) exiſtimamus, nec alteram ex dictis cauſis ſeorſum, neq; vtramq; ſimul eſſe per ſe, & immediatam cauſam doloris: ſed ſenſibile improportionatum, id eſt ſenſibilis improportionati actionem eſſe propriam doloris cauſa, non tamen negamus intemperiem, & ſolutionem continui facere dolorem: Sed dicimus illas facere dolorem, quatenus ſunt ſenſibilia improportionata.

Et ad Auerrhoem, cum dicit ſolutionem continui non facere dolorem; quia non eſt obiectum tactus dicimus, quod veluti calidum, & frigidum in alteratione ſunt obiectū tactus, ita durum, aſperum, graue in ipſa ſolutione continui eſſe eiusdem tactus obiectum.

Galenus {e}, *& Auicenna* { c } *dicunt, quòd quemadmodum dolor fit à ſubita mutatione ex naturali ſtatu ad præternaturalem; ſic voluptas fit à ſubita mutatione ex ſtatu præternaturali ad ſtatum ſecundum naturam.*

Sed hoc repugnat ſenſui nam, ſi quis habens manus valdè frigidas, illas igni admoueat, { f }, *magnum dolorē ſenſit. Repugnat etiam ipſi Galeno in xij.meth. & Aetio lib.5.cap. centeſimo.*

Quamobrem dicendum eſt, voluptatem non ſic fieri. Sed (veluti dictum eſt) ab actione proportionati, id eſt, iucundi ſenſibilis.

Ariſtoteles octaua ſectione problematum in probl.xv. dicit, quod hoc accidit ob violentam mutationem ex contrario in contrarium, vel potius per antiperiſtaſim. nam ob calorem nimium exterius aduenientem, frigus, quod eſt in ſuperficie retrahitur, atq; ita prohibet, ne calor internus exeat. Sed in ſequenti problemate 16. dicit, quod calor violentèr penetrat per foramina à frigore concreta, & in illa violenta penetratione fit dolor.

a { *De inæq. intemp.6. / Primo de cauſis ſympt. 6. / Secundo Catatop.primo pag. 135.h. / Tertio de Fract.34.* }
b { *De art. medicin. 80. / 12.meth.7. / Secundo acutorum primo.* }
d *Auerh.3.collig. 31.*
c *Auic.lib.pri.f.2.*
Doct. Secunda ſum.ſecunda cap.19.
e *Primo de cauſ.ſympt.6.*
f *xij.meth.vij.Aet.lib.5.cap.100.*

Doloris

Tabula Sexta, Doloris Differentiæ.

Doloris differentię sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa**, quę procatarctica dicitur à gręcis, primitiua à Iunioribus
    - Sunt sex res non [a] naturales, uel Res faciendæ, assumendæ, excernendæ, & incidentes extrinsecùs, à quibus interdum sumpsit Galenus [d] differentias doloris. Hæ autem eatenus faciunt dolorem, quatenus
      - Alterãt [b]
        - Calefaciunt – Vt Ignis, Sol,
        - Refrigerant – Vt aqua, nix, glacies,
        - Siccant – Rarò faciunt dolorem,
          - Hæ causæ persæpè [d] faciunt dolorem, & ab his desumpsit differentias doloris capitis Gal. 2. de medic. 2. locos cap. primo.
        - Humectant – Per se non faciunt dolorem ex Galeno.
      - Soluũt, [b] [c] cõtinuũ
        - Incidunt – Vt gladius,
        - Frangunt – Vt lapis, lignum,
          - Sæpissimè faciunt dolorem.
        - Corrodunt – Vt Thapsia,
        - Tendunt – Vt moles aliqua
          - Rarò faciunt dolorem.
        - Rarefaciendo, densando – Adduntur hęc à Gal. [c] cum vult solutionem continui esse solam causam ipsius doloris.
  - **Interna**
    - **Efficiens** – Hæc etiam eatenus facit dolorem, quatenus alterat, vel soluit continuum, & ob id Gal. 2. de loc. affect. 5. de arte medic. 80. & secundo de ratione victus primo, & alibi duas ponit species doloris .s. alterõnem, & solutionem continui, quæ etiam fiunt à causa externa vt supra dictum est. Talis autem causa efficiens interna est
      - Humor, q. siue sit simplex, vt sanguis, bilis, pituita, & humor melancholicus, siue compositus ex his, cum facit dolorem est
      - Vapor, vel liquor – facit dolorẽ vt humor
        - Sine inflãmatione, & tunc facit dolorẽ magis soluẽdo continuũ, q̃ alterando. Soluit aũt cõtinuũ
          - Per se – Facit dolorem quatenus grauat, [d] [e] distendit, vel corrodit, nã pituita, & humor melãcholicus suo põdere grauant, vel sua frigiditate densant, & sic tẽdunt. Bilis verò potius ob suam acrimoniam mordet, corroditq́;.
          - Per accidens – Vt cum humores sua [d] mnltitudine, vel crassitie, vel tenacitate obstruunt meatus, atq́; ita prohibent, ne vapores, liquores, flatus, & eiusmodi transeant, vel exeant, nam tunc vapor, liquor, vel flatus est, qui per se soluit continuum, atq́; ita facit dolorem.
        - Cùm inflãmatione – In hac est dolor tùm ob alterõnem, tũ ob solutionẽ continui.
      - Flatus [f] Hic sæpè excitat dolorem tendendo.
      - Qualitas venenosa – vt ab ictu feræ magni excitantur dolores.
      - Substantia solidior – vt est pus, [g] vermis, lapis. [h]
    - **Patiens**
      - Est materia vel subiectum doloris ob debilitatem ex aliqua intemperie. Tale aũt subiectũ est
        - Totum corpus præsertim in partibus externis per genus musculosum, & tunc dolor est [i]
          - Simplex – Vlcerosus .i. / Tensiuus / Phlegmonodes.
          - Compositus, qui est
            - Duplex .i. – Vlcerosus tensiuus. / Vlcerosus phlegmonodes / Tensiuus phlegmonodes.
            - Triplex – Vlcerosus, tensiuus, phlegmonodes.
        - Pars apta ad dolendum, siue ob debilitatẽ, siue ob [m] exquisitũ sensũ, & tũc dolor ẽ [l]
          - Nominatus – Vt [k] cephalalgia, cephalæa, hemicrania, otalgia, cardialgia.
          - Innominatus .i. nõ habẽs propriũ nomen, sed orõne significatur – vt dolor [l] hepatis, dolor lienis, dolor oculorum, dolor renum, & eiusmodi.
- **Morbo**, à quo sumit differentias Gal. 12. meth. 7. & de Arte medic. 80. Est autem talis morbus
  - Intemperies [M] [n] inæqualis, quæ, siue sit à causa interna, siue externa est [M]
    - Sine materia, & hæc est
      - Simplex
        - Calida, Frigida – Magnos [M] facit dolores.
        - Sicca – Gignit paruum dolorem soluendo [m] continuum.
        - Humida – Non facit dolorem [M]
      - Cõposita – Calida sicca. / Calida humida. / Frigida sicca. / Frigida humida.
    - Cum materia, quę (vt dictũ est) potest esse humor, vapor, liquor, flatus, pus, vermis, lapis, & eiusmodi.
  - Solutio [n] continui à causa [n]
    - Externa – Hæc plerunq́; incidendo, [n] vel frangendo facit dolorem, vt gladius, lapis, lignum. Potest etiam id efficere tendendo, vel contundendo, vt faciunt ea quæ magnæ sunt molis, & grauia.
    - Interna – Hæc, siue sit humor, [r] siue vapor, siue fumus, siue flatus, siue pus, vermis, lapis, & eiusmodi dolorem excitat, vel tendendo, vel corrodendo.
- **Loco affecto qui est**
  - Totum corpus præcipuè in partibus externis (vt dictum est) per genus musculosum, & tunc est dolor, vel lassitudo siue simplex, siue composita.
  - Pars aliqua corporis, hæc, vel illa, vna, vel plures, quæ pars põt esse affecta
    - Per se, per essentiam, vel primariò.
    - Per consensum, vel communitatem à
      - Toto – Vt in febribus, plenitudine, & cacochimia.
      - Partibus varijs.
- **Symptomate**, ideſt ab ipso dolore, quas differentias Gal. dicit esse [u] sumptas à specie doloris, & Auicen. easdem recenset vt [p] proprias doloris differentias. Secundum igitur speciem dolor dicitur.
  - P R V R I G I N O S V S [o] pruritiuus ab Auic. [p] – Est in sũpficie corpis ab humoribus acribus, vel salsis, qui cuti inhærent, tũ quia cutis est densior cęteris corporis partibus; tùm quia est magis remota à fonte caloris, ideſt ab ipso corde. Præterea est pars omnium maximè ignobilis, quare ad eam superfluitates transmittuntur.
  - A S P E R, Asperatiuus [p] ab Auic. – Est tùm in superficie, tùm in subiectis partibus ab humore inæquali, aspero. [p]
  - P V N G E N S, [q] vel punctorius, [p] pungitiuus ab Auic. – Est potissimum circa membranas, in quibus circulatim extenditur æqualiter, vel inęqualiter pro ratione membranæ similis vel dissimilis in mollitie, duritie, sic motu, quiete, & in sensu partis, & demùm fit ab humore membranam extendente, atq́; aliquo dictorum modorum in ipsa soluente continuum. [eiusdẽ.
  - Perforãs, vel pforatiuus [p] ab Auic. & ẽ, ac si terebro [r] pforet – Est in mẽbrana crassa, & dura, vt est colon à materia, vel flatu cõtẽto inter tunicas
  - Acualis, ab Auic. [p] dictus à punctione acus, & interdum est ita, vt palus [s] videatur esse infixus – Est in parte membranosa, vt sunt intestina nõ modo crassa, sed etiam tenuia ab humoribus acribus corrodentibus, vel à motu materiæ frigidissimæ, qualis est pituita vitrea. Potest etiam esse à flatu, cum mouetur.
  - T E N D E N S, [t] vel extẽdens, vel cõuulsiuus, extẽsiuus ab Auic [p] – Est in [t] partibus neruosis, vt neruis, vel musculis à plurimo humore, vel flatu, & interdum à siccitate. Est etiam in membranis inflammatis, vt accidit in phrenitide.
  - Compressiuus [p] ab Auic. – Est in partibus carnosis distentis, vel coarctatis ab humore, vel flatu, qui siue extrinsecus coarctans, siue intrinsecus distendens reddit angustum partis affectæ locum.
  - C O N T V S I V V S [p] [u] ab Auic. – Est in carne musculi ab humore, vel flatu contento inter musculum, & membranam.
  - L A S S A T I V V S [p] [u] ab Auic. – Est in carne ab humore [u] distendente substantiam carnosam, & non tendinosam.
  - O S T O C O P V S, [x] ideſt ossium labor. Frangitiuus ab Auicenna [p] – Est inter os, & mẽbranã perioſtiũ dictã, est ẽt in tendinib⁹, & eiusmodi. Quare ꝓfundus dolor dr̃, fit ab humore, vel flatu, aut ẽt à solo frigore p̃sertim post exercitationes. Huiusmodi dolor ꝑsepè adest in morb. gal.
  - G R A V A N S, [y] grauatiuus [p] ab Auic. – Est in parte, quæ paruo, vel hebeti sensu est prædita, siue naturaliter, vt pulmo, siue per accidens, vt interdum est ventriculus, plerumq́; fit ab humore frigido.
  - Stupidus, [a] vel torpidus, [p] stupefactiuus ab Auic. sed à Gal. [a] dicitur morbus frigidus, & non sympro ma – Fit ab insigni partis frigiditate, siue cum materia, siue sine materia. Fit etiam ab obstructione prohibente, ne virtus sensitiua ad membrum deferatur.
  - P V L S A N S, [a] pulsatiuus ab Auic. – Est in partibus arteriosis ab inflammatione.
  - V L C E R O S V S, [b] lassitudinalis [p] ab Auic. qui sentitur inter mouendnm, & tangendum, succeditq́; magnis exercitationibus – Est in partibus [b] lassitudine affectis non modò cutaneis, sed ẽt internis vsq́; ad ossa, fitq́; ab acribus, & vitiatis humoribus.
  - E R O D E N S, [c] vel mordax, Mordicatiuus ab Auic. [p] – Est in qualibet parte sensitiua ab humore, vel vapore mordaci .i. acri qualitate p̃dito.
- **Accidẽte aliquo alio: quod accidens est**
  - Quãtitas secundum
    - Magnitudinem, [d] & paruitatem – Hinc dolor dicitur [d] magnus, paruus, vel vehemens, debilis, atq́; ita vsurpatur nomen quantitatis, in qualitate [e] – Hinc sumpsit differentias doloris Gal. quinto, aphor. quinto.
    - Tempus penes ipsius doloris
      - Inceptionem – Hinc dolor dicitur recens, vel vetustus.
      - Cõtinuitatẽ, & intermissionẽ – Hinc dr̃ dolor cõtiuuus, vel intermittens
        - Hinc ẽt desumpsit [d] Gal. dr̃ias doloris sed eas reducit ad speciẽ doloris
      - Durationem – Hinc dolor dr̃ diuturnus, breuis – Vt [f] cephalea, & hemicrania sunt dolores diuturni, cephalalgia verò est breuis.
  - Ad aliquid, id est, Relatiua, quæ sunt [d]
    - Similitudo, & dissimilitudo – Vnde dolor dicitur similis dissimilis
    - Aequalitas, & inæqualitas – Hinc est dolor æqualis, & inæqualis
      - Ab his etiam sumpsit doloris differentias Hippoc. & Gal. 6. aphor. 5.
    - Ordinatio, & inordinatio – Vnde est dolor ordinatus, inordinatus.

AVCTORITATES.

a Quarto de sanitate tuenda 2.
b Primo de caus.sympt.6. / xij. meth. 7. / De art.medicin.80.
c De inæquali intemperie.6.
d Secundo catatopus cap.primo.
e De remedijs paratu. facilibus primo.
f Tertio de loc.affect.7.
g Auicena lib. 3.f.16.tr. 5. cap. 1. 2.
h Primo 6.epid.6.
i Secundo aph.5.
i Tertio de sanitat. tuend.5.
i Quarto de sanitate tuend.2.
i Secundo de caus.sympt.5.
K Secundo meth.2.
l De differ.sympt.3.
M Secundo catatop. primo 2. 3.
m Tertio de loc.affect.9.
n xij. meth. 7. / De art.medic. 80.
P Quinto de loc.affect.cap. primo.
o Secundo de loc.affect.7.
p Auicena lib.pri.f.2.d.2.summa 2. c.20.
q Sexto aph. 5. / Secundo de loc.affect. 5.6.7.
r xij.meth.7.8. Secundo de loc.affect.5.
s Secundo de loc.affect 5.7. xij.meth.8.
t Sexto.aph.5.12.meth.7. Secundo de loc.affect. 4. 5.6.
u Sexto aph.5. Secundo de loc.affect.2.4.5.
x Tertio de sanitate tuend. 5. Secundo de loc.affect. 7.
y Secundo de caus.sympt.5. Secundo de loc. affect.4.5.

a Secundo de loc.affect.2.7.
b Tertio de sanitate tuend. 5.2. aph.5. / Quarto de sanitate tuend.2. / Secundo de loc.affect.7.
c Secundo de sympt.caus.5.
d Sexto aphorism 5.
e Primo de diff.febr.primo. Primo aph.14.
f Secundo catatop.2.3. Tertio de loc.affect.9.

ADNOTATIONES.

Possunt etiam aliæ doloris differentiæ ab aliquo symptomate, vel accidente desumptæ assignari, vt quod sit in sanabilis, lethalis, vel mortiferus, aut sanabilis, & medicabilis, mitis, immitis, certus, incertus, tolerabilis, intolerabilis, tener, durus, & eiusmodi ferè innumeræ. Sed quæ à rei ipsius natura desumuntur, & quæ à Galeno ponuntur sunt, eæ, quas in tabella sumus complexi, ad quas aliæ omnes facilè reduci possunt.

Differentias doloris à multis fontibus desumi ostendit Gal. 6. Aph.5., secundo de loc.5. quarto de sanitate tuenda secundo. Sed apertè illas desumi (vt nos fecimus in tabella) à causa, à morbo, à parte affecta, & à specie ipsius doloris testatur secundo de med. secundum loc.cap.primo.

In secundo etiam de loc. aff. ferè per totum librum exponit differentias doloris ab ipsa doloris specie desumptas; ponitq́ septem, vel octo doloris differentias, quas nos in Tabella literis maiusculis descripsimus. At Auicena a *præter positas à Galeno quasdam alias differentias assignat. quas etiam in tabella sumus complexi. & ex Auicena sunt quindecim, quæ ad illas octo, quas posuit Galenus facilè reducuntur. nam Asper, ad Pruriginosum; Perforans & Acualis, ad Pungentem: Cōpressiuus, Contusiuus, & laxatiuus ad tendentem reducitur. Verum stupefactiuus à Galeno non dicitur esse dolor, neq́ doloris species, sed affectus, & morbus frigidus.*

a Auicena lib.primo f.2.doct.2.suma 2. cap. 2.

In

Tabula Septima, Doloris curatio.

In curatione doloris, operationes curatiuæ sumuntur à

- **Causa q̃ est sensibile ĩ pportionatũ, & oĩa, q̃ fiunt rõne huius dicũt [F] sanare dolorẽ p accidens. Tale aũt sẽsibile est**
  - **Externum**
    - Vt ignis, sol, nix, gladius, lapis, & cætera alterantia, vel soluentia cõtinuum, quę extrinsecùs incidunt.
      - Ab huiusmodi causa, si abijt, [a] nihil indicatur, At, si adhuc adsit fouens, vel augens dolorem, indicatur fuga, & vitatio talis causæ dolorem facientis, vt etiam norunt animalia rationis expertia, [b] quę quantum possunt eiusmodi causas vitant, ne ab ijsdem corrumpantur.
  - **Internum**
    - Alterans § Hoc reducitur ad intemperiem inæqualem, de qua dicetur inferiùs.
    - Soluens cõtinuũ qđ ẽ
      - Plenitudo, vel multitudo, vel copia
        - Humoris peccãtis in
          - Quãtitate: Est plethora i. multitudo, vel plenitudo propriè dicta, à qua ĩdicatur [e]
            - Vacuatio { Si vires, & cætera consentiant [c] statim mittendus est sanguis copiosè; ità, vt, si maximus [d] sit dolor, mittatur vsq; ad animi defectũ, conuenit ẽt inedia, [e] q̃ vacuat p accidẽs.
            - Auersio { Nisi possit [c] mitti sanguis, aut, si post missionẽ perseueret dolor cruciãs, trahẽda est materia ad partes oppositas cum frictionib⁹ ligaturis, cucurbitulis, & alijs huiusmodi præsidijs.
            - Repercussio § Maximè conferunt repellentia parti dolenti adhibita.
            - Deriuatio { Deriuanda est materia ad partes vicinas, vt laborante vtero, deriuanda est ad anum, sic dolentibus auribus ad nares.
            - Digestio, vel Dissolutio { Post alia præsidia, reliquiæ causę dolorem facientis, quæ remanserunt, per dissoluentia, vel digerentia medicamenta parti dolenti adhibita sunt euacuandæ.
            - (Corpore [f] existente pleno ista nõ cõueniũt ante sanguinis missionem, nã partes, ad quas materia est ducenda, illam nequeũt recipere. Et medicamenta digerentia plus attrahunt, quàm vacuent.)
          - Qualitate
            - Acri ob bilem, à qua ĩdicat̃.
              - Alteratio [g] { Præstatur per refrigerantia, & humectantia, tùm alimenta, tùm medicamẽta, quæ etiam cohibent, ne noua materia generetur, & præcipuè alimenta, quę difficilè coquũtur. [g]
              - Vacuatio per
                - Deiectiões, quas mouent medicamẽta adhibita p
                  - Os § Maximè confert [g] hiera Gal., sic scammonea, electuarium ros. Mesues, Rhabar. pill. de hiera, de Rhab. Aureæ, & similia.
                  - Anum { Faciũt clysteres præsertĩ ex ptisana, qñ materia est in intestinis, iuuat ẽt hiera per clisteres indita, sic cassia fistula, & eiusmodi.
                - Vomitũ { Si materia sit in orificio ventriculi, mirabiliter confert vomitus excitatus ab aqua tepida copiosè pota. [c]
              - Auersio, Repercussio § Conueniunt, veluti dictum est supra in plenitudine.
              - Digestio, vel dissolutio, hoc est, vacuatio per insensibilem trãspirõnẽm à parte affecta { Hanc præstant medicamenta calida in primo [h] gradu, vel temperata, vt sunt olea, adipes, & eiusmodi, dolenti parti adhibita, quæ hoc nomine dicuntur præsidia sanantia, nam educunt humorem lędentem. Sed ratione epicraseos (.i.) contemperationis, vel mixtionis dicuntur anodina (idest) dolorẽ leuantia.
            - crassa & glutinosa ob pituitã, à qua ĩ dicat̃
              - Inhibitio, ne noua pituita generetur { Facit victus ratio calefaciens, & siccans, incidens, & [i] extenuans, cuiusmodi vsurpatur in exhibendo ligni Indicĩ decocto. Laudat Gal. [k] allium. Confert etiam si addatur robur partibus coctioni seruientibus, vt hepati, & ventriculo cum oleo nardino, mastichino, de absinthio, & similibus.
              - Alteratio per incidẽtia, & extenuãtia
                - Alimenta § Confert dicta victus ratio.
                - Medicamẽta [k] non valde calida
                  - Aquas, vel decocta § Ex agrimonia, capilloven. beton. iua, chamedri
                  - Syrupos § Cõpetit oxim. simpl. compos. scillit. de stich. de bettonica
                  - Antidotos § Facit Aromaticũ, diatrionpiper., dianisũ, diacalamẽtũ.
              - Vacuatio per medicamenta indita per
                - Os { Facit [k] hiera ex colocynthide, Diaphinicon, pill. ex collocynthide, coctiæ, de agarico, aggregatiuæ, & eiusmodi. Conferunt etiam mouentia vomitum, vt decoctũ radicularum cum oximelle, helleborus albus.
                - Anum { Conueniunt clysteres acriores, [k] vt ex oleo [l] rutaceo, hiera, diaphinicone, colocynthide, agarico, castoreo.
              - Auersio § valdè confert tùm cum vacuatione sensibili, tùm sine vacuatione sensibili.
              - Repercussio § Non ita conuenit, vt in materia biliosa.
              - Deriuatio § optimè facit, veluti dictum est in bile.
              - Digestio, vel Dissolutio { Digerentia non sint valdè calida, ne flatum eleuent, [m] confert milliũ, oleũ, in quo adeps liquatus fuerit, siue anseris, siue anatis, vel pulli gallinacei. Laudat [n] Auerrh. theriacã.
              - Stupefactio § Narcotica, (idest) stupefacientia non conueniunt, nisi maximè dolor vrgeat.
            - Acida, vel acerba ob humorem melãcholicum. { Ab humore melancholico (vt dictum est de bile, & pituita) indicatur inhibitio, ne de nouo generetur; alteratio; vacuatio; auersio; & cætera quæ dicta sunt. Maximè conferunt madefacientia tùm alimenta, tùm medicamenta, & ad vacuandum propinãda sunt medicamenta, quæ talem humorem vacuant, vt est epithimus, polipodium, Hamech, pilulæ Indæ, de lapide Lazuli.
      - Vaporis, vel flatus, qui flatus est
        - Cũ humore, q. plerũq; est pituitosus [o] { Indicatur [o] alteratio, vacuatio, & cætera superiùs dicta pro curatione talis humoris. Indicatur ẽt leuatio flatus per medicamenta calida sicca; sed videndum est, ne maiorem flatum excitent, & ob id vult Gal. vt prius per cucurbitulam magnam affixam loco dolenti discutiatur flatus, deinde admoueãtur digerentia nõ valdè calida, quia calidiora pituitã liquant, & in flatũ vertũt.
        - Sine humore § Tutò adhibentur [o] digerentia calidiora, sed incitamentum videtur esse cucurbitula.
      - Substantiæ solidioris, vt est pus, vermis, lapis § Indicatur vacuatio talis substantiæ.
- **Morbo, cuius ẽt causa qua fiunt dicuntur sanare dolorem per accidens. Est autem morbus, à quo fit dolor**
  - Inanitio, vel siccitas in partibus neruosis { Hic affectus ferè semper est insanabilis; [o] &, si sanari potest, indicat [p] humectandum esse per ea, quæ per se, idest, substantificè humectant, vt sunt alimenta boni succi.
  - Intẽperies inæqualis
    - Ab hac indicatur ablatio talis [q] intemperiei per contraria æqualia in gradu, vt si est caliditas, indicatur esse refrigerandũ per alimenta, & medicamenta interiùs, & exteriùs adhibita. Si verò sit frigiditas, calefaciendum, & sic de singulis.
    - At, si intemperies sit cum materia, tollenda prius est materia, deinde curanda est intemperies per contraria. [q]
  - Solutio continui, dum fi, nam cum est facta, non per se facit dolorem { Si ab hac vlla sumitur indicatio in sanando dolore, ea est vnio per siccantia, & astringentia. Sed hæc plerunq; tollitur ad ablationem causæ.
- **Symptomate .i. ab ipso dolore cui⁹ causa q̃ fiũt dicũtur p se dolorẽ [u] sanare, nam, q̃ affectũ sanãdo, dolorem sedãt anodina dici nequeũt. Sed anodina vocant̃, q̃ dolorem tantùm sedant. A dolore igitur indicat̃ sedatio p anodina q̃ sũt**
  - Verè [u] & propriè anodina
    - Huiusmodi sunt calida in primo [u] gradu, vel ordine, & q̃ tenues hãbẽt partes, vt est oleum anethinũ, camemelinũ. Hæc vacuant, digerunt, rarefaciunt, extenuant, concoquunt, ac tẽperant quicquid in partibus dolore vexatis humorum acriũ, lentorum, crassorũ, multorũq; tenuibus spiramẽtis infarctorum, aut ẽt vaporosi, crassi, aut admodũ frigidi spiritus exitũ cõmodè non inuenientis inhęsit, atq; inclusum est. Itaq; nihil debent habere astrictionis, licet id pars, vel affectus exposcant. Ex q.b⁹ liquet qđ interdũ affectionẽ nõ iuuabunt, sed solùm dolorẽ mitigabũt, qñ videlicet reuera dicent̃ anodina. Interdũ verò ẽt affectũ ipsũ adiuuabunt, & facultatẽ habebũt duplicẽ anodynã, & sanantẽ, conueniuntq; cuilibet dolori, à qualibet causa. Sunt ẽt anodyna propriè dicta [u] quæ sunt tẽperata, vt corpus nostrũ, veluti sunt pus mouẽtia, quæ ẽt emplastica esse debent, vt est adeps porcinus, butirum, & quod ex farina triticea componitur cataplasma. Hęc autem medicamenta verè anodyna sunt.
      - Emplastica, [r] idest meatus obducentia, [r] vel obturantia, vel illinentia, & hæc emplastica sunt
        - Absolutè terrea, & sicca [r] { Sic ẽ pompholix [s] exq̃ sitè lota, cerussa, cadmia, calx, terra lemnia.
        - Non absolutè, terrea, & sicca sed aquea, & terrea, & plerũque etiam aere mixta. { Sic est oleum, [r] pinguedo suilla, amilũ, althæa, & qđ in lacte est caseosũ. Albũ ẽt oui ex his ẽ, sed magis terrenũ ẽ oleo, & frigidius.
      - Nõ emplastica
        - Vt camemelum, anethum, milium.
        - Ambulatio [x] mollis, multaq;, dulcis cantilena, atq; omnia exhilarantia.
        - Sic somnus [x] facit ad leniendum dolorem.
  - Nõ [u] [y] verè, & propriè, sed tãtũ noĩe, & p accidens
    - Huiusmodi sunt [y] narcotica .i. stupefacientia, quę eatenus sedãt dolorem quatenus auferunt sensum. Hæc autem sunt valdè frigida, [u] & interdum venenosa. Talia autem stupefacientia admouentur.
      - Interiùs per
        - Os vt { Opium, Philonium. [y], Reqes Nicolai } { Hæc sedant dolorem, tùm stupefaciẽdo, tum conciliando somnum.
        - Anum § In clisteribus ponitur interdum opium.
      - Exteriùs.
        - Aures § Inditur aliqñ ĩ aures opiũ cũ aliqua portione castorei.
        - Ad stupefaciẽdũ admouetur parti dolẽti papauer, opiũ, solan⁹, hioschiamus, mãdragora, aqua [d] frigidissima, & similia.
      - Quia narcotica [a] reddunt curationẽ difficiliorem incrassando materiã, & claudendo poros, ac meatus, non sunt vsurpanda, nisi in materia biliosa, & in vehementissimo dolore, qui penitùs vires deijciat. [b]
- **Loco affecto, .i. à parte dolente, in qua spectatur.**
  - Temperamentum [e] § Ab hoc indicatur conseruatio, & ideò persæpè renuit narcotica, sic valida remedia, vacuantia, vel digerentia.
  - Virtus [e] { Si est dolor in parte principali, indicat maximam habendam esse rationem illius partis. Sic, si sit in parte acri, sensu prædita se non posse perferre valida medicamenta.
  - Situs [e] secundum
    - Locum [e] { Indicat quomodo facienda sit auersio, & deriuatio, & vbi, & quo pacto vsurpanda sint medicamenta repellentia, digerentia, & anodyna.
    - Societatẽ { Indicat per quã partẽ fieri possit vacuatio { Vt ventriculus cum habeat societatem cum ore, & aluo, indicat fieri posse vacuationem, per vomitum, & deiectiones.
  - Spectatur etiam in loco dolente, an sit affectus per se, an per consensum, &, si per consensum, occurrendum priùs esse causæ antecedenti in parte, à qua est consensus, postea prospiciendum esse parti affectæ. At, si per se affecta sit, eidem per se prospiciendum esse,

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Secundo meth. 7.
c 12. meth. 8.
d Primo aph. 23.
e Quarto aph. 2. 14. meth. 7.
f De art. medic. 95.
tertio tertij epidem. 76.
F 12. meth. primo 2.
g xij. meth. 7.
h Secundo simplic. 12.
v. simplic. 19.
i De extenuante victus ratio 11. cap. primo.
k xij. meth. 8.
l Secundo de loc. affect. v.
m xij. meth. 8.
n Septimo colliget. 18.
o 12 meth. 8.
Septimo collig. 18.
p Quarto aph. 13.
q De arte medic. 89.
r Quarto simpl. 6.
s Quarto simp. 5.
t Quarto catatop. primo.
u Quinto simplic. 19.
x Auic. lib. primo. f. 4. cap. 30.
y Septimo catatop. quinto.
Nono catatop. 4.

a 12. meth. 8.
b 12. meth. primo.
c Quinto collig. 13.
Septimo collig. 18.
d Quinto aph. 25.
e Secundo ad Glauc. secundo.
Septimo meth. 13.

ADNOTATIONES.

Galenus secundo de simplicium medicamentorum facultatibus cap. xij. inquit. Medicamentorum, quae doloris gratia adhibentur alia excalfaciendo partem refrigeratam sanant, alia humorem vacuando, alia temperando, & omisit stupefacientia.

Auicenna verò libro primo f. 4. cap. xxx. dicit dolorem sedari, vel per mutationem complexionis, vel per resolutionem materiae, vel per stupefactionem; & in resolutione materiae intellexit etiam eiusdem contemperationem per anodyna proprie dicta.

Auerrhoes autem quinto colliget capite xiij. asserit dolorem sedari tripliciter, per remotionem causae, per ablationem sensus, & per mitigationem cum veris anodynis, quae prosunt augendo calorem, & parando humorem, & in remotione causae intellexit etiam mutationem complexionis, vel temperamenti.

Tabula Octaua, Cephalalgiæ definitio, differentiæ.

[ω] Cephalalgia græcè, Soda Arabicè. Dolor capitis latinè, est symptoma actionis animalis sensitiuæ tactiuæ deprauatæ in capite. Qui dolor est

- Recens, & facilè mobilis, qui cephalalgia à græcis propriè nominatur. Cuius differentiæ sumuntur à
  - [A] causa quæ est
    - Externa alteris, vel soluens continuum. Talis autem causa sunt Res
      - [a] Faciendæ
        - Motus § Hinc est dolor capitis ex nimio labore.
        - Somnus, vigilia § Hinc est dolor capitis ex somno aut vigilia.
        - Passiones animæ § Hinc est dolor capitis ex ira, cogitatione, tristitia.
      - Assumendæ [b]
        - Cibi § Hinc est dolor capitis à satietate, ab allio, cerasijs, aromatib⁹, fructu [c] palmæ, dactilis, caseo, & similib⁹.
        - Potiones § Vt in ebrietate, [b] [c] in potu vini generosi, birrhæ, ceruisiæ, musti.
        - Medicamenta.
      - Excernendæ § Vt accidit in vomitu, alui fluxione, coitu, & similibus, siue dolor excitetur ob ea quæ excernuntur, siue ob nimiū motū.
      - Incidentes [d] extrinsecùs § Hinc est dolor capitis [d] ab ardore, à frigiditate, à vento, à malis vaporibus, [e] ab odoribus, ab ictu, percussione, vulneratione, & eiusmodi.
    - Interna quæ est
      - Efficiens, & est materia, siue soluat continuū, siue alteret. Talis autē materia est
        - Humor § Multitudo humorum, siue simplicium, siue mixtorum facit dolorē magis soluēdo continuū, quàm alterando, nisi sit cum inflammatione. Soluit autem continuū
          - Per se § Vt quatenus [d] grauat, vel distēdit, vel erodit; nam pituita, & melancholicus humor, vel suo pondere grauant, vel sua frigiditate densant; & sic tendunt; bilis verò potius mordet sua acrimonia.
          - Per accidēs § Vt cum multitudo humorum [d] opilat meatus, atq; ita prohibet, ne vapores, aut liquores transeant, nam tunc vapor, aut liquor est, qui per se soluit continuum, & sic facit dolorem.
        - Vapor, [e] flatus [f] qualitas venenosa.
        - Vermes § Hi (vt asserit Auic. [g] ex quorundā Indorū sententia, & intelligit Rasim [h]) gignuntur in capite in angustia nariū, vel inter mēbranas, & dolorem excitant, dū mouentur, dum distendunt, dū erodunt.
      - Patiēs [i] & est caput dolori obnoxium propter sui ipsius.
        - Debilitatem ex aliqua intemperie [i] § Caput debilitatum [i] facilè recipit superfluitates aliunde transmissas, & plurimas per se gignit nec illas pōt expellere; &, si sit calidū, superfluitates attrahit.
        - Exquisitum sensum § Caput præditum sensu exquisito dolet ex qualibet, vel leuissima causā. [i]
  - [A] Morbo qui est
    - [l] Intēperies inæqualis, quæ est
      - [l] Sine materia, & hęc est
        - Simplex [k]
          - Calida, Frigida § Magnos faciunt dolores [i]
          - Sicca § Facit paruum dolorem soluendo continuum.
          - Humida § Non facit dolorem.
        - Cōposita.
      - Cū [m] materia, quę (vt diximus) est
        - Humor
          - Sīplex § Cum inflāmatione § Alterat, & soluit continuum
          - Mixtus § Sine inflāmatione § Soluit cōtinuū magis, quàm alterat
          - Potest intemperies esse à causa externa, & interna.
        - Vapor, [n] flatus, fumus, vermes, vt vult Auic. ex Rasi, & quidam id negant.
    - Solutio [o] continui à causa
      - Externa § Hæc plerunq; incidendo, [o] vel frangendo facit dolorem, vt gladius, lapis, lignum.
      - Interna § Hæc, siue sit humor, siue flatus, vapor, vel fumus, vel (vt dictū est) vermis, tendendo, vel erodēdo gignit dolorē [o]
  - Loco affecto. i. ab ipso capite, quod in cephalalgia est affectū
    - Per essentiā, p se primariò, & tūc caput est affectū secundum
      - Totum [p] § Est cum vniuersum, ac totum caput dolet, qui affectus, si sit recens, [p] & facilè mobilis cephalalgia; At, si sit vetustus inueteratus, & difficile mobilis, cephalæa (vt dicetur inferius) nominatur.
      - Partes
        - Hic affectus, si sit [p] recēs, & facilè mobilis, dicitur cephalalgia, sed si sit vetustus, hemicrania vocatur.
        - Partes autem capitis, quæ in hoc dolore afficiuntur sunt
          - Propriæ [q] capitis quę partes sūt
            - Externæ [q] idest extra caluariā q sunt
              - Cutis capitis. [q]
              - Musculi præsertim temporum.
              - Pericranium, idest, membrana exteriùs caluariam ambiens.
            - Internæ, idest intra caluariam, & sunt [p] § Dura mater; Pia mater.
          - Communes
            - Venę, quæ [r] ab hepate ad caput ferūtur Arterię à corde ad caput dilatæ. § Pōt dici caput [s] esse affectum sm̄ partē dextrā, vel sinistrā, anteriorē, & posteriorē, superiorē, & infer. [s]
            - Nerui § Hi licet à cerebro nascantur, communes tamen dici possunt, quatenus per totum corpus deferuntur.
    - Per consensū, vel p accidens, vel p cōitatem § Est quando causa faciens dolorem aliunde ad caput fertur; quod tunc per consensum afficitur. Est autem talis cōsensus à
      - Toto corpore propter
        - Febres § In crisi [t]; Sine crisi
        - Plenitudinem, vel cacochimiam.
      - Partibus
        - Ventriculo propter materiam
          - Humoralem § Biliosam; Pituitosam; Melancholicam [u]; Sanguineam, sed rarò.
          - Vaporosam
          - Flatuosam
          - Solidiorem, vt sunt vermes.
          - Cibum in prauam qualitatem conuersum.
        - Hepate, liene.
        - Vtero in illius § Inflammatione, ac strangulatione.
        - Pulmone in peripneumonia [x]
        - Pectore in pleuritide. [x]
        - Renib⁹, vesica, & alijs corporis partib⁹, à quib⁹ interdū fertur ad caput materia.
  - Symptomate quod est
    - Ipse dolor qui est
      - Pulsans [Y] § Ex inflammatione, vel materia sanguinea præsertim circa arterias
      - Pungens, [x] vel mordens, vel erodens § Ex bile, vel acri vapore, aut fumo præsertim circa membranas
      - Tendens, [Y] vel distendens ob multitudinem, vel flatū circa neruosa corpora.
      - Grauans [Y] ob pituitam, vel multitudinem.
      - Possunt esse in capite aliæ species doloris, sed quæ fiunt sæpissimè, & ab Authoribus ponuntur sunt quatuor dictæ.
    - Aliquod aliud symptoma, vel accidens § Vt quod dolor capitis sit magnus, vel paruus, breuis longus, æqualis, inæqualis, ordinatus, vel inordinatus.
- Vetustus, vel inueteratus, qui morbus dicitur à Galeno cephalea. Hic autē est in
  - Toto capite § Cephalea [a] propriè dicitur à Galeno; Ab Auicenna [b] vero ouum, vel galea.
  - [d] Non in toto corpore, sed in capitis parte
    - Media
      - Hemicrania [b] ferè ab omnibus dicitur.
      - Eterocrania ab [e] Aretæo.
      - Sed à Vulgaribus corrupto vocabulo dicitur Mal di Magrana.
    - Quarta § Homonopagia dicitur à quibusdam Malleus, vel nux ab alijs.
    - Minima § Clauus nominatur.
  - Fiunt omnes hi affect⁹ à maiori, capitis debilitate, quàm cephalalgia; habent easdem causas, quas habet cephalalgia, verùm istæ causæ præsertim internæ in cephalęa, & hemicrania sūt validiores.
  - Differentiæ assignari possunt eædē in cephalæa, & hemicrania, quæ dictæ supra sunt de cephalalgia.
  - Cephalæa, [c] & hemicrania excitatur ex modica occasione, vt à lucis splendore, à voce, à paruo motu, ab odoribus.
  - Dolores in his affectibus interdùm sunt perpetui, interdum habent intermissiones, & exacerbationes, nunc ordinatas, nunc inordinatas.
  - Hemicrania plerunq; habet circuitus, estq; cum maximo dolore pręcipuè circa musculos temporum, & hinc est soda temporalis [b] Auicennæ.
  - Est etiam sæpè dolor in sublimioribus capitis partibus ob fluxionem humorum, vel vaporum, siue per venas, siue per arterias suppeditetur materia ex capite, vel ex partibus capiti subiectis.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto Acutorum 115.
b Secundo catatop. primo.
c Auic.lib.3.f.prima tr.2.cap.22.
b c De remed.parat.facil.primo.
A Sexto aphor.10.
d Secundo catatop.primo.
e De remed.parat. facilibus primo.
f Secundo catatop.primo.
primo ad Clauc.15.
g Auic.lib.3.f.prima tr.2.cap.3.
h Ras.primo continent.21.
i Tertio de loc.affect.9.
Secundo catatop.primo 2.3.
K Aetius lib.6.cap.40. 41.43.
l. Secundo catatop.primo 2.
m De remed. parat.facil primo.
n Primo ad Glauc.15.
o 12. meth.7,
de art.medicin.80.
ω De attenuant. dieta 12.
p Secundo catatop.primo 2.
3. de loc.affect.9.
q Primo ad Glauc.15.
r Secundo Catatop. primo 2.
s Quinto aph.68.
t Primo ad ad Glauc. 15.
u Quarto aphor.70.
Alex. lib.pri.cap.x.
x Quarto de cauf.pulf.8.
y Primo ad Glauc.15.

a Secundo catatop.2.
a Tertio de loc.affect.9.
b Secundo catatop.3.
c Alex.lib.pri.cap.11.12.
d Aetius lib.6.cap.48.49.
e Aretæus lib.primo cap.2.
diutur.
primo 6.epidem.2.
h Auic.lib.3.f.p.tr.2. cap. 10. 35. 37.

ADNOTATIONES.

Galenus, {a} quem sequitur Aetius, {b} Alexander, {c} & Paulus, {d} ponit sex differentias doloris capitis desumptas à causa, & per causam intelligit quicquid facit dolorem, siue sit causa, siue morbus, nam omnia ista ratione doloris habent rationem causæ. Sed Alexander, & Paulus non ita explicitè ponunt sex differentias.

Sunt autem sex causæ à Galeno positæ, 1. Intemperies; 2. Materia 3. acris; Multitudo 4. Obstructio humorum impediẽs transitum vaporum, & liquorum; 5. Flatus ob imbecillitatem in capite genitus; 6. Causa externa, vt calor frigus, ebrietas, plaga.

Harum causarum à Galeno positarum intemperies est morbus, & in differentijs à morbo desumptis à nobis fuit posita: Materia acris est bilis, vel alius humor acris; & sic causa, & in causis exposita. Multitudo etiam est causa quæ per se facit dolorem grauando, vel distendendo, vt multa pituita, sanguis, vel bilis, aut humor melancholicus, sed, si humor erodat, vel pungat, erit materia acris, secundo loco posita à Galeno.

Quarè obstructio eatenus est causa doloris, quatenus inhibet, ne vapores, & liquores trãseãt. Flatus quoq; ob imbecillitatem (idest) ob aliquam intemperiem in capite genitus, & præcipuè ob frigiditatem facit dolorem distendendo, & sic soluendo continuum, & est causa.

Quamobrem omnes istæ sex causæ à Galeno positæ, in tabella certo quodam ordine sunt explicatæ.

Idem Galenus {e} ponit solùm tres species doloris capitis scilicet cephalalgiam, cephalæam & hemicraniam; Accepitq; interdum cephalalgiam tanquam genus omnium dolorum capitis, & hac ratione in libro de Attenuante dieta {f} cap.12. inquit. Quocirca vitanda eiusmodi erunt ijs, qui cephalæa aut hemicrania, aut alia cephalalgia laborant.

Interdum accipit {e} cephalalgiam, vt speciẽ {e} contradistinctam à cephalæa, & hæmicrania, vt patet 3. de locis affectis capite nono, & secundo de medicamentis secundum locos.

a Secundo catatopus primo.
b Aet. lib. 6. cap. 40.
c Alex. lib. primo cap. x.
d Paulus lib. 3. cap. 4.
e Secundo catatop. primo 2.3.
Tertio de loc. affect. 9.
f De attenuant. diet cap. 12.

Tabula Nona, Cephalalgiæ Signa.

Signa cephalalgiæ sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ipso ægrotante, magisq; faciunt [b] ad gloriam ipsius Medici, quàm ad ægri salutem. Quare hic omittuntur.
- **Indicatiua, q monstrãt**
  - **Causam**
    - **Externam** — Dolor capitis à causa externa, siue primitiua, procatarctica à græcis dicta, facilè cognoscitur per signa sumpta ab eadem causa, quę antecessit. Quare tales causæ à Galeno [c] ponuntur signa talis doloris capitis. Possent quoq; sumi signa ab effectibus relictis in corpore à tali causa, vt facit Gal. 2. de cris. 13. & primo ad Glauc. 2.
    - **Internam q̃ est**
      - **Efficiens q̃ causa est**
        - **Humor qui ẽ**
          - **Sine [d] inflammatione, & tunc talis humor est**
            - **Simplex q. est**
              - **Sanguis**
                - In adolescente boni habitus, antecesserunt causæ gignentes sanguinem, quæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ.
                - Dolor [e] est grauans, & magis in anteriori parte capitis. Color in facie, & in oculis est ruber; &, si materia sit intra membranas, sentitur tensio, & interdum pulsatio.
              - **Bilis**
                - Antecesserunt causę bilem procreantes, quæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ.
                - Dolor est [f] erodens, & magis in dextra parte. Adest pallor in facie, amaritudo in lingua, sitis, vigilia. [e]
              - **[f] Pituita**
                - Antecesserunt causæ gignentes pituitam, quæ præsentes lædunt, & iuuant contrariæ.
                - Dolor est obtusus, grauans, [g] & magis in posteriori parte. Adest color albus, segnities, coma. Exit per nares, & palatum pituita.
              - **Humor melancholicus**
                - Antecesserunt causæ talem humorem generantes, quæ pręsentes nocent, & prosunt contrariæ.
                - Dolor est remissus, color niger aut plumbeus. Adest tristitia, timor, cogitationes multæ, deprauatæ, somnia terribilia.
            - **Mixtus** — Adsunt signa mixta.
          - **[h] Cum inflãmatione**
            - Adest febris, dolor pulsans, [h] delirium, & prout inflammatio est à sanguine, [i] vel bile, aut alio humore, adsunt signa tales humores ostendentia, & demùm adsunt signa phrenitidis, vel lethargi, vel Typhomanię, quæ in alijs Tabellis explicabuntur.
            - Si inflammatio sit in parte membranosa, adest tensio [k] cum pulsu.
        - **Flatus** — Adsunt signa debilitatis capitis. Adest tensio [h] sine grauitate, & pulsatione, tinnitus aurium, & facilè mutatur dolor ex vno in alterum locum.
        - **Vapor, vel liquor**
          - Adest dolor [k] pungens, tensio cum aliqua grauitate, ac multa pulsatione [l] arteriarum circa frontem, vertigo, imaginatio deprauata, oculorum allucinationes, aurium sonitus.
          - Adest etiam erosio, si vapor sit à bile, & demùm vapor ipse refert naturam humoris, à quo eleuatur.
        - **Qualitas venenosa** — Antecessit morsus feræ, vel adsunt signa [m] bilis eruginosæ in ventriculo; vt morsus, contractio, spasmus, syncopa. Iuuat vomitus, & [n] alexiteria.
        - **Vermes [n]** — Sentitur morsus. [n] & erosio, sic motus ipsorum vermium, & maior adest dolor, dùm mouetur.
      - **Patiens, & est ipsum caput propensum ad dolendum ob**
        - Debilitatem [o] ex aliqua [m] intemperie [k]
        - Exquisitum sensum
        - — Excitatur dolor à qualibet leui causa, & adest læsio in actionibus cerebri.
  - **Morbum qui est**
    - **Intẽpies** — In hac nõ sentitur grauitas, non adest muccus, sputũ, nec alia superfluitas. Talis aũt intẽperies est
      - **Simplex [p]**
        - **[p] Calida**
          - Antecesserunt causæ calefacientes, quæ præsentes nocent, & prosunt cõtrariæ.
          - Sentitur calor, dolor cum pulsu. Adest vasorum tensio circa frontem; facies, & oculi sunt rubri, & plerumq; adest vigilia.
        - **[p] Frigida.**
          - Antecesserũt causæ refrigerãtes, quæ præsentes nocent, & cõferunt cõtrariæ.
          - Sentitur frigus, & veluti congelatio cum stupore. Adest vasorum secundũ frontem concisio, segnities, timor.
          - Facies est pallida, tumidaq;, & plerunq; adest coma.
        - **Sicca** — Pręcesserunt causæ siccantes, quæ pręsentes lædunt, & iuuant contrariæ. Adest vigilia, sitis.
      - **Composita** — Adsunt signa mixta.
    - **Solutio continui à causa**
      - **Externa [q]** incidente, vel frangente — Antecessit [q] talis causa.
      - **Interna**
        - **Tendente [r]** — Adsunt signa multitudinis humorum, quę priùs dicta fuerunt, vel adsunt signa ostendentia flatum, & præsertim circa membranas. Sentitur grauitas, si adsit multitudo, & leuitas, si flatus.
        - **Erodente** — Adsunt signa humoris biliosi, vel vaporis, aut vermis, veluti supra dictum est.
    - **Inflammatio** — Adsunt signa superiùs dicta.
  - **Locũ affectum .i. ipsũ caput qđ est affectum**
    - **Per essẽtiam, per se, & primariò** — Adsunt signa aliarũ partiũ affectarũ, & adest aliqua læsio in capite, vt tenebrę in oculis, & similia. Sic ẽt adsunt signa debilitatis capitis, & tũc caput dolet sm̃
      - **Totum [s]** — Sentitur dolor in toto capite, qui, si diu perseueret, [s] ac difficile amoueatur, & ex facili occasione habeat maximas exacerbationes, erit affectus cephalęa dictus. Si verò non perseueret, ac facilè remoueatur, erit cephalalgia simpliciter.
      - **Partes**
        - **Non sẽtĩ dolor in toto capite, sed in ipsius cap. partib⁹**
          - **Externis .i. extra caluariam**
            - **Dolor nõ [t] peruenit ad radices oculorũ & tunc causa doloris est in**
              - **Cute** — Sentitur dolor in superficie, cum pars tangitur.
              - **Musculis [t] p̃ ferti tẽporum** — Sentitur etiam in tangendo dolor, sed lõgè maior, qui sæpè est [r] cum pulsu
              - **Pericranio [t]** — Sẽtiĩ dolor magis ĩ ꝓfũdo, [u] q̃ ostocop⁹ .i. ossiũ labor dici põt, sentiĩ ẽt tensio, nunc cum grauitate [r] si sint humores, nũc sine grauitate, si sit flat⁹.
          - **[x] Internis**
            - **Dura matre / Pia matre** — Sentitur dolor vsq; ad radices oculorũ cum tensione solùm vbi est à flatu, at si sit à multitudine est etiam cum grauitate, [y] si ab humore, [x] vel vapore acri cum punctione, &, si adsit dolor pulsãs erit inflammatio, & tunc aderunt signa phrenitidis.
        - **Nõ ꝓprijs ipsi⁹ capit. sed q̃ ferũt p̃ totũ corpus, q̃ partes sunt**
          - **Venæ [a]** — Apparent venę maiores, ac pleniores, & adsunt hepatis calidioris, vel aliter affecti.
          - **Arteriæ [a]** — Sentitur insignis motus, & calor in arterijs, atq; adsunt signa cordis aliquo pacto affecti.
          - **Nerui [a]** — Adest dolor tendens. [b]
          - Si caput sit affectum in dextra, vel sinistra parte, ibi sentitur dolor.
    - **Per consensũ, vel p̃ accidens, vel per cõitatẽ** — Adsunt signa affectuũ in alijs partibus qui affectus, vt augentur, minuuntur, vel prorsùs tolluntur, ita ẽt augetur, minuitur, vel prorsus tollitur capit. dol. Ab alijs partibus facilè recipit caput ob suã debilitatẽ, & ob cõionem, quam cũ illis habet. Sed alię partes ad caput mittũt, tùm ob proprium robur, tùm ob communionem, q̃ cum illo habent, & in tali casu caput dicĩ, esse affectum per consensum, qui consensus est à
      - **Toto**
        - **Sine febre** — Adsunt signa plenitudinis quò ad vasa, vel quo ad vires, .i. cathochimiæ.
        - **Cum febre**
          - **In crisi [b]** — Antecesserunt signa coctionis [b] & adsunt signa critica.
          - **Sine crisi** — Non est dolor vniformis, [b] nec perpetuus, sed crescit, crescente febre, cessat, vel minuitur, cessante, vel decrescente febre.
      - **Partibus**
        - **Vẽtriculo** — Adest nausea, & fastidiũ, ĩcipitq; dolor in ãteriori parte sincipitis, tẽditq; ad mediũ. Afficitur aũt vẽtriculus in tali casu à
          - **Bile** — Antecesserunt in temperatione biliosa [c] causæ gignentes bilem, quæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ. Adest cibi fastidium, sitis, cardialgia, vomitus bilis.
          - **Pituita** — Antecesserunt in temperatione pituitosa [d] causæ procreantes pituitam, quę pręsentes nocent, & cõferunt cõtrariæ. Adsunt ructus acidi, vomitus pituitæ.
          - **Humore melancholico**
            - Antecesserunt in melancholico generantia [e] talem humorem, quæ pręsentia lędunt, & iuuãt cõtraria.
            - Adest timor, tristitia, multus flatus, & sæpè [f] magna appetentia.
          - **Vapore, flatu** — Adsunt signa vaporis, vel flatus prædicta.
          - **Vermibus** — Sentitur erosio, & adsunt alia signa vermium.
          - **Cibo corrupto** — Adsunt ructus vidorulenti, & antecessit crapula.
        - **Hepate** — Adsunt signa hepatis affecti, & sẽtiĩ dolor ĩ dextra parte capitis.
        - **Liene** — Adsunt signa lienis affecti, & declinat dolor ad sinistram capitis partem.
        - **Hypochõdrijs** — Vergit dolor ad partem capitis anteriorẽ.
        - **Pulmone, [g] pectore, mẽbrana succingente, diaphragmate** — Adest tussis, difficultas respirãdi, febris acuta, & reliqua signa peripn., pleur., ẽpyema. & sim.
        - **Corde** — Adest palpitatio, vel syncopa, pulsus deprauatus.
        - **Vtero [i]** — Adsunt signa vteri affecti, & dolor est ad finem sincipitis in sutura [i] coronali.
        - **Renibus** — Adsunt signa renum affectorum, [k] & dolor ad posteriora declinat.
        - **Alijs partib⁹** — Antecessit [x] in illis palpitatio q̃dã, vel mot⁹, vel caliditas, & secutus ẽ dol. cap.
  - **Symptoma** — Non opus est signis ad cognoscendum symptoma, nam patet sensus; vt, quod dolor sit pungens, tendens, grauans, vel pulsans. Sic, quod sit magnus, vel paruus, mobilis, vel stabilis, ordinatus, vel inordinatus, & similia. nam omnia ista sensu cognoscuntur.
- **Prognostica.**

Vide ex altera facie in hoc signo ★

* Prognostica pertinētia ad capitis dolorē.

- **Futurum**: Cognoscitur futurus capitis dolor tùm ex causa interna patiente, ex ipso videlicet capite [k] debili, vel prædito [l] exquisito sensu, tùm ét ex efficiente interno, vt ex plenitudine, vel cacochimia, & externo, vt incidente, vel frangente. Cognoscitur etiam interdum ex quibusdam effectis, & symptomatis, vt ex vrina [m] subiugali, & quę ex crassa, & colorata [n] facta est tenuis, & aquosa non pręgressis coctionis signis, ita etiam ex vrina habente circulum crassum, & obscurum. Sic (vt inquit [o] Gordonius) ex vrina granulosa, ita .n. ipsam vocant, asserentes talem vrinam, & dolorem capitis, & catharrum significare.
- **Factum, & tunc per signa ꝓgnostica pręcognoscitur.**
  - **Euentus, vel exitus**: Dolor capitis ex se non est tantus, vt vires omninò prosternat, sicq; interimat nam longè maior est dolor [p] auris, oculi, dentium, coli. Si tamen repente adueniat, [q] cum stertore, ac vocis priuatione, interficit; sic, si sit magnus cum alijs prauis signis, si somnum, & cibum auferat, est læthalis, & demum pro euentu cognoscendo conferenda est vis [r] morbi cum vi naturæ. Periculosissima est inflammatio, & erisipela membranarum cerebri, sic solutio continui ex [s] vulnere.
  - **Tempus**: Hoc nunc est breue, nunc diuturnum pro maiori, vel minori [r] morbi, aut virium robore. Si dolor capitis fit per consensum, sequitur naturam affectus, à quo pendet. Si verò fit per essentiam ab inflammatione citò terminatur. At, si à crassis, & glutinosis humoribus, tardè. Cephalæa persæpè comitatur vsq; ad mortem; sic, & [t] hemicrania.
  - **Modus**: Si est ad mortem, aut strangulat, veluti, quando est cum [u] apoplexia, vel interficit per spasmum, & virium resolutionem. Si verò fit ad salutem, vel à natura ex ipso capite vacuatur causa doloris, vt cum [x] pus, vel aqua, vel sanguis per os, nares, aut aures, effluit, vel expellitur per vasa ad alias partes. Si ab arte sanatur, vel est per vacuationem materię, vel per ablationem intemperiei [y] cum vsu contrariorum.

AVCTORITATES.

a Quarto de pręsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſt. 4. de art. medic. 7.
c De remedijs parat. facil. primo.
   Secundo catatopus primo.
d Primo ad Glauc. 15.
e Auic. lib 3. f. prima tr. primo cap. 7.
f Secundo Catatop. primo.
   Tertio de loc. affect. 9.
g Primo ad Glauc. 15.
h Secundo catatop. primo.
   Primo ad Glauc. 15.
i Secundo ad Glauc. primo.
k Primo ad Glauc. 15.
l De remed. parat. facil. primo.
m Secundo catatop. primo 2.
n Auicena lib. 3. f. prima tr. 2. cap. 3.
   Ras. primo continent. 21.
o Tertio de loc. affect. 9.
p { Primo ad Glauc. 15. / Secundo catatop. primo 2.
q De remed. parat. facil primo.
r Secundo catatop 2.
   primo ad Glauc. 15.
s Tertio de loc. affect. 9.
   Secundo catatop. 2.
t Primo ad Glauc. 15.
u Secundo catatop. primo.
x Tertio de loc. affect. 9.

a Secundo catatop. primo 2.
b Primo ad Glauc. 15.
c Secundo catatop. primo.
d Alex. lib. primo cap. 10.
e Tertio de loc. aff. vij.
f Sexto de loc. affect. primo.
g Quarto de cauſ. pulſ. 8. 9. 10. 11. 12
h Quinto de loc. aff. 3.
i Primo 6. epidem. 2.
k Tertio de loc. affect. 5. 9.
l Secundo catatop. primo 2.
   primo ad Glauc. 15.
m Quarto aphoriſm. 80.
n Quarto aphoriſm. 72.
o Gordon. part. ſecunda cap. 10.
p Secundo catatop. primo.
q Sexto aphoriſmorum. 51.
r De medic. art. conſtitutione. 18.
   ſecundo prognoſtic. 6.
s Hip. in l. de vulneribus capitis à prin.
t Secundo catatop. 2 3.
   tertio de loc. affect. 9.
u Sexto aphoriſmorum 51.
x Sexto aphoriſmorum 10.
y Primo ad Glauc. 15.

ADNOTATIONES.

Cephalea, & Hemicrania cognoſcuntur, quia ex leui occaſione maximas habent exacerbationes, & difficile remouentur. Præterea cognoſcuntur ex capitis debilitate ob aliquam intemperiem, vt in tabella eſt dictum.

Cephalalgia etiam cognoſcitur, quia fit à minori capitis debilitate, ac facilius curatur.

Tabula Decima, Cephalalgiæ curatio.

- In curãda Cephalalgia, Opa, seu ĩtẽtiones curatiuæ sumũtur à
  - Causa
    - Externa
      - Ab hac, si abijt, nihil indicatur. [a] At, si adhuc adsit morbum fouens, vel augens indicatur ablatio per fugam, & amotionem talis causæ. Interdum tamen ob varium affectum, quem reliquit in corpore, videtur aliquid indicare. Sed reuera non ipsa indicat, verum affectus ab ea genitus. Vt quando Authores docent remedia [b] ad capitis dolorem ex ardore, frigore, ictu, nam tunc intentiones desumuntur à varijs morbis à tali causa genitis, atq; ob id agetur de his inferiùs, vbi intentiones à morbo acceptæ tractabuntur.
      - Sunt tamen quædam causæ facientes quosdam peculiares capitis dolores, qui peculiarem quoq; curationem requirunt, vt. si sit dolor capitis ex prauis vaporibus, ventis, vel odoribus, molestis, aut iucundis, curantur cum rebus odoratis [c] ad nares admotis, quæ res debent esse calidæ, vt Muschus, & ambra, quando vapores, venti, aut odores fuerint refrigerantes. E conuerso debent esse frigidæ, vt sunt rosæ, santali, camphora, vbi antecesserint vapores, venti, aut odores calefacientes.
    - Interna, q̃ est
      - Efficiens quæ est
        - Antecedẽs, & tunc caput dolet p consensũ. Talis aũt causa antecedens est in
          - Toto corpore
            - Sine febre q̃ causa est
              - Plethora .i. plenitudo, vel multitudo propriè dicta, à qua indicatur.
                - Vacuatio [e]
                  - Ita confert sanguinis [e] missio ex hepatica, vt Auic. dixerit [d] sufficere cõpletam phlebotomiam. Conuenit etiam inedia, quæ [f] vacuat per [t] accidens.
                - Auersio, repercussio, deriuatio, digestio.
                  - Si post [g] sanguinis missionem perseueret dolor, auertatur materia ad partes inferiores per frictiones, cucurbitulas, vincula: repellatur à capite p oxirhodina; deriuetur ad partes vicinas, & demũ educat ex parte affecta per digerentia medicamenta.
              - Cacochimia .i. succorũ prauitas ob aliquẽ alium humorem à sanguine redundantẽ, à quo humore indicatur
                - Inhibitio, ne talis humor generetur per conuenientem victus rationem, & per medicamẽta ventriculum, & hepar corroborantia tùm interiùs, tùm exteriùs adhibita.
                - Alteratio genitæ per contraria alimenta, & medicamenta.
                - Vacuatio humoris peccantis per medicamenta, p̃sertim [e] catarctica p os, & anũ indita.
                - Auersio à capite per eadem medicamenta, per sanguinis missionem, cucurbitulas, frictiones, vincula.
                - Repercussio per oxirhodina; sic deriuatio ad partes vicinas, & digestio, vel discussio ex parte affecta.
            - Cum febre
              - In crisi [h]
                - Nihil faciendum, ne impediatur motus naturæ; sed solùm præuisa eiusdem inclinatione, [h] vel pro pensione ad vomitum, deiectiones, vrinas, sudores, vel aliã viam, iuuandus est naturę motus, nam tunc adest dolor capitis, quia corpus perturbatur natura ipsa moliente vacuationem præcipuè per fluxum sanguinis, vel vomitum.
              - Sine crisi, vel extra crisim
                - Mittendus [i] est sanguis post primam, vel secundam remissionem, atq; aluo per clisterem, qui aliquid operę præcij faciat, euacuata, cucurbitæ ad occiput, siue ceruicem affigendę, caputq; rigationibus ex oleo, vel rosato, vel camemelino mitigandum, & frons illinenda calidis in causa frigida, & frigidis in calida, adhæc repercutienda est per oxirhodinum à capite materia.
          - Partibus
            - Ventriculo, in quo materia afficiens cerebrũ est
              - Humor, [k] à quo indicatur
                - [k] Vacuatio per
                  - Vomitum
                    - Si [h] sit bilis optimè facit aqua tepida bibita immissis in os digitis, aut pennis; sed, si sit pituita, confert oxim. simpl. & cõpos. cũ dec. radic.
                  - [h] Deiectiones
                    - Ad educendam bilem optimè facit hiera cum scammonea, & ad pituitã hiera ex colocynthide, ad humorem melancholicum electuarium hamech, indum, pilulæ indæ, & similia.
                - Alteratio p contraria
                  - In bile conferunt refrigerantia, & madefacientia; in pituita incidentia, & extenuantia; in humore melancholico calefacientia, & madefacientia.
                - Repercussio
                  - Si sit bilis, conueniunt repellentia validiora, vt oleum rosatum cum aceto, si pituita conferunt mitiora, vt oleum camemelinum, vel per se, vel cum aceto.
              - Vapor [l]
                - Si eleuetur vapor à cibo corrupto, vel à vino crudo, ciendus est vomitus, & conciliandus somnus; & si adsit ebrietas, vsurpanda sunt, quæ illi resistunt, vt brassica, absinthium, & capiti admouendum est oxirhodinum.
                - At, si attollatur vapor ab humoribus, facit vacuatio, alteratio, & repercussio, veluti supra diximus.
                - Ad prohibendum aũt, ne vapor ad caput ascendat, optimè facit coriandrum præparatum cũ saccaro.
              - Flatus
                - Inhibendum est, ne generetur corroborando calorem ventriculi, & exhibendo alimenta boni succi, & facilis coctionis, ac flatus expertia, atq; dissipandus est flatus genitus per diamuschum, diacyminum, dianisum, & per odorem muschi, & castorei.
              - Vermes
                - Interficiendi sunt cum amaris, atq; educendi, vt cum aloe, rhabarbaro, hiera, & eiusmodi.
            - Hepate, liene, hypochondrijs, pulmone, pectore, diaphragmate, vtero, renibus, vesica, intestinis
              - Curandi sunt affectus dictarum partium, & auertenda, repellendaq; à capite est materia.
        - Continẽs, vel coniũcta quę est
          - Humor siue sĩplex, siue mixt⁹ q. est
            - Sine inflãmatione, & tũc à tali humore indicatur
              - Retrocess⁹ [p] p̃stád⁹ per
                - Auersionẽ cum euacuatione
                  - Sensibili per
                    - Chirurgiam
                      - Secta vena in [m] cubito
                        - Si dolor capitis sit à sanguine, & sit magnus, mittendus ẽ sãguis ex cephalica vsq; ad [n] syncopã, parciùs si est à bile, & alijs humorib⁹. [o] Aræteus mittit in quolibet dolore.
                      - Affixis hirudinibus ad anum — mirabiliter prosunt.
                      - Admotis cucurbitulis cum scarificatione ad crura, coxas, scapulas, & maximè conferunt inter primam, & secundam vertebram. [q]
                    - Medicamenta ĩdita per
                      - Os
                        - In materia biliosa optimè facit hiera cũ scamon. pil. de hiera simpl. in pituitosa pil. cochiæ, de colocynthide. In melancholica pilulæ aggregatiuæ, indæ, hamech, helleborus.
                      - Anum — Valdè conferunt clysteres acriores. [r]
                  - Insensibili
                    - Conferunt in omni materia frictiones, ligaturæ, cucurbitulæ. Laudat Aretæus frictiones pedum.
                - Repercussionem [p]
                  - Factis vniuersalibus vacuationibus in omni materia conueniunt [s] repellentia capiti admota, sed validiora vsurpanda sunt in materia biliosa, & [t] in calidiore temperatione, vt olei ros. omphacinum cum aceto, mitiora in pituitosa, & melancholica, atq; temperatione frigidiore, vt est oleum camemelinum per se, vel cum rosaceo.
              - Extractio p
                - Chirurgiam
                  - Secanda est vena in [u] fronte, & naribus; in quibus ẽt affigi possunt hirudines: possunt quoq; nares fricari cum herba sanguinali. Interdum etiam secanda est arteria [x] post aures, quãdo videlicet materia est in arterijs. Si fiat sectio in [y] parte opposita parti dolenti dicetur auersio; vt, si dolor sit in occipite, & secetur vena in fronte; sed, si in eadem, vacuatio vocatur.
                  - Affigendæ sunt cucurbitulæ cum scarificatione parti dolenti derasis priùs capillis. Aretæus [o] affigit ad verticem, & inter scapulas cum scarificatione, & sine scarificatione.
                  - Excitãda demũ sunt cauteria ad partẽ dolentẽ. Aretæus [a] admouet cauteriũ vsq; ad musculos si dolor ẽ in supficie. At, si sit interi⁹, vitat musculos, et vrit vsq; ad os, & interdum os perforat.
                - Medicamẽta vacuãtia per
                  - Nares, [b] q̃ errhina vocantur, & sunt
                    - Humida
                      - Vt est succus betæ, sampsuci, ciclaminis, elaterium, & similia naribus attracta.
                    - Sicca
                      - Vt est puluis nasturtij, castorei, piperis, synapis, euphorbij, p nares attract⁹, hęc. n. vacuãt pituitã tũ p se, tũ mouẽdo sternutam:
                  - Os, quæ Apophlegmatismata dicũtur, & sunt
                    - Humida
                      - Vt est [a] mulsa, oximel, decoctum ex synapi, pipere, nasturtio, & eiusmodi.
                    - Sicca
                      - Vt est mastix, piper, synapi, pirethrum, nasturtium, staphisagria.
                    - Post hæc vult Aretæus [a] vt lauetur caput
                - Poros, vel meatus cutis ipsius capitis, & tũc medicamenta sũt
                  - Mitiora [d]
                    - Sũt medicamẽta calida in primo gradu, [c] vel ordine; & q̃ tenues [c] partes habẽt, vt est oleũ camemel. aneth. amigdal. q̃ rarefacientia poros, aliquã materiæ noxiæ portionẽ vacuant, & hoc nomine pręsidia sanantia vocantur à Galeno [c]
                  - Mediocria — Huiusmodi est oleum rutaceũ, laur. de costo, de castoreo.
                  - Validissima [d]
                    - Vt est synapi, thapsia, euphor. & ipse ẽt synapismus, & eiusmodi quæ etiam extrahunt sensibiliter vlcerando locum
                  - Semp ẽ incipiẽdũ à mitiorib⁹, & paulatĩ pgrediendũ ẽ vsq; ad validiss. factis pri⁹ vacuationib⁹, auersionib⁹, & repercussionib⁹, & prius [t] vsurpãda sunt hęc p̃sidia digerentia, posteriuo veniẽdũ ad chirurgiã p cucurbitulas, & cauteria
            - Cum inflammatione — De hac agetur cũ tractabitur phrenitis, lethargus, & eiusmodi alijaffectus.

Vide ex altera facie

Residuum Tabulæ Decimæ.

- Morbo qui est
  - Intēperies
    - Simplex
      - Calida, à qua [h] indicatur refrigeratio per ea, quę refrigerant
        - Per se [h] — Facit oleum rosſ. omphacinum, melinū, ſuccus mori, portulacæ, ſolani ad frontem, vbi pili deſinunt [d] vel iuxta aures, & poſt verticem adhibita, ſic, ſi vngātur narium, & auriū meatus. Confert aer frigidus.
        - Per accidens — Confert inedia, ſomnus, quies. Conferunt quoq; ea, quæ refrigerant vtroq; modo.
      - Frigida, à qua indicatur calefactio [h] — Facit oleum irinum, rutaceum, laurinum iuxta [c] ſinciput, & ad aures, [h] atq; ad earum, & nariū meatus. Proſunt mirabiliter lauacra calida, motus; vomitus à cibo.
      - Sicca, à qua indicatur [h] madefactio — Iuuat victus humidus, & ad caput facit oleum violatum; de nenuphare, Vnguentum populeon, Aqua dulcis.
    - Compoſita — Conferunt remedia compoſita.
  - Solutio cōtinui à cauſa
    - Externa incidēte, vel frāgente — Ab hac indicatur vnio ſolutæ [k] continuitatis, quæ præſtatur à natura; dummodo à Medico tollantur impedimenta, vt eſt inflāmatio, ſordis, atq; ſuppeditetur materia, & demū hæc tractatio pertinet ad Chirurgos, & copioſe tractatur [l] ab Hip. in lib. de vulner. capit.
    - Interna — Faciiè ſanatur, ſi auferatur cauſa ſoluens cōtinuū, ſiue ſit humor, ſiue flat⁹, & vapor, ſiue vermis, vt ſupra diximus.
- Symptomate
  - Dolore, q. per ſe hic tractatur.
    - Ab hoc indicatƈ indolentia præſtanda per Anodyna [m]
      - Vera, [m] & propria — Huiuſmodi ſunt [m] intemperata, vel calida in primo gradu, quæ tenui eſſentia cōtinentur, vt ſunt olea, adipes, & ſimilia, quæ conueniunt in omni [c] dolore à quacunq; cauſa videlicet calida, [o] vel frigida facto, nam temperant, leniuntq; & roborant [r] calorem innatum [o] & hoc nomine ſunt, ac dicuntur anodyna, ſed quatenus rarefaciuut, digerunt, ac diſſipant, diſcutiuntq;, præſidia ſanantia vocantur. Quare à Gal. dicuntur habere duplicem facultatem, nempe anodynam, & ſanantem.
      - Non vera, & propria ſed tantum nomine — Huiuſmodi ſunt narcotica, ideſt, ſtupefacientia, vt opium, mandragora, hioſchiamus, & ſimilia, quę eatenus ſedant dolorem, quatenus auferunt ſenſum, & ob id ab [o] Auerrhoe dicuntur ſedare dolorem per accidens. Hæc ſunt [m] frigidiſſima, & interdum venenoſa. Hæc non ſunt vſurpanda, niſi [p] cum materia eſt biliosa, vel dolor eſt vehementiſſimus, qui in [q] capite fit rariſſimè. Secus accidit in auribus, oculis, dentibus, colo. [q]
  - Vigilia — Ab hac indicatur ſomnus, qui ēt cōfert dolori, tum auferendo ſenſum, tùm temperando humorū acrimoniam, & roborando calorē innatum
    - Facit exteriùs ad nares, & tempora oleum violatum, de nenuphare, Vnguentū populeon, ſi brachia abluantur aqua tepida, in qua papauer, lactuca, violæ, & ſimilia ferbuerint.
    - Interiùs verò ſyrupus de papauere, diacodion, Requies nicolai, & quod omnium optimum eſt, philonium, quod etiam ſtupefacit.
- Loco affecto, ideſt, ab ipſo capite, quod eſt affectum.
  - Per ſe, & primariò vel per eſſentiam [r] — Multæ hinc ſumuntur indicationes à temperamento, conformatione, magnitudine, & numero partium in capite affectarum potiſſimū ſpectatur ſitus, qui docet quomodo facienda ſit auerſio, repercuſſio, deriuatio, & digeſtio, & vbi adhibenda ſint medicamenta, verbi cauſa ad frontem, & aures, vbi pili deſinunt: ſic vbi affigendæ ſint cucurbitulæ, & excitanda cauteria, necnon quando mitiora, vel validiora præſidia ſint vſurpanda, vt, ſi affectus ſit intra cranium adhibēda ſunt validiora, ne virtus præſidij in longo itinere hebeteſcat, ſi extrà, mitiora. Ita quoq; affectis muſculis, hæc eſſe vſurpanda, & alia affectis arterijs.
  - Per conſenſum — Indicatur non modò proſpiciendum eſſe capiti, ſed etiam, vel magis toto corpori, vel partibus, à quibus caput per conſenſum afficitur.

(Upper part of the table, continued from the preceding page:)

- Vapor [e] vel flatus — A vapore, vel flatu indicatur inhibitio [e] ne aſcendat, & præcipuè à ventriculo ad caput ferantur; quod fiet niſi generentur per victum flatus expertem, & per corroborationem ventriculi; &, ſi auertantur, & repellantur à capite veluti ſupra dictum eſt. Indicatƈ ēt extractio p̄ errhina, apophlegmatiſmata, & medicamēta digerentia dicta [e]
- Vermes [f] — Ab his indicatur ablatio per ea, quæ vermes interficiunt, & educunt, vt ſunt foliorum perſicci ſuccus, aloe, hiera, quæ naribus attrahantur, & moueantur ſternutamenta.
- Patiens, q̄ eſt ipſius capitis
  - Debilitas [g] — Ab hac īdicatƈ ablatio talis debilitatis per
    - Curationem intemperiei — De hac dicetur paulò inferiùs, quando agetur de morbo.
    - Corroborātia ipſum caput
      - Id præſtant, tùm ea, quæ tollunt intemperiem, tùm illa, quæ aliquo pacto aſtringunt, & ſiccant, vt eſt ſtęchas, ladanum, ſerpillum, calamentum.
      - Sic Ducia aliquā Thermalis, vt ad Corſeuam, & Sanctum Philippum.
  - Exquiſitus ſenſus — Ad hunc affectum facit ſomnus, ſtupefacientia medicamenta; & ſi æger aſſueſcat ferre, ac vincere cauſas noxias.

AVCTORITATES.

- a Quarto meth. 3. primo ad Glauc. 15.
- b Secundo catatop. primo. de remed. parat. facil. primo.
- c Auic. lib. 3. f. prima tr. 2. cap. 20. 21. 22. 23.
- d Auic. ibidem cap. 20. 14.
- e Secundo catatop. pri. pag. 136. h.
- e Primo ad Glauc. 15.
- f Quarto aph. 2. 14. meth. 7.
- g 12. meth. 8.
- h Primo ad Glauc. 15.
- i Secundo catatop. pri. pag. 137. a.
- k Secundo Catatop. primo. Oribas lib. 8. ſynops. cap. 18. Alex. lib. primo cap. 10. 11.
- l Auic. lib. 3. f. pri. tr. 2. cap. 19.
- m Secundo catatop. pri. pag. 136. c.
- n Primo aph. 23.
- o Aretæus primo diutur. cap. 2.
- p 13 meth. 9. de art. medic. 95.
- q Secundo catatop. 2. pag. 137. h.
- r Secundo catatop. primo pag. 136. d. h.
- s Primo ad Glauc. 15.
- t Secundo catatop pri. pag. 132. e.
- u Secundo catatop. 2. pag. 137. h.
- x 13. meth. 23.
- y Quinto aph. 68.
- a Aretæus primo de cur. diuturn. cap. 2.
- b Secundo catatop. cap. 2.
- c Quinto Simplic. 19.
- d Primo catatop. 2. Aretæus lib. primo cap. 2.
- e Secundo Catatop primo pag. 135 g. h.
- f Raſis primo continentis. 21.
- f Auic. lib. 3. f. prima tract. 2. cap. 31
- g Primo ad Glauc. 15.
- g Secundo catatop. 3.
- h Primo ad Glauc. 15.
- h Secundo catatop. primo.
- i Oribas. 8. ſynops. cap. 18.
- k Tertio, & 4. meth. per totum.
- l Hipocrates in lib. de vulneribus capitis.
- m Quinto ſimplicium. 19.
- m Secundo ſimplicium. 12.
- n Quinto ſimplic. 9.
- o Auer. 5. collig. 13. & 7. collig. 18.
- p 12. meth. 8.
- q Secundo catatop. primo pag. 134. g. h.
- r Secundo catatop. primo.

ADNOTATIONES.

...bus etiam alijs naturalibus interdum ſumuntur indicationes, vt in temperatione calidiore, {a} *& habitu duriore, vſurpanda ſunt validiora, In frigidiore, & molliore, vt ſunt fæminæ, eunuchi, & pueri, mitiora.*

...rebus quoq; non naturalibus, ideſt, ab ipſo aere ſumuntur intentiones vt, ſi aer ſit frigidus in affectu frigido, indicat magis calefaciendum eſſe.

...anda ſunt in omni {b} *capitis dolore, Viticis ſemen, Abſinthij ſuccus, lac in potu, glandes quercinæ in cibo, oliuæ nigræ, Arbuti fructus, eruum, mirrha, thus, hederæ cacumina, & chorimbi, lentiſci fructus, crocus, peucedamum, cyclaminum allia quoq;, & cæpæ, & porra, caſeus, & omnia bellaria ex Aretaeo capiti nocent.* {c}

...atio in tabella expoſita cuilibet capitis dolori conuenit; adeò, vt in cephalalgiæ curatione, cephaleæ quoq;, & hemicraniæ curatio contineatur; ſed validiora, & diuturniora præſidia in cephalæa, & hemicrania ſunt vſurpanda, quàm in alijs capitis doloribus, atq; ob hanc cauſam dicit Galenus primo ad Glauc. cap. 15. dolor capitis ex ipſius debilitate ſanatur partim retrahendo materiam in contrarium per ſanguinis miſſionem, per clyſteres acriores, nexus, & plurimas frictiones in partibus inferioribus, partim adhibendo remedia ipſi parti, quæ repellant, vacuent, ac roborent; &, ſi oportebit, per nares, & palatum expurgabis, & ſternutamenta excitabis, & in balneis ſiccis ſindonibus caput perfricabis, ſalq;, nitrum, & ſynapi ſine oleo impones. Quæ certè ſunt maxima, & ferè omnia præſidia doloris capitis, cephaleæ, & hemicraniæ, quæ ſiunt ex maiori capitis debilitate, conuenientia.

- *a Secundo catatop. primo pag. 32. e.*
- *b Secundo catatop. pri. pag. 137. b.*
- *b Aet. lib. 6. cap. 46.*
- *c Aretæus pri. de curat. diut. cap. 2.*

Tabula Vndecima, Phrenitidis definitio differentiæ.

Phrenitis, .i. mētis læsio, dicta ē ab instrumēto [r] patiente, vel à symptomate. [s] A Iuuenale, & Sereno phrenesis. Ab Auicenna dr̄ chara bitus à perturbatione consilij, & syrsen calidum .i. capitis inflāmatio calida. Phrenitis autem dicitur.

- Propriè
  - Phrenitis propriè dicta ex Gal. 2. de causis symp. cap. 7. non tm̄ ex calidis succis ortū habet sed etiā phlegmonem in cerebro, & eius inuolucris excitat. Fitq; à putrescēte in cerebro bile
    - Sincera q̄ bilis in cerebro vel membranis ē
      - [d] Infixa, vel īpacta [e] vel ē per se & primo ī cerebro, [e] & mēbranis, vt [l] Tinctura lanis, q̄ abluine quit
        - A bile [d] infixa, vel impacta putrescente in mēbranis [e] cerebri, vel in ipso ēt cerebro fit phrenitis propria, [e] per essentiam, legitima, & exquisita, quæ cum sit propria passio talis partis, definiēda est per definitionem differentem positione à demonstratione, sic. Phrenitis est inflammatio mēbranarum cerebri, vel ipsius etiam cerebri ob putredinem bilis ibidē infixæ. Hæc definitio fiet demonstratio sic mutatis, vel transpositis verbis. Omnis putredo bilis infixæ in membranis cerebri, vel in ipso cerebro est taliū partium inflammatio. Omnis phrenitis exquisita est putredo bilis infixæ in membranis cerebri, vel in ipso cerebro. Ergo. Phrenitis est inflammatio mēbranarum cerebri, vel ipsius cerebri. Huius autem phrenitidis exquisitę differentiæ sumuntur à
          - Causa
            - Externa: Satis impropriè desumuntur differentiæ phrenitidis à causa externa, illas tamen posuisse videtur [a] Aurelianus lib. 1. acutorum morborum cap. 2. Res autem faciendæ, assumendæ, excernendæ, & incidentes extrinsecus eatenus dicūtur causa phrenitidis, quatenus, vel gignūt bilem, vel eandē ad caput deferunt.
            - Interna id est, à bile
              - Pallida [b]: Facit phrenitidem.
              - Flaua [c]
                - Non vsta [b]: Gignit vehementiorē phrenitidē, & febres magis vrētes.
                - Vsta: Facit phrenitidem [B] efferatā, & (veluti dicunt græci) maniodem. Quarè [D] ab Auic. dicitur Sybare, vel Demonium superfluum, precipuè si putrefcat in cerebro, vbi, si tunc adsit tumor, dicit erisipela cerebri. Sed, si solùm putrescat sine tumore sit febris ardens cum demonio superfluo.
          - Morbo q̄ est
            - Inflammatio: Hæc in ipsa phrenitide propriè dicitur, & est morbus, nā (vt inquit Gal. 2. de caus. sympt. 7.) phrenitis non tantùm ex calidis succis ortum habet, sed etiam phlegmonem excitat, &, si respiciatur causa, cum illa sit bilis, deberet potius vocari erisipelas, quàm inflammatio, quæ est à sanguine. Sed tamen vocatur inflammatio prout est ab humore calido. [f]
            - Febris: Est quidem per se morbus, verùm quatenùs sequitur inflammationem cerebri [g] vt vmbra corpus, vocatur symptoma. Talis autem febris in phrenitide est causus, ideft febris ardens, vt asserit Gal. primo prorrheticorum comm. 18.
          - Symptomate .i. læsa actione rectricis q̄ actio ē [h]
            - Imaginatio: Vt in Theophilo [h] Medico, qui putabat adesse in thalamo tibicines, sic in illis, qui vellunt floccos, veluti fecit Galenus. [i]
            - Ratio: Vt accidit in quodā qui proiecit ex fenestra vasa, & puerum singula vocans proprio nomine. [i]
            - Memoria: Vt accidit in pestilentia descripta à Thucidide, & in Hermogene Rhetore, qui fuit oblit⁹ proprij nominis. Dicit Aetius, quod, qui habent læsam memoriam, habent etiam læsam rationem.
            - Hinc [k] Aeti⁹ dicit esse tales, & tales species phrenitidis. Possunt etiā assignari differētiæ penes magnitudinē sympt. vt q̄d phrenitis sit mitior, vehemētior & vehementissima. Sic ēt ab alijs accid.
          - Loco affecto q̄ est
            - Cerebrū [e]: Dicit Gal. 2. primi epid. 73. & 4. de præsag. ex puls. 8. à bile infixa in cerebro fieri phrenitidem. Sed [m] Oribas. [n] Aetius, [o] Paulus, & Auic. [p] vocant hunc affectum Erisipelam cerebri.
            - Membrana
              - Interna .i. intra cranium & est
                - Pia mater: Hac affecta [q] statim afficitur cerebrū cū illam tāgat. Sic è cōuerso, affecto cerebro afficit hęc mēbr.
                - Dura mater: Licet affecta dura matre, non ita [q] afficiatur cerebrū, vt afficitur à pia matre, hęc tamen vt prior dicitur phrenitis. [r]
                - In phrenitide læsio ē ī parte. [Q]
                  - [k] Anteriore: [h] Læditur [Q] imaginatio, vt dictū est accidisse in Theoph. Med. & ī illis, q̄ vellūt floccos, & colligūt festucas [h] [Q]
                  - [k] Media: Læditur ratio, vel discursus, vel (vt inquit Auic.) cogitatio, veluti accidit in eo, qui proiecit ex fenestra vasa, & puerū. [h] [Q]
                  - Posteriore: Læditur memoria, vt accidit in pestilētia descripta à Thucid. [h] & in Hermog. Rhet. qui oblit⁹ fuit ꝓprij nominis. Dicit Aetius, [k] q̄d, q̄ habent læsam memoriam, habent ēt læsam rationem.
                  - Duab⁹ vel trib⁹: Vt accidit in ijs, q̄ habēt læsā imaginationē, rōnē, & memoriā.
              - Externa .i. extra cranium, & est pericranium: Dicit Auic. [s] quod affecto picranio fit phrenitis per consensum.
      - Nō infixa, neq; impacta, sed [x] per consensū, & tūc est phrenitis non exqsita, q̄ à qbusdam dr̄ paraphrasine, & paraphrenitis. Et tunc consensus est à
        - Toto [u] corpore: Vt accidit in febribus præsertim ardentibus.
        - Partibus
          - Septo [u] transuerso: Ab inflammatione septi transuersi, quod diaphragma, & phrenes dicitur à græcis fit phrenitis [u] simillima phrenitidi exquisitæ, quoniam est cum febre acuta, & cum perpetuo delirio, vt phrenitis. Quare græci vocarūt talem partem phrenas, idest mentem, quia læsa tali parte, mens quoq; læditur.
          - Corde: Corde affecto potest fieri, vt quis [y] phreneticus efficiatur, vt asserit Gal. 13. meth. 21.
          - Pulmone: In peripneumonia à calido humore multi vapores [a] transmittuntur ad cerebrū, atq; ita fit phrenitis, vt dicit Gal. 7. aphorismorum aphor. 12.
          - Thorace [b]: In pleuritide, vt in peripneumonia, & inflammatione septi transuersi, vapores ad caput transmissi possunt facere phrenitidem.
          - Ventriculo: Dicit Aretæus [c] ab ore ventriculi, & à partibus pectoris affectis fieri interdum phrenitidem.
          - Hepate, Liene, vtero, renibus, vesica.
    - Non sincera, sed mixta cum pituita: Hinc est affectus mixtus [d] ex phrenitide, & lethargo, qui ab Hippoc. [e] dicitur phrenitis, & à nonnullis (vt asserit [f] Gal.) Typhomania [F] & ab Authore definitionum medicarum vocatur Typgonia.
- Impropriè
  - Phrenitis impropriè dr̄, quando calefiunt (vt inquit [n] Gal.) cerebri regiones, .i. calefit cerebrum, vel membranæ, quæ calefiunt ob
    - Intēperiem
      - Sine [g] materia: Ab intemperie [g] cerebri, sine materia, siue sit calida tantùm, siue calida sicca, fit maniæ species, quæ impropriè dicitur phrenitis.
      - Cū materia .i. tum humore
        - Putrescēte qui humor putrescēs ē
          - Sāguis: Ab hoc fit phrenitis, quæ ferè in omnibus est eadem cum ea, quæ fit à bile, quare ex Paulo [h] in vera phrenitide continetur, ita etiam ex [i] Auic. ex quorū sententia dicitur phrenitis, cum sanguis putrescit in membranis, & phlegmone, quando in cerebro, quæ distincto capite ab ijsdem tractatur. Sic ab Aetio, [k] & Oribasio. [l] Sed Gal. à phrenitide non seiungit.
          - Pituita: Hinc est Lethargus, & non phrenitis; dicitur tamen phrenitis, interdum à Gal. vt patet tertio tertij epidem. 45.
          - Humor melancholic⁹: Rarissimè [m] ab hoc fit phrenitis, quia rarissimè talis humor infixus cerebro, vel membranis putrescit, & tunc facit ferina deliramenta, & fortè his affectus in catocho continetur.
          - Bilis: Si bilis putrescat infixa cerebro, talis affectus ab Oribasio, Aetio, Paulo, & Auic. dicitur Erisipela cerebri, sed à Gal. phrenitis exquisita nominatur.
        - Non putrescente
          - Bile: Hinc est affectus, qui propriè à Græcis Mania [o] dicitur, & est sine febre. A Cornelio Celso [p] vocatur tertium insaniæ genus, nam ex eius sententia primum insaniæ genus est phrenitis, secundum melancholia, tertium Mania.
          - Sanguine: Ab hoc in cerebro redundante [q] fit delirium cum risu.
    - Causam aliquam externam, seu procatarcticam: Maximè impropriè dicitur phrenitis.

AVCTORITATES.

a Aurelianus Siccensis pri. acutor. 2.
b Tertio de loc. affect. 7.
  Alex. lib. primo cap. 13.
B Primo prorrheticorum 10. 14. 15.
c Secundo primi epidemiorum. 54.
D Auicena lib. 3. f. prima tr. 3. c. 5. 6.
d Secundo primi epidem. 73.
e 17. de vsu. part. 2.
f Secundo ad Glauc. primo.
g Septimo aph. 42.
  primo ad Glauc. 3.
h De differ. sympt. 3.
i Quarto de loc. affect. 2. pag. 22. c.
K Aetius lib. 6. cap. 2.
l Primo prorrheticorum 33.
m Oribas. lib. 8. synops. cap. 12.
n Aet. lib. 6. cap. 26.
o Paulus lib. 3. cap. 8.
p Auicen. lib. 3. f. prima tr. 3. cap. 5.
q Quarto de præsag. ex puls. 9.
Q Primo prorrhetic. 27.
r Primo ad Glauc. 3.
s Primo prorrhetic. 4.
s Aurelianus lib. primo cap. primo.
t Auic. lib. 3. f. prima tr. 3. cap. primo.
u Quinto de loc. affect. 4.
x 17. de vsu part. 2.
x Tertio de loc. affect. 5.
Y 13. meth. 21.

a Septimo aphorismorum. 12.
b Quarto de caus. pulsuum 8.
c Aretæus pri. de curatione. diut. 2.
d Quarto de caus. puls. 15.
e De comate. 2.
  Tertio tertij epidem. 45.
F Primo prorrheticorum primo.
  de comate 2.
g Secundo de caus. sympt. 7.
h Paul. lib. 3. cap. 6. 7.
i Auic. lib. 3. f. pri. tr. 3. cap. 4.
K Aetius lib. 6. cap. 25.
l Oribas. lib. 8. synops. 12.
m Tertio de loc. affect. 7.
n Secundo primi epidem. 19.
o Secundo de caus. sympt. 7.
p Celsus lib. 3. cap. 18.
q Sexto aphor. 53.

ADNOTATIONES.

Galenus primo cōmentario prorrheticorum cōt. quarto dicit, omnes mortales appellare phrenitidem eam affectionem, in qua {r} phrenas, idest, mentem, quam, tùm νοῦν, tùm διάνοιαν vocant, læsam esse vident: hancq́; phrenitidem aßerit {s} Secundo de diebus decretorijs in fine raro fieri primis diebus.

Idem ex Hippocrate tertio in tertium epid. {t} xlv., & v. de loc. affectis iij. dicit phrenitidem esse continuam dementiam cum acuta febre, & fieri etiam ab humoribus crudis.

r *Primo prorrheticorum iij.*
s *Secundo de diebus decretor.*
t *Tertio tertij epid. 45.*

Tabula Duodecima, Phrenitidis Signa.

Signa phrenitidis sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ex alijs, & magis faciunt ad Medici [b] gloriam, quàm ad ægri salutem. Quarè consultò à nobis hic omittuntur.
- **Indicatiua, à qb' monstratur phrenitis dicta**
  - **Propriè quæ phrenitis est**
    - **Exquisita** — Phrenitidē exquisitā ostendūt causæ gignentes bilē, quę antecesserūt in calidioribus naturis, quæ causæ p̄sentes nocēt, & prosunt cōtrariæ. Ita ēt eādem phrenitidem ostēdunt symptomata, q̄ sunt effecta bilis putrescentis in cerebro. Quæ effecta, cum ostendāt ipsum affectū exponētur sigillatim inter signa ostendentia morbum. Hæc autem signa pertinētia ad phrenitidem monstrant
      - **Causam**
        - **Externam** — Signa ostendentia causas externas sunt eædem causæ, [B] quæ antecesserunt.
        - **Internā q̄ est Bilis**
          - **Pallida [c]** — Adest quidem febris acuta cum perpetuo delirio, quemadmodū in qualibet exquisita phrenitide. Sed febris, deliriū, & alia symptomata non sunt adeò sæua, vt in alijs phrenitidibus.
          - **Flaua**
            - **Non vsta** — Adest febris, & delirium maius, quàm in ea, quæ est à bile pallida, sicetiam symptomata sunt sæuiora.
            - **[c] Vsta** — Adest efferatum, & maniode delirium, quod ab Auic. [d] dicitur sybare, i dest, Demonium superfluum, nam ægri [e] calcitrant, pedibus ferunt, mordicus impetū faciunt, excandescunt, eosq;, qui ingrediuntur tanquam hostes existimant; & demùm inferunt manus in alios, & in seipsos. Si sit in cerebri substantia, sentitur flāma in cap. facies est gelida, febris sæuissima, vomit' [f] viruléti, adest cōuulsio.
      - **Affectum vel morbū .i. ipsā īflāmationē** — Antecesserunt signa phrenetica, [g] quæ sunt, Vigilię, siue somnus turbulenti manifestis imaginibus turbati, vt clament nonnulli, & exiliant. Interdum irrationalis accedit obliuio, vt cùm ægri matulam causa reddendæ vrinę peterint, meiere tamen neglexerint, aut cum minxerint matulam prodere haud meminerint. Interdum ferociter respōdet, cùm antea essent mansueti. Parùm bibunt. Spiratio est magna, & rara: pulsus minores, magisq; neruosi, nonnunquam dolor occiput infestat. Cùm proximè ad phrenitidem accedunt, oculi fiunt squallidi, aut ex altero ipsorum acris lachryma effunditur, stultę sunt responsiones, flocci auelluntur, & festucę carpuntur, aridior est febris, lingua est salebrosa, auditus deprauatus. Adest febris acuta, [h] & ardens, quæ augetur in meridie: adest etiā perpetuum [i] delirium, audacia, & temeritas, dolor, & læsio in omnibus, aut pluribus sensibus, sitis. Quę omnia persæpè ab ipso ægro non percipiuntur. Adest motus ferè perpetuus inęqualis & inordinatus, & totius corporis, & partium. Interdum quoq; adest tremor, [k] & conuulsio. Respiratio est magna, [l] & rara, siue ex longis interuallis, & hoc est ferè signum patognomicum [g] phrenitidis exquisitę. Pulsus [l] est paruus, durus, creber, & inæqualis pręcipuè secundum situm. Vrina est tenuis, [m] & aquosa. Deiectiones persæpè supprimuntur, vel sunt biliosę, ita, & vomitus: Adest plerumq; calor magnus circa caput, & faciem, & in extremis partibus frigus. Oculi sunt [n] puluerulenti, torui, & minaces [m] cum venulis sanguine refertis. Lingua est aspera, & demum est squallor in tota facie. Febris cognoscitur per propria signa in tractatione febris explicata.
      - **Symptoma** — Cognoscitur sensu, quarè non opus est signis.
      - **Locū affectū .i. ipsū cerebrū, qđ in phrenitiđ est affectū**
        - **Per essētiā & per se, & tūc affect' ē in parte cerebri, vel membranarum**
          - **Anteriore** — Carpuntur [o] flocci, euelluntur festucę, vidétur adesse Tibicines, [p] Cantores, & eiusmodi quę non adsunt, & demū ægrotantes putant se ea sentire, quę non sentiūt, & quę ad sunt sentiē da minimè sentiunt, vel sentiunt alio modo, quàm sunt, & demùm læsa est imaginatio.
          - **Media** — Proijciuntur non proijcienda, vt [o] vasa, [p] vel puer; inseruntur manus in alios, & in seipsos, & demùm adsunt varia symptomata ostendentia lęsam esse rationem.
          - **Posteriore** — Petitur vas, vt [q] mingatur, & non mingitur, & vt bibatur, & non bibitur, & interdum ęgri obliuiscuntur tùm aliorum, tùm proprij nominis ob læsam memoriam.
          - **Duabus, [r] vel omnibus** — Adsunt [n] [q] quędam, vel omnia ex dictis symptomatis. [r]
        - **Per consensū & tunc deliriū plerūq; nō est perpetuum, & adsunt signa aliarū partiū effectarum. Cōsensus aūt est à**
          - **Toto** — Antecesserunt, & adsunt signa febris ardentis, vel pestilentis, vel eiusmodi aliarum febrium. Præterea inclinante, [s] vel cessante febre inclinat vel cessat deliriū, & illa aucta augetur, quod non accidit in phrenitide per essentiam.
          - **Partibus**
            - **Septo trāsuerso** — Adest febris [t] acuta, & perpetuum delirium, vt in phrenitide per essentiā, cui hæc est simillima, differt tamen, quia in hac non antecessernnt signa phrenitica. Respiratio non est rara, sed semper crebra, nunc magna, nunc parua, & angustiosa. Non est insignis calor in capite. Oculi non sunt rubri. Pręterea hęc illicò inuadit, illa paulatim: in hac hypochondria sursum reuellūtur, & ad sūt oīa signa pleuritidis, q̄ nō adsūt in phren. p essētiā. [t]
            - **Thorace pulmone, [u] corde, ventriculo, hepate, liene, vtero, renib', vesica, & alijs partibus.** — Antecesserunt signa [u] talium partium affectarum, vel ēt adsunt, vt affecto thorace, vel pulmone difficultas respirandi. Affecto ventriculo morsus, nausea, sic in alijs adsunt symptomata aliarum partium affectarum.
          - Mitior est phrenitis in febris declin. sęuior in augmēto, & statu.
    - **[a] Non exquisita** — In hac sunt signa mixta ex phrenit. ac lethargo, [a] ex qb' affectus Typhomania [b] à quibusdam vocatus cōponitur, de quo in alijs tabellis agetur.
  - **Impropriè, quæ phrenitis ē ob**
    - **Intēpiem**
      - **Sine materia, & est intēpies calida [c] tm̄, vel calida sicca** — Antecesserunt in temperatione calida, vel calida sicca causę calefacientes, vel calefacientes, & siccantes, quę præsentes nocent, & prosunt contrarię. Adest perpetua vigilia, cutis [d] capitis est calida. Adest caluities, & sæpè febris hectica.
      - **Cū materia .i. cū aliquo humore**
        - **Putrescēte q humor est**
          - **Bilis** — De hac dictum est, quia facit phrenitidem propriè dictam, cuius signa exposita sunt superius.
          - **Sanguis** — Antecesserunt causæ gignentes sanguinem, & augentes, quę præsentes nocent, ac prosunt cōtrarię. Adest perpetuum delirium [e] cum risu. Febris est [f] mitior, quàm in phrenit. à bile, cui hæc est simillima, quare pōt dici phrenitis propriè. Adsunt imaginationes rerū rubrarū æger surgit præter rem frequenter, sic sedet, vigilia non ita infestat, vt facit cum est à bile, vel hum. melāch. Sæpè stillat sanguis ex naribus, in lingua est grauitas, ob quam æger tardus est ad loquendum, in ipsa quoq; est asperitas cum rubore nigricante. Si sanguis putrescat in cerebri, adest fastidium ingens, magnus dolor, oculorum prominentia, tumor in capite. [f]
          - **Pituita** — Ab hac putrescente fit lethargus; cuius signa in alia Tabella exponentur.
          - **Humor melanch.** — Ab hoc putrescente rarissimè fit phrenitis, &, si fiat, erit efferata, vt est ea, quæ fit à flaua bile vsta, & aderit insania lupina, nam tunc humor [g] melanch. ob putredin. induit malignam acrimoniā.
        - **Nō putrescēte**
          - **Bile** — Adsunt signa maniæ, scilicet perpetuum delirium [h] sine febre, ná p febrē tm̄ differt phrenitis à mania.
          - **Sanguine** — Adest delirium cum risu. [i]
          - **Pituita** — Adsunt signa [k] cari, vel comatis, [l] aut cataphoræ somniculosæ.
          - **Humore melancholico** — Adsunt signa [m] melancholiæ, quæ in propria Tabella exponentur.
    - **Causam aliquam externam** — Signum est eadem causa, quę antecessit. [n]
- **Prognostica ptinētia ad phrenitidem**
  - **Futurā, vel īminētem.** — Prænunciant futuram phrenitidem signa, quæ ob id à Gal. [o] dicuntur phrenetica, quę (vt dictum est superius) sunt huiusmodi. Vigilię præter consuetudinē somni [p] turbulenti, varijs imaginibus turbati, sic & somnia, ęgri clamant, exiliunt, facilè obliuiscuntur, irascuntur, fiunt feroces, [o] temerè respondent, fricant oculos, iacent sępè supini, ac mæsti, parùm bibunt. Respiratio est magna, & rara, pulsus est minor, ac durior, æger [q] carpit floccos, & festucas, habet oculos squallidos, & ex ijs acres lachrymas effundit; Adest lippitudo, & venæ oppletæ sanguine, qui etiam stillat ex naribus. [o] Vrina ex crassa, & colorata, facta est tenuis, & aquosa. [r]
  - **Factam & tunc p signa prognostica p̄cognoscitur**
    - **Euentus vel exit'** — Cùm veluti asserit [s] Gal. 6 aph. 53. nulla desipientia sit secura; phrenitis, quę est ppetua desipientia, cēsenda est esse periculosissima ex quo iure optimo dicit Alex. Trall. [t] phren. esse acutissimū, & periculosiss. affectū, & suapte natura læthalē, vt ēt asserit Gal. [u] Si tamen [a] valida sit virtus, æger poterit euadere. Quare oportet diligenter perpendere, an virtus, an morbus sit superior. Cognoscitē morbus esse superior ex huiusmodi prauis sympt. Adest tremor, [b] [c] conuulsio, vomitus eruginosus. Vrina est valdè tenuis, & perspicua, cum qua se neminē vidisse seruatū dicit Gal. 4. aph. 72. Si phrenitis sit in cerebro, vel succedat peripneumoniæ ex Hipp. & Gal. 7. aphor. 12. est læthalis. At est salubris, cū conuertitur in lethargum viribus non existentibus debilibus, nam si sint debiles est lethalis. [e] Salubris etiam est, cum minuitur febris, & æger ipse recordatur.
    - **Tempus** — Cognoscitur ex quantitate [a] roboris, per quod morbus naturam superat, vel à natura superatur. Quamobrem, vt benè præcognoscatur tempus diligenter perpendenda est vis morbi, & naturæ, nā (vt patet ex Hipp. in lib. de morbis vulgarib') terminatur phrenitis in 4. 5. 7. 11. 14. 17. 20. 24. & etiam in 34. vt in exemplis ab Hipp. positis videre licet. Quare pōt esse morbus peracutus exactè, & non exactè, sic acutus simpliciter. Ita etiam acutus ex decidentia. Exempla autem ab H. ppo. posita sunt scripta inferiùs in margine, quando exponitur modus.
    - **Mod' ad**
      - **Mortē p**
        - Couulsionē, vel spasmū — Hoc modò sæpè interficit phrenitis — 12. meth. in fine (3. 3. epid. 75. 85.) 2. primi epid. 53. 54.
        - Resolutionem, & syncopam — Hoc etiam pacto sæpissimè occidit — tertio tertij epidem. 85. 86. 87.
        - Strangulationem — Ita quoq; interdum enecat, Auic. lib. 3. f. 1. tract. 3. cap. 1.
        - Lethargum cum virium debilitate — Sic ēt interficit — primo prorrhet. 13. (sexto sexti epidem. 8.) Aetius lib. 6. cap. 2.
        - Hecticam — Interdum vertitur phrenitis in hecticam, & sic interficit.
      - **Salutē per**
        - Fluxionem sanguinis ex
          - Naribus — Sic sæpissimè iudicatur phrenitis — 3. de cris, 3. — 6. aphor. 21.
          - Hæmorrhoidibus — Hoc etiam modo interdum sanatur — Auic. lib. 3. f. prima tract. 3. cap. 1.
        - Sudorē — Sępissimè iudicatur phrenitis per sudorē p̄sertim si ex capite mult', & calid' fluxerit, sudāte simul reliquo corpore.
        - Vrinas Deiectiones — Ita etiam interdum sanatur phrenitis.
        - Lethargum cum virium robore — Hoc quoq; pacto, licet rarò, vergit phrenitis ad bonum, & sanatur.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulf. 11.
b Primo prognostic. 4.
B De remedijs paratu facilibus in princ.
c Tertio de loc. affect. 7.
Alex. lib. primo cap. 13.
d Auic. lib. 3. f. pri. tr. 3. cap. 2. 6.
e Primo prorrhetic. 25. 14. 10.
f Primo prorrhetic. 10. 14.
Secundo primi epidem. 53. 54.
g Quinto de loc. affect. cap. 4.
h Primo prorrhetic. 18.
i Tertio tertii epidem. 46. 34.
K De tremor. rigore, conuulf. 8.
l Quarto de cauf. pulf. 14.
De pulfib. ad Tyrones. 11.
m Quarto aphorifm. 72.
n Primo prorrhetic. 17.
o Quarto de loc. affect. 2.
p De differ. fympt. 3.
q Primo prorrhetic. 27. 28.
Alex. lib. primo cap. 13.
r Aet. lib. 6. cap 2.
s Primo prorrhetic. primo 17.
t Quinto de loc. affect. 4.
u Auic. lib. 3. f. prima tr. 3. cap. 2.

a Quarto de cauf. pulf. 15.
b Primo prorrhetic. primo. de comate 2.
c Tertio primi epidem. 19.
d De art. medicin. 13. 18.
e Sexto aphor. 53.
f Auic. lib. 3. f. pri. tr. 3. cap. 2 4.
Paul. lib. 3. cap. 6. 7.
g Sexto aphorifm. 56.
h Secundo de cauf. fympt. 7.
K Quarto de loc. affect. 2.
Quinto aphorifm. 5.
l De comate fecundo.
m Tertio de loc. affect. 7.
n De remed. parat. facil. in principio
o Quinto de loc. affect. 4.
p Primo prorrhetic. 5. 6.
q Quarto de loc. affect. 2.
r Quarto aphorifm. 70. 72.
s Sexto aphorifm. 53.
t Alex. lib. primo cap. 13.
u Tertio primi epidem. primo.

a De medic. art. conftitutione 18.
Secundo Prognoft. 6.
b Primo prorrhetic. 16.
c 12. meth. in fine.
d Secundo primi epidem. 54.
e Aet. lib. 6. cap. 2.
Sexto 6. epid. 8.

ADNOTATIONES.

Signa prognoftica pofita in tabella pertinent, ad veram, & exquifitam phrenitidem, quæ fcilicet eft à bile putrefcente in capite per effentiam.

De phrenitide ab inflammatione cerebri, & fic ab erifipela dicit Auic: quod interficit in quatuor diebus, in quibus fi æger euadit, fanatur.

De phrenitide per confenfum à toto, vel partibus defumuntur prognoftica ab illis affectibus, à quibus fiunt.

Tabula Decimatertia, Phrenitidis curatio.

In curanda phrenitide opa, seu intentiones curatiuę sumuntur à

- **Causa**
  - **Antecedente, quę est bilis ante quam infixa cerebro aut membranis putrescat. A bile igitur redundante in toto corpore, vel partib⁹ indicatur**
    - **Inhibitio ne noua continuò bilis generetur**
      - Id præstat conueniens victus ratio in sex rebus non naturalibus.
      - Cibus in quantitate sit tenuis, [a] aut etiam tenuissimus, quando morbus in primo quaternario est iudicandus, non tamen diù abstinendum [b] est à cibo, sed potiùs eo crebrius, & parciùs vtendum, & sic neq; implendus (vt inquit [f] Celsus) neq; ieiunio vexandus [b] est æger. In qualitate verò sit cibus frigidus, [c] & humidus, [b] exhibeaturq; in declinatione febris, & delirij.
      - Potus sit aqua non frigida, sed tepida, vel calida cum melle rosato, vel sit aqua hordei cum iulep violato. A vino [a] autem est abstinendũ, nam (vt inquit Aurelianus) [d] nihil differt à veneno; &, si ratione somni, & labantium virium, vt in syncopa sit propinandum, cõuenit album tenue, quod tutius in declinatione datur, quodq; etiam exhilarat. Cautè tamen semper est offerendũ. Cibus sit ptisana, [b] vel panis in aqua decoctus, vel in calida maceratus, panis lotus, [e] Intibus, beta, malua, lactuca, tùm cocta, tùm cruda, cucumeres, pepones, cucurbitæ, mala punica, cerasia interdum, & in declinatione [c] oua sorbilia, pisces saxatiles.
      - Aer hieme quidem sit temperatus, [c] vel tepidus, æstate autem frigidus, sed non valdè. In pauimento sternantur rosæ, violæ, folia, & flores nymphæę, [a] sitq; nunc lucidus, [f] nunc obscurus, prout in hoc, vel in illo ęger minùs delirat. Alex. [a] & Asclepiades magis laudant lucidum, Celsus dicit optimum esse experiri vtrũq; sic Aetius, [c] & Aretęus. [b]
      - Lectus [b] sit mollis, & magnitudinis mediocris. Parietes læuigati, neq; adsint in thalamo picturę.
      - Quies maximè confert. Quare phrenetici, vel ministris, vel vinculis, vel plagis [f] sunt coercendi, ne inordinatè moueatur & ne vel alteri, vel sibi noceant manus inferentes non modò in alios, verùm in seipsos.
      - Somnus [g] est omni ratione conciliandus. Ira, & alię animi perturbationes vitandę, ob [b] quod Amici, nunc reprehensuri, [f] nunc consolaturi tempestiuè sunt admittendi.
      - Aluus lenienda est clysteribus ex [c] oleo rosato, ptisana, aqua hordei, vel decocto furfuris adiecta aliqua nitri, vel salis portione. Ex quibus etiam addito melle poterunt fieri glandes, [c] ex quibus vult Aretæus, [b] assiduè irritandam esse aluum.
    - **Alteratio per**
      - Victus rationem § Ad alterandum, velut ad inhibendum, ne noua generetur materia facit prædicta victus ratio.
      - Medicamenta
        - Syrupos § De nenuphare, de papauere, [b] de violis, de endiuia, de cichorio.
        - Decocta, vel aquas § Ex violis, malua, lactuca, nenuphare, papauere, endiuia, cichorio, hordeo.
        - Antidotos § Zuccarum violatum, Diacodion, loch de papauere, loch de psilio, conseruam de nenuphare.
    - **Vacuatio per**
      - Sanguinis missionem: Licet Asclepiades (vt refert [f] Cornelius Celsus, & Aurelianus) [r] perinde esse dixerit his mitti sanguinem, ac si trucidetur; tamen, si vires, & cętera consentiant, incidenda est vena statim à principio, media quidem ex Aretæo, [b] & Aetio. At ex [k] Auic. exterior .i. cephalica; nec detrahendus est sanguis vsq; ad syncopam, ad quam ducit copiosa missio; facienda est parua [c] incisio, [e] eaq; diligenter claudenda, nisi possit mitti sanguis ex cubito, vult [a] Alex. & Paul. [e] vt secetur vena in frõte.
      - Medicamenta ducentia per
        - Deiectiones, quas mouent medicamenta indita per
          - Os: Græci nullam faciunt mentionem medicamentorum per os, vel anum adhibendorum, quorum tamen meminit [f] Celsus, & Auic. [k] Potest exhiberi casia fistula ad vnc. j. s. ante cibum; sic summo mane syr. violatus, vel rosatus solutiuus ad vnc. v. dissolutus cum aqua endiuię. Ita diaprunis non solutiuũ, & solutiuum, & dilutum rhabarbari. Auic. [k] exhibet etiam scammoneam, & libentiùs vacuat per medicamentum, quàm per sanguinem.
          - Anũ: Faciunt crebri clysteres mitiores, vt ex oleo [e] rosato, ptisana, [k] aqua hordei, ex decocto furfuris, [c] modicaq; nitri spuma, & pauco melle, sic ex aqua, & oleo. Conferunt etiam glandes, & balani, quæ vocant suppositoria, ex nitro, melle, & sale. Si etiam ad auertendum vsurpentur clisteres acriores, vt qui recipiunt hieram, mel rosatum, & eiusmodi, esset optimum.
        - Vomitum § Confert aqua calida digitis, aut pennis in os immissis.
        - Vrinas sudorẽ: Conuenit Acetosus simplex, & de duabus radicibus syr. de capilloueneris, Aqua hordei, decoctum ex acetosa, capilloueneris, anetho, petroselino, apio, satureia, [b] quę faciunt ad mouendam vrinam, & sudorem. Vrinam etiam mouet inunctio ad pubem ex oleo communi, amigdalarum dulcium, scorpionum. Sic epithemata, & cataplasmata ex apio sio, parietaria, camemelo. Sic etiam compressio pectinis.
  - **Cõtinẽte, vel cõiuncta, quę ẽ eadẽ bilis putrescẽs infixamẽ branis vel ipsi cerebro. A qua indicatur**
    - **Retrocessus præstandus per**
      - Repercussionem, repulsionem vel repressionem: Maximè confert [g] oxhirodinum, in quo vbi mediocriter [l] est refrigerandum, esse debent quatuor partes olei rosati & vna aceti; sed si plus est refrigerandũ, augenda est aceti quantitas; veluti, si minus refrigerandũ, imminuẽdũ ẽ acetũ. Adhibendum est oxhirodinum misso priùs sanguine ad futuram coronalem [L] derasis capillis, æstate [c] quidem tepidum, hieme autem moderatè calidum.
      - Auersionẽ vel reuulsionem cũ vacuatione
        - Sensibili per
          - Sanguinis missionem: Facit sanguis missus ex cubito, hæmorrhoidibus, talo, sic ex coxis, cruribus, natibus, scapulis affixis cum scarificatione cucurbitulis. Hùc reducit [m] Mesues sanguinem missum post aures, & ex naribus, ita vacuationes per errhina, & apophlegmatismata.
          - Medicamẽta § Ad auertendum à capite faciunt [n] medicamenta ducentia per aluũ indita tùm p os, tùm p anũ.
        - Insensibili: Conferunt frictiones, [a] ligaturæ extremorum, vel potiùs iuncturarum, sic cucurbitulæ sine scarificatione. Valdè quoq; prodest fouere partes extremas, & præcipuè pedes aqua [k] calida.
    - **Alteratio per cõtraria quę est refrigeratio & madefactio**: In vigore (vt asserit Gal. 13. meth. 21.) conueniunt epithemata ex decocto capitum papaueris, [N] hioschiami, lactucę, solani, mandragoræ, & similium; ex quibus etiam narium alæ, aurium cauitates, & frons est illinenda, quippe sopire, [N] ac stupefacere principem facultatem oportet, cerebrum videlicet, quod suprà modum incaluit, refrigerando. Sed videndum est, ne incidatur in lethargum, & ob id cùm his interdum miscendum est camemelum, serpillum, sphondilium.
    - **Extractio per**
      - Medicamẽta vacuãtia per canales
        - Manifestos, & tunc medicamẽta sunt
          - Errhina: Facit in declinatione succus betę, sampsuci, & similia, naribus attractus. Laudat Celsus [f] mouentia sternutamentum.
          - Apophlegmatismata § Confert mastix, piper, pirethrum, synapi, si mandantur.
        - Immanifestos: Facit oleum camemelinum, sic in quo serpillum, vel sampsucus, vel peucedanum, vel spondilium ferbuerint. Confert gallus gallinaceus, vel columbaceus dissectus viuus, & deraso capiti admotus. Mirabiliter iuuat castoreum in declinatione.
      - Chirurgiam: Secanda [a] [n] [e] est recta in fronte vena, præcipuè si ex hrachio sanguis mitti non potuit. Applicandę sunt naribus, [m] & fronti plures hirudines, incidenda [o] sub lingua vena, cucurbitula cum scarificatione [f] occipiti affigenda, & sanguinis libra extrahenda. Affigenda quoq; est in vertice, & scarificanda, admota priùs absq; scarificatione [q] altera cucurbitula inani inter scapulas, & demùm ad cauteria veniendum nisi affectus aliter sanari queat.
- **Morbo**: Est autem morbus inflammatio, quæ (vt est intemperies calida) indicat esse refrigerandum per ea, quę tùm exteriùs, tùm interiùs adhibentur, quæ admoueri possunt ad vniuersum caput, & immitti in aures & nares, vt est oleum violatum, de nenuphare, quatenus autem est tumor, indicat auferendam esse materiam facientem eiusmodi tumorem, quod quidem præstabitur per retrocessum, & extractionem, veluti dictum est.
- **Symptomate maximè vrgẽte in phrenitide quod symptoma ẽ**
  - **Vigilia, à qua indicatur somn⁹ præstãd⁹ p**
    - Victus rõnem
      - Optima est lactuca tùm cruda, tùm cocta, hęc enim præterquamquod retundit, ac temperat bilem refrigerando, & madefaciendo, resistitq; febri, & inflammationi, tantã habet vim conciliandi somni, vt Gal. dixerit, [p] hoc olus in senectute sibi fuisse aduersus vigilias remedio, & lactucam vespere commansam vnicum sibi insomnię fuisse alexipharmacum; vinum quoq; album tenue dilutum facit, & aduersus syncopas, & delirium post vacuationes (vt asserit Aretæus, [q] & Trallianus, & maximè cõciliat somnũ.
      - Laudat Celsus [r] ex Asclepiade frictiones ab initio lenes, postea vehementiores. Probat Aretęus [q] leuem contrectationem pedũ, & capitis, & potissimùm si tempora, & aures scalpantur, ita, & pedes, qui inter digitos tractentur. Confert etiã Silanus [r] iuxta cadens, ita, & aqua ex vase in vas decidens, odor [σ] papaueris, mandragoræ, violarum.
      - Gestatio post cibum, suspensi lecti, symphoniæ, & demùm (vt asserit Aretęus) [q] alia alijs somnum conciliant.
    - Medicamẽta ad mota
      - Interiùs [σ]
        - Confert syrupus de papauere, de nenuphare diacodion, zuccarum violatum, conserua de nenuphare, loch de papauere,
        - Requies Nicolai, Philonium, pilulæ de stirace, de cinoglossa, succus papaueris; opium, & similia exhibita post cœnã.
        - Aqua ẽt Saladini ex vncia vna liquoris ex papauere, & duobus allijs minutim tritis, ac simul per elambiccũ destillatis.
      - Exteriùs: Facit oleum violatum, de nenuphare, Vnguentum populeon, decoctum lactucæ, violarum, [s] papaueris, [σ] hioschiami, naribus, fronte, auribus, ac temporibus, &, sic faciei.
  - **Motus deprauatus facultatis animalis**
    - Rectricis: Est ipsum delirium, cui occurritur per pręsidia [r] reprimentia, & auertentia, sic per temperantia ipsam bilem, per inducentia somnum, per sermones amicorum, [n] [r] quos ægri amant, & obseruant, per moram in aere nunc obscuro, nunc lucido, prout in hoc, vel in illo minùs delirat æger.
    - Motricis
      - Sunt inæquales, irrationales, inordinati, & periculosi motus, per quos, & alijs, & sibi ipsis nocent phrenetici.
      - His occurrendum est per famulos, & vincula, ita etiam (vt vult Celsus, Paulus Aretęus, & Auicenna) per plagas, neq; est fidendum phreneticis, cum simulant se non delirare, nam ita faciunt, vt decipiant.
      - Vult Aretæus vt leniter fricentur pedes, tractentur, scalpanturq; tempora, aures, frons, & similia, quibus tractationibus animãtes etiam ferè mitigantur.
  - **Syncopa**: Post habita phrenitidis curatione ex Aretæi [r] sententia occurrendum est syncopæ propinando vinum, quod etiam exhilarat, somnum conciliat, ferocitatem mitigat, aliasq; id genus plurimas commoditates præstat.

Alex.

AVCTORITATES.

a Alex.libro primo cap.13.
b Aræteus libro primo de curatione acutorum 2.
c Aetius lib.6.cap.2.
d Aurelianus lib.primo acut. 11.
e Paul.lib.3.cap.6.
f Celſ.lib.3 cap.18.
g xiij.meth.21.
h De Theriaca ad Piſ.10.
i Aurelian.lib. primo acutorum 15
κ Auic.lib.3.f.prima tr.iij.cap.iij.
l De remed.parat.facil. primo.
l Secundo catatop.primo.
L 13 meth.22.
m Meſues in tract.de ægrit. capitis cap.19.
n Auic.lib.3.f.pri.tr.3.cap.3.
N 13 meth.21.
o Paulus lib.3.cap.6. Alex.lib.primo.cap.13.
p Secundo de aliment.facult. cap.xl.
q Aretæus primo de cur. acut.cap.2.
r Celſus lib.3.cap.18.
s 13.meth.21.
σ Aetius lib.6.cap.2.
t Aretæus primo de curat. acut.2.

ADNOTATIONES.

In phrenitide à ſanguine, ideſt in phlegmone ipſius cerebri, ſic in eiuſdem eriſipelate eadem conuenit curatio. Licet Oribaſius, Aetius, Paulus, & Auicenna easdem in diuerſis capitibus tractent.

Auicenna eriſipelæ cerebri adiungit caput de ſybare, ideſt, de demonio ſuperfluo, quod eſt à bile flaua vſta, & eius curationem dicit eſſe curationem eriſipelæ cerebri cum multa additione in madefaciendo, & crebra ligatura extremorum.

Meſues proponit {a} *quinq́ ad phrenitidem curandam, ſcilicet. 1. ſubtractionem materiæ, 2. diuerſionẽ ad oppoſitum. 3. confortationẽ capitis per reprimentia, 4. Temperationem per dietam, & ſedatio accidentium, quæ omnia complexi ſumus in tabella per indicationes à rei natura deſumptas.*

Aurelianus (vt patet primo acutorum) multa, immò pulcherrima ſcribit ad phrenitidis curationem pertinentia, reprehenditq́ pleroſq́ ex antiquioribus, qui phrenitidis curationẽ ſcriptis tradiderunt. quæ nos conſultò omittimus, quia longior, quàm æquum ſit, fuiſſet tractatio, & ſecuti ſumus Galenum, Aretæum, Aetium Alexand., Paulum, Auicennam, & ipſam rei naturam.

a *Meſues in tractatione de ægritud. cap. 19.*

Lethargus

Tabula Decimaquarta, Lethargi definitio, differentiæ.

Letharg⁹ [r] vel lethargia [s] quasi λήθη ἀργῆ, vel ἀργία, .i. obliuio [t] iners à græcis dictus, & Veternus à quibusdã Latinis, ẽ affect⁹ cõtrari⁹ [u] phreniti di, in quo ægri in soporem deferuntur cum rerũ omnium obliuione. Dicitur autẽ Letharg⁹

- [i] Propriè, q̃ fit à pituita putrescẽte in cerebro siue cũ inflammatione, siue sine inflammatione; q̃ pituita est
  - [i] Sincera, & nulli alteri humori admixta. Vnde Lethargꝰ exquisitus dicitur & tũc pituita putrescens est in cerebro
    - [d] Infixa, & ĩpacta, à qua fit letharg⁹ per se, vel per essẽtiã vel primariò, & ob id in hoc laborare cerebrũ primogenio affectu asserit Gal. 2. de loc. affect. cap. 9. pag. 13. litera A.
      - A pituita [d] putrescente infixa, vel impacta in cerebro fit lethargus propriè dictus exquisitus, legitimus, & genuin⁹ qui cum sit propriè passio talis partis d̃finiri cõmodè põt per subiectũ, & causam, hũc in modũ. Lethargus est affectus cerebri cũ tepida, vel debili, & maligna febri, & rerum omniũ obliuione, ac delatione in somnum ob putredinem pituitæ, ibidẽ excitatam.
      - Hæc definitio, si trãsponantur verba fiet demõstratio sic Oĩs putredo pituitę in cerebro est affectus cerebri, cũ tepida, vel debili, & maligna febri, rerum obliuione, ac delatione in somnum. Oĩs lethargus est putredo pituitæ in cerebro, ergo Lethargus est affectus cerebri cũ tepida, vel debili, & maligna febri, rerũ obliuione, ac delatione in somnum.
      - Cũ dr̃ affectus cerebri intelligitur plerũq; inflãmatio, & ob id Auic. lib. 3. f. 1. tr. 3. cap. 7. dicit esse apostema. Attamẽ (vt colligitur ex Gal. 4. de pręsag. ex puls. 8. & 13. meth. 21.) põt ẽt esse sine inflãm. id, qđ asserit quoq; Altimari⁹
      - Huius lethargi differẽtiæ sumunť à
        - Causa
          - Externa, & sunt res
            - Faciendæ [a] — Nimium otium, multus somnus præsertim meridianus, curæ tristitiæ.
            - Assumendæ — Crapulæ, ebrietates, allia, cæpę, [a] caro suilla, fungi, cucumeres, & alia gignentia pituitam, vel eandem ad caput ducentia.
            - Excernendæ — Si retineatur pituita solita per vomitum, vel deiectiones depelli.
            - Incidentes extrinsecùs — Mora in ambiente, vt aere vel aqua frigidiore.
          - Interna, quę est causa lethargi
            - Per accidens .i. quatenus gigni pituitã, q̃ causa ẽ
              - Temperatio pituitosa
              - Habitus obæsus.
              - Aetas [b] consistens, idest, post 35. annum
              - Sexus masculinus ob putredinem, & fæmininus ob pituitæ copiam
              - — Quia in ea [b] redundat pituita, & ob calorem putrescit
            - Per se, & tunc talis causa est
              - Antecedẽs — Est pituita redũdãs in toto corpore, vel capite, anteq̃ putrescat.
              - Cõtinẽs vel coniuncta — Est pituita putrescens in cerebro quæ est
                - Mediocris .i. non admodũ crassa, glutinosa, vel tenax — Ab hac fit lethargus [c] exquisitus, legitim,⁹ & genuinus, in quo ęgri vocati respondent quidẽ, sed [c] ita t:m in somnũm deferuntur ob inexpugnabilẽ dormiẽdi cupiditatẽ, & tũc tumor diceť œdema [b]
                - Valdè crassa [e] & glutinosa, q̃ vitrea dr̃ à Praxagora — Ab hac in cerebro redundãte, nisi putrescat, fit [e] Carus, in quo ęgri sẽsu, & motu priuantur; ita, vt, si clames, nihil respondeant. [f] Si putrescat, vel fit idẽ carus, vel lethargus pessim⁹ in quo [a] est febris valdè debilis, & tunc tumor scirrhosus [b] vocabitur.
        - Morbo q̃ est
          - Inflammatio — Hic accipitur inflammatio, [g] prout est tumor à quocunq; humore excitatus, siue talis humor sit calidus, vt est bilis, & sanguis, siue frigidus, vt est pituita, & humor melancholicus, qui in tali casu sunt calidi per accidens, idest, per putredinem, & ferè semper in lethargo adest inflammatio, & ob id ab Auic. definitur lethargus per apostema.
          - Intemperies
            - Calida propter putredinem.
            - Frig. humida pp hum. pituitos.
            - — Si dicamus, vt Altimarius, non semper in lethargo adesse inflammationẽ, .i. tumorem in cerebro, & interrogemur, qui nam sit morbus, respõdebimus esse talem cerebri intemperiem. Et in rei veritate colligitur ex Gal. lethargum esse sine tumore.
          - Febris [m] [n] tepida, vel debilis, sed maligna — Licet febris in se, & sua ratione semper sit morbus, tamen ratione talis inflãmationis, quam sequitur velut vmbra corpus, dicitur à Gal. [l] tanquã symptoma. Hęc in lethargo ẽ tepida, vel debilis, sed maligna, fitq; ob putredinẽ pituitę ĩ cerebr.
        - Symptomate quod est
          - Obliuio [p] omnium rerum — In lethargo læditur [p] memoria, & ratio, sed potissimùm memoria, & hinc diciť [s] ἀπὸ τῆς λήθης, idest ab obliuione. Ob hanc cum petierit æger [q] matulã causa reddendæ vrinæ, obliuiscitur sibi esse mingendum.
          - Segnities, vel ignauia — Adeò segnes, & inertes, ac ignari sunt lethargici, vt velut mortui ad pedes delabantur, nec seipsos valeant substentare, & hinc dictus est lethargus ἀπὸ τῆς ἀργίας, idest à segnitie, vel [s] vacatione omnium rerum.
          - Coma, [x] vel cataphora .i. delatio in somnum — Lethargici tãtam habent ad somnum propensionẽ, vt quamuis vocati [X] respondeant [x] statim tamen ad dormiendum reuertuntur.
          - — Plurima alia sũt symptomata in lethargo, sed ista tria ĩ eo semper inueniuntur, atq; ob id à talib⁹ symptomatis habet nomẽ, dicitq; lethargus quasi obliuio iners. Immò p̃ symptomate accepsit lethargũ Gal. in lib. de diff. sympt. cap. 3. dicens lethargũ esse deficientẽ, & imbecillem motũ imaginatricis.
        - Loco affecto, qui est cerebrũ, quod non modo per essentiã, sed ẽt per consensum põt affici in lethargo, vt declarať inferius de materia nõ ĩfixa cerebro. Quãdo aũt in lethargo cerebrum per se ẽ affectum. Affectus est in ipsius cerebri
          - Meningibus, .i. membranis quę sunt pia, & dura mater
            - Raró in membranis cerebri putrescit pituita, quia ob suam [a] crassitudinem, ac tenacitatem non potest in membranas penetrare, vt facit bilis.
            - Dicit tamen Author Introductorij cap. 13. lethargum in membranis cerebri constitui, & Gal. [b] asserit lethargum fieri, cum eumdem locũ humectat, diluitq; pituita, quem in phrenitide prehendit bilis, & bilis ex eodem [c] prehendit membranas.
          - [d] Meatibus, vel Anfractibus — Dicit Auic. [d] hinc sæpissimè fieri lethargum, nã pituita in meatibus, & anfractibus cerebri facilè coaceruatur, & putrescit.
          - [e] Substantia
            - Asserit Gal. [e] lethargum potiùs ex ipso cerebro gigni phrenitim tenuj meninge.
            - Auic. verò inquit, rariùs hinc fieri lethargum, quia pituita ob suã crassitudinem, ac tenacitate nonpotest penetrare in cerebri substantiam glutinosam, & si penetrat potiùs apoplexiam gignit.
            - Id, quod est verum, nisi putrescat pituita, at, si putrescat, nequaquam est verum.
          - Ventriculis — Quãdo pituita est in ventriculis [f] cerebri, nisi absolutè obstruat, facit epilepsiã, si absolutè obstruat, apoplexiã, sed rarissimè lethargum gignit.
    - Non infixa, nec impacta, vnde ẽ lethargus per consensum, qui cõsensus est à
      - Toto — Vt fit in febribus [g] præsertim pituitosis, vt quotidianis, semitertianis, & interdum quartanis, & synochis, vt asserit Aetius lib. 6. cap. 3.
      - Partibus
        - Septo [g] transuerso — Ab hoc affecto ex Aetio fit lethargus parũm differens à lethargo per essentiã.
        - Pulmone, thorace, ventriculo, hepate, liene, vtero, renibus, vesica — Ab his partibus affectis interdum fit lethargus.
      - Fit etiam ex alio morbo, vt [g] [h] [i] phrenitide, Typhomania.
  - Non sincera, sed mixta cũ bile — Hinc est lethargus, qui ab Alexandro, [k] dicitur nothus, & spurius; & à Gal. vocatur [i] affectus mixtus ex phrenitide, & lethargo, & secundum quosdam Typhomania, & ab Authore definitionum medicarum Typhomania: A Paulo [l] verò coma vigil, & catochus, vel catalepsis nominatur, de quo affectu in alijs Tabellis disputabitur.
- Impropriè, qui fit refrigerato cerebro ob
  - Causam [n] aliquam externam — Huiusmodi est lactuca, [m] hyoscyamus, opium, cicuta, sic mora in aere, vel aqua frigidissima, quæ faciunt lethargum, non modo quatenus gignunt pituitã (veluti suprà dictum est) sed etiam quatenus per se refrigerant ipsum cerebrum. Talis affectus potiùs carus, quàm lethargus dicitur.
  - Intemperiem
    - Sine materia, & tunc talis intemperies est
      - Simplex
        - Frigida — A vehementi frigiditate fieri lethargum asserit Gal. 3. de locis affect. cap. 7. pag. 20. B. & 2. aph. 3.
        - Humida — Si cum humida [o] cerebri intemperie sit febris, fit lethargus.
      - Cõposita — Ab intẽperie cerebri vehementer frigida, & humida fit etiam lethargus 2. aphor. 3. [o]
    - Cum materia
      - Pituitosa [o] [q] crassa & glutinosa
        - Putrescente — Est [o] [p] carus, vel (vt dictum est) lethargus valè prauus cum debili febre secundum aliquos.
        - Non putrescente — Dicitur à quibusdam lethargus, ab alijs carus, vel cataphora, vel coma somniculosum.
      - Melancholica — Hinc est melancholia, [r] ita etiam cathochus vel catalepsis, nisi adsit febris. At, si adsit febris, & tumor vocatur lethargus ab Auic. licet ẽt catochus [s] interdũ fit cũ febre. [s]

AVCTORITATES.

a Auic.l.3.f.prima tr.3.cap.7.
Tertio de loc. affect.5.
b Tertio aphorism.30.
c {Quarto de caus.puls.13.14. Primo prorrhetic. pri.2. prorret.29. Alex.lib.primo cap.14.}
d 17.de vsu part.cap.2.
Tertio de loc.affect.5.7.
e {Quinto aphorism.5. Quarto de loc.affect.2.pag.23.A. Secundo prorrheticorum.29.}
f Aetius lib.6.cap.3.
g Sexto aph.33. 2. ad Glauc.cap.p.
h Quarto de præsag. expuls. 8.
Quarto de præsag. expuls. 8.
& xiij.meth.21.
i Primo prorrhetic.primo
i De comate 2.
k Primo de caus.sympt.8.
l Primo ad Glauc.3.
l Septimo aphorrismorum. 42.
m 13. meth. 21.
n 11.simplic. de castoreo.
o In definitionibus medic.
p Tertio de loc.affect.5.
q Alex.lib.primo cap.14.
r Celsus lib.3.cap.20.
s Aurelianus lib. primo acutorum. cap.primo.
t Plinius 2.lib.3.cap.7.
u In Introduct. vel medico 13.
x Paul.lib.3.cap.9.

a Sexto aph.33.
Quarto de caus.puls.12.
b Primo prorrhetic.primo.
c Quarto de caus. puls.14.
d Auic.lib.3.f.prima tr.3. cap.7.
e Quarto de caus.puls.14.
f Quarto de loc.affect. 2.
g Aetius lib. 6.cap.3.
h Aurelianus lib.2.acut.primo.
i Primo prorrhetic.primo.
k Alex.lib.primo cap. 14.
l Paulus lib.3.cap.6. 10.
m Primo de caus.sympt.8.
Tertio de loc.affect.5.
n De caus.morb.3.
o Quarto de præsag.ex puls. 8.
p Aetius lib.6.cap.3.
Secundo aphorism.3.
q Tertio de loc.affect.5.
r Tertio de loc.affect.7.
lib. 3.f.pri.trac.3.cap.7.
s 11.simplic.de castoreo.

ADNOTATIONES.

Aduertendum est lethargum posse esse, {a} & cum periodis, & sine periodis, sic etiam inuadere ab initio, & succedere alijs morbis. Ego plerunq; in Medicina facienda vidi ipsum cum periodis, & succedere alijs morbis.

In lethargo est tùm coma, vel cataphora, idest delatio in somnum, tùm delirium. sed coma, vel cataphora est propter {b} frigiditatem, & humiditatem pituitæ, delirium verò propter eiusdem pituitæ {c} vitiũ, idest propter prauam qualitatem ex putredine ortam.

Lethargum partim fieri affecto principio, partim abscessu, & esse cum debili, ac maligna febri asserit Author Definitionum medicarum. Sed eundem esse profundam in somnum delationem ob humoris frigiditatem, ac humiditatem, constituiq; in membranis cerebri testatur Author Introductorij cap. xiij. Galenus {d} verò dicit lethargum potiùs gigni ex cerebro, & phrenitidem ex tenui meninge.

Alexander Trallianus libro primo cap. xiij. vocat verum, & legitimum lethargum illum, qui est à sincera pituita, quem appellat genuinum, & dicit lethargum falsum illum, qui non est à sola pituita, sed etiam à bile. quem affectum Galenus (vt diximus) vocat mediũ inter phrenitidem, ac lethargum, & dicit uocari à quibusdam Typhomaniam.

a Aet. lib. vi. cap. iij.
b Secundo aphorismorum iij.
c xiij. method. xxi.
d Quarto de caus. puls. xiiij.

Signa

Tabula Decimaquinta, Lethargi ſigna.

Si-gna Le-thar-gi ſunt.

- Memoratiua: Sunt inuentio cauſarū [a] procatarcticarum facientium potiùs ad Medici gloriam, [b] quàm ad ægri ſalutem, quare hic omittuntur.
- Indicatiua q̄ mon-ſtrāt letha-rgū dictū
  - Propriè, & tūc talia ſigna oſtendunt letargum
    - Exquiſitū
      - Hūc oſtēdūt cauſę externę pituitā gignētes vel eamdē ad cerebrū ducentes, vt sūt cæpæ [b] allia, & cibi pituitoſi, & cætera pituitā gignentia, q̄ præſētia nocent, & proſunt cōtraria. Hunc & mōſtrat cauſæ internæ gignentes pituitā, vt tēperatio pituitoſa, ætas [B] conſiſtentiæ, ſexus fæmininꝰ ob redundantiā pituitæ, & maſculinus ob putredinem. Hunc quoq; oſtendit pituita ipſa redundans, quæ eſt cauſa per ſe. Alia verò ſigna à ſymptomatis deſumpta oſtendūt lethargū
        - Per eſſē tiam .i. q̄n lethargus eſt in cerebro p ſe, & primariò, quo tēpore abſunt ſigna aliarum partiū affectarū, & tunç à talibꝰ ſignis mōſtratur
          - Cauſa
            - Externa: Signum eſt eadem cauſa [c] externa, quæ anteceſſit.
            - Interna p ſe, q̄ eſt pituita
              - Mediocris .i. nō valdè craſſa, & glutinoſa
                - Hæc facit verum, & exquiſitum lethargum. [d] Adeſt quidem coma, vel cataphora ideſt, magna [e] ad dormiendum propenſio, ſed ægri ſi inclamentur reſpondent, ac ſtatim in ſomnum deferuntur cum rerum [f] omnium obliuione, ex quo à Gal. dicitur lethargus [g] eſſe imbecillus, ac deficiens motus imaginatricis.
                - Adeſt febris debilis, ac maligna: pulſus non eſt valdè intentus, ſed mollis.
              - Valdè craſſa, & glutinoſa: Adeſt [i] carus propriè dictus, in quo æger ſtatim priuatur ſenſu, [k] & motu; vt q̄uis cum inclamando voces, nihil tamen reſpondeat. Dicit Aetius [l] eundem cum pungitur ſentire, non tamen loqui, neq; oculos aperire, & febrem adeſſe debilem. Paulus [m] tamen dicit febrem vehementiorem præcedere. At, ſi adſit febris videtur Gal. [n] talem affectum vocare lethargum, in quo pulſum dicit eſſe intentum, quia [h] adeſt tumor ſcirrhoſus.
          - Affectus vel morbꝰ .i. ipſe lethargus
            - Adeſt [n] delirium cum tanta obliuione, vt, ſi æger habeat in [e] [o] manibus matulam cauſa reddendæ vrinæ, obliuiſcatur ſibi eſſe mingendum, tanta quoq; adeſt ad ſomnum propenſio, vt excitatus in ſomnum ſtatim deferatur. Dolor eſt leuis, conniuentia palpebrarum, quas nequit attollere: Segnities [p] in toto corpore, Oſcitatio, [d] Tremor, & interdum conuulſio.
            - Reſpiratio eſt rara, tarda, valdè debilis, & anguſta. Pulſus eſt [q] magnus, & interdum minimus, vndoſi quid habens, languidus, [b] mollis, tardus, rarus, non valdè inæqualis, intermittens potiùs, quàm intercurrens, & interdum eſt dicrotus.
            - Vrina eſt turbida [r] veluti iumentorum, & ſæpè ſupprimitur tùm propter obliuionem, tùm propter debilitatem expultricis. Excrementa ſunt liquida & interdum retinentur. Adeſt ſudor aliq̄n in extremitatibus, & interdum in toto corpore ſtillat etiam interdum ſanguis ex naribus.
            - Febris eſt [s] tepida, vel debilis, [t] at maligna: adeſt reuulſio hypochondriorū, ventris contractio, albidꝰ color, ſupinus decubitus, prolapſio ad [u] pedes qui ſunt diſtenti, ita, & manus: os eſt hians cum mandibula relaxata, & veluti reſoluta, & in toto corpore eſt marcor, [x] & vt ita dicam, mortificatio.
          - Locꝰ affectus, q eſt ipſius cerebri præſertim i poſteriore parte
            - Meninges .i. pia, & dura mater: Raro in his fit lethargus, quia pituita ob ſuam tenacitatem [a] non poteſt in ipſas penetrare, & quando in his fit ſentitur [b] maior dolor, & motus eſt facilior adeò vt facilè ipſe æger excitetur.
            - Meatibus, vel anfractibus: In his perſæpè inhæreſcens [b] pituita, & putreſcens facit exquiſitum lethargum, in quo adſunt prædicta ſymptomata mediocria, vt profundus ſomnus, at æger ſentit, ſi inclametur, adeſt obliuio, & reliqua.
            - Subſtantia: Adeſt ſomnus profundior, maius delirium motus difficilior, dolor obtuſus, inſignis albedo in lingua, & prominentia oculorum.
            - Ventriculis: Authores non ponunt ſigna lethargi ex affectis ventriculis cerebri, quia, ſi ibi coaceruetur pituita, fit potiùs epilepſia, vel apoplexia, quàm lethargus; attamen, ſi in illis putreſceret, lethargus quoq; fieret, & tunc eſſent ſymptomata ſæuiſſima.
        - Per conſenſū à
          - Toto, vt in [c] quotidianis, ſemitertianis, & interdum quartanis, vel ſynochis: Anteceſſerunt illæ febres cum ſuis ſignis, & ſucceſſit lethargus. Sic, ſi fiat lethargus ex alio morbo, vt ex pleuritide, [d] vel Typhomania, [e] tales morbi anteceſſerunt.
          - Partibus
            - Septo [c] trāſuerſo: Parùm [b] diſtat ab exquiſito lethargo, differt, tamen quia in hoc anteceſſerunt, & etiam adſunt ſigna [f] pleuritidis, vt dolor in pectore, difficultas reſpirandi, maior febris; præterea fit ſubitò, & exquiſitus fit paulatim.
            - Ventriculo, hepate, liene, vtero, renibus, & alijs partibꝰ: Anteceſſerūt ſigna dictarū partiū affectarū.
    - Non exq̄ſitum, [b] [g] ſed falſum, nothum, & ſpurium: Hic eſt morbus mixtus [g] ex phrenitide, ac lethargo, & non eſt catochus, aut catalepſis, vt vult Paulus Aegineta. [i] De hoc in alijs Tabellis agetur.
  - Im̄propriè, qui lethargus fit refrigerato ipſo cerebro ob [N]
    - Cauſam aliquā externam
      - Anteceſſit [k] talis cauſa, vt magna refrigeratio ab ambiente aere, vel aqua, vel niue, vel glacie.
      - Sic ab aſſumpto opio, hyoſcyamo, mandragora, & eiuſmodi.
    - Intēperiē quæ eſt
      - Sine materia quæ intēperies ē
        - Simplex
          - Frigida
            - Anteceſſerunt cauſæ refrigerantes, [m] quę præſentes lædunt, & iuuant contrariæ.
            - Adeſt torpor in ſenſibus, & actionibus rectricis pręſertim memoratiuæ. Adſunt excrementa cruda per nares, & palatum. [m]
          - Humida
            - Anteceſſerunt [n] cauſę madefacientes cerebrū, q̄ præſentes nocent, & p̄sūt cōtrariæ.
            - Senſus ſunt turbulenti. Adeſt plurima propenſio ad ſomnum.
        - Compoſita, ſcilicet, frigida, humida: Adſunt ſigna mixta.
      - Cū materia quæ eſt
        - Pituita
          - Mediocris: Hæc, ſi putreſcat, [o] facit lethargum propriè dictum, & exquiſitum, cuius ſigna ſunt expoſita, & in quo ex Pauli [p] ſententia ſubſequitur febris.
          - Craſſa, [q] & glutinoſa, quæ vitrea dicitur à Praxagora [r]
            - Hæc, ſi ſit in [q] anterioribus cerebri ventriculis, & non putreſcat, facit carū, q eſt ſine febre, & tunc, ſi inclametur æger, non reſpondet.
            - At, ſi talis pituita putreſcat, facit eundem carum, quē (vt inquit [p] Paulus) grauior febris antecedit, vel facit lethargum cum prauis admodū ſymptomatis.
        - Humor melancholicus: Hic, niſi putreſcat, &, ſi feratur (vt inquit Hippo.) [s] in animam, facit melancholiam, &, ſi in corpus, nunc epilepſiam, nunc catochum, vel catalepſim. Si verò putreſcat facit affectum, quem [t] aliqui vocant lethargum, alij catochum. Sed de catocho, & caro in alijs agetur tabellis.
- Prognoſtica pertinē tia ad lethargum
  - Futurum, vel imminentem
    - Prænunciant futurum lethargum grauitas, [t] & multus tremor capitis, ſegnities, marcor, & obliuio præter conſuetudinem.
    - Sic multa propenſio ad ſomnum, & ſimilia.
  - Factum, & tunc p ſigna p̄gnoſtica præcognoſcitur
    - Euentus, vel exitus
      - Tota vis præcognoſcendi [a] euentum nedum in lethargo, ſed etiam in quolibet alio morbo conſiſtit in cognoſcendo robore morbi, & naturæ, nam, ſi morbus eſt ſuperior, æger morietur; ſi verò ſuperior ſit natura, ſanabitur. [b]
      - Cognoſcitur [b] morbi robur tùm ex propria ipſins ſpecie, tùm ex ſymptomatis. Robur naturæ optimè cognoſcitur ex actionibus, & præcipuè ex pulſu. [b]
      - Lethargus ſuapte natura eſt morbus [c] acutus, & læthalis, quarè non mirum, ſi ſæpiſſimè (vt ego in facienda medicina obſeruaui) interficit.
      - Si tamen vires ſint validæ, æger poteſt euadere, & ob id in lethargo vires ſunt inuicē conferendæ, & ſic exitus prædicēdus.
      - Si adſit [e] tremor, vel conuulſio, ſi augeatur [f] ſudor, ſi pulſus ſit debilis, & reliqua ſymptomata grauia, ęger morietur.
      - At ſi dilatetur reſpiratio, & cętera ſymptomata imminuantur, appareantq; parotides, æger ſanabitur. [f]
    - Tempus
      - Cùm lethargus ſit morbus acutus [c] [d] (quicquid dicat Author Introductorij, [g] vel Medici) rarò pertranſit diem decimumquartum, [h] quin potius ſępiſſimè interficit in ſeptimo.
      - Pro cognoſcendo tempore diligenter perpendendum eſt, quantùm ſuperet morbus [i] naturam, vel natura morbum. Nā, ſi alter alterum multùm ſuperet, citò terminabitur, & eò citiùs, quò magis ſuperat. Si parùm ſuperat tardiùs iudicabitur, atq; eò tardius, quò minus ſuperat, plerūq; tamen in lethargo alter alterum citò ſuperare conſueuit.
    - Modꝰ, vel Via ad
      - Mortē per
        - Syncopam: Id fit, cum tracto [k] ad ſympathiam corde, vires penitùs dicto citiùs reſoluuntur.
        - Strangulationem: Cohibetur perſæpè reſpiratio tùm [k] ob virium debilitatem, per quā thorax moueri nequit; tùm ob copiam pituitæ obſtruentis pulmones, atq; ita æger ſtrangulatur.
        - Conuulſionem, vel ſpaſmum: Id fit. cum materia ad neruos fertur.
        - Reſolucionem virium paulatim factam: Rariſſimè hoc accidit, cùm videlicet [l] lethargus eſt affectus diuturnus, vt vult Author Introductorij.
      - Salutē
        - Eſt plerunq; per criſim, in qua materia depellitur à cerebro poſt aures, & fiunt parotides. [m]
        - Rarò terminatur per ſudorem: ſi ſit longus paulatim ſoluitur. [l]
        - Mutatur aliquando in phrenitidem, [n] vel Typhomaniam.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præſag.ex pulſ.11.
b Primo prognoſticorum 4.
c In lib.de remedijs parat.facil. à princ.
d Auic.lib.3.f.pri.t.3.cap.8.
e Aetius lib.6.cap.3.5.
f Tertio de loc.affect.5.
g De differ.ſympt.3.
h Quarto de præſag.ex pulſ.8.
i Quarto de loc. affect. 2.
l Aetius lib.6.cap.5.
k Quinto aphoriſmorum.5.
m Paul.lib. 3. cap.9.
n 13. meth.21.
o Alex.lib. primo cap.14.
Tertio de locis affect.5.
p De Typis quarto.
q Quarto de cauſ. pulſ.14. B 3.aph.30.
r Paul.lib.3. cap.9.
s 11.ſimplic cap. de caſtoreo.
t In definitionibus medicis.
u Aetius lib. 6.cap. 3.
x Celſ.lib.3.cap.20.

a Quarto de cauſ.pulſ.12.
b Auic.lib. 3. f. pri. tr. 3. cap. 7. 8.
c Aetius lib.6.cap.3.
d Aurelianus lib.2.cap.primo.
e Primo prorrheticorum primo.
f Quinto de loc.affect.4.
Aretæus lib.primo.cap.2.
g Quarto de cauſ. pulſ.15.

h Alex. lib.pri.cap.14.
i Paul. lib. 3. cap.6.10.
k De remed.parat. facilibus primo.
l De cauſ. morb. 3.
primo de cauſ. ſymptom.8.
m De arte medicin.15.
n De arte medicin.17.
N Primo de cauſ.ſympt.7.
o Quarto de præſag. ex pulſ.8.
p Paul.lib.3.cap.9.
q Quarto de loc.affect.2.
r Primo de differ.febr.6.
Primo de cauſ. ſymp.7.
s Hip. in fine 6. epidem.
s Tertio de loc. affect.7.
t Auic.l. 3. f. pri. t. 3. cap. 7. 8. 9.

a Secundo prognoſticorum 6.
b De medicæ art.conſtitutione.18.
c Primo acutorum 8.
d Tertio primi epidemiorum primo.
e Septimo aph.76.
f Auic.lib.3.f.pri.tr 3. cap.8.
g In Introduct. vel medico cap. 13.
h Secundo aph. 23.
i De medicæ artis conſtitutione 18.
k Auic.lib.3.f.pri.tr.3.cap.8.
l In Introduct. vel medico. 13.
m Tertio de criſib.3.
n Sexto 6.epid.8

Tabula Decimasexta, Lethargi curatio.

In lethargi curatione, opa, seu intentiones rati-ųę sumuntur à

- **Causa**
  - **Antecedente .i. ab ipsa pituita redūdāte ĩ corpore, à qua indicatur**
    - **Inhibitio ne noua materia generetur**
      - Id præstat conueniens victus ratio. Quantitas alimentorum, neq; absolutè tenuis, nec plena conuenit, quia (vt inquit Aretæus) [a] inedia malum est, malum, & cibi multitudo.
      - Qualitas [b] verò sit incidens, & extenuans, horaq; cibi exhibendi eligatur magis quieta, idest in declinatione.
      - Cibus sit ptisana, quam semper dabat [c] Praxagoras, & cum ea ferueat coma porri, hyssopum, apium, pulegiū. Confert succus amigdal. [d] ex melle coctarū; sic panis lotus ex mulsa. Conueniunt auiculæ montanę; pulli gallinacei, & colūbacei, quibus pro condimento admisceatur apium, anisum, cuminum, piper. Boni ēt sunt pisces saxatiles; capparis præsertim ex oximelle, Asparagi [b] porrū, fœniculū.
      - Potus sit mulsa, vel aqua hordei cum melle rosato, & interdum vinū album, tenue, aquosum, subastringens. [d] [e]
      - Aer sit [a] tepidus, vel calidus, lucidus, & à solis radijs illustratus, lectus mobilis, adsintq; in thalamo picturæ.
      - Conuenit motus, & frictiones, postq; vniuersales vacuationes [d] etiam balneum ex Alex. & Aetio, qua de causa potest domi parari balneū ex aqua calida in labro, quod vulgò tina dicitur, in quo æger excepto capite totus mergatur: sed caueatur syncopa.
      - Vigilia modis omnibus comparetur, somnusq; omni ratione (vt inferiùs dicetur) abigatur. Conuenit ira, [f] lætitia, & aliæ vehementes animi perturbationes.
      - Aluus irritanda est clysteribus [a] [c] acrioribus, ita glandibus ex ruta, nitro, cumino, melle, ac hiera.
      - Facit quoq; ad inhibendum, ne noua materia generetur, si habeatur ratio membrorum coctioni seruientium, quæ roborentur; vt, si vngatur ventriculus, & hepar ex oleo de absinthio, de mastiche, de spicanardi, de nuce muscata.
      - Faciunt etiam antidoti, vt Aromaticum rosatum, diatrionpipereon, & similia.
    - **Alteratio genitæ .i. incisio, & extenuatio per**
      - Victus rationem § Facit victus ratio [g] extenuans in sex rebus nonnaturalibus, vt suprà dictum est.
      - Medicamenta
        - Syrupos: Confert [h] oximel [g] simpl. compositum, & scylliticum, syr. de betonica, de stæchade, de duabns radicibus, de quinq; radicibus, de hyssopo, de prassio.
        - Aquas, & decocta § Ex apio, petroselino, asparagis, fæniculo, betonica, stechade, pulegio, origano, saluia. [k]
        - Antidotos: Iuuat Diambra, diamuschus, diacalamentum, [i] diaspoliticum præsertim si addatur castoreum. Sed etiam castoreum ipsum in puluerem redactum, & ad drach. j. cum oximele, hora vna ante accessionem exhibitū maximè conducit, nam extenuat, [k] calfacit, & mortuos ferè suscitat.
    - **Vacuatio per**
      - Sanguinis missionem
        - Si vires, & cætera cōsentiant, mittē dus [l] est sanguis in secūda die [m] ex media, vel externa cubiti vena, p morbi, & viriū rōne.
        - Si ex retentis mensibus, vel hæmorrhoidibus, secetur vena in talo, aut hirudines ano affigantur. Si fiat lethargus post aliū morbum non vult Aretæus, vt [n] mittatur sanguis.
      - Medicamēta ducentia per
        - Vomitum [m]: Illinatur penna synapi, [n] & melle; immitaturq; in os ad vomitum prouocandum, ad quod facit decoctū radicularū pręcipuè siluestrium cū oxim. & multò magis, si in radiculis hellebori frustula, dū coquūtur, sint infixa.
        - Deiectiones
          - Mirabiliter prosunt medicamenta purgantia phlegmagoga, idest pituitam vacuantia. Alex. exhibet scrup. ij. castorei, & scrup. j. scammoneæ. Aetius hieram ex colocynthide. Aretæus, drach. s. castorei cum tribus mulsæ ciathis ad plures dies, & priùs exhibet drach. ij. hieræ cum tribus mulsæ ciathis summo mane, & interdum in vespere exhibet drach. j. hierę cum duobus mulsæ ciathis
          - Conferunt pilulæ cochiæ, de colocynthide, dilutum Agarici, Agaricus trociscatus, Diaphinic. & eiusmodi.
          - Valdè quoq; conferunt clisteres acriores, vt est hic. ℞. hieræ, simpl. Galeni, Diaphin. min. mes. an. drach. v. castorei, nitri, colocynthidis, agarici in puluerem redacti, an. drach. s. salis communis drac. ij. cum decocto carminatiuo ad lib. j. s. vel ad lib. ij. fiat clister.
          - Aretæus in tribus ciathis olei, cum quo ferbuerit ruta, miscet drach. j. castorei, & per plures dies facit clysterem.
          - Conferunt etiam glandes ex castoreo, nitro, colocynthide, hiera, agarico, & similibus cum melle.
        - Vrinam sudores: Facit decoctum anethi, asparagi, apij, fœniculi, camemeli, sic Acetosus simplex de duabus, & quinq; radicibus. Oxim. simpl. compositum, & scylliticum. Faciunt quoq; ea, quæ exterius admoueatur, vt inferiùs dicetur.
    - **Auersio, vel Reuulsio** § De hac dicetur inferiùs in causa continente.
  - **Cōtinēte à qua indicatur**
    - **Retrocessus p standus per**
      - Repcussionem: Misso sanguine statim ab initio oxyrodinum [o] deraso sincipiti ad futuram vsq; coronalem est admouendum. Fit aūt ex iiij. vnc. olei rof. omphac. & vnc. j. aceti rof. Alex. illinit frontē cū pilis humanis crematis, læuigatisq; ex aceto, quos ēt dicit naturali proprietate lethargo resistere. Post principium optime facit castoreum [p] cum oleo rof. mixtum, & capiti, colloq; adhibitum. In [q] mollioribus autem, vt fæminis, pueris in principio conuenit oleum camemelinū, aneth. & eiusmodi.
      - Auersionem cū vacuatione
        - Sensibili [t] per
          - Chirurgiā per
            - Sectionem [o] venæ § Optimè facit, veluti diximus.
            - Hirudines [Q] admotas: Ano § Valdè conferunt, quoniam auertunt secundum rectitudinem. Cruribus, talo, popliti, ex quibus etiam pcteft ob eamdem causam mitti sanguis.
            - Cucurbitulas cū scarificatione ad crura, coxas, nates, dorsū, scapulas, & ĩter prim, & secūdā [r] vertebrā.
          - Medicamenta
            - Conferunt valdè medicamenta purgātia per os indita, nam (vt inquit [s] Gal.) auertunt à capite.
            - Faciunt etiam clisteres acriores, ita glandes, vt superius est dictum.
        - Insensibili per
          - Frictiones præsertim ad pedes cum sale, nitro, & aceto, vt inquit Aretæus, vel (vt asserit Alex.) cum scylla.
          - Vincula, vel ligaturas ad iuncturas, vel articulos § valdè prosunt.
          - Cucurbitulas sine scarificatione ad crura, coxas, & reliquas partes dictas.
          - Admotionem vrticæ, quæ maximè laudatur ab Aretæo, si ea verberentur crura, coxæ, dorsum, scapulæ.
    - **Extractio per**
      - Medicamē ta vacuantia per canales
        - Manifestos, & tunc talia medicamenta sunt
          - Errina [u]: Optimè faciunt tùm humida, vt succus betę, sampsuci, cyclaminis, cucumeris siluestris; tùm sicca, vt est castoreum, [X] piper, synapi, nasturtiū, helleborus, euphorbium per nares attracta, quæ etiam valdè prosunt mouētia sternutamentum, [k] vt asserit Alexander. [X]
          - Apophlegmatismata: Facit oximel [a] scylliticum, decoctum ex hyssopo, marrubio, quę sunt humida, ita etiam sicca multò magis, vt mastix, pulegium, staphisagria, nasturtium, pyrethrum, sed maximè omnium ab Aretæo [u] commendatur synapi.
        - Immanifestos .i. per poros cutis: Per poros cutis vacuatur medicamenta
          - Mitiora: Sic est oleum [b] dulce calidum, oleum camemelinum, anethinum, & in quo serpillum, origanum, vel pulegium ferbuerit; sic facculus ex [c] millio, & sale.
          - Mediocria: Huiusmodi est oleum laurinum, de costo, de castoreo, sic ex Aretęo anethinum, in quo ferbuerit castoreum.
          - Validissima: Sic ē castoreū, scāmonea, thapsia, euphorbiū [u] synapi ad caput, ceruicē, & totā spinā. Sic, & synapismus, & hęc etiam extrahunt sensibiliter vlcerando locum, quod ne fiat, vngi locus potest oleo.
      - Chirurgiam
        - Sectionem venæ in [u] fronte, post aures, in naribus, sub lingua § Optimè facit.
        - Hirudines admotas naribus, post aures, circa frontem § Hę quoq; mirabiliter prosunt.
        - Cucurbitulas [d]: Nisi morbus cędat alijs remedijs; demptis capillis affigantur cucurbitulæ cum scarificationem ad sinciput, verticem, & occiput. [d]
        - Cauteria § Perseuerante morbo tandem cum ferro ignito ad futuram coronalē, & labdoidē, vel occiput excitentur cauteria.
- **Morbo**: Est autem morbus inflammatio, quando in cerebro est tumor. At nisi adsit tumor, morbus erit intemperies inæqualis cerebri, quæ intemperies erit calida propter putredinem, & frigida propter ipsam pituitam. Vtcunq; ab intemperie calida indicatur refrigeratio per ea, quæ refrigerant per se, vt est oxyrhodinum, & per ea, quæ refrigerant per accidens, vt sunt vacuationes expositæ. Sed quatenus adest materia in ipso cerebro faciens, vel non faciens inflammationem, indicatur, & retrocessus, & exttactio, veluti superiùs est expositum.
- **Symptomate**
  - Somno: Ab hoc indicat̄ vigilia p ea, quæ calorem à centro ad circūferentia eliciunt, vt sunt Auertentia supradicta, & demū ea, quæ spectant ad
    - Tactū: Hoc noīe conueniūt dolorem facientia quæ sunt
      - Cucurbitulæ tùm sine scarificatione, tùm cum scarificatione.
      - Frictiones plurimæ pręsertim ad pedes, & manus cū sale, nitro, aceto. Sic [d] verberationes, & frictiones cum vrtica, synapi.
      - Ligaturę validę plurimę præcipuè ad crura supra talum, & genu, & ad brachia supra cubitum. tarsum, &
      - Auulsiones pilorum ex cruribus, coxis, barba, capite, licet non pbent̄ ab Aurel. lib. 2. acut. c. 6.
    - Gustum: Ori admouenda sunt amara, & acria, vt Mithridatum, Theriaca, cū quibus vngendum est palatū, ita cum oximelle præcipuè scyllitico. Confert diatrionpipereon, diamuschus amarus, diambra, & similia.
    - Odoratū [e]: Admoueatur naribus castoreū, quod educit flatum, & muccum, & incidit pituitam. Conferunt etiam nāl quadam proprietate pili humani vsti, & aceto mixti. Facit funiculus lucernæ extinctus, pix liquida torrefacta, bitumē, sic pulegium ex aceto, sic piper, synapi, euphorbium, thapsia, quæ mirabiliter quoq; conferunt mouendo sternutamentum.
    - Auditū [f]: Vocandus est æger proprio nomine alta voce, nuntiandaq; sunt illi modò læta, modò tristia prout magis his, vel illis mouetur, & afficitur.
    - Visum [f] § Prodest lumen, picturæ variæ, sic ea, quę, vel amat, vel odit, vel timet æger.
  - Retentione vrinę: Ab hac ĩdicatur vrinæ vacuatio per
    - Medicamēta [g]: Vngēdū ē pectē, & pubes ex oleo de scorpionib⁹, & fouēdū ex decocto parietariæ, apij, sij, melilothi, ex qb⁹ ēt fiūt cataplasmata. Faciunt, & diuretica per os exhibita, debetq; æger crebrò ad vrinam reddendam inuitari.
    - Chirurgiam § Comprimendus est imus venter, & demum veniendum est ad cathètherem .i. ad ipsam syringam.
  - Syncopa § Ad hanc [f] faciunt frictiones excitando calorem, facit, & vinum, & cætera reficientia spiritus, & calorē, & cætera exposita in syncopæ curōne.
  - Difficultate respirandi § Conferunt omnia auertentia superius dicta; sic, si æger excitetur, & subleuetur.

Aretæus

AVCTORITATES.

a Aretæus primo de curat. acutor. 2.
b Paul. lib. 3. cap. 9.
  Aetius lib. 6. cap. 3.
c Aurelianus lib. 2. acutor. 8.
d Alex. lib. 1. cap. 14.
e Celsus lib. 3. cap. 20.
f Auic. lib. 3. f. prima, tra. 3. cap. 9.
g Alex. lib. 1. cap. 14.
h Aetius lib. 6. cap. 3.
i Paulus lib. 3. cap. 9.
k 11. simpl. de castoreo.
l 13. meth. 21.
m Aetius lib. 6. cap. 3.
  Aurelianus lib. 2. acut. 8.
n Auic. lib. 3. f. prima. tra. 3. cap. 9.
n Aretæus lib. 1. acut. 2.
o 13. meth. 21. 22.
p 11. simplic. cap. de castoreo.
q 2. catatop. 1.
Q Aurelianus lib. 2. cap. 8.
r Aretæus lib. 1. cap. 2.
r Aetius lib. 6. cap. 3.
s 13. meth. 11.
t 13. meth. 9.
t De art. medic. 95.
u Aretæus lib. 1. 2.
x Alex. lib. 1. cap. 14.

a Auic. lib. 3. f. prima, tr. 3. cap. 9.
b Aurelianus lib. 2. cap. 8.
c Paulus lib. 3. cap. 9.
d Aretæus lib. 1. acut. 2.
e Paulus lib. 3. cap. 9.
f Aretæus lib. 1. cap. 2.
g Aetius lib. 6. cap. 3.

ADNOTATIONES.

A rebus etiam naturalibus sumuntur indicationes, vt locus, vbi { a } *sint adhibenda remedia patet ex loco affecto, nempe cerebro, à quo cum situm sit interius, etiam indicatur cum repellentibus miscenda esse,* { b } *quæ faciat ad penetrandum, vt est acetum.*

Lethargus per consensum sanatur curata ea parte, à qua cerebrum in consensum trahitur, & roborato cerebro per astringentia.

At, qui fit à causa externa curatur illa remota, & simul ablata intemperie à tali causa profecta.

Hæc eadem curandi ratio conuenit caro: { a c } *sed valentiora sint incidentia, & extenuãtia.*

---

a Secundo de loco affect. 9.
b Secundo catatop. primo.
c Aetius lib. 6. cap. 3.
d Paulus lib. 3. cap. 9.
Alex. lib. primo cap. 13.

Tabula Decimaoctaua, Typhomaniæ Definitio differentiæ.

- **Cau-ſa**
  - **Ex-terna**
    - Cauſæ externę, vel procatarcticæ, vel primitiuæ, quę rebus faciendis, aſſumendis, excernendis, & incidentibus extrinſecùs cōtinentur, hunc affectum gignunt, vel quatenus bilem, & pituitam gignunt, vel quatenus eamdem ad cerebrum ducunt, vt eſt vinū, cępæ. Hinc dicit Auicenna [a] repletionem, quam gignit (vt ipſe inquit) guloſitas, & multitudo comeſtionis, & potus, & ebrietatis hunc morbum facere.
    - Paulus quoq; [b] aſſerit, temulentiam gignere catochum, nam ſic vocat morbum mixtum ex phrenitide, & lethargo.
    - Aurelianus [c] etiam Siccenſis dicit cathocum, vel catalepſim [& intelligit hunc affectum) fieri in Autumno ex cruditate, ebrietate, voracitate, ex multo vſu perſicorum, & eiuſmodi, quæ etiam gignunt tertianas [d] nothas, vel ratione cruditatum, vel quia iſtæ cauſæ externæ vſurpatæ contrariæ inter ſe, vel contrariæ cauſis antecedentibus gignunt contrarios humores bilem videlicet, ac pituitam, à quibus fit hic, morbus, veluti tertianæ nothæ. [d]
  - **Inter-na**
    - **Antecedē-te, quæ ratione Typhomanię eſt cauſa**
      - **Per acci-dens**: Hæc dicitur cauſa Typhomaniæ quatenus gignit bilem, & pituitā, & talis cauſa eſt
        - Tēpatio: Vt biliosa, vel pituitoſa
        - Aetas prę̄ſertim puerilis [c]
        - Habitus corporis, vt obęſus
        - Sexus præcipuè fęmininus ex Aureliano.
          - Iſtæ cauſæ, ſi ſint contrariæ cauſis externis, ideſt, habeant vim gignendi contrarium humorem ſunt cauſæ Typhomanię, veluti ſunt quoq; cauſa tertianę [e] nothæ, verbi cauſa, ſi vſurpentur res refrigerantes in temperatione bilioſa, vel ætate iuuenili, aut calefacientes in pituitoſa.
          - Hæ cauſæ internæ non modò poſſunt eſſe res naturales, verum etiam ſupernaturales, vt morbi, qui anteceſſerunt, verbi gratia Tertiana notha, [c] hæmitritęus, febris peſtilens, vel diſpoſitio ab illis in corpore derelicta, vt in conualeſcentibus, quos Aurelianus dicit in hunc morbum incidere.
      - **Per ſe**: Eſt redundans bilis, & pituita, ſiue in toto corpore, ſiue antequam putreſcat in cerebro.
    - **Continēte vel coniuncta**: Cauſa continens Typhomaniæ eſt bilis mixta cum pituita putreſcens in cerebro, qui humores ſunt.
      - **Aequales.**: Hinc eſt affectus exquiſitè [f] medius inter phrenitidem, & lethargum, qui à quibuſdam dicitur Typhomania, ab alijs Typhonia, à Paulo coma vigil, & catochus vocatur, ab Auic. verò ſubeth alshari, vel sheri, & ſyrſemiati, & dicit quoſdam illū vocaſſe ſachos, ideſt catochum; & (niſi fallor) per quoſdam intelligit Paulum.
      - **Inæquales & tunc ſuperat.**
        - **Bilis**
          - In hoc æger tandem [f] fit phreneticus.
          - Ab Auicenna dicitur ſahara, ſiue sheraſubetica, ideſt, vigilia comatoſa.
          - Ab Hollerio vocatur coma. [h]
        - **Pituita**
          - In hoc affectu æger tandem [f] fit Lethargicus.
          - Ab Auicenna vocatur ſubeth shari vel sheri.
          - Paulus verò dicit ipſum hoc malum Medicos Galeno antiquiores vno ore catochum appellaſſe.
          - Hollerius [h] etiam vocat cathocum.
- **Morbo qui eſt**
  - **Inflammatio**
    - Hæc plerunq; adeſt in hoc affectu, & quando adeſt dicitur morbus per ſe, & principalis.
    - Hinc dixit Auic. hanc ęgritudinem eſſe ſyrſemiati, ideſt, compoſitam ex inflammatione calida, & frigida, ideſt, factam ab humore calido, & frigido. [m]
  - **Intemperies inæqualis**: Poteſt quoq; in tali caſu non adeſſe tumor, & tunc morbus erit intemperies inęqualis, calida videlicet, & frigida propter bilem, & pituitam, à quibus pendet. Quarè erit intemperies cum materia bilioſa, & pituitoſa.
  - **Febris**
    - Hęc ferè ſemper in tali affectu eſt veluti ſymptoma, nam plerumq; ſequitur tumorem cerebri, vel illius intemperiem inæqualem cum tali materia.
    - Poteſt quoq; interdum febris eſſe morbus principalis, vt accidit in febre peſtilenti, vel hemitritæo, vel tertiana notha, in quibus materia mixta fertur ad cerebrum, & hunc affectum procreat.
- **Loco affecto, qui eſt cerebrū, quod in Typhomania eſt affectum.**
  - **Per ſe, [n] vel primariò, vel per eſſentiam**
    - Id fit quotieſcunq; non oritur, hic morbus [n] ab aliqua alia parte affecta, vel ab alio morbo alterius partis, vel eſt ſine alijs affectibus; aut, ſi ſit cum alijs affectibus, & illi auferantur, ipſe non aufertur.
    - Et tunc affectus poteſt eſſe, vel in cerebri membranis, vel meatibus, ſiue anfractibus, vel ventriculis, vel in ipſius cerebri corpore, ac ſubſtantia, vt dictum eſt de lethargo.
  - **Per conſenſum, vel communitatem à**
    - **Partib⁹**
      - Septo [o] tranſuerſo: Hinc fit Typhomania [o] valdè ſimilis exquiſitæ Typhomaniæ.
      - Hepate, liene, ventriculo, pectore Vtero, renibus, alijs partibus: Interdum ab his [p] partibus affectis tranſmittuntur vapores, vel humores mixti ex bile, & pituita ad cerebrum, atque ita fit Typhomania.
    - **Toto [q]**: Vt in febribus præſertim peſtilentibus tertianis nothis, hemitritæis, & eiuſmodi: Hinc ſæpè fit Typhomania.
- **Symptomate**: Quamnis in hoc affectu ſint multa ſymptomata (vt patet 4. de cauſ. pulſ. 15.) ſunt tamen duo potiſſimum, ſcilicet vigilia, & coma, ideſt, propenſio ad ſomnum. Coma igitur, quod ēt cataphora dicitur ex Galeno eſt
  - **Somniculoſum [ſ]**
    - Fit à ſuperante [r] pituita; quarè æger tandem fit lethargicus.
    - Et non modò huiuſmodi coma reperitur in Typhomania, ſed etiam in ipſo [ſ] lethargo, & catocho, vt patet ſecundo aphoriſmorum tertio.
    - Vocatur etiam huiuſmodi coma, cataphora, [u] quæ à Gal. 13. meth. 21. ponitur vt genus ad Apoplexiam, carum, catochum, & lethargum.
  - **Non [b] ſomniculoſum ſed vigil, & hoc eſt**
    - **[y] Pigrū vel ſegne**
      - Id fit, cùm humores [x] ſunt æquales, ita, vt nec ſuperet bilis, nec pituita, & ob id vocatur interdum coma [y] mediocre, & eſt Typhomania, vel coma vigil Pauli.
      - A Gal. [a] interdum vocatur cataphora ſegnis. Poteſt etiam tale coma eſſe in exquiſita phrenitide propter virtutem admodum debilitatam. [B]
    - **Non pigrū vel phreneticum.**: Id fit, cum ſuperat bilis. Quarè æger fit tandem phreneticus, & ob id à Gal. vocatur coma phreneticum, nā ægri habent quidē propenſionē ad ſomnū, ſed nequeunt dormire, & delirant, atq; inordinatè mouentur.

[f] Typhomania ſic dicta ſecundum aliquos eſt morbus medius [g] inter phrenitidem, & lethargum, ſiue eſt cōmunis vtriſq;, vt qui eſt mixt⁹ ex ſpecieb⁹ phrenitis, & lethargi. Typhonia [i] vocatur ab Authore definitionum medicarum; licet in margine ſit Typhomania, & ab eodem dicitur eſſe vel delir⁹ lethargus, vel lethargi cum deliriū. [k] Coma vigil, & catochus vocat à Paulo. Catocha, & catalepſis ab Aureliano, [l] Iubeth Alshari, ideſt ſopor vigilans, & ſyrſemiati, ideſt, ægritudo compoſita ex ſyrſen calido, & frigido ab Auic. [m] qui tacitè reprehendit Paulum, quòd talē affectum vocarit ſuchos, vel ſachos, vel ſochos, ideſt, catochū. Huius morbi mixti ex phrenitide, & lethargo differentię ſumuntur à

Auicenna

AVCTORITATES.

a Auic.lib.3.f.pri.tr.3.cap.12.
b Paul.lib.3.cap.x.
c Aurelianus lib.2.acut.x.
d Primo ad Glaucon 5. 8.
e Primo ad Glauc.8.
f Primo prorrhetic.primo.
de comate 2.
g Quarto de cauſ.pulſ.15.
h Hollerius de morb. intemp. 8.
i In definitionibus medicis.
K Paul.lib.3. cap.6.x.
l Aurelian.lib.2.acut.x.
& ſecundo chronion.cap.5.
m Auic.lib.3.f.pri.tr.3.cap.xij.
n Tertio de loc.affect.v.vij.
ſecundo de cauſ.ſympt.7.5.aph.5
o Quinto de loc.affect.4.
Aetius lib.6.cap.3.
p Secundo de cauſ.ſympt.7.
4. de cauſ. pulſ.15.
q Primo prorrhetic. primo.
de comate 2.
r Primo prorrhetic. primo.
de comate ſecundo.
s De comate 2.
t Secundo aphoriſmorum. 3.
u 13.meth.21.
x primo prorrhetic. primo.
y de comate.2.3.4.

a Tertio 3.epidem.45.
B Primo prorrhetic.13.33.
b Tertio 3.epidem.39.

ADNOTATIONES.

Paulus [c] vocat catochum illum affectum, qui eſt medius inter phrenitidem, & lethargum, ideſt, qui fit à bile mixta cum pituita, & illi tribuit ea omnia, quæ competunt catocho propriè dicto, ideſt illi affectui, qui fit ab humore melancholico, cuius ipſe quoq; meminit in fine capitis decimi. Sed in capite vi. appellat catochum ex opinione Antiquorum illum, in quo ſuperat humor pituitoſus, & ita facit [d] Hollerius.

Quæ tamen ſententia videtur eſſe contrà opinionem Galeni, nam Galenus [e] dicit quòd coma profundum habet aliquod conſortium cum catocha vocata à Philippo, & Archigene, quæ ab Antiquioribus dicebatur cathochus, & alibi [f] aſſerit, quòd laborantes affectu medio inter phrenitidem, & lethargum rurſus oculis fixis, atq; inconniuentibus diutiſſimè intuentur, vt catochi. Sed nunquam (quod viderim) vocat catochum affectum mediũ inter phrenitidem, & lethargum. Immò in quarto de cauſis pulſuum facit duo capita diſtincta de illis duobus affectibus.

Quarè magnoperè cupio, vt oſtendantur mihi multa loca, in quibus [g] Gorrhæus dicit ſe deprehendiſſe apud Galenum cathocum, catocham, catalepſim, & coma vigil idem ſignificare, & eiusdem affectus diuerſa eſſe nomina. quia nullum eiusmodi locum hactenus inuenire potui.

Aetius dicit [h] cathocum, & catalepſim propriè dictam, ideſt, quæ fit ab humore melancholico eſſe mediam inter phrenitidem, & lethargum, quia neque phrenitidi, neq; lethargo eſt omninò ſimilis, & non quòd ſit compoſita ex phrenitide, ac lethargo, vel ex materia phrenitidis, ac lethargi, vt exiſtimat [i] Paulus, qui in hoc fortè ſecutus eſt Medicos antiquiores Galeno, quos ipſe dicit K *vno ore appellaſſe talem affectum catochum, quos etiam ſecutus videtur [l] Aurelianus Siccenſis, qui, vt Paulus, affectum medium vocat catocham, & catalepsim, dicitq; nos apprehenſionem, vel oppresſionem vocare, & nomen ſumpſiße ab Accidente atq; [m] ab Hippocrate, & Diocle vocatam fuiße Aphoniam. Sed Hippocrates in aphoriſmo ab Aureliano citato non intelligit catalepſim, ſed earum, vt in cõmento exponit Galenus. Quarè nec Paulum, neq; Aurelianum, neq; Gorrheum in hac re audiendos eſſe credimus. At potiùs Alexandrum Trallianum probamus qui hunc affectum falſam [n] phrenitidem, & vigilem ſoporem, nec non falſum lethargum [o] nominat.*

De catocho propriè dicto, qui à Iunioribus catocha, & catalepſis dicitur, in alia agetur tabella.

c Paul. lib. 3. cap. x.
d Holl. de intern. affect. viij.
e Secundo Tertij Epidem. viij.
f Quarto de cauſ. pulſ. xv.
g Gorrhæus in definitionibus medicis cap. de catoche.
h Aet. lib. vi. cap. iiij.
i Paul. lib. iij. cap. x.
K *Paul. lib. iij. cap. vi.*
l Aurelian. lib. 2. acut. x.
m Quinto aphoriſmorum v.
n Alex. lib. primo cap. 13.
o 14.

Signa

Tabula Decimaoctaua, Typhomaniæ ſigna.

Signa Typhomaniæ ſunt

- **Memoratiua**: Sunt inuentio cauſarum [a] procatarcticarum, quę haberi poſſunt ab ęgro, vel aſſidentibus, & quæ magis faciunt ad Medici [b] gloriam, quàm ad ęgri ſalutem, atq; ob id hic à nobis omittuntur.
- **Indicatiua, à quibus oſtenditur**
  - **Cauſa**
    - **Externa**: Signa oſtendentia cauſas externas, ſunt eædem cauſæ, quę anteceſſerunt, veluti [c] cruditas, ſatietas, [d] crapula, [e] ebrietas, vſus perſicorum, [c] mora in ambiente inęquali, vt in Autumno.
    - **Interna .i. ipſa bilis mixta cū pituita.**
      - **Aequaliter [g]**
        - Anteceſſerunt [f] cauſæ, quæ æqualiter bilem, & pituitā procrearunt, quæ præſentes nocent.
        - Adſunt contraria ſymptomata, adeò, vt tùm vigilet, ac deliret ęger, tùm leniter in ſomnum deferatur.
        - Adſunt, & alia ſymptomata, quæ exponentur in ſignis monſtrantibus affectum ipſum.
      - **Inęqualiter & tunc ſuperat**
        - **Bilis [g]**: Anteceſſerunt [f] plures, & validiores cauſæ bilem procreantes, quæ pręſentes nocent. Adſunt ſymptomata oſtendentia bilem redundantē, vt vigilia, [g] delirium, [d] rixa, facilis motus, & demùm coma vigil, non pigrum, ſed phreneticum. Vnde æger tandem fit phreneticus. [g]
        - **Pituita**: Anteceſſerunt plures, & validiores cauſę [f] pituitam generantes, & adſunt ſymptomata ſequentia pituitā, vt coma [g] ſomniculoſū, [b] grauitas, [d] ignauia, conniuentia palpebrarum, clauſio oculorum, & demū quia in hoc affectu æger tandem fit [g] lethargicus adſunt plurima lethargi ſigna.
  - **Morbus qui ē**
    - **Inflammatio, vel intēperies inæqualis cum materia bilioſa, & pituitoſa ī cerebro, q affectus propriè à quibuſdā antiquis dr̄ Typhomania**
      - Oſtendunt Typhomaniam ſigna deſumpta à cauſis, nam anteceſſerunt cauſæ gignentes bilem, & pituitam, [d i] vt crapulæ, ebrietates, [e] præſertim in tempore Autumni, quæ cauſæ præſentes nocent, & proſunt contrarię. Sed multò magis eamdem oſtendūt ſigna deſumpta à ſymptomatibus, quæ tùm ipſum affectum, tùm cauſam indicant. Adeſt coma, [k] vel cataphora, ideſt, magna eſt ſomnum propenſio, in qua nunc dormit, nunc vigilat ęger, nunc reſpicit oculis fixis, & inconniuentibus (vt catochus) nunc conniuentibus; ſtertit; inæqualiter ſe iactat, & interdum diſtenta [l] membra non contrahit, & contracta non diſtendit, & interdū diſtentas ab alio manus contrahit, ac, ſi quis obducat manum ante oculos ipſius, ſuo obtutu minimum ſequitur, cum vocatur & inclamatur, reſpicit quidem, ac lachrymatur, & cum pingitur, ſentit, ſed nihil dicit: ſenſus eſt hebes, ac torpens.
      - Pulſus [k] eſt inter phrenitidem, ac lethargum ambigens, & ex illis mixtus, ſcilicet, celer, & creber, vt phreniticorum, minùs tamē, ſic minùs vehemens latus eſt, ac breuis, neq; habet externum motum ſubitò truncatū, vt in phreneticis: ſed alio modo ſe intrò proripit, & concitat contractionem, quaſiq; ſuffuratur diſtenſionem.
      - Vrina [l] eſt inæqualis, plerumq; tamen turbida, & ſubiugalis, & interdum ſupprimitur, ſic etiam deiectiones.
      - Color faciei eſt prauus, nunc [m] pallidus, nunc viridis; quod non contingit in vteri ſuffocatione, cui affectus hic eſt perſimilis.
      - Os eſt [l] hians cum ſaliua fluente, ac dentium ſtridore. Cubitus eſt ſupinus, manus abiectæ, ac diſtētæ, palpebræ ſurſum tractæ. [m]
    - **Febris**: Facilè cognoſcitur ex qualitate caloris acris, ex pulſu, & vrinis, eſtq; vel tertiana [l] notha continua, vel duæ tertianæ nothæ, cōtinuę, vel hemitritæus, vel febris peſtilens. Dicit Aurelianus [l] non modò poſſe febrem eſſe acutam, & continuam, ſed etiā intermittentē, vt quotidianam, tertianam, quartanam, quod mihi non videtur veriſimile.
  - **Locus affectus .i. ipſū cerebrum, quod eſt affectum**
    - **Per [r] ſe, vel per eſſētiā, vel primariò**: Abſunt ſigna aliarū partiū affectarum, & licet adſint, ſanatis tñ aliarū partium affectibus adhuc permanet affect⁹ in cerebro, qui eſt in ipſius cerebri.
      - **Membranis, in quibus dicit [n] Gal. fieri phrenitidem.**: Adeſt maior dolor, & minus delirium, & coma non eſt adeò ſomniculoſum, vt eſt quando in corpore cerebri.
      - **Anfractibus, [o] vel meatibus**: Adſunt omnia ſigna, quæ ſupra dicta ſunt eſſe in affectu, & ſunt mediocria.
      - **Subſtantia / Ventriculis [o]**: Adeſt minor dolor, & maius delirium, maiorq; ad ſomnum propenſio.
    - **[r] Conſenſum, vel cōmunitatē**: Adſunt ſigna aliarum partium affectarum, &, ſi minuātur, vel augeant affectus dictarum partiū, minuitur, vel augetur affectus cerebri. Eſt autem talis conſenſus à
      - **Toto [q]**: Adſunt ſigna tertianæ nothę, vel hemitritei, vel febris peſtilentis: diceret Aurelianus [p] vel quotidianæ, vel tertianæ, aut etiam quartanæ.
      - **Partibus [s]**
        - Septo [q] tranſuerſo — Adſunt ſigna pleuritidis.
        - Ventriculo — Adeſt faſtidium, nauſea, cardialgia, & eiuſmodi.
        - Vtero, veſica, renib⁹, alijs partibus — Adsūt ſigna taliū partiū affectarū.
  - **Symptoma**: Non opus eſt ſignis indicatiuis ad cognoſcendum ſymptomata, quoniam ſenſu ipſo cognoſcuntur, vt in propoſito caſu optimè ſenſu cognoſcitur an ſit coma ſomniculoſum, vel non ſomniculoſum, [t] ſed vigil, & hoc an ſit pigrum, vel non pigrū, ſed phreneticum, ſic etiam alia ſymptomata non indigent ſignorum, vt cognoſcantur, quin potiùs ſunt ſigna ad alia cognoſcenda.
- **Prognoſtica pertinentia ad Typhomaniā**
  - **[o] Futuram**: Anteceſſerunt ebrietates, [u] crapulæ, [x] & aliæ cauſæ gignentes bilem cum pituita, vel eoſdem humores ad cerebrum ducentes; & ipſam Typhomaniam etiam præcedit dolor, vel grauitas capitis, delirium, obliuio, propenſio ad ſomnum pręter conſuetudinem, ſegnities, ac tardus corporis motus, tarditas in reſpondendo, genarum plurimus rubor vel palliditas, aut viriditas, & demum alia ſigna, quæ dicta ſunt phrenitidem, & lethargum antecedere.
  - **Factam, & tunc per ſigna pgnoſtica pręcognoſcitur**
    - **Euētus vel exitus**
      - Hic affectus ſuapte natura eſt læthalis, ita etiam ratione partis affectæ, cum illa ſit maximè principalis. Si tamen valida ſit virtus, & omnia ex arte fiant, poteſt æger euadere. Quarè diligenter [b] perpendendum eſt, an morbus naturā, an ipſa natura morbum ſuperet ex ſignis oſtendentibus vtriuſq; robur, & debilitatem, quoniam (vt aſſerit Galenus ſecundo prognoſticorum 6.) tota vis præſagitionis conſiſtit in cognoſcendo maiore robore naturæ, aut morbi.
      - Si ęger teneat oculum apertum, [d] vt catochus abſq; palpitatione, ſi inordinatè loquatur, ſi ſtranguletur à potū, qui redeat per nares: ſi conuellatur, [e] ſi plurimum ſudet, corripiatur ſyncopa, ſi exeant maculę rotundæ, ſi adſit torpor frigidus: ſi adſit difficultas reſpirandi, & aluus aſtricta, & febris augeatur; caſus eſt læthalis. [d] Si è conuerſo imminuatur febris, coma, & delirium; adſintq; coctionis ſigna, æger euadet.
    - **Tempus**
      - Cùm hic morbus ſit acutus, terminatur plerumq; in quatuordecim [f] diebus, perſępè quoq; celeriùs, vt in vndecim, ſeptem, aut quatuor.
      - Interdum tamen in longius tempus protenditur, prout videlicet magis, vel minùs natura, vel morbus ſuperat. Sed (vt inquit [g] Aurelianus) cum morbus hic poſſit etiam eſſe diuturnus, longuſq; ac tardus, diutius protrahetur.
    - **Modus qui eſt**
      - **Per criſim ad**
        - **Mortem per**
          - Conuulſionem, & [h] ſpaſmum — Non rarò ſic interficit, vt phrenitis.
          - Strangulationem — Sic dicit [e] Aurelianus hunc morbum ſæpè interficere.
          - Syncopam, & reſolutionem virium.
          - Lethargum, [i] phrenitim — Cùm in hos affectus conuertitur perſæpè per eoſdem necat.
        - **Salutem per**
          - Fluxionem [k] ſanguinis ex naribus, hæmorrhoidibus — Perſæpè ſic terminatur.
          - Sudorem / Parotidas / Lethargum — Interdum quoq; ita terminatur.
      - **Sine ipſa criſi, quando videlicet hic affectus eſt diuturnus [l] & tūc modus eſt ad**
        - **Mortem** — Eſt per reſolutionem virium paulatim ab ipſo morbo factam.
        - **Salutem** — Eſt per coctionem, quia paulatim ab ipſa natura, iuuante etiam arte coquitur, & expellitur materia noxia.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præſag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic 4.
   de art. medic. 7.
c Aurelianus ſiccenſ. l. 2. acut. 10.
d Auic. lib. 4. f. pri. tr. 3. cap. 12.
e Paul. l. 3. cap. 10.
f Primo ad Glauc. 8.
g Primo prorrhetic. pri.
h De comate 2.
i Aurelian. ſicc. lib. 2. acut. 10.
k De pulſibus ad Tyrones. 11.
   Quarto de cauſ. pulſ. 15.
l Auic. lib. 3. f. pri. tr. 3. cap. 12.
m Paul. lib. 3. cap. 10.
n Quarto de cauſ. pulſ. 14.
o Auic. lib. 3. f. prima tr. 3. cap. 8.
p Aurelian. l. 2. acut. 10.
q Aetius lib. 6. cap. 3.
r { Sexto aphoriſm. 53.
   Quinto aph. 5. 17. de vſ. part. 2.
   Tertio de loc. affect. 5. 7. }
s Primo ad Glauc. 5.
t De comate 3. Tertio 3. epid. 45.
u Paul. lib. 3. cap. 10.
x Aurelianus 2. acut. 10.

a Sexto aph. 53. 5. de loc. affect. 4.
b De medicæ art. conſtitut. 18.
c Secundo prognoſtic. 6.
d Auic. lib. 3. f. pri. tr. 3. cap. 12.
e Aurelian. lib. 2. Acut. cap. x.
f Secundo aphoriſm. 23.
g Aurelian. lib. 2. tardarum paſſionum. cap. 5.
h Secundo primi epidem. 53. 54.
   12. meth. 8.
i Primo prorrheticorum primo.
k Tertio de criſ. 3.
l Aurelianus lib. 2. chron. v.

ADNOTATIONES.

Alexander [m] *Trallianus inter ſigna huius affectus, quem ipſe appellat falſum lethargum in capite de lethargo, & in capite de phrenitide eumdem vocat falſam phrenitidem, & vigilem ſoporem, dicit, quòd pulſus eſt rarus, exiguus, & obſcurus, cùm tamen Galenus dicat pulſum eſſe crebrum, & latum, & minùs vehementem, quàm phreniticorũ, quarè aperta videtur eſſe cõtradictio.* ¶ *Dicendum eſt Alexandrum cenſuiſſe tales pulſus eſſe in hoc affectu, cum ægri ſunt admodùm imbecilles.*

Aurelianus [n] *Siccenſis plurima alia ſigna huius affectus recenſuit, quæ nos breuitatis cauſa omiſimus, præſertim cum ad ea, quæ in tabella poſita ſunt facilè reduci poſſint.*

m *Alex. lib. primo cap. 14.*
n *Aurelianus lib. 2. acut. x.*

In cu-

Tabula Decimanona, Typhomaniæ curatio.

- **In curanda Typhomania opera, seu intentiones curatiuæ sumuntur à**
  - **Causa**
    - **Externa**
      - Hæc, si abijt, nihil indicat. [a] Sed, si adsit morbum fouens, vel augens, indicat esse ab eadem abstinendum, & transeundũ ad causam contrariã.
      - Sic, si adsit affectus ab eadem relictus, qui foueat Typhomaniam, ille se auferendũ esse indicat, vt repletio ventriculi monstrat [b] se esse vacuandam per vomitum. Quemadmodum, si sit ab ebrietate (vt inquit [c] Auic.) prouocetur vomitus, moueatur aluus, concilietur somnus, fricentur extrema, & præsertim pedes cum sale, & oleo violaceo, atq; alia vsurpentur præsidia ad tollendã ebrietatem, q̃a hæc est radix [d] curõnis.
    - **Interna**
      - **Antecedente, idest, ab ipsa bile mixta cum pituita redundante in corpore, à qua indicatur**
        - **Inhibitio ne noua materia generetur**
          - Id præstat conueniens victus ratio in sex rebus non naturalibus. Cibus in quantitate sit tenuis [e] (nam morbus est acutus) & eò tenuior, quò magis hic morbus est factus à crapula, [f] & satietate. In qualitate verò non absolutè solùm humectet, [g] ac refrigeret, sed etiam aliquid accipiat ad incidendum, & extenuandum.
          - Potus sit aqua hordei, cum qua ferbuerit cynnamomum, & mixtum sit saccarum, vel mel rosaceum, aut iulep violaceum. A vino autem est abstinendum.
          - Cibus sit ptisana, cum qua misceatur hyssopum, origanum, piper, vel cinnamomum, conuenit panis in aqua decoctus, &, si vires sint debiles, offeratur ius paruæ pullæ, cum qua ferbuerint radices petroselini, acetosa, vel endiuia.
          - Aer sit temperatus, conuenit quies: somnus, & vigilia sint moderata, & conuenienti tempore vsurpata.
          - Animi passiones, vt ira [h] interdum ad excitandum sunt adhibendæ. Aluus est irritanda clysteribus nunc mitioribus, nunc acrioribus, nunc moderatis. Facit etiam ad inhibendum, ne noua materia generetur, si roboretur calor ventriculi, & hepatis cum oleo mastichino, de absinthio, de cotoneis, & eiusmodi.
        - **Alteratio genitæ per**
          - **Victus rationem**: Facit dicta victus ratio non modò ad inhibendum, ne noua materia generetur, sed etiam ad [i] refrigerandam, & humectandam, necnon ad incidendam, & extenuandam eam, quæ genita est.
          - **Medicamenta refrigerantia, & humectantia, nec non incidentia, & extenuãtia, quæ medicamenta sunt**
            - [k] Syrupi: Facit syr. acetosus simplex, de duabus, & quinq; radicibus, mel rosaceum, syr. de Cichorio Nic., de capillo veneris. de stechade.
            - [k] Decocta vel aquæ: De capilloueneris. stechade, agrimonia, cetrach, radicibus petroselini, fæniculi, cichorio, endiuia, acetosa, betonica, saluia, & similibus.
            - Antidoti: Conserua de betonica, de stechade, diarrhodon abbatis. Aromaticum, & eiusmodi.
        - **Vacuatio per**
          - **Sanguinis missionem**: Si vires, & cętera consentiant, lenita priùs aluo mittatur sanguis ex vena communi, copiosius quidem, cum sanguis ipse est crassior, [k] & vrinæ sunt [l] rubræ: sed contrà mittatur parciùs cum est tenuis, & vrinę nõ valdè crassæ, & rubræ, &, si videatur è re, iteretur missio. Possunt etiam affigi hyrudines ano. Ita quoq; factis alijs vacuationibus conferunt cucurbitulę cum scarificatione [m] ad crura, coxas, nates, dorsum, & scapulas.
          - **Medicamẽta ducẽtia quo natura vergit, scilicet per**
            - **Vomitũ**: Facit aqua [n] calida, vel decoctum radicularum cum oximelle digitis, aut pennis in os ad vomitũ, qui valdè confert, prouocandum immissis.
            - **Deiectiones**
              - Conferunt lenientia medicamenta, vt cassia [o] cum diaphinicone, ac hiera, sic syr. ros. sol. diacatolicon, & similia.
              - Mirabiliter etiam faciunt [p] soluentia, cuiusmodi est hoc. ℞. Specierum hieræ p. scrup. iiij. pulpæ colocynthidis scrup. j. cum syr. de betonica fiant pillulæ vij. auratæ sumendæ post mediam noctem. Conferunt etiam pillulæ cochię, sine quibus.
              - Conferunt etiam clysteres acriores, [q] vt ℞. Hieræ simpl. Diaphinic. an. drach. v. Castorei, nitri, colocynthidis, agarici an. drach. s. mellis, olei violati, liliacei an. vnc. ij. salis communis drach. ij. decocti carminatiui lib. j. s. mis. pro clystere.
              - Faciunt etiam glandes [q] ex castoreo, nitro, colocynthide, agarico, hiera, & melle.
            - **Vrinam sudorẽ**: Confert decoctũ anethi, camemeli, petroselini, apij, asparagi, fæniculi; sic acetosus simplex, de duabus, & quinq; radicibus. Faciunt etiam ea, quæ exteriùs admouentur, vt dicetur inferiùs.
        - **Reuulsio**
          - Conuenit [r] reuulsio cum vacuatione sensibili per missionem sanguinis, & per medicamenta, veluti superiùs est dictum.
          - Conuenit etiam sine vacuatione [s] sensibili per frictiones, vincula, & cucurbitulas sine scarificatione.
      - **Continente, vel cõiũcta à qua indicatur**
        - **Retrocess' vel translatio ad alias partes per**
          - **Repercussionem**
            - Factis vacuationibus [t] vniuersalibus conferunt ab initio repellentia, vt est oxhirodinum [u] mediocre ex oleo rosato, & aceto.
            - Facit oleum camemelinum, aut anethinum cum aceto ad suturam coronalem, & collum cum panno lineo eodem imbuto.
          - **Auersionẽ cum vacuatione**
            - **Sensibili per**
              - **[X] Chirurgiã**: Sectionem venæ in cubito; Hirudines affixas ano, & cruribus; Cucurbitulas cum scarificatione ad crura coxas, nates, dorsum, & scopulas. — Ista omnia [s] optimè [X] faciunt.
              - **Medicamenta [Y]**: Faciunt (veluti dictũ est) ea, quæ tùm per os, [Y] tùm per anum adhibentur.
            - **Insensibili per**: Frictiones; Vincula; Cucurbitulas sine scarificatione; Adhibitionem vrticæ ad crura, coxas, nates, dorsum. — Hæc remedia valdè sunt opportuna.
        - **Extractio per**
          - **[a] Chirurgiam per**: Sectam venam in fronte. Hirudines admotas ad nares, & post aures. Cucurbitulas cum scarificatione, & sine scarificatione ad sinciput, verticem, occiput. Cauteria ad suturam coronalem, labdoidem, & occiput. — Hæc auxilia mirabiliter faciunt
          - **Medicamenta vacuãtia per canales**
            - **Manifestos, & tunc medicamenta sunt**: Errhina, idest indita per nares; Apophlegmatismata, quæ mandũtur. — Optimè faciunt tùm humida, tùm sicca.
            - **Immanifestos, & tunc medicamẽta sunt, quę vacuãt per poros cutis.**
              - Mitiora: Vt est oleum camemelinũ, anethinum, rutaceũ
              - Mediocria: Vt est oleum de castoreo, de sulphure, de euphorbio.
              - Validissima: Vt est oleum de vitreola, thapsia, euphorbium, sandaracha.
              - Omnia conueniunt, sed à mitioribus ad valẽtiora est pertranseundum.
  - **Morbo qui est**
    - **Inflammatio, vel intẽperies inæqualis cum materia biliosa, & pituitosa.**
      - Ab hac indicatur ablatio talis materiæ facientis inflammationem, vel intemperiem inęqualem, id, quod præstabitur per retrocessum, [b] & extractionem vt suprà dictum est.
      - Ab inflammatione, quatenus est intemperies calida, iudicatur esse [b] [c] refrigerandum per ea, quę refrigerant per se, & per accidens.
      - Ab intemperie inæquali indicatur quoque ablatio, quæ præstabitur ablata (vt diximus materia talem intemperiem procreante.
    - **Febris**: Hæc plerunq; aufertur ablata (vt diximus) materia, & nisi fuerit ablata, indicat esse refrigerandum [d] per ea, quæ id faciunt per se, & per accideus, actu, & potentia.
  - **Symptomate**
    - Symptomata, quæ valdè vrgent in Typhomania sunt [e] somnus, & vigilia, quibus, quando vrgent occurrendum est per gignentia contrariũ affectum, vt somno excitando vigilias, & vigilijs conciliando somnum.
    - Si adsit retentio vrinæ, syncopa, vel difficultas respirandi, illis occurrendum est, sicuti dictum est in curatione Lethargi.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto meth. tertio
b Auic. lib. 3. f. 1. tr. 3. cap. 12.
c Auic. lib. 3. f. 1. tr. 2. cap. 24.
d Paulus lib. 3. cap. x.
e Aretæus primo de curat. acut. 2.
f Auic. lib. 3. f. 1. tr. 3. cap. 13.
g Primo ad Glauc. x.
Celsus lib. 3. cap. 20.
Aetius lib. 6. cap. 3.
Paulus lib. 3. cap. 9. x.
h Aretæus 1. de curat. acut. 2.
i Primo ad Glauc. x.
k Auic. lib. 3. f. 1. tr. 3. cap. 13.
l Primo ad Glauc. x.
m De cucurbit. scarific. & cæt. c. 20.
n Secundo catatopus 1.
o Auic. lib. 3. f. 1. tr. 3. cap. 13.
p Alex. lib. 1. cap. 14. & lib. 12. c. 6.
q Aetius lib. 6. cap. 3.
Aretæus lib. 1. cap. 2.
r 13. meth. 9. 11.
s Aretæus primo de curat. acut. 2. 3.
t De arte medic. 95.
u 13. meth. 21.
x Aetius lib. 6. cap. 2.
Paulus lib. 3. cap. 9.
y 13. meth. xi.

a Aretæus lib. 1. acut. 2.
b 13. meth. 9.
De art. medicin. 95.
c Primo ad Glauc. 15.
d xi. meth. 2.
e Paul. lib. 3. cap. 9.

ADNOTATIONES.

A rebus etiam naturalibus sumuntur intentiones (veluti expositum est in curatione lethargi.) Desumuntur quoque ab aere ambiente.

Quemadmodũ in Typhomania cùm sit morbus mixtus ex phrenitide, ac lethargo, conuenit etiam curatio mixta, ut patet ex hac tabella; Ita etiam, si sint in cerebro affectus mixti ex bile, & humore melancholico, vel ex pituita, & humore melancholico conuenit curatio mixta, quæ videlicet respiciat vtrumq; humorem peccantem.

Typhomania per consensum curatur sanata parte, quæ cerebrum trahit in consensum, & extracta materia, quæ fluxit ad cerebrum.

Tabula Vigeſima, Differentiæ morborum cerebri.

Differẽtiæ morborũ cerebri ſumuntur à

- **Cauſa**
  - **Externa, & ſunt Res**
    - Faciendæ — Vt eſt [a] nimius motus tùm corporis, tùm animæ in validiſſimis exercitationibus, laboribus, triſtitia, [b] ira, rixa, cogitatione, vigilia, ſomnus meridianus poſt cibum, vſus veneriorum. [c]
    - Aſſumendæ § Vt ſunt crapulæ, ebrietates, [c] cæpæ, allia, & alia caput tentantia, & vitioſos humores procreantia.
    - Incidentes extrinſecùs — Vt eſt aer ambiens calidus, humidus [d] caput replens, ita frigidus fluxiones [e] excitans, & humidus [f] implens. Ita frigidus [g] ſiccus, vel potiùs inequalis, vt in Autumno gignens, vel retinens humores caput lædentes. Sic frigidus humidus, [h] vt in hieme pituitam generans vertigines, & apoplexias procreat.
    - Cætera quoq; extrinſecùs [i] capiti occurrentia, vt incidentia, frangentia, tendentia cerebrum lędere conſueuerunt.
  - **Interna quæ eſt**
    - Efficiẽs vel agẽs quæ eſt
      - Humor in cerebro redũdãs
        - Sine febre, & tunc talis humor eſt
          - Simplex qui ẽ
            - Sanguis [k] Hinc eſt delirium [k] cum riſu.
            - Bilis [i] § Hinc eſt [i] Mania, ideſt inſania, vel furor.
            - Pituita § Hinc eſt coma, [m] vel cataphora, & [n] carus; ita etiam apoplexia, epilepſia, vertigo. [h]
            - Humor melancholicus § Hinc eſt [o] melancholia, vel epilepſia.
          - Mixtus § Hinc ſunt affectus mixti.
        - Cum febre, vel cum inflammatione — Hinc eſt cerebri phlegmone, vel eriſipela, de quibus dictum eſt in phrenitide, lethargo, ac Typhomania.
      - Vapor [p] / Flatus — Vt accidit in morſu canis [q] rabidi, ſic in bile æruginoſa in ventriculo redundante. Ita quoq; cùm veluti [r] aura ex pede, tibia, vel alia parte ad caput fertur, & epilepſiam, vel alium affectum excitat.
      - Qualitas venenoſa.
      - Vermes [s] § Hos gigni in cerebro in anguſtia narium, & apud membranas dicit [s] Auic. ex Raſis [t] opinione.
      - Poteſt etiam aliquod oſſis fruſtulum in cerebro contineri, ſic aliud, vt pila plumbea, lapis, ferrum, vel aliud telum, quod ad cerebrum penetrauit.
    - Patiens § Eſt habilitas cerebri ad morbos, quæ nihil aliud eſt, quàm cerebri debilitas ob aliquam intemperiem.
- **Morbo qui eſt**
  - **Intemperies**
    - Sine materia, & tunc talis intemperies eſt
      - Simplex
        - Calida [u] § Raró [x] fit in cerebro, cum ſit frigidum, & humidum.
        - Frigida [x] § Sæpè afficit cerebrum, quod ſuapte natura eſt frigidum.
        - Sicca [y] § Fit rariſſimè, quia cerebrum eſt humidum. [y]
        - Humida [y x] § Sæpiſſimè occupat cerebrum, quod per ſe eſt humidum. [y x]
      - Compoſita
        - Calida ſicca § Raró accidit, nam cerebrum ſuapte natura frigidum, & humidum eſt.
        - Calida [a] humida — Fit [a] interdum, tùm, quia cerebrum humidum facilè contrahit intemperiem humidam; tùm, quia à calidis vaporibus caleſit.
        - Frigida [x] ſicca § Fit aliquando, quia cerebrum ſua natura eſt frigidum.
        - Frigida [x] humida § Fit ſępiſſimè, quia cerebrum per ſe eſt frigidum, & humidum. [x]
    - Cùm materia § De hac dictum eſt inter cauſas internas.
  - **Mala compoſitio in**
    - Conformatione
      - Figuræ [b] — Affectus cerebri ad figuram [c] pertinentes, cum fiant ab ortu, atq; in ſanitatis latitudine [b] contineantur, hic omittuntur, præſertim cùm plerumq; ſint inſanabiles. [c]
      - Cauitatũ, vel ventriculorum
        - Repletorum § Vt in Apoplexia, [d] caro, epilepſia.
        - Vacuatorum § Vt in immodica ſpirituum animalium reſolutione ſiue ex labore ſiue aliter.
        - Aſtrictorum § Vt in cerebri [d] tumoribus, qualis eſt phrenitis, lethargus; ita in compreſſione à cauſa externa.
      - Meatuũ, vel canalium
        - Obſtructorum [e] ex abundantia, craſſitudine, vel tenacitate humorum § Vt in lethargo, epilepſia, apoplexia.
        - Aſtrictorum § Vt in tumoribus videlicet phrenitide, ac lethargo, ſic etiam ſi aſtrictio ſit ab aliqua cauſa externa.
      - Superficiei
        - Exaſperatæ / Leuigatæ — Iſti morbi, vel non fiunt in cerebro; vel, ſi fiunt, ad continui ſolutionem referuntur.
    - Magnitudine
      - Aucta § Vt in tumoribus, phrenitide, ac lethargo.
      - Imminuta § Vt [A f] in ſenibus, vel in magna extenuatione totius corporis, aut ipſius tantum cerebri. [g]
    - Numero
      - Aucto — Vt cum in cerebro eſt præternaturam ſanguis, vel alius humor, vapor, flatus, qualitas venenata, vermis, lapis, aut aliquod aliud telum.
      - Imminuto § Vt cùm aliqua cerebri portio eſt auulſa. [g]
    - Situ § Vt cum ob ictum, vel caſum ab alto cerebrum concutitur, qui affectus videtur potiùs ad continui ſolutionem pertinere.
  - **Solutio cõtinui [b] à cauſa**
    - Externa
      - Incidente § Vt gladio. [b]
      - Frangente § vt lapide. [b]
      - Tendente § Vt mole aliqua
      - Erodente § Vt thapſia, euphorbio.
      - De his omnibus dictum eſt in cauſis.
    - Interna § Vt humore, vapore, flatu, qualitate venenata, verme.
- **Loco affecto, ideſt, ab ipſo cerebro, qđ eſt affectũ [r]**
  - Per ſe, [r] per eſſentiã, & primariò, & tunc affectus eſt in ipſius cerebri
    - Membranis [l] § Vt accidit in phrenitide. [l]
    - Anfractibus, vel meatibus [m] § Vt fit in lethargo. [l m]
    - Corpore, vel ſubſtantia [n] § Vt accidit in apoplexia. [n]
    - Venis. [o m]
    - Arterijs. [o]
    - Neruis. [o]
  - Per accidens, [r] vel per communitatem, vel per conſenſum à
    - Toto [q] in
      - Febribus
      - Plenitudine, ſeu multitudine
      - Cacochimia.
    - Partib⁹ [q]
      - Vẽtriculo [q p] ob materiã, q̃ ẽ
        - Humor
          - Sanguis.
          - Bilis. [p]
          - Pituita.
          - Humor melancholicus.
          - Mixtus ex his.
        - Vapor [p]
        - Flatus [p]
        - Vermis
        - Cibus verſus in corruptam ſubſtantiam.
      - Hepate, [q] liene,
      - Pectore, [s] pulmone.
      - Septo, [t] tranſuerſo.
      - Vtero, renibus, veſica.
      - Hypochondrijs [u] — Vt in affectione hypochndriaca, vel flatuoſa, mirachia dicta ab Arabibus.
      - Alijs partibus [u] § Vt à tibia, vel pede. [u]
- **Symptomate**
  - Quamuis plurima, vel potiùs omnia ſymptomatũ genera conſequantur ipſas cerebri affectiones; tamẽ maximè ſpectantur Actiones læſæ; à quibus etiam poteſt ſumi ordo in tractandis cerebri affectibus. Sunt antem tales actiones læſæ.
  - Aĩales
    - Rectrices
      - [x] Imaginatio
        - Ablata [x] — Vt in caro, [x] comate, catalepſi, Apoplexia.
        - Imminuta — Vt ĩ lethargo, [x] ſic in ſenibus, cũ repueraſcunt.
        - Deprauata — Delirium dicitur, vt cum ægri imaginantur adeſſe, quę non adſunt, veluti refert Galenus [x] de Theophilo Medico, qui imaginabatur eſſe in angulo cubiculi tibicines, eosq; iubebat expelli.
      - Memoria
        - Ablata § Vt in obliuione, ĩ qua penitùs abolẽtur ſpecies, [x y] vt dicit Gal. accidiſſe in peſte à Thucid. dſcripta.
        - Imminuta § Vt, cùm quis debiliter recordatur, [A] qui affectus eſt ſimilis fatuitati, vel ſtoliditati.
        - Deprauata § Vt, cùm quis perperam recordatur, qui affectus eſt ſimilis illi, qui fit à ratione deprauata.
      - Ratio
        - Ablata § Vt in amentia, quæ anæa dicitur à Græcis, & ex Gal. [x] eſt reſolutio ratiocinatricis.
        - [A] Imminuta — Vt in ſtoliditate, vel fatuitate, vel ſtultitia, quæ moroſis, vel moria [C] dicitur à græcis, & eſt deficiens motus [x] rectricis.
        - Deprauata — Vt in delirio, cum ægri timent non timenda, vel faciunt non facienda, vt accidit in phrenetico, [B] qui è feneſtra proiecit vaſa, & puerum.
    - Senſitiuæ
      - Cõmunes
        - Ablatæ — Vt in caro, comate, & alio ſomno prętemnaturam, ſic in epilepſia, apoplexia, & eiuſmodi, in quibus plures actiones læduntur.
        - Imminutæ § Vt in lethargo, ſtupore.
        - Deprauatę — Vt accidit in vigilia prętemnaturam; [B] ſic, cum videntur adeſſe ſenſibilia, [C] quæ non adſunt, & quæ adſunt non cognoſcuntur, vt quando non ſentitur dolor. [D]
      - Proprię — De his dicetur in tractatione affectuum vniuſcuiusq; ſenſorij, & dictum eſt etiam in tractatione doloris.
    - Motiuę
      - Ablatæ — Vt accidit in apoplexia, paraliſi, caro, catalepſi. [C]
      - Imminutæ — Vt accidit in torpore, poteſt etiam incubus, vel ephialtes ad hanc læſam actionem reduci. Poteſt quoq; ad læſam imaginationem pertinere.
      - Deprauatæ — Vt in epilepſia, conuulſione, vertigine, rigore.
  - Naturalibus
    - Attractione — Vt cum propter nimiam cerebri caliditatem ſuperfluitates ad cerebrum attrahuntur.
    - Retentione — Vt cum ſuperfluitates in cerebro retinentur.
    - Coctione — Vt cum vel debilis, vel mala in cerebro fit coctio.
    - Expulſione — Vt in catharro, & fluxione ad varias corporis partes.
    - Hinc plurima genera morborum fiunt prout ad varias corporis partes fertur fluxio.

Quarte

AVCTORITATES.

a Tertio tertij epidem. 74.
b Tertio tertij epidem. 82. 86.
c Tertio tertij epidem. 81. 87.
d Tertio aphor. 5. 17.
e Tertio aphor. 12.
f Tertio aphor. 16.
g Tertio aphor. 22.
h Tertio aphor. 23.
i Hippo. in lib. de vulner. capitis.
k Sexto aphor. 53.
l Secundo de cauſ. ſympt. 7.
Tertio tertij epidem. 45.
l Tertio de loc. affect. 5.
Primo de diebus decret. 4.
l Primo prorrhetic. primo.
m Secundo aphor. tertio.
n Quarto de loc. affect. 2.
o Tertio de loc. affect. 7.
p Secundo catatop. primo.
q Aet. lib. 6. cap. 23.
r Tertio de loc. affect. 7.
s Auic. lib. 3. f. 1. tr. 2. cap. 3.
t Raſis primo continent. primo.
u Sexto aphor. 53.
x 13. meth. 22.
y Sexto aphor. 2.

a Auic. lib. 3. f. 1. tr. 1. cap. 3.
b De arte medicin. xi.
c De arte medic. 93.
d Quarto de loc. affect. 2.
e De arte medic. 94.
A f Auic. lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 7.
g Quinto aphor. 16.
h De arte medic. 80.
l Quarto de cauſ. pulſ. 14.
m Auic. lib. 3. f. 1. tr. 3. cap. 7.
n Quarto de loc. affect. 2.
o Secundo catatopus, 1. pag. 131. h.
p Secundo catatop. 1. pag. 135. a. b. c. d
q 2. catatop. 1. pag. 136. h.
r Sexto aphor. 53.
Tertio de loc. affect. 5. 7.
s Quarto de cauſ. pulſ. 8.
t Quinto de loc. affect. 4.
u Tertio de loc. affect. 7.
x De differ. ſympt. 3.
y Quarto de loc. affect. 2.

A Auic. lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 12.
B Secundo aphor. 3.
C Quarto de loc. affect. 2.
D Secundo aphor. 6.

Tertio de cauſ. ſympt. 4.
Sexto de ſanitate tuenda. 9.

ADNOTATIONES.

Poſſunt de morbis cerebri aliæ differentiæ aſſignari ab aliquo accidente deſumptæ, vt quod ſint morbi magni, parui, ſimplices, compoſiti ſeu multiplices, breues, diuturni, acuti, non acuti ordinati, non ordinati, & eiuſmodi, quas differentias conſultò prætermiſimus, quemadmodum ab alijs omittuntur, quia methodo complecti nequeunt.

Tabula Vigesimaprima, Signa Morborum cerebri.

Signa morborũ cerebri sunt:

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum procatarcticarum, [a] quæ faciunt magis ad Medici [b] gloriam, quàm ad ægri salutem, haberiq; possunt, vel ab ipso ęgrotante vel assidentibus. Quarè hic omittantur.
- **Indicatiua, à qb⁹ monstrat'**
  - **Causa q̃ est**
    - **Externa** — Signa ostendentia causam externam sunt eadem causa, [c] quę antecessit; vt, si morbi causa fuerit ictus; vel mora in aere calido, frigido, vel odor prauus, talis causa antecessit.
    - **Interna q̃ est**
      - **Efficiens quæ est**
        - **Humor qui ē**
          - **Sine inflammatione, & tunc talis humor est**
            - **Sanguis** — Antecesserunt in adolescẽte boni habitus causæ generãtes sanguinẽ, q̃ p̃sentes nocẽt, & ꝓsũt cõtrarię. Adest delirium [d] cum risu; coma; sentitur insignis grauitas in capite, & interdum pulsatio. [e] Adest rubor, & tumor in facie, & oculis, in quibus apparent venæ plenæ sanguinis.
            - **Bilis** — Antecesserunt in Iuuene bilioso causæ gignentes bilem, quæ præsentes lædunt, & iuuant contrariæ. Adsunt signa maniæ, [f d] sentitur morsus, pauca grauitas. Adest vigilia, [g] sitis, color pallidus.
            - **Pituita** — Antecesserunt causæ procreantes pituitam, quæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ. Adsunt signa [g] cari, vel cataphoræ, hæbetudo, segnities, obliuio, magna grauitas, color cum palliditate albus.
            - **Humor melancholicus** — Antecesserunt causæ humorem melancholicum [h] generantes, quæ prǫsentes nocent, & iuuant cõtrariæ. Adest timor, & tristitia præter rationem, & reliqua signa melancholiæ, [h] Imaginatio, & ratio est deprauata; Adest pauca grauitas, multę vigiliæ, color est niger, aut plumbeus.
            - **Mixtus ex his** — Adsunt signa mixta.
          - **Cum [i] inflammatione** — Adsunt signa phrenitidis, lethargi, vel affectus mixti ex phrenitide, ac lethargo.
        - **Vapor [i]** — Sentitur [i] tensio cum aliqua grauitate, ac multa pulsatione. Adest vertigo, & imaginatio deprauata, & demùm vapor refert naturam humoris, à quo attollitur. [k]
        - **Flat⁹ [i]** — Adsunt signa ostendentia [i] caput debile propter aliquam intemperiem, vt inferius dicetur, & præsertim frigida. Sentiẽ tensio sine grauitate, ac sine pulsatione. Adest tinnitus, quæ omnia, nunc in vna, nunc in alia parte sentiuntur. (k)
        - **Qualitas venenata** — Antecessit [l] morsus feræ veneficæ, vt canis rabiosi, vel adsunt signa bilis æruginosę in ventriculo existentis, vt est morsus, spasmus, syncopa. Confert vomitus, & alexiteria.
        - **Vermes [m]** — Sentitur morsus vermium, vel erosio, [m] sic eorumdem motus, & adest fœtor.
        - **Pus, os, vel aliquod telum** — Antecessit vulnus, vel ictus in capite.
      - **Patiens [n]** — Est habilitas cerebri ad patiendum ob aliquam intemperiem, de qua dicetur inferiùs, & facilè cognoscitur, quia tunc cerebrum afficitur à qualibet, vel leui causa. [n]
  - **Morbus qui ē**
    - **Intẽpies**
      - **Sine materia q̃ intemperies est**
        - **Simplex**
          - **Calida** — Antecesserunt in calidiore temperatione [o] causę calefacientes cerebrum, quæ præsentes nocent, & prosunt causæ refrigerantes. Adest [p] modicum delirium simile illi, quod est ex ebrietate. Adest iracundia, facilis mutatio [q] in opinionibus, paucus, [r] & leuis somnus, excrementa pauca, & cocta. Sentitur caliditas, & leuitas in capite. Adest rubor in oculis, & venæ sunt patentes.
          - **Frigida** — Antecesserunt causæ refrigerantes, quæ præsentes nocent, & prosunt calefacientes. Adest fatuitas, [s] & obliuio: [q] multa propensio ad somnum, segnities, & ignauia: pulsus est tardus, rarus. Adest destillatio, grauedo, excrementa sunt cruda. Sentitur frigiditas, [r] & grauitas in capite; non adest rubor, nec venę patẽt.
          - **Sicca** — Antecesserunt causæ cerebrum siccantes, quæ præsentes nocent, & iuuant madefacientes. Adest [s] vigilia, sensuum perspicacitas: [u] pauca, vel nulla excrementa. Sentitur siccitas, & leuitas capitis nulla superfluitas per nares effluit, [x] & adest vita salubrior.
          - **Humida** — Antecesserunt causæ madefacientes, quæ præsentes lædunt, & iuuant siccantes. [a] Sensus sunt turbulenti. Adest coma [x] pulsus est mollis. Adest segnities, obliuio insignis, facilè adueniunt ex leui causa destillationes, tussis, difficultas respirandi, nec est vita salubris. [x]
        - **Composita** — Adsunt signa composita.
      - **Cùm materia** — De hac siue sit humor, siue flatus, siue vapor, vel qualitas venenata, vel vermis, aut aliud, dictum est supra.
    - **Mala cõpositio in**
      - **Conformatione**
        - **Figuræ** — Patet ex praua capitis figura.
        - **Cauitatũ, vel ventriculorum**
          - **Repletorũ** — Adest repentina priuatio sensus, & [b] motus, atq; actionum principalium, & sic Apoplexia, [c] vel carus, vel adest motus deprauatus, vt in epilepsia, [d] aut ablatus vt in catalepsi, & catocha. [e]
          - **Astrictorum ob**
            - **Tumorem præternaturam** — Adsunt signa phrenitidis, vel lethargi, vel affectus mixti.
            - **Ictum** — Antecessit [f] ictus, & superuenit repentina priuatio sensus, & motus.
          - **Vacuatorum** — Adsunt actiones animales ablatæ cum syncopa, vel eædem actiones, sunt valdè imminutę.
        - **Meatuum, vel canalium**
          - **Obstructorum [g]** — Adsunt signa ostendentia redundantiam alicuius humoris, [g] veluti supradictũ est.
          - **Astrictorum** — Adsunt signa tumoris pręter naturam, vt phrenitidis.
        - **Superficiei exasperatæ** — Patet ex causa exasperante, vt ex frustulo ossis cerebro inhærente.
      - **Magnitudine**
        - **Aucta** — Adsunt signa [h] tumoris pręter naturam.
        - **Imminuta** — Adsunt signa atrophiæ, & adest extenuatio in toto corpore.
      - **Numero**
        - **Aucto** — Adsunt signa alicuius causæ pręternaturam contentæ in cerebro, veluti supra dictum est.
        - **Imminuto** — Antecessit ictus, qui vel auulsit aliquid, vel fuit causa, cur auelleretur.
      - **Situ [i]** — Antecessit magnus [i] ictus concutiens cerebrum, & adest priuatio vocis, sensus, & motus.
    - **Solutio continui à causa**
      - **Externa** — Antecessit ictus, [k] quem secutus est bilis vomitus, & syncopa.
      - **Interna** — De causa interna dictum est superius.
  - **Loc⁹ affectus, .i. cerebrũ quod est affectũ**
    - **Per essẽtiã, vel p se** — Absunt signa aliarum partium affectarum & licet adsint, sanatis tamen illis partibus adhuc remanet affect⁹ cerebri, qui est ĩ ipsius cerebri
      - **Membranis [l]** — Adsunt signa [l] phrenitidis.
      - **Anfractibus, [m] vel meatibus, vel circumuolutionibus** — Adsunt [l m] signa lethargi.
      - **Ventriculis [n]** — Si in his adsit obstructio absoluta adest carus, vel apoplexia, vel catocha; si nõ sit absoluta adest epilepsia incubus, aut vertigo.
        - **Anteriorib⁹** — Adest lęsio in sẽsu cõi, & phãtasia, & adsunt signa [o] cari.
        - **Medio** — Est læsa ratio.
        - **Posteriore** — Est læsa memoria — & adsunt signa [o] catoche.
      - **Substantia, vel corpore** — Adest [o] apoplexia, vel [p] melancholia, vel mania, vel epilepsia, prout affectus est ab hoc, vel illo humore, & prout affectus est vel intemperies, vel obstructio.
      - **Venis** — Apparent exteriùs [q] venæ maiores, & pleniores solito, & adsunt signa hepatis calidioris, aut alio modo affecti.
      - **Arterijs** — Sentitur insignis motus, & calor in arterijs [r] adsuntq; indicia cordis aliquo modo affecti.
      - **Neruis [s]** — Adest conuulsio, [s] vel paralysis circa partes faciei, & aliqua læsio in actionibus cerebri.
    - **Per cõsẽsum** — Adsunt signa aliarum partium affectarum, à quibus afficitur cerebrum tùm ob suam debilitatem, tùm ob communitatem, quam cum illis habet, eodem modo partes mittunt ad cerebrum, tùm ob proprium robur, tùm ob communionem quam habent cum cerebro. Recipit autem cerebrum à
      - **Toto** — Adsunt signa febris, vel plenitudinis, vel cacochimiæ.
      - **Partibus**
        - **Ventriculo [t]** — Adest nausea, [t] & fastidium, sic morsus, dolor, & eiusmodi varia symptomata pro varia materia afficiente ipsum ventriculum.
        - **Septo [u] transuerso** — Adsunt signa pleuritidis in tali parte, & adest ꝑpetuũ deliriũ. [u]
        - **Thorace [x]** — Adsunt signa pleuritidis. [x]
        - **Pulmone [x]** — Adsunt signa peripneumonię. [x]
        - **Hepate, liene** — Adsunt signa talium partium affectarum.
        - **Vtero [y]** — Adest vteri strangulatio, & alia eiusmodi signa. [y]
        - **Renibus, Vesica** — Adsunt signa talium partium affectarum.
        - **Tibia, [z] vel pede** — Incipit inde attolli, veluti aura quædam. [z]
        - **Alijs partibus.**
  - **Symptoma**
    - Signum est ipsum symptoma, quod sensui patet.
    - Siqua autem symptomata sint insignia, vt mania, melancholia, amissa memoria, carus, catalepsis, apoplexia, epilepsia, spasmus, paralysis, vertigo, incubus, & eiusmodi seorsum tractabuntur.
- **Prognostica per quæ præcognoscitur**
  - **Exitus** — Euentus in affectibus cerebri est varius pro varia specie ipsorum affectuum, [A] de quibus seorsum agitur, & prout etiam vires ipsę debiles, aut validæ sunt. Quarè diligenter conferenda est vis morbi cum vi ipsius naturæ (nam in hoc consistit tota vis præsagiendi) [B] & ex maiore huius, vel illius robore salus, vel mors est expectanda. Solutio continui in cerebro, præcipuè si ad ventriculos penetrauit, [C] est læthalis. Sic phrenitis, lethargus, Apoplexia, [D] & eiusmodi affectus sunt læthales.
  - **Tempus**
    - Hoc erit nunc breuius, nunc longius, prout magis, vel minùs superat natura, [E] vel morbus.
    - Acuti morbi cerebri, vt Apoplexia, phrenitis citò terminantur.
    - At epilepsia, stoliditas, amentia, memoria amissa, tardè, quin potiùs persæpè ad mortem vsq; comitantur.
  - **Mod⁹, vel via**
    - Si est ad mortem, vel est per strangulationem, vt in apoplexia, vel per spasmum, vt in phrenitide, vel per virium resolutionem.
    - Si verò est ad salutem, vel à natura ex ipso capite vacuatᷓ causa; [F] vt. cùm pus, vel aqua, vel sanguis per nares, os, aut aures effluit; vel expellitur per vasa ad alias partes. Vel ab arte sanatur per vacuationem [G] materiæ, aut per ablationem intemperiei per contraria, aut per vnionem solutæ continuitatis cum siccantibus, & astringentibus.

AVCTORITATES.

a Quarto de præſag. expulſ. 11.
b De arte medic. 7. primo progn. 4.
c De remedijs paratu facilibus 1.
d Sexto aphor. 53.
e Primo ad Glauc. 15. 2. catatop. 1.
f Secundo de loc. affect. 9.
g Tertio de loc. affect. 5.
h Tertio de loc. affect. 7.
i 1. ad Glauc. 15. 2. Catatop. 1.
x Auic. lib. 3. f. 1. tr. 1. cap. 7.
l Aetius lib. 6. cap. 24.
m Auic. lib. 3. f. 1. tr. 2. cap. 3.
Raſis primo continent. cap. 1.
n Tertio de loc. affect. 9.
o Auic. lib. 3. f. 1. tr. 1. cap. 19.
Secundo de loc. affect. 9.
p Sexto aphor. 53.
q Secundo de cauſ. ſympt. 7.
r De arte medicin. 14.
s Quarto de præſag. expulſ. 8.
t De arte medic. 15.
u De arte medicin. 16.
x Sexto aphor. 2.

a De arte medicin. 17.
b Quinto aph. 5.
c Quarto de loc. affect. 2.
c Sexto aphor. 51.
d De differ. ſympt. 3.
e Secundo prorrhet. 56.
f Quarto de loc. affect. 2.
g Secundo catatop. primo.
h Primo prorrhet. 4.
Quarto de cauſ. pulſ. 13. 14. 15.
i Septimo aphor. 58. 14.
i Sexto aphor. 18. 50.
k Hippocr. in lib. de vulner. capitis.
k Sexto aphor. 50.
l Quarto de cauſ. pulſ. 14.
m Auic. lib. 3. f. 1. tr. 3. cap. 7.
n De differ. ſympt. 3.
o Quarto de loc. affect. 2.
p Tertio de loc. affect. 7.
q Secundo catatop. 1. 2.
r Primo ad Glauc. 15.
s Tertio de loc. affect. 8. 10.
t Quinto de loc. affect. 5. 6.
Primo ad Glauc. 15.
Secundo catatop. primo.
u Quinto de loc. affect. 4.
x Quarto de cauſ. pulſ. 8.
y Sexto de loc. affect. 5.
z Tertio de loc. affect. 7.

A De medicæ art. conſtitutione 18.
B Secundo prognoſt. 6.
C Hipp. in libro de vulner. capitis.
D Secundo aphor. 42.
E De medicæ artis conſtit. 18.
F Sexto aphor. decimo.
G Secundo catatop. 1. 2.

Tabula Vigesimasecunda, Curatio morborum cerebri.

- In curandis morbis cerebri, opera, seu intentiones curatiuæ summa curà
  - Causa
    - Externa
      - Ab hac, [a] si abijt, nihil indicatur; At, si adhuc adsit morbum fouens, vel augens, indicatur amotio; vt, si vsus venereorum, vel vini generosi, aut mora in aere frigidiore, [b] & sub dio, ac similia foueant, vel augeant morbum cerebri, ab illis est cauendum.
      - Aliquid etiam videntur indicare causæ externæ; vt, cùm præscribuntur remedia ad morbos cerebri ex [c[odoribus. ictu, & eiusmodi. Verùm tūc non ipsæ causæ, sed affectus, qui à talibus [d] causis excitati fuerunt, indicant.
    - Interna
      - Antecedēte, ì qua, siue fiat morbus in toto corpore, siue in partibus, à quibus cerebrū p cōsēsum afficitur, siue non fiat morbus alius, indicatur inhibitione
        - Noua cōtinuò generet̄ materia quod pstabitur, si habeat ratio
          - Materiæ suppeditandę à victus ratione
            - Instituatur conueniens victus ratio in sex rebus nonnaturalibus, à qua tùm inhibeatur generatio materiæ peccantis, tùm alteretur [b] materia priùs genita. Vt, si est bilis instituatur victus refrigerans, & madefaciens: si pituita, calefaciens, & siccans, incidens & extenuans.
            - Plerumq; nocet vinum in [e] morbis cerebri.
          - Agētis scilicet caloris ventriculi, & hepatis
            - Id fiet, si calor istarum partium foueatur [f] per remedia interius, & exteriùs adhibita; ita vt bene concoquant alimenta.
        - Genita feratur ad caput, quod præstabit eiusdē materiæ
          - Vacuatio p
            - Sanguinis missionem
              - Si morbus cerebri excitetur à plenitudine quò ad vasa, ita confert sanguinis missio ex interiore cubiti vena, vt Auic. dixerit sufficere completam phlebotomiam. Iuuat etiam venę sectio si adsit febris, [g] & alij peccent humores; quia phlebotomia est communis vacuatio.
              - Confert etiam inedia, quæ vacuat per accidens. [h]
            - Medicamēta ducentia per
              - Vomitum
                - Si materia sit in [i] ventriculo, maximè confert vomitus ex aqua quidem [k] tepida in bile. At in pituita ex decocto radicularū cum oximelle. [b] Confert quoq; vomitus, si fuerit vapor, à quo foueatur morbus. Verùm, si materia sit in capite per essentiam, nocet vomitus.
              - Deiectiones
                - Paretur priùs materia cum victu, & medicamentis, deinde, si est bilis, facit hiera cum scāmonæa, si pituita, [k] cū colocynthide, sic pilulæ cochiæ, pilulæ de colocynthide; Si humor melancholicus, electuarium hamech, indum, pilulæ indæ, de lapide lazuli, de lapide armeno. [l] Si sint vermes, rhabarbarum, agaricus, aloe. Conferunt etiam ab initio medicamenta lenientia.
          - Auersio cū vacuatione
            - Sensibili
              - Facit sanguinis missio [e] ex pedib⁹, poplite, hemorrhoidib⁹, brachijs, & vena interna, media, & externa.
              - Confert quoq;, si secetur vena in parte capitis [m] opposita. Conueniunt etiam medicamenta priùs dicta, nam simul vacuant, & [n] auertunt à capite.
            - Insensibili
              - Hoc nomine conueniunt [n] frictiones, vincula, & cucurbitulę sine scarificatione ad crura, coxas, nates, scapulas, & brachia.
          - Repercussio
            - Post vniuersales [o] vacuationes maximè conferunt repellentia ad futuram [p] coronalē admota, valentiora quidē in materia biliosa, mitiora verò in pituitosa. Præstatur potissimū repcussio p oxyrhodina vocata psidia.
      - Continēte q̄ est ī cerebro, & actu facit morbū, siue sit in cerebro p essentiā, siue per cōsensum. Talis autē causa est
        - Humor, q siue sit simplex, vt sanguis, bilis, pituita, & humor melancholic⁹ siue mixt⁹ ex his, pōt esse in cerebro.
          - Sine inflāmatione & tūc à tali humore indicatur
            - Retrocessus [q] præstandus p
              - Auersionē
                - Facit sanguinis missio, vacuatio per medicamenta, sic frictiones, vincula, & cucurbitulæ, vt supra dictum est.
              - Repcussionē
                - Conueniunt (factis vniuersalibus vacuationibus) repellentia, vt ante diximus.
            - extractio p
              - Medicamēta ad hibita ad
                - Nares
                  - Errhina [p] vocantur, quæ sunt
                    - Humida [p]
                      - Vt est succus betæ, sampsuci, cyclaminis, elaterij. (naribus attracta)
                    - Sicca [p]
                      - Vt est castoreū, piper, synapi, nasturtium. (naribus attracta)
                - Os
                  - Apoplegmatismata vocantur
                    - Conuenit mastix, [r] piper, pirethrum, staphisagra, synapi, si mādant, sic, si eorum decocta gargarizentur. Sed cauendum est; [e] ne noceant pulmoni, vitanda etiam sunt in materia biliosa.
                - Cutē capitis ablatis capillis & tunc medicamēta sūt
                  - Mitiora
                    - Huiusmodi est oleum camemelinum, & anethinum, quæ conueniunt in omni materia. [s]
                  - MedIocria
                    - Vt est oleum rutaceum, [t] laurinum, de costo.
                  - Validissima
                    - Vt est Thapsia, synapi, [u] euphorbium, oleum de sulphure, de vitreolo, quæ ēt exulcerant. In horum medicamentorum vsu cauendū ē, ne vacuetur id, [e] quod ē tenue, & remaneat crassū.
              - Chirurgiam
                - Secanda [u] est vena in fronte, in naribus, quibus etiam affigi possunt hirudines. Secanda quoq; est vena post aures, sub lingua. Possunt etiam secari arteriæ. [x]
                - Tandem excitanda sunt cauteria ad futuram [y] coronalem, occiput, & post aures.
          - Cum inflammatione
            - De hac dictum est in tractatione phrenitidis, & lethargi.
        - Vapor Flatus
          - Ab his indicatur inhibitio, ne aliunde ad caput ferantur: Indicatur quoq; [a] extractio à capite per errhina, & apophlegmatismata superiùs dicta. Sic etiam per ea, quæ extrinsecus admouentur, vt est sacculus ex milio, ceratum ex betonica synapismus. Confert etiam repercussio per oxyrhodina.
        - Qualitas [b] venenata
          - Ab hac indicatur ablatio veneni per Alexiteria, [b] & cætera remedia in propria tractatione dicenda.
        - Vermis
          - Indicatur ablatio per ea, quæ [c] vermes interficiunt, & educunt, vt est succus foliorum persici, hiera, aloe, quæ naribus attrahuntur, moueatur etiam sternutamentum.
  - Morbo q. est
    - Intēperies quę ē
      - Sine materia q̄ est
        - Simplex
          - Calida
            - Ab hac indicat̄ refrigeratio per
              - Victus rōnem
                - Potus sit aqua; Cibus ptisana, cucurbita, lactuca, panis lotus.
                - Aer sit frigidus. Conuenit quies, somnus, & vacatio vehementium animi perturbationū.
              - Medicamenta admota
                - Interius
                  - Confert diacodion, loch de papauere, syrupus de papauere, conserua de nenuphare.
                  - In aurib⁹ instilletur oleū [d] violaceū, per nares attrahatur succ⁹ nenuph. poligoni, hyosch.
                - Exteriùs
                  - Ad futuram coronalem facit oleum rosatum, violaceum, succus hyoschiami, mandragorę, decoctum ex lactuca, papauere.
          - Frigida
            - Ab hac īdicatur calefactio per
              - Vict⁹ ratione
                - Confert vinum, nisi adsit dolor capitis, cibus boni succi cū plurimis aromatibus.
                - Conuenit motus, aer calidus, vigilia, ira, clysteres acres.
              - Medicamēta ad hibita
                - Interiùs
                  - Facit Theriaca, Mithrid. Diābra [e] Diatriōpiper. Ad nares musch⁹ odorat⁹; ābra, zibettū.
                  - Ad aures oleum rutaceum, de nuce muscata, laurinum, de costo.
                - Exteriùs
                  - Ad futurā coronalem conuenit oleū laurinum, [f] de costo, de castoreo, de euphorbio.
          - Sicca
            - Indicat̄ madefactio per
              - Victum
                - Conueniunt alimenta boni succi præsertim lac, [g] & cætera conualescentibus idonea.
                - Aer sit humidus, facit quies, somnus, vacatio perturbationum.
              - Medicamēta ad mota
                - Interiùs
                  - Confert saccarum violaceum, diacodion, conserua de nenuphare.
                - Exteriùs ad
                  - Nares, tempora: Facit vnguentum populeon, oleū violatum, de nenuphare [e]
                  - Aures: Conuenit oleum violatum de nenuphare.
                  - Vniuersum corpus: Maximè confert Balneum aquæ dulcis. [h]
          - Humida
            - Ab hac īdicatur siccatio per
              - Victū
                - Potio sit austera, & [i] pauca; cibi sint assi; Aer siccus; Cōfert vigilia, motus, ira, multę excretiones.
              - Medicamēta ad mota
                - Interiùs
                  - Iuuat Theriaca, sales theriacales, diatrion pipereon. Confert suffitus aromatum per nares attractus, ita puluis nigellæ, zinziberis, piperis.
                  - Per aures confert oleum rutaceum, de costo, de castoreo.
                - Exteriùs
                  - Conueniunt aquæ sulphureæ, alluminosæ. Decoctiones ex acrioribus.
        - Composita
          - Conuenit curatio composita.
      - Cum materia
        - Priùs tollenda est [k] materia, veluti suprà diximus, deinde auferenda est intemperies per contraria.
    - [m] Mala cōpositio in
      - Conformatione
        - Figuræ [l]
          - Hæc, nisi corrigatur statim à partu ab ipsa obstetrice, est insanabilis.
        - Cauitatū
          - Plenarum [m[: A tali plenitudine indicatur vacuatio per auxilia, quæ dicta sunt caput vacuare.
          - Astrictarum: Indicatur relaxatio præstanda per ablationem rei astringentis, qualiscunq; ea sit.
          - Vacuatarū [m]: A vacuatione spirituum ventriculorum cerebri; indicatur repletio per ea, quæ spiritus reparant.
        - Meatuum
          - Obstructorum [n]: Indicatur apertio per ablationem materiæ obstruentis.
          - Astrictorum: Indicatur relaxatio per ablationem causæ astringentis.
          - Dilatatorum [u]: Indicatur obstructio per cibos vaporosos, ita, & astrictio per stupefacientia, & somnū inducētia.
      - Magnitudine [o]
        - Aucta, vt in tumore: Indicatur imminutio talis magnitudinis per ablationem materię facientis tumorem.
        - Imminuta: Indicatur instauratio, & auctio deperditæ magnitudinis per victum reficientem.
      - Numero [p]
        - Aucto: Vt in vertigine à vapore, vel flatu, vel alia materia: Indicatur ablatio talis materiæ, vt supra dictum est.
        - Imminuto: Si ablata sit aliqua pars in cerebro, affectus est insanabilis.
      - Situ [q]
        - Indicatur restitutio in proprium locum, quæ plerunq; præstari nequit, quia mors antecedit.
    - Solutio [s] continui à causa
      - Externa, vt in vulnere [r[: Indicatur vnio, quæ præstatur à natura, si amoueantur impedimenta, & suppetat materia.
      - Interna: De hac supradictum est.
  - Symptomate
    - Actione læsa
      - Animali
        - Rectrice
          - Indicatur ablatio læsionis, quę prętabitur, si auferetur morbus, & causa. At de huiusmodi symptomatis accuratiùs agetur in tractatione Maniæ: [t] melancholiæ, & memoriæ abolitæ.
        - Sensitiua communi in preternaturali
          - Somno: Indicatur vigilia
          - Vigilia: indicatur somnus
          - De his agetur seorsum.
        - Motiua
          - Ablata: Vt in Apoplexia, caro, catocha: Indicatur restitutio sic in īminuta: Vt patebit in propria tractatione.
          - Deprauata: Vt in spasmo, epilepsia, rigore: Indicatur correctio, vt patebit in propria tractatione.
      - Naturali, & præsertim expulsione deprauata: Vt accidit in catharro: De quo seorsum agetur.
    - Affectibus corporis excretis: Vt in catharro de quo in propria tractatione.

AVCTORITATES.

a Quarto meth. tertio
b Secundo catatop. 1.
c Primo ad Glauc. 15.
d Secundo de crif. vltimo.
e Auic. lib. 3. f. 1. tr. 1. cap. 29.
f xi. meth. 15. 16.
g Quarto de fanit. tuend. 4.
h Quarto aphor. 2.
i Primo ad Glauc. 15.
x 12. meth. 8.
l Alex. lib. 1. cap. x.
m Quinto aphor. 68.
n 13. meth. xi.
o De art. medicin. 95.
o Tertio tertij epidem. 76.
p Secundo catatop. primo.
Primo ad Glauc. 15.
q 13. meth. 9.
Sexto aphor. xi.
r Aretæus in curat. cephaleæ.
s Quinto fimpl. 19.
t Secundo catatop. 1. 2. 3.
u 13. meth. 21.
x 13. meth. 22.
y Aetius lib. 6. cap. 50.

a Auic. lib. 3. f. 1. tr. 1. cap. 29.
b Aetius lib. 6. cap. 24.
c Auic. lib. 3. f. 1. tr. 2. cap. 31.
d Primo ad Glauc. 15.
e Auic. lib. 3. f. 1. tr. 1. cap. 29.
e Secundo catatop. primo
f Secundo catatop. primo.
g De marcore 5.
g De art. medic. 100. x. meth. xi.
h Decimo meth. x. De marcore 5.
i Auic. lib. 3. f. 1. tr. 1. cap. 29.
x De art. medic. 89.
l De art. medic. 93.
m De medicę art. conftit. 12. 14.
n De art. medic. 94.
De medic. art. conftit. 12.
o De art. medic. 97.
De medic. art. conftit. 14.
p De art. medic. 96.
q De arte medic. 98.
q Septimo aphor. 58.
r Hippo. de vulner. capitis.
Sexto meth. 6.
s De medicæ art. conftit. 14.
t Tertio de loc. affect. 5. 7.

ADNOTATIONES.

Sumuntur etiam Intentiones à rebus naturalibus, vt à temperatione cerebri, {a} quod illi conueniunt frigida non tamen immodica, ne illius calor extinguatur.
Sic etiam talia non eſſe admouenda ad occiput, ne lædatur medulla ſpinalis.
Eodem pacto à conformatione adhibenda eſſe medicamenta ad ſuturam coronalem, {b} ad aures, ad nares, ita quoq; vacuandum eſſe cerebrum per nares, & palatum.
Ita quoq; conſeruandam eſſe illius temperationē, cum propter reſpirationem vitæ deſeruiat.
Similiter, ſi affectus ſit in ſubſtantia cerebri, difficilè ſanari poſſe. Si in ventriculis, facilius; & adhuc faciliùs, ſi in venis, & arterijs.
Sumuntur quoq; intentiones à rebus nonnaturalibus, ideſt, ab ipſo aere; vt in hieme {c} vtendum eſſe minùs frigidis, & in æſtate frigidioribus.

---

a Secundo ad Glauc. ſecundo.
a 7. meth. 13.
b { Secundo catatop. primo. / De medic. art. conſtit. 17.
c Secundo catatop. primo.

Tabula Vigesimatertia, Maniæ definitio, differentiæ.

μανία Græcè Insania, vel furor latinè, est affectus cerebri sine febre, in quo læduntur principales animæ actiões cum rixa, & alijs vehemētib⁹ corporis, & animi motionibus. Cuius differentiæ sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa**: Ab externis causis temporaria deliria fieri asserit Galenus primo prorrhetic. 8. Sunt autē tales causæ Res
    - Faciendę: Vt est multus, [a] motus, turbationes, ira, [b] vigilia, vehementes cogitationes, veluti, studia literarum, amoris, gloriæ, diuitiarum. Sic nimia mæstitia, timor, superstitio. [b]
    - Assumēdæ: Alimenta acria; [a] salsa, crapulæ, [c d] cruditates, vinum generosum, & antiquum copiosè potum, ebrietas, mandragora, [c] hyoschyamus, solanum, quod ob id Manicum vocatur.
    - Excernendæ: Retentio solitarum [b] excretionum; vt mensium in [e] mulieribus, hæmorrhoidum [f a] in viris, sudoris, [b] vel bilis, quæ antea solebat per deiectiones, aut vomitum vacuari.
    - Incidentes extrīsecùs: Tempus frigidum, [g] & siccum, vel inæquale, vt in Autumno, in quo redundant humores tenues, biliosi, maligni, vel tempus temperatum, [h] siue calidum humidum, in quo mouentur humores, vt in vere. Vult Aretæus [c] in æstate, quia tunc redundat bilis.
  - **Interna** q̄ est
    - Agēs vel efficiēs q̄ est
      - Humor q est
        - Sanguis [i]: A multo, & feruente sanguine caput petente maniam gigni asserit Gal. [i] & Aetius [a] dicit à multo sanguine non putrefacto maniam procreari.
        - Bilis [k]
          - Pallida nō vsta / Flaua vsta: Ab hac maximè propriè fit mania differens ab exquisita phrenitide, quia est sine febre, & mitior fit à bile pallida, sæuior à flaua, à qua exusta fit mania sæuissima.
        - Humor melancholicus
          - Naturalis [l]: Ab humore melancholico naturali propriè fit melancholia, quę ēt mania vocatur ab Hipp. 6. aph. 21.
          - Præternaturalis genitus ex vstione
            - Sanguinis [l]: Ab hoc fit mania, cum in vstione, vel post vstionem habet acrimoniam, at, nisi habeat fit Melaacholia.
            - Bilis [l]: Ab hac, cum exuritur, & est exusta fit mania Theriodes [m] .i. ferina; sic, & Manoides. [n]
            - Humoris melancholici: Ab hoc humore supra modum exusto, [o] & putrefacto, & ob id maligna acrimonia prædito, fit ēt Mania ferina. At, si nō ita sit acris fit melācholia lupina, lycātropia à grecis dicta.
            - Pituitæ: Multi [p] negant pituitam adeò exuri posse, vt fiat atra bilis. Sed tamen ex re ipsa, & [q] Galeno [l] id patet fieri posse. Sed non faciet vmquam maniam [q] & rarissimè melancholiam.
        - Pituita
          - Ab hac, nisi putrescat, fit carus, & [r] cataphora, si putrescat lethargus, [s] sed nunquam fit mania.
          - Dicit [t] Aetius à frigiditate cerebri cum modica pituita fieri λῆρον, quod est leue delirium senile.
      - Vapor: Interdum, vel à toto corpore, vel à partibus attollitur biliosus vapor ad cerebrum, à quo fit mania.
    - Patiens, quæ est habilitas ad Maniā propter
      - Temperationem: Biliosi, [u] & iracundi, atq; irrisores, valdè propensi, & apti sunt ad Maniam.
      - Habitum corporis: Graciles, & facilè mobiles non rarò in maniam incidunt, sic robusti.
      - Ætatem: Iuuenes, [b e u] & qui sunt in media ætate hoc morbo tentantur; sed non senes, neq; pueri.
      - Sexum: Mares facilius in hunc affectum incidunt, mulieres [u] rariùs, sed grauius afficiuntur.
- **Morbo**, q est intēperies cerebri, quæ in tēperies est
  - Sine materia, & tunc intemperies est
    - Calida tantùm: Hinc est mania similis illi delirio, quod est ex ebrietate, vt asserit Gal. 6. aphor. 53.
    - Calida sicca: Hinc etiam est mania similis delirio superius dicto.
    - Frigida [x]: In [x] senibus (inquit Galenus secundo primi epidem. 59.) naturæ imbecillitate, vel quia eos (vt inquit Hippoc. in contextu) calor deficit, & sic propter frigiditatem non expelluntur vomitu, aut eruptione sanguinis excrementa in capite collecta, & sic inter cętera fit mania, quæ fortè accipienda est pro leui delirio, quod à Gal. [y] 7. aphor. 9. dicitur λῆρος, & ita etiam vocatur ab Aetio [z] qui dicit illum fieri in senibus, vel à sola frigiditate sine materia, vel cum modica pituita.
  - Cum materia: De hac, siue sit humor, siue vapor, dictum est supra copiosissimè.
- **Loco affecto**, idest, ipso cerebro, quod in Mania est affectum
  - Per essentiam, [d] per se, & primariò, & tunc bilis est secundum anteriorem partem in ipsius cerebri.
    - Membranis, & præsertim [a] pia matre: Quemadmodum phrenitis persæpè fit à bile putrescente [a] infixa in cerebri membranis; ita etiam fit mania ab eadem bile infixa in cerebri membranis, at sine putredine.
    - Venis / Arterijs: Interdum quoque in mania bilis continetur in istis, vt dixit in ijsdem contineri humorem melancholicum in melancholia Gal. 3. de loc. aff. 7.
    - Corpore: In hoc etiam semper ex Auic. vel persæpè [c] continetur bilis, quę illud alterat, & mordicat, & hinc fiunt irrationales motiones. Potest etiam esse talis bilis in ventriculis cerebri, & tunc non modò maniam, sed etiam epilepsiam excitat.
  - Per consensum à [d]
    - Toto: Vt cum totum corpus redundans humoribus biliosis, illos ad caput transmittit.
    - Partibus
      - Septo trāsuerso [b]: Quemadmodum fit phrenitis simillima exquisitæ [b] phrenitidi; ita etiam potest fieri mania ex affecto septo trāsuerso.
      - Pectore
      - Membrana succingente, vt, cum supponitur [c] sputum in pleuritide
      - Ventriculo
      - Hepate
      - Liene
      - Vtero: In retentione mensium præsertim [f] post partum.
      - Testibus in retentione seminis. [g]
      - Renibus
      - Alijs partibus.
      - Ab aliqua dictarum partium, vel aliarum potest transmitti ad cerebrum bilis, & præsertim in [e] tumoribus partium anteriorum, cum subitò euanuerunt: Authores non ponunt differentias maniæ desumptas ab his partibus veluti faciunt in melancholia ponentes melancholiam hypochondriacam.
- **Symptomate**: Infinitæ sunt differētiæ maniæ à symptomatis desumptæ; quas Aretæus, & Aetius speciesvocant: nam alij rident, ludunt, psaltāt, die, noctuq; coronati incedunt. Alij verò ab ira furentes sibi vestes proscindunt, seruos interfecerūt, obuios quosque malè habuerunt & sibi ipsis manus intulerūt. Alij sunt ingeniosi, ac dociles, scientiasq; callent sine Doctore, &cęt. Seorsū tamen, & singillatim ponūtur species Manię à
  - Cornelio Celso, [b] qui posuit duas species, nā dixit furētes falli
    - Imaginibus [b]: Id fit, quando in mania læsa est imaginatio; atq; ita apparent, quæ non sunt, vt accidit Aiaci, [b] & Horesti, quibus varia spectra obuersabantur ante oculos. Nam Aiaci Vlixes, & Horesti mater, quam interfecerat, ante oculos obuersabatur.
    - Mente [b] vel animo, vel cōsilio: Id fit, quando in mania læsa est ratio. Atq; ita dicuntur, [b] & fiunt ea, quæ nec dicenda, nec faciēda sunt; vt, si vestes proscindantur, serui interficiantur, obuij malè tractentur; & id genus cætera.
  - Auicenna à quo ponitur Mania
    - Lupina, [i] quæ genita est ex vstione
      - Humoris [i] melancholici / Flauæ [i] bilis.
        - Ex Auic. videtur lupina posse accipi, vt genus continens ēt maniam.
        - Potest quoq; accipi, vt species contradistincta maniæ.
    - Canina [i]: Hæc fit potius ab ipsa bile non vsta, vel à sanguine siue vsto, siue non vsto, est quidem cum ira, sed habet admixtum ludum, & motiones ad blandiendum, ex quo canina dicitur.
  - [m] Aureliano ex opinione
    - [k] Platonis: Quāuis obscurè species maniæ sm̄ sententiam Platonis explicet Aurelianus, tamen ita commodè tradi possunt. Mania, vel furor est.
      - Ab humanis morbis: Hæc propriè est illa species, de qua agunt medici.
      - 1. Vaticinijs.: His præest Apollo, [k] & huiusmodi facultas propriè μανικὴ, dicebatur ab Antiquis, at à Iunioribus interiecta τ. litera intemperie nimium μαντικὴ, idest mantice dicta fuit. [l]
      - 2. Mysterijs. i. arcanis.: His præest Dionysius, à quo furor diuinus dicebatur emanare.
      - 3. Poematis: His præsunt musæ, à quibus furor diuinus in poetas.
      - 4. Amore: Huic pręest ἔρως, idest Amor, vel Cupido, & Venus.
      - Verum hæc, quæ de Apolline, Dionysio, Musis, Cupidinē, ac Venere ex sentētia ethnicorum dicuntur sunt meræ nugæ, ac fabulæ aniles.
    - Stoicorū, à q bus vocatur mania, vel furor
      - Insipientiæ genus, quo omnem imprudentem insanire probant. Et de hoc agit Tullius in tertio Tusculanarum.
      - Alienatio mentis ex corporis compassione: Hic est furor, vel mania, de qua agunt Medici.
    - Empedoclis, à quo dictus est furor fieri ex
      - Animi purgamento: Hic fortè est, quem Plato alienationem diuinam vocat. [k]
      - Corporis causa, vel iniquitate: Est, de quo disserunt Medici.
  - Nobis ex ipsius rei natura, & bonorū Authorū, ac præcipuè Auic. sentētia. Possūt igitur differentiæ Maniæ à symptomatis desūptæ assignari.
    - Generatī, vel vniuersè, vel communiter: Generalis, & maximè communis differentia maniæ est delirium sine febre, sed longè sæuius, quàm in melancholia, propterea dicit [n] Auic., Maniam esse totam agitationem, & psaltum, atq; inquisitionem cum manibus, vel motionem manuum ad aliquid inquirendum, & in ea esse mores, aspectumq; similē Lupo, & eius expositionem esse Demoniū Lupinū, & superfluum. Sunt tamen eiusmodi symptomata in mania interdum sæuiora, interdum mitiora pro varia specie ipsius Manię. Satis autem est, si sint semper maiora, & sæuiora ratione melancholiæ.
    - Singillatī, vel specia-tim, vel p̄priè: Quamuis (vt dictū ē) infinitę quodammodo sint huiusmodi species, tamen eæ, quæ magis ab Authoribus ponuntur, ac numerantur sunt
      - λυκανθρωπία .i. Lupina.
      - κυνανθρωπία .i. Canina.
      - μισανθρωπία, .i. odiū ī hoīes.
      - ἔκστασις .i. mentis alienatio.
      - ἐνθουσίασις .i. afflatio Dei.
      - ἔρως, idest Amor.
      - Oēs hæ species reperiuntur ēt in Melancholia, sed intercedit differentia, tū rōne causæ, tū rōne ipsorū symptomatū, rōne causæ, q a in melāncholia fiūt plerūq; ab humore melācholico nāli, vel si fiut ab eodē humore melancholico p̄ternāli, nō habet acrimoniā. Sed hæ fiūt vel à bile, siue nō vsta, siue vsta. Fiūt quoq; ab humore melancholico præternāli, sed habente acrimoniā. Differētia ēt ē rōne symptomatū, q a in mania (vt dictū ē) sunt sęuiora, in melācholia mitiora.

Aetius

AVCTORITATES.

a Aetius l. 6. cap. 8.
b Aurelian. primo tardarum paſſ. 5.
c Aretæus primo de diuturn. cap. 6.
d Primo prorrhetic. 8. 7. aph. 7.
e De ſanguinis miſsione aduerſus Eraſiſtr. 5.
f De ſangu. miſs. aduerſus Eraſiſtr. 6.
g Tertio aphoriſmor. 22.
h Tertio aphoriſmor. 20.
i Quinto aphoriſmor. 40. 6. aph. 53.
k Tertio de loc. aff. 5. 7.
l Tertio prognoſtic. 27.
m Primo prorrheticor. 14.
n Primo prorrhet. decimo.
o Seſto aphoriſ. 56.
Tertio prorrhet. 31.
p Altim. partic. prima de medend. mor. 8.
p Manard. lib. 9. epiſt. 2.
q Auic. lib. 3. f. pri. tr. 4. cap. 15. 18.
r Tertio prorrhetic. 31.
s 13. meth. 21.
t Aet. lib. 6. cap. 22.
u Aretæus lib. primo diutur. 6.
u Aurelian. pri. tard. paſſ. 5.
x Secundo primi epid. 59.
y Septimo aph. 9.
z Aetius l. 6. cap. 22.

a Quarto de cauſ. pulſ. 14.
b Quinto de loc. affect. 4.
c Tertio prorrhetic. 5.
d 17. de vſ. part. 2.
d Tertio de loc. aff. 5.
e Quinto aphoriſm. 65.
f Secundo prorrhetic. 48.
g Septimo de loc. aff. 5.
h Celſ. lib. 3. cap. 18.
i Auic. lib. 3. f. prima tr. 4. cap. 15.
k Plato in phædro pag. 459. in edit. Latina Froben.
l Plato. 449.
m Aurelianus prim. tard. paſſ. 5.
n Auic. lib. 3. f. pri. tr. 4. cap. 15.

ADNOTATIONES.

Aduertendum eſt maniam interdum eſſe continuam, ſed ſæpius per interualla recurrere; adeò, vt aliis ſemel in anno, aliis bis, aut ſæpius reuertatur. B

B *Aetius lib. 6. cap. 8.*
Aurelianus lib. primo tard. paſſion. 5.

Tabula Vigesimaquarta, Maniæ Signa.

Signa maniæ sunt

- **Memoratiua**: Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quę haberi possunt ab ægrotante, & assidentibus, & quæ magis faciunt [b] ad Medici gloriam, quàm ad ægri salutem, & ideo nunc à nobis omittuntur.
- **Indicatiua, à quib' monstrat'**
  - **Causa**
    - **Externa**: Signa indicantia causam externam, à qua fit mania, sumuntur ab eadem causa, [c] quæ anteceſſit, vel potiùs ipsa causa prægressa est signum, siue talis causa gignat bilem, siue eamdem ad cerebrum deferat, vel per se maniam excitet, vt est ira, [d] amor, & aliæ vehementes animi perturbationes: magni, ac diuturni labores, & vigiliæ, [e] studia litterarum, cibi acres, salsi, crapulæ, [f] ebrietates, vinum generosum, & antiquum copiosè potum, retentio mensium, hæmorrhoidum, varicum; sic bilis solitæ per vomitum, ac deiectiones vacuari, tempus calidum siccum, [g] vt in æstate; vel siccum, & inæquale, vt in autumno. [h] vel temperatum mouens humores, cuiusmodi est in vere. [i]
    - **Interna quę est**
      - **Agēs vel efficiēs quę ē**
        - **Humor qui ē**
          - **Sanguis**: Ab hoc maniam gigni asserit [k] Galenus, & Aetius, [d] & tunc anteceſſerunt causę gignentes sanguinem, & adest delirium [l] cum risu, hilaritate, cantu, & sonitu aurium. [d]
          - **Bilis, à qua propriè fit mania, & tunc anteceſſerunt causæ bilem generantes, quæ bilis est**
            - **Pallida**: Adest mania cum delirio mediocri.
            - **Flaua**
              - **Non vsta**: Adest delirium sæuius. [l]
              - **Vsta**: Adsunt ferina deliria, in quibus ægri calcitrant, pedibus feriunt, mordicus petunt, excandescunt; eos, qui ingrediuntur tanquam hostes existimantes, toruè intuentur, vestimenta scindunt, domesticos, velut insidiatores tractant, [d] percutiūt, occidunt, quidam etiam propriam carnem gustant, præcipuè eo tempore, [m] quo bilis superassatur; nam, cum extincta est, tristes, mæsti, ac timidi sunt; atq; ita adest melancholia.
          - **Humor melancholic'**
            - **Naturalis [n]**: Ab hoc fit melancholia, quæ mania vocatur ab Hipp. 6. aph. 21. Huius signa tradēt in melanch.
            - **[n] Præternālis genitus ex vstione**
              - **Sanguinis**: Ab hoc fit mania, cum in vstione, & post vstionem adest acrimonia — Causis gignentibus sanguinem succeſſerunt illę, quæ sanguinem vsserunt. Adest delirium cum risu, & mania quæ ab Auicenna dicitur canina. [n]
              - **Bilis**: Succeſſerunt causis bilem generantibus aliæ causæ, quę bilem vsterunt. Adsunt ferina deliramenta superius dicta — Et hinc est mania sæuissima. Sed cum extincta est fit melancholia. [m]
              - **Humoris melancholici**: Si malignā induit acrimoniam, [o] adsunt ferina deliramenta, & sic mania sæuissima, at, si extinctus omninò sit, & absq; acrimonia, fit melancholia Lupina.
              - **Pituitæ**: Hinc non fit mania.
          - **Pituita**: Ab hac non fit mania; sed, vel carus, & cataphora; vel, si putrescat, lethargus — Potest etiam ex Aetio [p] fieri leue delirium senile, quod ab eodē λῆρος dicitur. [p]
        - **Vapor**: Vt, cum à septo [q] transuerso, vel à membrana [r] succingente, vel ventriculo, [s] vel vtero, [t] aut testibus ob retentū [u] semen, aut hepate, aut liene, aut ēt à toto corpore transmittitur vapor biliosus ad cerebrū — Ab oīb' istis partib' pōt transmitti ad cerebrū materia, & fieri mania, vt patet ex locis citatis, & tūc adsūt signa dictarū partium affectarum.
      - **Patiens**: Biliosi, iuuenes [s] & consistentes, qui sunt iracundi, irrisores, & facilè mobiles, valdè propensi sunt ad maniam, in quam etiam Mares faciliùs incurrunt, rariùs fæminæ, sed grauius afficiuntur.
  - **Morb' vel affectus ipse**
    - Morbus in proposito casu est cerebri intemperies, quæ si sit sine materia, siue sit calida tantùm, siue calida sicca, cognoscitur; quia anteceſſerunt causæ similes, & adest modicum delirium [e] simile illi, quod est ex ebrietate. [a] Adest facilis mutatio in [b] opinionibus, paucus, leuis, aut nullus somnus; excrementa, vel nulla, vel pauca, & cocta, sensuum perspicacitas, & huiusmodi.
    - Sed à tali intemperie sine materia raro fit mania, sed solùm (vt dictum est modicum delirium.) In Mania igitur morbus, vel semper, vel plerumq; est cerebri intemperies calida sicca cum materia biliosa, qui affectus facillimè cognoscitur per hæc signa desumpta à causis, & effectis, ideſt, à symptomatis.
      - In temperōne [x] biliosa ætate iuuenili, [s] vel consistente anteceſſerunt causæ externæ bilem procreantes, vel eamdem ad cerebrum ducentes, vt multi, magni, [y] atq; inordinati motus, vigilia, ira, & aliæ vehementes animi perturbationes, crapulæ, ebrietates, retentio mensium, hæmorrhoidum, seminis, bilis, quæ per vomitum, vel deiectiones vacuabatur; mora in ambiente calido, vel sicco, & inęquali, vel etiam in temperato mouente humores, quæ causæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ.
      - Adest delirium [x] sine febre, vel, si adest febris est ex [c] alio casu, & non rōne manię.
      - At delirium est longè sæuius, quàm in melancholia, quia in melancholia est cum timore, & tristitia; sed in mania est cum maxima [d] audacia, moribus ferinis, & aspectu lupi, & cum maxima agitatione, & rixa; ita, vt iure dixerit Auic., Mania tota est agitatio, & psaltus, & inquisitio cum manibus, seu motio manuum ad aliquid inquirendum, & eius expositio est demonium lupinum, seu superfluum, [e] quod sibare ab eodem dicitur & demum (veluti supra dictum est) maniaci excandescunt, [f] toruè intuentur, calcitrant, mordent, percutiunt, occidunt, & quidam etiam propriam carnem [y] gustant, adeò, vt per hæc ferina deliramenta differant à melancholicis.
  - **Locus affectus, ideſt, cerebrum, quod ī mania est affectum**
    - **Per se, [i] p essentiā, & primariò**
      - Veluti in podagricis [g] adest debilitas pedum, sic in maniacis anteceſſit, & adest debilitas capitis ob aliquam intemperiem præsertim calidam.
      - Adfuit dolor capitis, tinnitus aurium, splendores ante oculos, vigiliæ, imaginationes, & curæ intentæ variæ, non succedit mania [h] alijs affectibus.
      - Adsunt symptomata [i] maniæ prædicta, quę perseuerant, & absunt signa aliarum partium affectarum.
    - **Per consensū & tūc deliriū non est perpetuum. Est aūt consensus à**
      - **Toto**: Anteceſſerunt, vel adsunt febres tertianæ, vel causus; & demùm adsunt signa ostendēia bilē redūdantē in toto corpore.
      - **Partib' & tūc mania sequitur alios affect' q. sunt in**
        - Septo transuerso, pectore, pulmone, ventriculo, hepate, liene, renibus, vesica — Adsunt signa dictarū partiu affectarū, à q b' transmittitur ad cerebrū bilis pręcipuè in tumoribus partiū anteriorum, cùm subitò euanuerunt. [k]
        - Vtero: Anteceſſit retentio mensium, præcipuè post partum, [l] & secuta est mania.
        - Testibus: In salacibus, & veneri deditis, anteceſſit abstinentia à coitu, & succeſſit mania, q̄ nō raro fit in Viduis.
        - Alijs partibus, vt à māmis, in quibus colligitur [m] sanguis feruidus — Adsunt cū mania signa māmarū affectarum.
  - **Symptoma**
    - Innumera sunt symptomata, & ferè infinita ob singulares corruptas imaginationes, & rōnes in ipsa mania, quę cognoscuntur visu, vel auditu, sed generatim, vel vniuersè, vel cōiter ī mania est sine febre delirium longè sæuius, quàm in melancholia, sic omnia symptomata multò sæuiora, quæ tamen sūt magis aut minùs sæua pro varia specie ipsi' manię.
    - Et quamuis (vt dictum est) infinitæ quodammodo sint huiusmodi species, tamen eæ, quæ magis ab Authoribus ponuntur sunt illæ, quæ etiam enumerantur in melancholia, à quibus hę differunt sæuitia; sunt autem
      - λυκανθρωπία, [n] ideſt Lupina dicta ab Auicenna — Est sæuissima mania, quæ cognoscitur ex ferinis deliramentis, & fortè isti etiam qui hac laborant versantur circa sepulchra, & noctu exeūt, die verò latitant, sed in furorem magis aguntur. Ad hos reducūt mysantropi. i. osores hominū, vt fuit Timō Atheniēsis.
      - κυνανθρωπία, [n] ideſt, Canina — Est mitior mania, quæ cognoscitur [n] ex blanditijs, & assentationibus, quarè à canibus dicta est canina.
      - ἔκστασις, [o] ideſt, mentis alienatio — Est summus feruor, & furor in ipsa mania, per quem sæpè [o] mania iudicatur.
      - ἐνθουσίασις, — Isti, [p] ingeniosi sunt, astronomiam facile callent, ac philosophiam, & norunt poeticam veluti à Musis infulam, vt poetice loquar.
      - ἔρως, [q] .i. Amor — De hoc accuratiùs agetur in [q] melācholia, q a magis ad melācholiā ptinet; pōt quoq; ptinere ad maniā prout in Amore est etiam furor.
      - ὑδροφοβία, [r] ideſt timor aquæ — Hic etiam affectus magis pertinet ad melancholiam, quàm ad maniā, qn̄ tamen est cum furore videtur ad maniam spectare.
- **Prognostica pertinētia ad Maniam**
  - **Futuram**
    - Prænunciant maniam futuram signa desumpta à causis, & ab effectis, à causis quidem, quia iuuenis, vel consistens biliosus, iracundus, & facilè mobilis, in quo anteceſſerunt multi, & inordinati motus, vigiliæ, ira, ebrietas, & retentio superfluitatum, ac mora in ambiente calido sicco, vel inæquali facilè excitatur mania: à symptomatis verò, quia (vt inquit [s] Aetius) adest risus prĕter rationem; iracundia sine occasione: Aurium sonitus; splendores oculis obuersantur; & vigiliæ adsunt intentæ, & curę per vices repetentes, ac peregrinæ: grauitas item, & vibratio capitis. In progreſſu verò, temporis omnia hęc intenduntur, & appetentiæ putidiores fiunt, & ad viuerem propensio, & ideò assiduę adsunt in somno seminis effusiones, & oculi cauantur, simulq; intenti, ac fixi consistunt.
    - Si colligatur in mammis sanguis, in muliere maniam significat.
  - **Factam, & tunc per signa pgnostica pręcognoscitur**
    - **Euētus, vel exitus**: Cùm desipientia nulla sit secura (vt inquit [r] Hippocratem exponens Galenus) multò magis periculosa est mania, quę est cum studio, prĕsertim si fiat in debilitato. Periculosa est etiam, quia maniaci ira adducti cum alijs congrediuntur, à quibus necantur, vel ipsi seipsos interficiunt. Multi tamen euadere cōsueuerunt, quia suapte natura mania non est læthalis.
    - **Tempus**: Hic affectus est ita diuturnus, vt persępè vsq; ad mortem comitetur. Habet tamen [x] suas acceſſiones, & interualla vt Asthma, & Epilepsia.
    - **Modus**: Interdum terminatur per crisim cum insigni aliqua vacuatione per sudorem, fluxionem biliosam, dysentericam, [A] hęmorroidas, [y] menses, varices. Sic etiam per abscessum, vt per hydropem [A] interdum quoq; per ecstasim, ideſt vehementem mentis alienationem, sæpiùs tamen per solutionem, cùm ad salutem vergit. A si ad mortem ducat, nunc per spasmum, nunc per virium solutionem, nunc per alium morbum.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic. 4.
c De remed. parat. facil. cap. primo.
d Aetius lib. 6. cap. 8.
e Aurelian. primo tard. paſſ. cap. 5.
f Primo prorrhetic. 8. 7. aph. 7.
g Aretæus primo diuturn. cap. 6.
h Tertio aphoriſmor. 22.
i Tertio aph. 20.
k Quinto aph. 40.
l Sexto aph. 53. pri. prorrhetic. 25. de cognoſcendis, curandis animi morb. cap. 5.
m Aetius l. 6. cap. 9.
n Auic. l. 3. f. prima. tr. 4. cap. 15.
o Sexto aph. 56.
p Aetius lib. 6. cap. 22.
q Quinto de loc. affect. 4.
r Tertio prorrhetic. 5.
s Aretæus primo diuturn. morb. 6.
t Secundo prorrhet. 48.
u Sexto de loc. affect. 5.
x Tertio de loc. aff. 7.
y Aetius lib. 6. cap. 8.

a Sexto aphoriſ. 53.
b De art. medic. 14.
c Aretæus primo diuturn. 6. Aurelian. primo tard. cap. 5.
d Auic. l. 3. f. prima tr. 4. cap. 15.
e Auic. lib. 3. f. pri. tr. 3. cap. 6.
f Primo prorrhetic. 25.
f De cognoſcend. curand. animi morb. cap. 5.
g Aetius lib. 6, cap. 8.
h Tertio de loc. affect. 4.
i Tertio de loc. affect. 5.
k Quinto aphor. 65.
l Secundo prorrhetic. 48.
m Quinto aph. 40.
n Auic. l. 3. f. pri. tr. 4. cap. 15.
o Septimo aphor 5.
p Aretæus primo diutnrn. 6.
q Oribaſ. 8. Synopſ. cap. 9. Paul. l. 3. cap. 17.
r Oribaſ. 8. Synops. cap. 13. De Theriaca, ad Piſon. 16.
s Aetius lib. 6. cap. 24.
s Aetius lib. 6. cap. 8.
s Quinto aphoriſm. 40.
t Sexto aphoriſmorum 53.
u Primo prorrhetic. 8.
x Aretæus lib. pri. diuturn. 6.
y Secundo 6. epid. 14.
A Septimo aph. 5.

ADNOTATIONES.

Quia parùm differt Mania à Melancholia, nam vtraq; eſt delirium ſine febre, ideò eadem ferè differentiæ, & eadem ſigna, necnon eadem quodammodo curatio de vtroq; affectu aſſignatur, differentia ſolùm intercedit tùm ratione cauſæ, quia mania ſit à flaua bile, & melancholia ab humore melancholico; tùm etiam intercedit diſcrimen ratione ſymptomatum, veluti diximus in tabella, quia multò ſæuiora ſunt ſymptomata in mania, quàm in ipſa melancholia.

Tabula Vigesimaquinta, Maniæ Curatio.

In curãda Mania, opa, seu ĩtẽtiones curatiuæ sumũtur à

- **Causa**
  - **Externa**
    - Causa externa, [a] si abijt, nihil indicat, verùm, si adsit fouens, vel augens morbum, indicat à tali causa abstinendum esse, atq; transeũdum ad causam contrariam, vt à multo motu, ira, vigilia, cogitatione, mœstitia, ad corporis, & animæ quietem, præsertim eo tempore, quo mania tentari solent, qui ad eamdem sunt habiles, & propensi; vt in æstatẽ [b] propter bilem redundantem, in Autumno [c] propter eamdem retentam; & in interiores corporis partes detrusam, & in verẽ [d] cum sanguine motam. Sic, si ab alicuius excrementi retentione, vt mensium, seminis, hæmorrhoidum, sudoris, vel ipsius bilis foueatur mania, indicatur ad retentarum superfluitatum vacuationem veniendum esse.
  - **Interna**
    - **Antecedẽte, à qua indicatur**
      - **Inhibitione noua materia generet**
        - Id præstat congruens, & conueniens victus ratio in sex rebus nonnaturalibus. Statuatur dieta, boni succi, atq; (vt asserit [e] Aetius) tenuior; non tamen valdè tenuis; nam (vt idem inquit) fames, & media materiam reddit asperiorem, & crapulæ, atq; cruditates nocent. Cùm instat accessio ipsius maniæ, & in ipsa quoq; accessione vsurpetur victus tenuior (vt præcipit Aetius) at in interuallis paulò plenior, vel mediocris, nam sumus in morbo longo, in quo semper ex Hippoc. periculosus [f] est victus tenuis. In qualitate autem sit refrigerans, & humectans, & ob id vitanda sunt omnia [e] acria, salsa, & dulcia, & demùm omnia bilem gignentia, & vsurpanda sorbilia, & liquida, vt est ptisana, panis in aqua, vel iure paruæ pullę, cum qua ferbuerint vua acerba, vel endiuia, vel lactuca. Confert idem panis decoctus in iure paruæ pullæ, lactuca, endiuia, cucurbita. [F] A vino penitùs est [e] abstinendum vsq; ad morbi inclinationem; vitandum est etiam [g] oximel, & bibenda aqua hordei cum iuleb violaceo. Sed morbo inclinante dandum est vinum [h] album, tenue medio cibi tempore. Aer sit humidus, & mediocriter calidus. Iaceat ęger in lecto [h] firmissimo, in loco lucido, vbi nulla sit pictura. Conuenit quies, & somnus, [e] qui omni ratione (vt inferius dicetur) est conciliandus. Vitanda est ira, & cæteræ vehementes animi perturbationes, atq; hilaritas adhibenda. In progressu mutandus est aer, & vtendum est peregrinatione terrena, & marittima. [h]
        - Aluus lenienda est tùm per cibos, [e] tùm per clysteres molliores. Facit etiam ad inhibendum ne noua materia generetur, si robur addatur ventriculo, & hepate cum oleo melino, rosaceo, & huiusmodi.
      - **Alteratio præstãda p**
        - **Victus rationem**: Prædicta victus ratio confert tùm ad inhibendum ne noua materia generetur, tùm etiam ad alterandam eam, quæ priùs erat genita.
        - **Medicamẽta adhibita**
          - **Interiùs q̃ medicamẽta sunt**
            - **Syrupi**: Confert syr. violatus, de nenuphare, de papauere, de endiuia, de cichorio, de pomis, de fumoterræ, de iuiubis, & eiusmodi.
            - **Decocta, & aquas**
              - Ex hordeo, [g] violis, endiuia, cichorio, borragine, fumoterræ, lactuca, lupulis, radice fæniculi [i] siluestris, & brioniæ ideſt vitis albæ.
              - Confert etiam puluis ex radice [e] fæniculi, & brioniæ, si quotidie cum aqua exhibeantur; scrup. 4.
            - **Antidoti**: Confert zaccarum violaceum, conserua de nenuphare, diacodion, loch de psillio, loch de papauere.
          - **Exteriùs**: Facit refrigerans Galeni, si eo vngantur renes, cor, hepar, sed nihil præstantiùs est balneo aquæ dulcis.
      - **Vacuatio per**
        - **Sanguinis missionem**
          - Inquit Aetius, [i] vbi per triduum vsurpatus fuerit victus superius expositus, aliqua vena in cubito secanda est, præcipuè verò superna; si hæc non appareat, media; qua non apparente, secetur in talo: vel in summis pedibus, aut manibus, & generosa fiat vacuatio, quæ nisi vna vice fieri possit, bis, terue (si è re videatur) iteretur missio.
          - Confert mirabiliter sanguis ex hæmorrhoidibus per affixas hirudines extractus. Vult quoq; Aetius [i] ad præseruandum, sauguinem in vere [k] quotannis mittendum esse.
        - **Medicamẽta ducentia per**
          - **Vomitũ**: Confert vomitus exhibita aqua tepida, digitis, aut pennis in os immissis. Aurelianus [l] exhibet radicularum solùm decoctum, & etiam cum surculis hellebori albi ijsdem infixis. Propinat quoq; helleborum ipsum solum.
          - **Deiectiones quas mouẽt medicamenta adhibita p**
            - **Os, quæ medicamenta sunt**
              - **Leniẽtia**: Optime facit diaprunis non solutiuum; diacatholicon Nic.; syrup. ros. sol.; hiera simpl. Gal.; cassia fistula, & eiusmodi.
              - **Soluentia**: Plurima proponuntur ab Aetio, Aureliano, Auic. [g] & alijs, vt centaurea, gentianæ radix, aristolochia, epithimus, scamonea, mirabolani, sic ẽt composita, vt hiera simplex Gal.; hiera cũ stecade, cum scamonea. Pilulæ quoq; variæ laudantur ab Auic. Valdè confert Rhabarbarum; electuarium ros. Mes.; de succo ros. Nic., Pill. cochiæ, pil. de rhabarbaro Mes. & eiusmodi ferè innumera, & demum reliquiæ per helleborum [i] vacuandæ.
            - **Anũ**: Cõferũt clyst. molles ex ptisana, aqua hordei, ex mulsa, ex decocto furfuris, clyst. cões cũ mell. [ros.
          - **Sudores vrinas**: Non conueniunt ex Auicenna [g] diuretica, neq; etiam ipsum oximel.
    - **Cõtinẽte, à qua indicatur**
      - **Retrocessus p̃ standus per**
        - **Auersionẽ cum vacuatione**
          - **Sẽsibili**: Confert [i] sanguinis missio (vt suprà dictum est) postea hiera cum aqua mulsa. Conferunt etiam omnia alia medicamenta mouentia per deiectiones, siue per os, siue per anum adhibita.
          - **Insensibili**: Iuuant frictiones, vincula, cucurbitulæ, vt, si fricentur pedes, brachia, scapulæ, dorsum, applicentur cucurbitulæ sine scarificatione ijsdem partibus, ligaturæq; adhibeantur supra talum, coxis, supra genu, quæ validè stringantur, vt inquit Auicenna lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 17.
        - **Repercusionem**: Iuuãt mirandum in modum oxhirodina [i] post missum sanguinem, vt, si irrigetur caput cum oleo rosato, & aceto, aut succo poligoni, aut oleo melino, aut anethino, potest imbui lana sucida aliquo dictorum oleorum, ac syncipiti adhiberi, frequenterq; renouari.
      - **Alteratio, vel contemperatio**: Confert oleum violatum, de nenuphare, decoctum ex lactuca, papauere, sic pedum, & capitum agni, aut veruecis, & similium (vt asserit Auic.) quæ etiam faciunt aduersus morbum, & intemperiem.
      - **[n] Extractio per**
        - **Medicamẽta vacuãtia p canales**
          - **Manifestos, quę medicamenta sunt**
            - **Errhina. i. nasalia, vel narifusoria**
              - Conuenit succus betæ, cyclaminis, elaterij cum lacte
              - Sic mouẽtia sternutam. vt hellebor⁹ alb⁹, nigella, pip, synapi
              - Hęc p ĩter ualla [m] sunt sępè iteranda.
            - **Apophlegmatismata**: Mandatur mastix, [m] staphisagria, gargarizetur oximel, cum quo ferbuerit pulegiũ, aut hyssopum. Auicenna laudat oximel scamoneatum.
            - **Auricularia**: Adhibendũ est nitrum cum mulsa, & in aurem intromittendũ, sic synapi, vel semen vrticę.
          - **Immanifestos, .i. p poros cutis, per quos vacuãt medicamenta**
            - **Mitiora**: Vt oleum camemelinum, anethinum, rutaceum. In morbi inclinatione confert Balneum aquæ dulcis. [m]
            - **Mediocria**: Vt oleũ nardinũ, de costo, de castoreo. Adhibet Aurelianus aquas nãles nitrosas.
            - **Valentissima**: Huiusmodi est synapismus, quem proponit in hoc casu Aetius, & Aurelianus.
        - **Chirurgiam per**
          - **Sectionem venæ**
            - **In frõte**: Ne impellendo scalpellum laceretur pericranium, vult Aetius, vt attollatur vena frontis, atq; ita secetur, libraq; vna sanguinis extrahatur.
            - **Sub lingua**: Præcipit Auicenna, [p] vt secetur vena sub lingua.
          - Hirudines [m] capiti circumcirca admotas, & præcipuè syncipiti.
          - Cucurbitulas [o] cum scarificatione ad synciput, verticem, & occiput affixas.
          - **Cauteria**: Raró ad ista veniendum in mania.
- **Morbo qui est intemperies calida, & sicca, à qua indicatur refrigeratio, & humectatio, sed magis humectatio per**
  - **Victus rationem**
    - Facit aqua hordei cum iulep violato. Vini rarus sit vsus, & quando vsurpatur oligophoron, & dilutum bibatur.
    - Confert ptisana, lactuca, cucurbita, & cætera priùs dicta.
  - **Medicamenta admota**
    - **Interiùs**: Conferunt refrigerantia, & madefacientia, sed nisi madefacientia insignia reperiantur, quæ non sint frigida misceatur cum illis camemelum ex Auicennæ sententia. [p]
    - **Exteriùs**: Conuenit ex Auic. [p] embrocatio quinquies in die ex decocto pedũ, & capitum supple agnorum, & veruecũ; mulgeaturq; lac ipsum, & ponatur super caput. Confert quoq; oleũ violatũ, de nenuphare. Sed inter cætera præstantissimum est balneũ ex aqua dulci, & præsertim si post eius vsum frigida caput sæpè abluatur.
- **Loco affecto. i. ab ipso cerebro quod in mania est affectum**
  - **Per se**: Indicat post factas vniuersales vacuationes capiti adhibenda esse remedia.
  - **Per consensum à**
    - **Toto**: Priùs prospiciendum est toti corpori, deinde crebrò est prouidendum.
    - **Partibus**: Priùs curandi sunt affectus aliarum partium affectarum, deinde ad caput veniendum.
- **Symptomate**
  - **Vigilia**: Ab hac indicatur somnus
    - Conferunt ea, quæ prohibent, ne calor, & spiritus ad sensoria feratur, vt diacodion cum ptisana, vel aqua.
    - Facit lactuca, syr. de papauere, vinum dilutum trocisci diaspermaton, pil. de cinoglossa; Requies Nicolai, & similia.
  - **Inordinatis motionibus quæ motiones sunt**
    - **Corporis**: Compescendi sunt per famulos, & vincula; quibus vinculis, ne lacerent, substernatur gossipiũ, vel lana mollis; teneantur veluti in carcere, & (veluti dixit Auic.] in cabijs, & non est accedendum propè illos, ne quid mali inferant.
    - **Animi, vt in delirio**
      - Adsint [q] quos æger vereatur; qui vel obiurgent, vel solentur, vel assentiantur, prout magis videbitur conducere.
      - Interdum quoq; non modò verbis, sed etiam verberibus malè accipiantur.
  - **Alijs symptomatis**: Vt in mania lupina, canina, amore, timore aquæ
    - De his agetur sigillatim in curatione melancholię, ad quam videntur magis pertinere.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto meth. tertio
b Aretæus 1. diuturn. cap. 6.
c Tertio aphor. 22.
d Tertio aphor. 20.
e Aetius lib. 6. cap. 8.
f Primo aphor. 4.
F Primo ad Glauc. 3.
g Auic. lib. 3. fen. 1. tr. 4. cap. 17.
h Aurelian. lib. 1. tard. paff. cap. 5.
i Aetius lib. 6. cap. 8.
k Sexto aphor. 47.
l Aurelian. lib. 1. tard. paff. cap. 5.
l Aetius lib. 6. cap. 8.
m Aetius lib. 6. cap. 8.
n 13. meth. 9.
De arte medicin. cap. 95.
o Aret. lib. 1. diuturn. cap. 6.
Aurel. lib. 1. tard. paff. cap. 5.
p Auic. lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 17.
q Secundo de difficult. respir. cap. x.

Melan-

Tabula Vigesimasexta, Melancholiæ definitio, differentiæ.

Melancholia, in [n] cuius nomine omnes Græci conueniūt, indicante [o] nomine humorem ipsius causam, ē affectus cerebri sine febre, [p] in quo lædūtur principales animę actiones cum timore, [m] ac mestitia diù perseuerantibus. Cuius differentiæ sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa, & sunt Res**
    - **Faciēdę**: Multi, [a] & diuturni labores, vigiliæ, [b] curæ, mæstitiæ, quæ tùm gignunt humorem melancholicum, tùm etiam per se faciunt ipsum affectum melancholiam nuncupatum.
    - **Assumēdæ [c]**: Inedia [c] vel tenuis victus, cibi melancholici, [d] vt panis [b] furfuraceus, caseus vetus, caro apri, leporis, bouis, capræ. hirci, ceruι, cochlearum, thumnorum, delphini, canis, ita etiam carnes terrenorum animalium, sale conditæ, brassica, eruca, [e] allia, lentes, vinum nigrum crassum, sic medicamenta humorem melancholicum gignentia. [b]
    - **Excernendæ**: Retentæ, vel suppressæ [f] varices, hęmorrhoides, [b] menses, [g] & semen gignunt melancholiam.
    - **Incidentes extrinsecùs**: Autumnus, [b] vel præsens cæli constitutio frigida sicca; sic etiam regio frigida sicca. Aestas quoq; [i] ex Aretæo, & ver [k] ex Hippocrate facit melancholiam.
  - **Interna q̄ est**
    - **Agēs vel efficiēs quę ē**
      - **Humor qui ē**: Succus melācholicus, à quo fit (prout patet ex ipsonomine) melancholia. Est autem succus vel humor melancholicus.
        - **Nālis, [l] qui pprię humor melancholicus vocatur.** Est fæx sanguinis, quæ gignitur in hepate, proportione respondens subsidenti in vini dolio fæculæ. [l] Ab hoc humore in cerebro redundante, & cerebri temperationē alterante fit propriè melancholia, quæ fit sępissimè.
        - **Præternālis [l] q̄ propriè atra bilis nominatur. Talis aūt humor genitus est ex vstione**
          - **Humoris [m] melancholici**: Si humor melancholicus supra modum exustus, & putrefactus malignā induerit acrimoniam, & cerebrum tentauerit facit (vt dictum est) [m] maniam lupinam, vel caninam ab Auicenna nuncupatam. [n] At, si non ita malignam induit acrimoniam, facit melancholiam lycantropiā, [o] & kynantropiam, idest, lupinam, & caninam ab Aetio, & Paulo, [p] catrab, alcatrab, & cucubut ab Auicenna. [q]
          - **Sanguinis [r]**: Ab hoc, si in vstione, vel post vstionem adfuerit maligna acrimonia fit mania [m] At, quod plerumq; accidit, nisi adsit illa acrimonia, fit melancholia; quia, cùm [r] vritur, & assatur sanguis, in atram bilem conuertitur, præcipuè secundum crassiorem eius partem, nam secundum tenuiorem in flauā bilem trāsit [s]
          - **Bilis**: Hinc plerunq; est mania [t] sæuissima, si tamen post vstionem amiserit malignam acrimoniam potest esse melancholia cucubut, catrab, & alcatrab dicta ab Auic. vt idem asserit lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 21.
          - **Pituitæ [u]**: Rarissimè ex vstione pituitæ fit melancholia, [u] nam etiam rarissimè pituita adeò vritur, vt fiat atra bilis.
      - **Sanguis**: Hinc potius fit delirium cum risu 6. aph. 53. & interdum fit mania, vt patet 5. aphor. 40.
      - **Bilis**: Hinc non fit melancholia, sed mania differens à phrenitide quia est sine febre, 3. de loc, affect. 5. 6. Alex. lib. 1. cap. 13.
      - **Pituita**: Hinc non melancholia, sed, vel coma somniculosum, [x] vel lethargus [y] vel carus oritur. [a]
      - **Vapor [b]**: Persæpè à partibus circa ventriculum attollitur vapor melancholicus, qui delatus ad cerebrum facit melancholiam [b] hypochondriacam, vel flatuosam à Græcis, & mirachiam [c] ab Arabibus nuncupatam. Ita etiam ex morsu canis rabiosi fertur venenatus, & melancholicus vapor ad caput, qui corrumpens cerebrum, & animalem spiritum aquæ timorem, quem hydroponiam dicunt, gignit.
    - **Patiens, quæ est habilitas, & propensio hominis ad melancholiā propter**
      - **Temperationem**: Melancholici propensi sunt ad melancholiam, qui cujusmodi sint exponit copiosè Galenus. [d]
      - **Habitum corporis**: Graciles, nigri, hirsuti cum venis latis, ita ruffi, flati humorem melancholicum coaceruant, & melancholia tentantur. [d]
      - **Aetatem**: Consistentes [e] præsertim à 35. ad 49. annum facilè in melancholiam incidunt.
      - **Sexum**: Mares incurrunt sæpiùs in melancholiam. Fæminæ rarius, at deterius afficiuntur. Aretæus primo diuturn. 5.
- **Morbo**
  - Quemadmodum actiones secundum naturam fiunt à temperatione naturali; ita etiam actiones præternaturam quæ vocantur actiones lęsæ, fiunt à temperatione præternaturali, & per consequens ab intemperie. [f]
  - Cùm igitur in melancholia sit deprauata actio rectricis (quia melancholia est delirium sine febre) ex necessitate fiet ab intemperie; non tamen fit [l] ab intemperie calida, veluti fiunt pleraq; deliria, quia non potest fieri perpetuus timor, [m] & mæstitia, quæ sunt in melancholia, ab ipsa caliditate. Non potest etiam fieri delirium à sola frigiditate, nam frigiditas potiùs minuit, ac destruit; quàm deprauet actiones [l] Humiditas quoq; actiones ipsas potiùs retundit, quàm deprauet.
  - Itaq; relinquitur, vt fiat à siccitate, verùm non valdè magna; quia quælibet immodica intēperies [q] actiones exoluit, sed neq; à sola siccitate proficisci potest, quoniam hæc vigilias tantùm procreat. Ergo est intemperies sicca, & frigida, sed magis quidem sicca, quàm frigida: ratione siccitatis facit mobilitatem, ac deprauationem, & sic delirium, quod tn̄ non est admodum insigne propter frigiditatē annexā siccitati.
  - Quarè delirium in melancholia est propter siccitatem tùm ipsius cerebri, tùm spirituū, qui ob id facilè, ac deprauatè mouentur, pręcipuè cum sint coniuncti cum humore flatuoso, vt est humor melancholicus.
  - Sed timor, & tristitia sunt in Melancholia propter frigiditatem, vel propter vtramque videlicet propter frigiditatem, & siccitatem. Morbus igitur in melancholia, à qua tā quam à causa proxima, & continente ipsa pendet, est intēperies frigida sicca quæ est.
    - **Sine materia**: Intemperiēs cerebri frigida [g] sicca facit melancholiā quia gignit spiritus aīales terrestres, ac [h] turbidos & (vt inquit Auicenna) [i] siluestres. Fit plerūq; talis intēperies [d k] à tēperatione melāncholica cordis mittentis ad cerebrū spiritus vitales melancholicos, fit ēt ab alijs causis refrigerantibus, & siccantibus cerebrū, siue externis, siue internis. Possunt quoq; tales causæ esse res præternām, & maligni morbi, q̄ antecesserunt, veluti phrenitis. [k]
    - **Cum materia**: De hac, siue sit humor, siue flatus, vel potiùs vapor, copiosè dictum est superiùs. A tali causa pōt ēt fieri obstructio, quæ rōne quidem intemperiei faciet melancholiam, sed rōne obstructionis faciet apoplexiam, vel epilepsiā, & hoc est, quod Hipp. dixit, [r] si humor melancholicus ferat in corpus. i. noceat cerebro tanq̄ parti dissimilari, & organicæ, faciet apoplexiā. Si verò ferat in animū, hoc est, si noceat cerebro tanq̄ parti simplici, & similari alterando illius tēperōnem, facit melancholiā.
- **Loco affecto, q̄ est cerebrū. Affectum autē est cerebrū**
  - **[y] Per essētiam per se, primariò, vel primogeniè**: Hinc est prima species melācholię sm̄ [s] Paulum, & Alex. [t] sed sm̄ Oribasiū, [u] & Aetiū [x] est secunda. At ex ipso Gal. [y] videtur posse dici prima, & secunda species. At nihil refert, siue dicatur prima, siue secūda species, nā satis est nosse, in hac specie cerebrum esse primò, & per se affectum. Tunc aūt affectus est in ipsius cerebri.
    - **[y] Venis Arterijs**: Hinc fit melancholia, & catoch[a], vt ego vidi, in quodā Iurisperito Pisano, qui ēt epilepsia eodem tempore laborauit. In hoc affectu humor
      - Est genit[us] in [y] ijsdē venis, vel arterijs cerebri: Fit à calidit. p̄ternāli cerebri adurētē nigrū sāgu. [y]
      - Est delatus [y] aliūde, vt à corde, vel hepate: Hoc fit sæpissimè, & tunc affectus videtur potiùs esse in cerebro per consensum
    - **Ventriculis [y]**: Hinc potiùs fit epilepsia, vel apoplexia, quia [y] talis hnmor nocens cerebro, prout est pars organica obstruit ventriculos, & ob id inquit Hipp. [A] atram bilem tūc inclinarē ad corpus, & facere epilepsiām. [y]
    - **[y] Corpore, vel (vt inquit Auic.) [B] substātia medullari**: Hinc propriè [y] fit melancholia [A] qm̄ atra bilis nocēs cerebro prout est pars sīplex, & similaris gignit tēperōnē frigidā siccā, atq; ita melancholiā excitat, ob id inq̄t Hipp. humorē melāch. tūc inclinare ad aīam.
  - **Toto**: Hinc est secunda species melancholiæ ex opinione [t] Alexandri, & Pauli. [s] Sed ex [u] Oribasio, & Aetio [x] est prima. Ex Galeno [y] potest dici prima, & secunda species.
  - **Per cōsēsum à**
    - **Septo transuerso**: Ex hoc affecto dicit Aretęus, [C] & Aetius fieri melancholiam.
    - **Partibus**
      - Ventriculo, [y] siue obstructo, siue inflammato nō vera inflāmatione.
      - Hepate adurente sanguinē, [D] vel plurimā sanguinis fæcē generante.
      - Liene ob intēperiem, vel inflāmationem, non trahente, vel non depellente humorem melancholicum. [D]
      - Mesenterio, vel mesaraicis venis obstructis vel inflammatis. [D]
      - Hæ oēs species ex Gal. [y] & alijs Authoribus [s t u x] continentur in tertia specie melancholię, quæ ab ipsis vocatur hypochondriaca, qm̄ oēs istę partes sunt in hypochondrijs. Hanc ēt ob causam ab Arabibus, & Barbaris [D] vocatur Myrachia, vel passio Mirachialis, quoniā Arabes vocant Mirach eam partem, quam Gręci dicunt hypochondria. Dicituretiam à Gal. [y] & alijs græcis [s t u x] passio flatuosa propter flatum, qui in tali passione sentitur. Aurelianus hanc speciem solam vocat melancholiam.
      - Vtero in retentione mensium. [E]
      - Testibus in retentione seminis. [E]
      - Corde, quod in melancholia semper afficiur, idq;
        - Per essentiā [D y]: Fit tunc melancholia, quia cor gignit spiritus vitales prauos, ex quibus fiunt animales non boni. [D]
        - Per cōsensū: Cùm diù perseuerat affect[us] in cerebro, trahitur demū in cōsensū cor.
- **Symptomate**
  - Infinitæ sunt species, vel differentię melācholię à symptomatis desumptæ, nam alius timet ne Atlas possit ampliùs cælum sustinere, Alius putat se esse factū gallum lusciniā, testam, vel corium; Quidam putabat sibi caput fuisse abscissum, Mulier se Serpentem deuorasse. Atq; ita innumerę sunt læsiones non modò imaginationis (vt censet Altimarius) sed etiam rationis, & consilij, velut inquit Celsus, & Auicenna.
  - Quamuis infinitæ sint species, vel differentię melancholiæ à symptomatis acceptæ. Ab Authoribus tamen tres pręcipuè, ac sigillatim tractantur, quia sæpè fiunt, & propriam requirunt curationem. Sunt autem hę species.
    - 1. λυκανθρωπία. i. Lupina [F]: Hi in mense Februario versantur circa sepulcros imitantes Lupos, aut Canes. [F]
      - κυνανθρωπία idest canina, quæ ab Auic. [G] dicitur Catrab, vel Alicatrab, vel Cucubut.
      - Ad hanc speciem reducuntur.
        - μισανθρωπία. i. odiū in hōes: Isti odio p̄sequūtur homines, vt faciebat Thimō Atheniēsis.
        - ἐνθουσιασις: Isti dicuntur prædicere futura, sed hoc est potius mendacium Ethnicorum.
        - ἔκστασις μελαγχολική [H] idest mentis dimotio ob melancholiam, & est ferinum delirium.
    - 2. ἔρως, idest Amor [I]: Est insania ob Amorem, quæ ab auctoribus species melancholię ponitur.
    - 3. ὑδροφοβία, idest, aquæ timor ex morsu canis rabiosi. [R]

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de sanitat. tuend. 4.
b Tertio de loc.aff.7.
c Aetius lib.6.cap.9.
d De succorum bonitate, & uitio. 14.
e Alex.lib.pri.cap.17.
f De atrabile.5.
g Sesto de loc aff.5.
h Tertio Aph.22.
Tertio progn.28.
Primo primi epidem.in prohem.
i Aretæus primo de morb.diut.5.
κ Tertio aph.20.
l Sexto aph.53. tertio progn. 27.
Alex.lib.pri.cap.17.
m Sexto aph.56.
n Auic.lib.3.f.pri.tr.4.cap. 15.
o Aet.lib.6.cap.xi.
Oribas.8.Synopseos. 10.
p Paul.lib.3.cap.16.
q Auic.lib.3 f.p.tr.4.cap.21.
r Secundo acutorum 30.
pri.prorrhetic.x. 2.prorrhet ic.14
s Secũdo de differ.febr.9.2.de cris.12
t Primo prorrhetic. 10.14.
u Auic.lib.3.f.p.tr.3.cap.18.
x De comate Secundo.
y Primo prorrhetic.primo.
a Quarto de loc.affect.2.
a Tertio de loc.aff.7.
c Auic.lib.3.f.pri.tr.4.cap.18.
d Tertio de loc.aff.7.
Tertio de caus.sympt. 2.
e Tertio aph.30. Tertio progn.28.
f Secundo de natur.facult. 19.
primo meth.7.
g Primo de temperam.3.
h Alex lib.pri.cap.17.
i Auic.lib. 3.f.pr.tr.4. cap.18.
κ Tertio de loc.aff.7.
l Tertio de loc.aff.5.
m Sexto aph.23.
Tertio de loc.aff.7.
n Septimo aph.40.
o Tertio de loc.aff. 7.pag. 29. D.
p Tertio de loc. aff.5.
Secundo de caus. sympt.7.
q Secundo aph.20.
Tertio de caus. sympt. primo.
r Septima partic.6.epid.
r Tertio de loc aff.7.
s Paul.lib.3.cap.14.
t Alex.lib.primo cap.17.
u Oribas.8.synops.7.
x Aetius lib.6 cap.9.
y Tertio de loc.aff.7.
A Hip.in fine 6. epid. partic.7.
B Auic.lib.3.f.prima tr.pri. cap. 3.
& tr.3.cap.pri.& 7.
C Aretæus primo de diutur.morb.5.
D Auic.lib. 3.f.pri.tr.4.cap.18.
E Sexto de loc.aff.5.
F Aetius l.6.cap.11.Paul.l.3.cap.16
F Oribas.l. 8.synops. cap.10.
G Auic.lib.3.f. prima tr. 4. cap. 21.
H Primo prorrhetic. 14.
I Oribas.l.8.synops.cap.9.
I Paul.lib.3.cap.17.
I Auic.lib.3.f.pri.tr.4. cap. 23.
K Oribas.8.synops.13.
κ Aetius lib.6.cap 24.

ADNOTATIONES.

Dicit Altimarius Melancholiam accipi à Gal. {a} *pro symptomate, cùm tamẽ Galenus dicat morbum melancholiam habere nomen à causa, vt patet secundo meth. secundo; & primo de temperam.cap. 3. vocat melancholiam intemperiẽ frigidam siccam.*

Idem Altimarius asserit in melancholia lædi solùm imaginatiuam, cùm tamen ex Celso Auic., & ex ipsa rei natura lædatur etiam ratio. quia timentur non timenda, & cupiuntur non cupienda.

Aurelianus {b} *asserit hunc affectum dictũ fuisse melancholiam, non quod eius generatio sit atra bilis, sed quia nigra fella (vt ipse inquit) per vomitum veniant quod nos falsum esse omninò existimamus.*

a Secundo Method. 2.
b Aurelian.lib.primo tard.pass.6.

Signa

Tabula Vigesimaseptima, Melancholiæ signa.

Signa Melancholiæ sunt:

- **Memoratiua**
  - Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægrotante, & assidentibus, & quæ magis [b] faciunt ad gloriam Medici, quàm ad ægri salutem, & ideò hic omittuntur.
- **Indicatiua, à qb° monstrat̃**
  - **Causa**
    - **Externa**
      - Signa ostendentia causam externam sunt eadem causa, [c] quæ antecessit, vel etiam adest, siue talis causa faciat humorem melancholicum, si ue illum ad cerebrum deferat, siue per se melancholiam excitet, quæ talis causa nocet, & prodest contraria, huiusmodi est cura, tristitia, [d] vigiliç multiplices, ac [e] diuturni labores præcipuè in Autumno, cibi, potiones, ac medicamenta melancholica, suppressæ hæmorroides, [f] varices, menses, aut semen. Aer ambiẽs frigidus siccus [g] & inæqualis, cuiusmodi est in autumno per se excitat melancholiã Ver quoq; mouens humores eamdem procreat. [h]
    - **Interna q̃ est**
      - **Humor qui ẽ**
        - **Humor melã cholicus**
          - **Naturalis, à qua propriè fit melancholia**
            - In temperatione melancholica, ætate consistente, vel inclinante, antecesserunt causæ externæ humorem melancholicum procreantes quæ præsentes nocent, & prosunt contrariç. Antecesserunt etiam interdum causæ internæ [d] calidæ, vt phrenitis, vel inflammatio cerebri, quæ extinguentes naturalem cerebri calorem cerebrum frigidum, & siccum reddiderunt. Adsunt plurimæ, & [e] maximæ sollicitudines, cogitationes, cum flatu, plurima [d] tristitia, & timor, plurimus intuitus in rem [e] vnam, & cætera, quæ dicentur adesse in ipso affectu.
          - **Preternãlis absq; acrimonia, qui genitus est ex vstione**
            - **Humoris melancholici**: Antecesserunt causæ humorem melancholicum [d] procreantes, quibus [k] successerunt eæ, q̃ eumdem vsserunt, vt febres quartanæ, & adsunt symptomata lycãtropiæ inferius dicenda.
            - **Sanguinis**: Antecesserunt causæ sanguinem gignentes, quas consecutæ sunt sanguinem [k] vrentes, vt est synochus. Adest delirium cum risu. [l]
            - **Bilis [l]**: Antecesserunt causæ bilem procreantes, & subsecutç sunt vrentes, vt febres tertianæ. [l] Adest minor tristitia, & timor, quàm in humore melancholico vsto.
            - **Pituitæ [l]**: Antecesserunt causç pituitam generantes, quibus successerunt, quæ eamdem vsserunt, vt febres pituitosç. Adest propensio ad somnum, segnities, ac magnus timor.
        - **Sanguis [l]**: Hinc non fit melancholia, sed delirium cum risu, [l] vt dictum est in Mania.
        - **Bilis [m]**: Hinc est mania, de qua dictum est.
        - **Pituita [n]**: Hinc est coma, vel cataphora somnolenta, vel carus, [n]
      - **Vapor. vel flatus melancholicus delatus ad caput ob causam**
        - **Internã, vt ob humorem melancholicum existentem in [o] hypochondrijs**: Adsunt signa hypochondriacæ, vel flatuosæ affectionis inferiùs exponenda.
        - **Externã, vt ob morsũ [y] canis rabiosi**: Antecessit [p] mors° canis rabiosi & nisi in tẽpore adhibita fuerit curatio succedit timor aquæ, cõuulsio, rubor in facie, sudor syncoptius, q̃dã vitãt lucẽ, alij querũtur, nõnulli latrant, mordentq;.
  - **Morbus**
    - **Morb° in proposito casu est cerebri frigida, & sicca intemperies, q̃, vel semper, vel plerũq; est cum materia eiusdẽ naturç, idest, melancholia à qua hic affectus (quicquid dicat [q] Aurelianus) vocat̃ Melancholia. In qua cerebrum, siue sit affectum per se, & primariò, siue p consensum à toto corpore, siue ab hypochondrijs, gignit spiritus aĩales terrestres, turbidos, & (vt inquit Auic.) [r] siluestres. Vnde oriẽ deliriũ sine febre cum timore, ac tristitia preter rationem. Talis igitur cerebri intemperies, & per consequens ipsa melãcholia cognoscitur per hæc signa desumpta à causis, & effectis, idest symptomatis.**
      - In temperatione melancholica, & habitu gracili, & sexu potius masculino, ætate declinante, antecesserunt causæ externç refrigerantes, & siccantes cerebrum, quæ præsentes lædunt, & iuuant contrariæ. Antecesserunt quoq; interdum causç internæ calidæ, vt phrenitis, [o] & inflãmatio cerebri, quæ nãlem cerebri calorem extinxerunt, atq; ita cerebrum ipsum frigidum, & siccum reddiderunt, & plerumq; et adsunt signa cordis frigidi [r] sicci, quod vel per se facit eiusmodi in cerebro intemperiem, vel, si facta est ab alijs causis illam comitatur, & ob id in melancholia semper est affectum ipsum cor, vel per se, vel per consensum, atq; ita pulsus vergit ad raritatem, ac tarditatem. Adest delirium sine febre cum timore, ac tristitia diù perseuerante, & per timorem, ac tristitiam differt à mania, in qua est delirium sine febre, sed non adest timor, & tristitia, verùm potiùs temeritas, & audacia. Quare timor, & tristitia præter rationem sunt signum pathognomonicum ipsius melancholiç, in qua læsa est non modò imaginatio (vt asserit Altimarius) [s] sed etiam ratio (vt dicit [t] Celsus, & Auic. [u] & monstrat ipsa rei natura) nam, cùm ipsi melancholici fugiant non fugienda, & appetant non appetenda, opere ipso (vt inquit Gal.) [x] declarant rationatricem animi partem læsam esse, & licet dixerit Gal. 2. de caus. [y] sympt. 7. melancholica deliria esse multarum specierum ex corruptis speciatim imaginationibus non tamen ob id asseruit, non esse quoq; ex corruptis rationibus, quin potiùs paulò inferiùs dicit esse ex corruptis rationibus, cum inquit, timent autem eorum nonnulli tùm mortem, tùm alia, quæ minimè sunt timenda, & sic (vt idem dicit Galen. in lib. de differ. sympt. [x] cap. 3.) opere ipso declarant læsam esse rationem. Quare opinio Altimarij omninò est falsa.
      - Plurimæ, vel potiùs [a] innumeræ sunt membratim species delirij in Melancholia, vt in mania, sed generatim in Melancholia sunt duæ prædictæ, scilicet, timor, & tristitia prçter rationem, & ob id melancholici sunt mæsti, taciturni, cogitabundi, soliciti, solitarij.
      - In principio [b] melancholiç, vel in primo gradu melancholici ipsi intra se horribilia concipiunt, in secũdo gradu [c] ore, ac voce proferunt id quod habent in animo, in tertio gradu agunt id, quod animo conceperunt, & ore protulerunt, & tunc dicitur melancholia esse confirmata. [c]
  - **Locus affectus .i. ipsum cerebrũ quod in melancholia ẽ affectũ.**
    - **Per se, p essentiã & primariò, vel primogenio affectum**
      - Adsunt signa ostẽdentia melancholiam [d] supeius dicta vt timor, & tristitia præter rõnem, & id genus cętera, & absunt signa aliarũ partium affectarũ & licet adsint, illis tñ partibus persanatis non tollit̃ melancholia. Adest prætereà [b] perpetua cogitatio, & aspectus defixus in re vna, & antecessit dolor capitis, aut vertigo, aut alius eiusmodi cerebri affect°. Tunc autem affectus est in ipsius cerebri.
        - **Vasis, [d] .i. venis, & arterijs.**
          - Adest cũ melãcholia sẽt carotica, vel catalepsis, & tunc humor faciens talem affectum
            - Est [d] p se in ipso cerebro: Antecessit aliq̃s affect° ĩ ipso cerebro adurẽs sangu. vel bilẽ. [d]
            - Fert̃, vel [d] deriuat̃ aliunde ad cerebrũ: Adsũt signa alicui° alterĩ° partis affectç, vt hepatis, vel [cordis]
        - **Ventriculis [b]**
          - Adest cũ melãcholia epilepsia, nisi absoluta fit obstructio, vel nunc adest melancholia, nunc epilepsia, &, si absoluta sit obstructio adest apoplexia, vel catalepsis.
        - **Corpore [b d] vel substantia**
          - Hinc proprẽ fit [d] melancholia, &, si plurimus sit humor melãcholicus cerebri corpus irrigãs, fit et apoplexia, vel catalepsis.
    - **Per consensum, vel coitatem, q consẽsus est à**
      - **Toto, [d] & hinc ẽ secunda species melancholiæ**: In tẽperatione [d] melancholica, & habitu gracili cũ latitudine venarũ, antecesserunt multi labores, vigiliæ, curæ, tristitiæ victus tenuis, vel vsus ciborũ melancholicorũ, vel retentæ quoq; fuerunt solitæ vacuationes, vt per hæmorrhoidas [e] per menses, per vsum [f] venereorum, & interdum antecesserunt febres præsertim melancholicæ.
      - **Partibus**
        - **Hypochondrijs**
          - **Hic est tertia species melancholię, quę dr̃ hypochondriaca, vel flatuosa, & ab Arabibus Mirachia**
            - Adest flatus, [d] ructus acid°, vel odorẽ piscis exhalãs. Sentit̃ grauitas circa hypochondria, vbi colligũtur superfluitates, alieni, & [k] vapores intestinorũ, qui vruntur, & fiunt melancholici. Læuantur ægri à ructu, vel deiectionibus, & tunc affecta pars est.
              - **Vẽtriculus [g]**: Adest nausæa, vomitus, cardialgia, & cętera signa ostendentia ventriculum affectum,
              - **Hepar**: Adsunt signa hepatis affecti gignentis plurimam fęcem sanguinis, vel vrentis ipsum sanguinem.
              - **Lien [g]**: Ferè semper affectus est lien in melãcholia præsertim hypochondriaca. Sentitur tumor, vel tensio in sinistro hypochondrio, & cętera adsunt signa lienis affecti. [tidæ]
              - **Intestina, & [b] mesenteriũ**: Adsunt vomitus, vel deiectiones chilosç, & fæ-
              - **Magni rami [b] venę portę tendentes ad lienẽ**: Absũt signa hepatis, vel lienis affecti, nõ expurgãt humor melanch., & sen tit̃ grauitas, vel tẽsio ĩ hypochõdrijs. — Melancholia [b] quæ ẽ ab his partib° ab Auic. ppriẽ dr̃ mirachia.
        - **Corde**: In melancholia [d] semper afficitur cor, vel per se, vel per consensum à cerebro [b] &, si fit per cõsensum, adsunt signa superiùs dicta. Sed, si fit affectum per essentiam, adsunt signa temperationis melancholicæ in corde tùm sine materia, tùm cum materia melancholica. [b]
        - **Vtero**: Antecessit retentio mensium, & adsunt signa vteri affecti. [i]
        - **Testib°**: Antecessit retẽtio seminis, & abstinentia à Venere. [l] Sic, si ab ano, antecessit retẽtio fluxionis per hæmorrhoidas [b]
- **Symptoma**
  - **Innumera sunt symptomata, & ferè infinita in melancholia ob particulares corruptas imaginationes, vel rationes, q̃ omnia cognoscuntur sensu visus, vel auditus. Seorsum tñ ab Auctoribus tractatur**
    - **λυκανθρωπία, [l] vel κυνανθρωπία, idest Lupina, vel Canina quæ ab Auic. [m] dicitur catrab, vel Alcatrab, vel Cucubut**: Qui hac melancholia laborant in mense Februario versantur circa sepulchra in nocte, atq; die latitant, imitantes Lupos, aut Canes, pallidi sunt: habent oculos cauos, siccos, & debiliter videntes, siti cruciantur; habent tibias exulceratas propter assiduos casus, & canum morsus. Ad hos reducuntur mysandropi, idest, qui habent odio homines, sic mente ob melancholiam valdè abalienati.
    - **ἔρως, [n] .i. Amor**: In animantibus [n] adest vigilia, cauitas, & siccitas oculorum, qui agitantur, & subsiliunt, ac veluti voluptate persusi apparent. Pulsus nullus est proprius amantium, sed fit inæqualis, & inordinatus ob magnam animi perturbationem, cum vel ante oculos, vel mentem venit res amata.
    - **ὑδροφοβία, [o] aquæ timor**: Antecessit morsus canis rabiosi, [o] qui signis huiusmodi facilè cognoscitur. Mutus omninò est, & adeò insanus, vt, ne domesticos quidem cognoscat; cibum fastidit, siti cruciatur, [p] nec tamen bibit, aures habet demissas, caudam laxatam; anhelat, hiat ore, saliuam profundit, segni vsq; incedit, vel solito velocius intempestiuè, & inordinatè currit, & obuios quosq; mordet. Æger verò, vel statim vbi commorsus est, vel post 40. dies, vel post longius tempus, prout magis, vel minus prauis humoribus [p] redundarit tumultuoso somno [q] conturbatur; homines, ac lumen refugit, solitudinem quærit, mordet; interdum delirat, tremit, animo deficit, & demùm grauiter turbatur cum aquam aut aliquod pellucidum intuetur, visit enim faciem suam rubicundã toruè intuentem, & ira plenam, vel (vt [p] alij dicunt) canis imaginem in aqua cernit ex quo, & ipsam, & alios liquores ita timet, vt quamuis magna siti crucietur, bibere tamen nolit, atq; ita demùm, nisi celeriter occurrerit, miserabiliter vitam cum morte commutat.
- **Prognostica** ☞ Vide ex altera facie.

- Prognoſtica pertinẽtia ad Melancholiā
  - Futuram
    - Præanunciant futuram melancholiam [r] ſomni parui, diuulſi, inſomnia turbulenta, & peregrina. Vibrationes corporis aliæ aliàs, vertigines Flatuum ſonitus circa aures, & demum timor; [s] ac triſtitia præter rationem, præcipuè, ſi diutius perdurent, amor ſolitudinis, & ſimilia.
  - Factam, & tunc per ſigna ꝓgnoſtica præcognoſcitur
    - Euentus vel exitus
      - Cum nulla deſipientia ſit ſecura (vt inquit Gal.6. aph.53.) melancholia eſt periculoſa, pręcipuè [o p] timor aquæ, & lycantropia. [l] Minus periculoſus eſt amor, & melancholia, quę eſt cum riſu.
      - At, ſi in melancholia ſuperueniat tremor, [t] vel conuulſio epileptica, ſic, ſi æger recordetur mortis, & mortuorum, vel appareāt puſtulæ in pectore, & alijs partibus calidæ, rubrę, & cum dolore, caſus eſt lethalis.
      - Ita quoq; eſt lethalis, ſi fiat melancholia poſt aliquem morbū acutum. Si verò imminuantur ſymptomata, æger poteſt euadere.
    - Tempus
      - Hic affectus ſuapte natura eſt valdè diuturnus.
    - Modus ad
      - Salutem
        - Eſt per fluxionem ſanguinis ex [u] hæmorrhoidibus, vtero, per narices, ita etiam per coctionem, & purgationem [x] humoris melancholici præſertim in vere, & etiam autumno.
      - Mortem
        - Eſt, vel per [y] apoplexiam, [A] vel epilepſiam, & ſpaſmum, vel furorem, vel per ſyncopam, & virium reſolutionem.

AVCTORITATES.

a Quarto de præſag.ex pulſ. 11.
b Primo prognoſt.4.
c De remed.parat.facil.primo.
d Tertio de loc.affect.7.
Aetius lib.6.cap.9.
e Quarto de Sanit. tuend. quarto.
De atra bile 5.
aduerſus Eraſiſtr.cap.6.
g Tertio aph.22.
h Tertio aph.20.
i Auic.lib.3.f.pri.tr.4.cap.19.
k Tertio prognoſt.27.
l Sexto aph.53.
m { Secundo de cauſ.ſympt.7. / Tertio tertii epid.45. / Tertio de loc.affect.5. }
n Secundo aph.3.
o Tertio de loc.aff.7.
p Dioſcorid.lib.6.cap.36.
De Theriaca ad Piſon.16.
q Aurelianus lib.pri.tard.paſſ. cap.6.
r Sexto aph.23. tertio de loc.aff.70.
s Altimar. de medend.morb.part.pri. cap.7.8.
t Celſus lib.3.cap.18.
u Auic.lib.3.f.pri.t.4.cap.18.19.
x De differ. ſymptom.3.
quarto de loc. aff.2.
y Secundo de cauſ.ſympt. 7.

a Aetius lib.6.cap.8.9.
b Auic.lib.3.f.pri.tr.4.cap.19.
c Sauonarola.tract.6.cap.pri.
De ægritudin.cap. rubrica 11
d Tertio de loc.affect.7.
e Aduerſus Eraſiſtr.5.6.
f Sexto de loc.aff.5.
g Auic.lib.3.f.p.tr.4.cap.19.
h Auic.lib.3.f.pri.tr.4.cap.18.
i Sexto de loc.aff.5.
k De atra bie 6.
l Oribaſ.8.ſynops.x.
l Aetius lib.6.cap.11.
l Paul.lib.3.cap.16.
m Auic.lib.3.f.pri.tr.4.cap.21.
n { Oribaſ.8.ſynops.cap.9. / Paul.lib.3.cap.17. / Auic.lib.3.f.pri.tr.14.cap.32. }
o Oribaſ8.ſynops.cap.13.
de Theriaca ad Piſon.16.
p Aetius lib.6.cap.24.
q Auic.lib.4.f.6.tr.4.cap.7.
r Aetius lib.6.cap.9.
s Sexto aph.23.
t Auic.lib.3.f.pri.tr.3.cap.16.19.
u Sexto aph.11.21.
u Quinto 6.epidem.25.
x Sexto aph.47.
y Tertio de loc. aff.7.
A Sexto aph.56.

Tabula Vigesimaoctaua, Melancholiæ curatio.

In curā da Melancholia opera, seu intentiones curatiuæ sumūtur à

- Causa
  - Externa
    - Ab hac, si abijt, [a] nihil indicatur. Verum, si adsit morbum fouens, vel augens, indicatur ab eadem causa esse abstinendum, & ad contrariā transeundum, vt, si multus labor, & vigilia gignit melancholiam, vsurpanda est quies, & somnus, Ita ēt melancholia orta ex aliqua causa, & tristitia, curata est cùm fuerunt visa, vel audita, quę cupiebantur: vt eum, qui putabat sibi caput fuisse abscissum [b] Philodotus, vel Philotimus [c] sanauit imposito pilo plumbeo. Sic alius curauit mulierem putantem se deuorasse serpentem [b] supposito inter vomendum serpente; & aliam melancholicam ex viri absentia persanauit repentina, & inopinata viri præsentia. Si facta sit melancholia ex inedia, [c] vel tenui victu, aut cibis [d] melancholicis, vsurpetur victus plenior, & boni succi. Si ex suppressis mensibus, [e] hæmorrhoidibus, varicibus, [f] vel semine; ex eorūdem profusione curabitur. Si ex ambiente sicco, vsurpetur humidior. Si ex morsu canis rabiosi, per propriam curationem inferius dicendam.
  - Interna
    - Antecedēte cōtēta in
      - Toto corpore à qua indicatur
        - Inhibitio ne noua materia generetur
          - Id præstat conueniens victus ratio, quę debet esse boni succi, in quantitate mediocri, in qualitate verò madefaciens, & extenuans. Nihil est melius [g] vino, presertim albo tenui diluto: Conferunt carnes auium non aquatilium; Agni seu vitulini, quięst mirabilis in proposito casu. Conueniunt pisces saxatiles, testiculi gallorum, oua sorbilia, ptisana, contusum ex pullo, Ius columbæ, [b c] gallinæ, [e] perdicis, phasiani, francolini. Conuenit intibus, lactuca, malua, borrago, asparagi [H] Acetū nocet melancholicis, eo tamen vtitur [b] Oribasius, & Aetius [c] in proposito casu, & per se, & cum obsonijs. Aer sit calidus, & humidus: valdè confert si mutetur, atq; ob id longum iter [b c] mirabiliter prodest.
          - Quies, & somnus conferunt; ita vacatio ab animi perturbationibus, pręcipuè à tristitia, metu, ac terrore, ob quod spe alendi sunt melancholici & leniter obiurgandus [i] est vanus eorum timor, & tristitia; monendiq; sunt de his, quæ solicitant, tamquam ea nihil sint, atq; illis paranda est delectatio ex fabulis, & ludis, laudandaq;, si aliqua sunt eorum egregia opera. Nisi aluus fungatur suo munere, irritanda est clysteribus mollioribus. Faciunt etiam ad inhibendum, ne noua materia generetur, ea, quæ naturalium partium calorem roborant, tùm interius, tùm exterius adhibita.
        - Alteratio genitę materię per
          - Victus rationē
            - Prædicta victus ratio facit non modò ad inhibendum, ne noua materia generetur, sed etiam ad alterandam eā, quæ genita est, præcipuè, quæ habet vim madefaciendi: nam ita frænat humorem, vt commodè vacuari possit. Quarè meritò dicit [k] Alex., victum plerosq; sanare.
          - Medicamenta admota
            - Interiùs quæ medicamēta sunt
              - Syrupi
                - Huiusmodi est syrupus de pomis simplex, & compositus; de fumoterræ, de epithimo, de corticibus citri, de endiuia, oximel, presertim scylliticum, sic acetum [l] scylliticum, optimum quoq; est serum lactis equini, aut bubali.
              - Decocta, & aquæ
                - Ex boragine, buglossa, melissa, lupulis, cetrach, fumoterræ, sena, epithimo, polipodio. Laudat Oribasius absinthium duabus aquæ ciathis incoctum vel succum absinthij ad semidrachmam cum aqua.
              - Antidoti
                - Confert diaborraginatum, diabuglossatum, diamoschus, diambra, aromaticum rosatum, [m] theriaca, mithridatum, electuarium Alchermes, de gemmis, & eiusmodi, quæ cor ipsum, quod semper afficitur in melancholia, respiciunt.
            - Exteriùs
              - Valdè confert balneum aquæ dulcis ad totum corpus, at ad ventriculum, & hepar oleum nardinum, de ben, [x] de absinthio, [n] melinum, mastichinum, ad cor verò epithemata cordialia, quæ valdè placent Aureliano. [n]
        - Vacuatio per
          - Sanguinis missionem
            - Si vires, & cætera consentiant, inanita priùs per leniens medicamentum, vel clysterem aluo, mittendus est sanguis ex media [p] dextri [o] vel sinistri cubiti vena, &, si sanguis exeat niger, crassusq; audacius mittatur: si tenuis, & florens statim supprimatur. Confert etiam ad præseruandum missio [q] sanguinis in vere. Aurelianus [n] tamen non probat sanguinis missionem. Valdè prosunt hirudines ano affixæ, sic varices fluentes. [q] Iuuat etiam sanguis missus ex poplite, talo, ita etiam ex cute affixis cucurbitulis cum scarificatione, quia non modò vacuat, sed etiam auertit à capite.
          - Medicamenta ducētia per
            - Deiectiones
              - Conferunt lenientia, vt diasena, diacatolicon, cassia, mel rosatum solutiuum: sed multò magis soluentia, vt [r] epithimum, polipodium, sena, colocynthis, aloe, helleborus, electuarium hamech, Indum. Pilulæ de fumoterræ, pilulę indæ, aggregatiuæ, de lapide lazuli. Hæc, & eiusmodi medicamenta ex Oribasio, & Aetio sunt sæpè propinanda, & à mitioribus ad valentiora transeundum. Monet Gal. [s] vt gratia perseuerandi tùm in vere, tùm in autumno purgentur melancholici. Sed [n] Aurelianus reprehendit vacuantia præcipuè absinthium, & aloem. Verùm ad alterandum, & purgandum nihil est præstantius sero bubalo extracto, vt docet Dioscorides, [t] & Aetius, [u] atq; exhibito (vt illi dicuntur) saltem ad quinq; heminas, & ego sæpissimè magna cum vtilitate exhibui ad sex, nouem, & interdum duodecim libras, cùm priùs per tres dies aquam Tettucij ex monte Catino propinassem.
              - Clysteres quoq; ad id faciunt, vt ex decocto [u] furfuris, cum spuma nitri, & melle cocto, atq; etiam epithimo cum furfure.
            - Vomitum
              - Laudatur etiam vomitus ab Aetio, [u] sed minùs conuenit ob humoris crassitiem.
            - Vrinas [u]
              - Conferunt [u] diuretica, vt decoctam anethi, petroselini, apij, oxim. simplex, & compos. Acetos. simpl., de duabus, tribus, & quinq; radicibus.
            - Sudorem
              - Eadem etiam mouent sudorem, qui laudatur ab Oribasio, [x] & Aetio. [u]
      - Partibus
        - Hypochondrijs, à quib⁹ affectis fit tertia species Melancholiæ, q̄ hypochondriaca vel flatuosa, & ab Arabibus Mirachia dicit̄. Pro cuius curatione adhibēdæ sunt intentiones
          - Cōes, vel generales, vel vniuersales antea dictæ quæ sunt
            - Inhibitio, ne noua materia generetur
              - Est bona coctio, quæ in hoc affectu prescribitur à Galeno, [p] & alijs.
              - Hāc pręstat victus ratio p̄dicta, sic robur additū partibus coctioni seruiētibus.
            - Alteratio
              - Hanc p̄stat victus ratio, & medicamenta interiùs, & exteriùs admota, veluti supra dictū est.
              - Inter cætera maximè, laudat Rasis [y]. Balneum aquæ dulcis, in quo æger non diù moret.
            - Vacuatio per
              - Sanguinis missionem
                - Probat Rasis, [y] vt mittatur sanguis ex basilica, vel saluatella (vt vocant) sinistrę manus, quæ est inter anularem, & minimum digitum, & (veluti exponit Gradius) mittendus est ex hepatica, cum multitudo adest in toto corpore, ex saluatella verò, quando affectus est lien, qui plerumq; in melancholia est affectus. Conferunt quoq; (vt supra dictum est) hyrudines ano affixę.
              - Medicamenta admota
                - Interiùs
                  - Faciunt medicamēta prædicta. Laudat in hoc affectu Rasis [y] quasdam suas pilulas, & epithimi decoctum, quod non modo semel, sed bis, ter, & quater, singulis ternis diebus exhibet. Sed Gradius dicit singulis ternis hebdomadis. Mirabilis est aqua Tettutij tùm ad vacuandum, tùm ad alterandum, tùm etiam ad inhibendum, ne noua materia generetur, præcipuè, si post eam vsurpetur serum bubalum, vt supra diximus.
                - Exteriùs
                  - Proponit Oribasius [x] decoctum rutæ, menthæ, absynthij, pulegij baccarū lauri, præcipuè si oleo incoquantur. Ex eisdē cōponit ēt cataplasma addens apiū, anisum, cuminū, libanotidē.i. rosmarinum, ac tandem proponit synapismum. Confert ēt ad vacuandam materiā, & flatū cucurbitula cū plurima flāma hypochondrijs, & dorso affixa.
          - Propriæ, vel speciales vel particulares, q̄ sumuntur à
            - Affectu
              - Vt ab intemperie, obstructione, inflammatione, & eiusmodi, à qb⁹ indicat̄ ablatio p contraria, vt ab intemperie frigida calefactio, ab obstructione apertio, &c.
            - Ipsa parte affecta
              - Ab hac indicat̄ Vbi, Quæ, & Quomodo sint adhibenda remedia; vt, si affectus sit vētriculus, vel hepar, indicat remedia esse admouenda interiùs, & exteriùs, quæ ipsum [a] roborent, & non modo affectum curent. Sic, si lien, qui ferè semper (vt dictum est) in melancholia afficitur, indicat sibi admouenda esse præsidia.
        - Alijs partibus, vt corde, vtero, renibus, vesica, & cæteris
          - Petuntur intentiones curatiuæ ex proprijs dictarum partium affectibus, qui in proprijs locis pertractantur.
    - Continēte, vel coniuncta existente in cerebro, à qua indicatur
      - Retrocessus per
        - Repercussionē
          - Cōfert [y] aqua tepida ex alto super caput decidēs, sed multò magis oleū ros. cū aceto, atq; ita oxhirodinū.
        - Auersionē
          - Faciunt ad auertendum vacuationes per sanguinis missionem, & medicamenta supradicta.
          - Conferunt etiam frictiones, vincula, & cucurbitulæ ad pedes, crura, brachia, dorsum.
      - Alteratio
        - Facit [y] aqua tepida prædicta, lac muliebre si super caput mulgeatur, & naribus attrahatur. Idem facit oleum ex seminibus cucurbitæ. Balneum aquæ dulcis, & si frigida odorata naribus admoueantur.
      - Vacuatio per
        - Medicamenta
          - Conferunt errhina, & apophlegmatismata, lotiones capitis, olea, vt dulce, amigdalum, camemelinum, sic etiam tamdem validiora.
        - Chirurgiam
          - Iuuat sectio venæ in fronte, in naribus, sub lingua, affixio cucurbitularum cum scarificatione ad sinciput, verticem, & occiput, & demùm cauteria.
- Morbo q est
  - Intempies præcipuè sicca, & aliquo etiam pacto frigida
    - Hæc per se indicat [b] madefaciendum esse per victum humidum boni succi, & per frequentia balnea, sic per aquam tepidā, lac muliebre, & eiusmodi capiti adhibita. Confert serum lactis præcipuè bubalum copiosè bibitum, veluti suprà diximus.
    - Sed quatenus fit à calidis affectionibus cerebrum siccantibus, vt phrenitide, phlegmone, vel ab externis caušis, vt à mestitia, curis, & vigilijs, indicat ablationem talium causarum.
  - Obstructio
    - Ab hac indicatur aperiendum esse per ea, quæ vacuant humorem obstruentem, de quibus diximus.
- Symptomate ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulę Vigesimæoctauæ.

- **Symptomate**
  - Cùm infinitę sīt species Melācholiæ à symptomatis acceptę, vnicuiq; occurrendum est per propriā causam contrariam, vt dictū est superius de causa externa. Quia tamen sūt potissimùm tres species, quæ seorsum tractantur ab Authoribus, & propriam requirunt curationem de his agetur hîc seorsum, & ponentur etiam intentiones à causa desumptæ. Est igitur Melancholia, quæ dicitur.
    - λυκανθρωπία .i. Lupina, ad q̄ reducitur μισανθρωπία, idest, odium in homines, & ἐνθουσίασις, ἔκστασις, μελαγχολική, idest, mentis dimotio ob melancholiam. In hac lupina melancholia curanda, opera, seu intentiones curatiuæ sumuntur à
      - Causa .i. ab humore melancholico visto à quo īdicatur
        - Alteratio per
          - Victus rōnem
            - Faciunt cibi boni succi, [c] qui per se humefaciunt.
            - Sic etiam cæteræ sex res non naturales madefacientes.
          - Medicamēta admota
            - Interius
              - Conferunt syrupi, decocta, & antidoti expositi suprà, vt Theriaca. [c]
              - Optimum est serum lactis bubuli copiosè bibitum, vt diximus. Hoc exhibet Oribasius per tres dies. [c]
            - Exteriùs
              - Facit mirabiliter balneum aquę [e] dulcis. Caput irrigandum est ijs, quæ somnū conciliant. Naresq; sunt opio illinēdę. [c]
        - Vacuatio per
          - Sanguinis missionem
            - In [e d] tempore accessionis mittendus est sanguis ex basilica, vsq; ad animi defectum. Aperiendæ sunt hæmorrhoides, & varices.
          - Medicamēta purgantia
            - Iuuat hiera Archigenis, semel, bis, & ter [c d] per interualla bibita. sic & alia medicamenta purgantia supradicta.
      - Symptomate
        - Monendi sunt ægri, reprehendendi, famulis, ac vinculis coercendi.
    - ἔρως, idest Amor, in quo curando intētiones desumuntur à
      - Causa, quæ in proposito casu est
        - Externa, & est res amata
          - Indicatur vitandam esse talem causam per mutationem soli, & hoc est optimum remedium, nēpe fuga à re amata, nouus amor, qui statim amouendus est, [g] & nisi alia prosint, vt fiat [g] coniūctio, si id non licet, ad alia, adhibita etiam vi, traducendus est animus.
        - Interna, & est humor melancholicus genitus ab illa causa externa, vel in quo sedem habet externa causa. A tali humore indicatur
          - Alteratio
            - Facit victus [f] madefaciens [h] per nutrimenta optima. Cōfert somnus, balneum; atq; omnia exhilarantia.
          - Vacuatio
            - Confert sanguinis missio, & catharctica vacuantia humorem melancholicum. [f g h]
      - Symptomate
        - Conferunt symptomati ea omnia, quæ possunt abducere animum à re amata, vt lauacra, commessationes, compotationes, gestationes, spectacula, fabulæ, vituperatio rei amatæ, venationes, ludi, dignitates, insignes tristitiæ, & cætera superiùs dicta.
    - ὑδρωφοβία, idest, aquę timor ex morsu canis rabiosi. Ab hoc affectu indicantur alexiteria idest ea, quæ venenis resistūt, & præcipuè veneno canis rabiosi, siue ante, siue post timorem aquę. Talia autem admouētur
      - Interius, & sūt
        - Alimenta
          - Vitanda est repletio, sed [i] magis fames, quia humorum malignitatem auget. Confert vinum album tenue, & (vt vult [k] Paulus) dulce.
          - Conferunt carnes auicularum montanarum, gammari, cancri, herinacei, fœniculum, cichoriū, asparagus, rumex, cæpæ, allia, porri.
        - Medicamenta
          - Alterantia
            - Confert [l] Theriaca, puluis cancrorum [m] fluuiatilium cum gentiana, & thure, decoctum chamedreos, [n] scordij, gentianæ, polij.
          - Vacuantia
            - Iuuat helleborus, hiera Ruffi, & similia. Ad præseruandum etiam singulis annis, in vere sumenda est hiera. Conferunt diuretica. [n]
      - Exterius ad
        - Locū ā morsū
          - Prius dilatandum est vulnus, & vndiq; scarificandum, [p] vt sanguis exeat, ita ēt, & inurendum, atq; imponendum est porrum, vel panis cum sale, aut cæpæ, aut allia, aut theriaca, & augendum est vlcus, arcendumq; à cicatrice per 40. vel potiùs 60. dies, perfundendumq; est succo oxalidis, & imponenda sunt oxalidis folia.
        - Totum corpus
          - Vnicum remedium [o] est ad timorem aquę, ægrum nec opinantem in piscinam non ante ei prouisam proijcere, & si natandi scientiam non habet, modo mersum bibere pati, modò attollere. Si habet, interdū deprimere, vt inuitus quoq; aqua satietur. Sic, enim, & sitis, & aquæ [o] metus tollitur. Sed aliud periculum excipit, ne infirmum corpus in aqua frigida vexatum neruorum distentio absumat; id ne incidat, à piscina protinùs in oleum calidum demittendus est.

AVCTORITATES.

- a Quarto meth. 3.
- b Alex. lib. pri. cap. 17.
- c Aetius lib. 6. cap. 9.
- d De succorum bonitate, & vitio. 14
- e De atra bile 5. 6. aph. 21.
- f Sexto de loc. aff. 5.
- g Ras. primo continent cap. 3. & 9. ad Almans cap. 11.
- h Oribas. 8. synops. cap. 7.
- H Tertio acu. 38.
- i Cels. lib. 3. cap. 18.
- x Alex. lib. 1. cap. 17.
- l Oribas. 8. synops. 7.
- m De Theriaca ad Pisonem. 15.
- n Aurelian. lib. pri. tardarum pass. c. 6.
- o Aretæus lib. pri. diuturn. cap 5.
- p Tertio de loc. affect. 7.
- q Sexto aph. 11. 21.
- r Aetius 6. cap. 9. Oribas. 8. synopseos cap. 7.
- s In lib. quos, & quando purgare oporteat. Quarto aph. 47.
- t Dioscorides lib. 2. cap. 63.
- u Aetius lib. 6. cap. 10.
- x Oribas. 8. synops. 7.
- y Rasis. 9. ad Almansorem cap. 9.

- a XIII. meth. 15.
- b Tertio de loc. affect. 7.
- c Aetius lib. 6. cap. 11.
- c Paulus lib. 3. cap. 16.
- d Oribas. 8. synops. 10.
- e Alex. lib pri. cap. 17.
- f Oribas. 8. synops. x.
- g Auic. lib. 3. f. pri. tr. 4. cap. 24.
- h Paul. lib. 3. cap. 17.
- i Aetius lib. 6. cap. 24.
- K Paulus lib. 5. cap. 3.
- l Ad Pisonem. 16.
- m xi. Simplic. de cancris fluuiatil.
- n Oribas. 8. synops. 13.
- o Celsus lib. 5. cap. 27.
- p 13. meth. 6.

Tabula Vigesimanona, Memoriæ Læsæ definitio differentię.

- **Memoria lęsa ē symptoma facultatis retrīcis memoratiuæ læsæ. Et eius differētiæ sumuntur à**
  - **Morbo q est**
    - **Causa**
      - **Externa, & sunt Res**
        - **Faciendæ**
          - Nimius labor, vt refert Galenus [a] de quodam agricola, qui ob laborem in colendis vitibus memoriam pænè amiserat, sic de alio, qui ob laborem in studijs eamdem perdiderat læsa etiam ratione. Vigilia quoque, & nimiæ curæ, & sollicitudines id præstare possunt. [a]
        - **Assumendæ**
          - Cibi, potiones, [a A] & medicamenta frigida, crapulæ, ebrietates; vnde monet Aetius [b] vitandas esse cruditates, & multum vini, & aquæ haustarum.
          - Victus etiam [a] tenuis facit ad læsionem ipsius memoriæ.
        - **Excernendæ** — Retentio pituitæ solitæ per vomitum, deiectiones, aut aliter expelli.
        - **Incidentes extrinsecùs**
          - Ambiens frigidior, vt mora in glacie, niue, ac locis frigidissimis; sic si posteriori parti capitis admoueantur præsidia refrigerantia, ita etiam ictus, & eiusmodi.
      - **Interna q̄ est**
        - **Patiens**
          - Qui habent cerebri substantiam valdè humidam, & fluidam [c] sunt valdè proni ad obliuionem. Sed multò magis, qui habent cerebrum valdè frigidum, nam gignunt paucos spiritus animales, & illos quidem ineptos motui, vnde carentes primo instrumento ipsius memoriæ; quod est ex Galeno [d] spiritus in cerebri ventriculis, & præsertim in postremo contentus, neque possunt recipere impressiones à phantasmatibus, [e] neque receptas conseruare, quæ duo propriè pertinent ad ipsam memoriã, & potissimùm postremum.
        - **Agens, .i. materia, q̄ est**
          - **Pituita** — Ab hac [f] sæpissimè læditur memoria, vt patet in caro, lethargo, [h] apoplexia, & demùm in omnibus morbis cerebri à tali materia.
          - **Melancholia** — Ab hac etiam non raro [f] læditur memoria, vt fit in [g] catocho, melancholia.
          - **Sanguis** — Ab hoc rarissimè læditur memoria.
          - **Bilis** — Ab hac non propriè aufertur, aut minuitur memoria, sed solùm deprauatur simul cum imaginatione, vel ratione.
    - **[k] Intēpies**
      - **Simplex**
        - **Frigida** (F f i) — Ab hac sæpissimè læditur memoria, quia, cùm [h] impressio, & recordatio rei memorabilis fiat per motum spiritus, qui est à calore, non immeritò eiusdem actionis priuatio fiet ab immobilitate, quę primò, & per se fit à frigiditate.
        - **Humida** — Ab hac etiam persæpè læditur memoria, nam, cùm retentio fiat [h] per siccum, prohibitio retentionis specierum fiat primò per humidum, vnde magis læditur memoria ab humido, præsertim cùm illius organum sit siccum ad retinendum: ex quo dicit [l] Galenus obliuionem indicare fluidam cerebri substantiam.
        - **Sicca** — Ab hac quoq; læditur memoria, sed minùs, quàm ab humiditate. Dicit Galenus [l] memoriam indicare substantiam cerebri stabilem, ac firmam.
        - **Calida**
          - Ex Galeno [m] à caliditate non læditur memoria, sed imaginatio, & cogitatio, nam ab ea fit delirium per nimium motum.
          - At ex Auic. & Arabibus etiam à calore læditur memoria, vt patet in delirijs, in quibus cum rōne afficitur ipsa etiã memoria.
          - Paulus [n] quoq; videtur existimare memoriam lædi à calore, quando agit de curatione. Gal. [o] etiam agens de signis phreneticis, dicit interdum irrōnalem accidere obliuionem, vt cum matellam petierint, meiere neglexerint; & tunc læsa est etiam ratio.
          - Sed forte dicendum est, quod à caliditate deprauatur, non autem aufertur, aut minuitur, vt fit à frigiditate.
      - **Composita**
        - **Frigida humida** — Sæpissimè ab hac læditur memoria, vt in caro.
        - **Frigida sicca** — Ab hac etiam interdum afficitur memoria, vt in catalepsi.
        - **Calida humida** — Interdum à sanguine calidiore lęditur memoria, sed cum ratione, & cogitatione, hocq; fit raro.
        - **Calida sicca** — Ab hac potiùs fit delirium, cum quo aliquando quoq; deprauatur [p] memoria.
    - **Mala compositio in**
      - **Conformatione meatuum obstructorum** — Vt patet in Apoplexia, epilepsia, & similibus.
      - **Magnitudine**
        - **aucta [R e]**
          - Vt in tumore molli posterioris partis cerebri, vnde dixit Auicenna [p] fieri etiam ab apostematibus cerebri, & propriè frigidis.
          - Potest etiam vt dictum est, materia sine tumore lædere memoriam.
        - **Imminuta** — Vt in plaga extrinsecus illata, vel inedia, vel morbis [R[consumentibus ipsius cerebri substantiam.
    - **Solutio continui** — Quatenus ab hac afficiuntur posteriores cerebri partes, vel quatenus est cum intemperie frigida, læditur memoria.
  - **Loco affecto, idest, ipso cerebro quod est affectum**
    - **Per essentiam, [q] per se [S] & primariò, & tūc affectus est in ipsius cerebri**
      - **Ventriculis [q r]** — Hoc fit (velut asserit Gentiles, quando affecti sunt spiritus in ipsis ventriculis.
      - **Vasis omnibus [r]**
        - Exponit Gentiles in vasis, idest, in superficie ventriculorum cerebri, vel in cranio.
        - Sed fortè melius per vasa intelligendæ sunt venæ, & arteriæ posterioris partis cerebri.
      - **Humiditate**, quæ per corpus cerebri dispersa est. [q]
      - **Corpore [r q]** Intemperies, aut causa frigida est in substantia cerebri.
      - **Humoribus [f]** — Hos addit Paulus.
    - **Per consensum [q S] à**
      - **Toto** — Vt in febribus pręsertim pituitosis, & melancholicis, & interdum pestilentibus. [r]
      - **Partibus**
        - **Temporibus** — Persæpe affectis temporibus perit memoria, vt quando fit carus. [r]
        - **Alijs partibus** — Veluti epilepsia, lethargus, & eiusmodi possunt fieri per consensum ventriculi, intestinorum, hepatis, lienis, vteri, & aliarum partium, ita etiam obliuio.
  - **Symptomate**
    - Licet plura possint adesse symptomata in læsione ipsius memorię, propriè tamen illa symptomata animaduertuntur, quæ ad ipsius memoriæ læsionem pertinent. Læsa autem potest esse memoria quia fit.
      - **Ablata** — Vt cum æger nullius rei recordatur, & talis affectus propriè vocatur memoria amissa, vel obliuio, quæ propriæ fit à frigiditate. [r]
      - **Imminuta**
        - Id fit cum imminuitur, vel debilitatur actio memorandi, vt permultis accidit, & potest esse talis imminutio, vel circa omnia, vel circa quædam, vt cū quorumdam homo recordatur facile, quorumdam verò non recordatur. Nam potest memoria ipsa.
          - Seruare præsentia, & obliuisci præterita [x]
          - Seruare præterita, & obliuisci pręsentia. [x]
          - Nulla seruare — Hoc pertinet ad memoriam ablatam
          - Omnia, vel quædam seruare debiliter — Hoc spectat ad memoriam diminutam.
          - Seruare oīa, vel quędam aliter, quàm sint — Hoc spectat ad memoriam deprauatam
      - **Deprauata** — Vt, cum recordatur vnius pro altero — De hac læsione non agunt seorsum Authores, quia illam comprehendunt sub delirio.

AVCTORITATES.

a Tertio de loc. affect. 5.
A Secundo de cauf. fymptom. 7.
b Aetius lib. 6. cap. 23.
c De arte medicin. 12.
d Tertio de loc. affect. 7.
e Auic. lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 12.
f Tertio de loc. affect. 5.
g Secundo aphor. 3.
h Auic. & Gentil. lib. 3. f. 1. tr. 4 c. 12.
i Secundo de cauf. fympt. cap. 7.
x Tertio de loc. affect. 5.
l De arte medicin. 12.
F Secundo prorrhet. 30.
m Tertio de loc. affect. 5.
n Paulus lib. 3. cap. 11.
o Quinto de loc. affect. cap. 4.
p Auic. lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 12.
q Tertio de loc. affect. 5.
r Gentiles in 3. f. 1. tr. 4. cap. 12. & ibidem Auic.
R Quinto aph. 16.
Q Auic. lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 7.
ſ Paulus lib. 3. cap. 11.
t De differ. fympt. 3. Secundo de fympt. caufis 7.
u Quarto de loc. affect. 2.
x Auic. lib. 3. f. 1. tr. 4. cap. 12.

ADNOTATIONES.

Inter proprias læſiones facultatis rectricis agunt authores ſolum de memoria amiſſa, vel de obliuione, quia hæc propriam, & peculiarem requirit curationem, & tractationem differentiarum, & ſignorum.

Amentia, & fatuitas, quas græci anæam, & moroſim dicunt easdem habent differentias, ſigna, & curationem, quales habet læſio memoriæ, vnde ſub illa tractatione comprehenduntur, quamobrem, & nos non agemus ſeorſum de ſingulis læſionibus rectricis, ſed ſolum vbi plures actiones rectricis læduntur, vt de Mania, & Melancholia factum eſt.

Scribit Galenus, { A } eamdem partem animæ eſſe imaginatiuam, & memoratiuam: ſi itaque inſignes fiant impreſſiones in imaginatione cõſeruantur in memoria, ſin obſcuræ, & ſuperficiariæ non conſeruantur.

A Secundo de mot. muſc. 6.

Tabula Trigesima, Signa Memoriæ Lęsæ.

Signa memoriæ lęsæ sũt:

- **Memorativa**
  - Sunt inventio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægrotante, seu assidentibus, vel etiam artificiosa coniectura deprehendi possunt.
  - Verùm, cùm faciant magis, [b] ad Medici gloriam, quàm ad ægri salutem, hic omittuntur.
- **Indicativa, à quibus monstrat**
  - **Causa**
    - **Externa**
      - Signa indicantia causam externam sunt eadem causa, quę [c] antecessit, vt nimius [d] labor in studijs literarum, vel in colendis vitibus, & eiusmodi, sic ebrietas, [e] crapula, suppressę vacuationes pituitæ.
      - Mora in glacie, niue, ac locis frigidissimis, ictus in posteriore capitis parte.
    - **Interna quæ est**
      - **Agens, vel efficiens, quæ est**
        - **Pituita**
          - In temperatione pituitosa ętate puerili, vel senili antecesseruut causæ pituitam generantes.
          - Adest [d] carus, vel magna propensio ad somnum, segnities, sc fatuitas; multa excernuntur per os, & nares. Color in facie est albidus: & cætera adsunt signa pituitæ redundantis.
        - **Humor melancholicus**
          - In temperatione melancholica, [f] ætate consistente, antecesserunt causæ humorē melancholicũ procreantes.
          - Adest timor, [f g] & tristitia præter rationem, & non raró adest catalepsis, vel melancholia.
          - Color in facie, [f] ac toto corpore est niger, vel plũbe°, & eiusmodi, adsunt signa humoris melàcholici redũdãtis.
        - **Sãguis**
          - Raró ab hoc lęditur memoria, & tunc antecesserunt causæ gignentes sanguinem.
          - Adest [h] delirium cum risu, excernitur interdum sanguis ex naribus: Color est in facie ruber, & venæ in oculis refertæ sanguine.
        - **Bilis**
          - Ab hac fit potiùs delirium, cum quo sæpè coniuncta est [i] deprauatio, vel ablatio memorię; & tunc adsunt signa phrenitidis, vel manię.
      - **Patiens**
        - Habiles, & propensi ad obliuionem sunt, qui habent cerebri substantiam nimis frigidam, & humidam, veluti sunt pueri, & qui tali temperatione sunt præditi.
        - Sic, qui habent paucos spiritus, & illos ineptos motui propter cerebri frigiditatem.
  - **Morbus qui ē**
    - **Intēpies quę ē**
      - **Simplex**
        - **Frigida**
          - Ab hac plerumq; læditur [d k] memoria, & tunc antecesserunt causæ refrigerantes cerebrum, quæ præsentes nocent & prosunt contrariæ.
          - Adest stupor, [l] vertigo, atq; etiam plerumq; amentia, vel fatuitas, ita quoq; segnities circa omnes actiones.
          - Adsunt excrementa mediocria, & cruda, sic somni, & vigiliæ. Si frigiditas sit insignis, adest ablatio memorię. Si fit remissior, adest eiusdem memoriæ imminutio.
        - **Humida**
          - Antecesserunt causę madefacientes. Adest propensio [d] ad somnum, & multitudo excrementorum.
          - Adest obliuio [l] rerum diù præteritarum, & recordatio præsentium. Ab hac sæpè læditur memoria.
        - **Sicca**
          - Antecesserunt causæ siccantes. Adest [d] vigilia, paucitas excrementorum: obliuio recentium, & recordatio rerum diù præteritarum. [l]
        - **Calida**
          - Rarissimè ab hac læditur memoria. Interdum tamen deprauatur, [i] & aufertur, vt in phrenitide.
      - **Composita**
        - **Frigida humida**
          - Adest obliuio [l] rerum diù pręteritarum, & recordatio præsentium, & (vt inquit Auic.) illius horæ
          - Adest propensio [d] ad somnum, & multitudo excrementorum crudorum per os, & nares.
          - Ab hac sæpè læditur memoria.
        - **Frigida sicca**
          - Adest obliuio [l] rerum præsentium, & illius horæ, & recordatio rerum diù præteritarum
          - Adsunt vigiliæ, & paucitas excrementorum.
          - Ab hac interdum læditur memoria.
        - **Calida humida / Calida sicca**
          - Ab his rarissimè læditur memoria, & tunc adest etiam delirium.
    - **Mala compositio in**
      - **Conformatione meatuum obstructorum**
        - Adsunt signa cari, vel catalepsis, vel epilepsiæ, vel aliorum eiusmodi cerebri affectuum.
      - **Magnitudine [n o]**
        - **Aucta**: Adsunt signa [l] tumoris, vel apostematis præsertim frigidi, vt in lethargo. [m]
        - **Imminuta**: Antecesserunt causæ imminuentes cerebrum, vt plaga extrinsecùs allata, vel inedia, vel morbi consumentes [n] ipsius cerebri substantiam.
    - **Solutio continui**: Antecessit causa externa soluens continuum.
  - **Locus affectus, idest, ipsum cerebrum, quod est affectum in posteriore parte**
    - **Per essẽtiã per se, & primarió**
      - Absunt signa aliarum partium affectarũ, & ablatis alijs affectibus pmanet læsio memoriæ cum qua ẽt adest alia læsio, vt stupor, vertigo, & eiusmodi. Tunc affectus ẽ in ipsius cerebri
        - **Vasis omnibus**: Cum læsione memoriæ adsunt etiam signa læsi hepatis, vel cordis, aut adsunt signa cari, & redundantis pituitę, aut cerebri frigidi refrigerantis humores, qui sunt in vasis. [p]
        - **Humiditate, quæ est per cerebri corpus dispersa**: Authores non ponunt seorsum huius rei signa: sed rõni consentaneũ est adesse signa cerebri frigidi, & humoris frigidi redundantis.
        - **Ventriculis**: Adsunt signa epilepsiæ, vel catalepsis, & eiusmodi.
        - **Corpore**: Adsunt signa frigidæ cerebri intemperiei, vel sine materia, vel cum materia pituitosa, aut melancholica.
        - **Humoribus**: Adsunt signa talium humorum redundantium.
    - **Per cõsensum à**
      - **Toto**: Antecesserunt, vel adsunt febres quotidianæ, vel quartanæ, & interdum pestilentes. [q]
      - **Partibus**
        - **Temporibus [r]**: Antecessit ictus, vel alius affectus in musculis temporum. [r]
        - **Ventriculo, intestinis, vtero, renibus, hepate, liene, alijs partibus**: Adsunt signa talium partium affectarum, & ablatis talium partiũ affectibus aufertur etiam læsio memoriæ.
  - **Symptoma, quod est ipsius memoriæ**
    - **Ablatio [s]**: Facillimè cognoscitur, quia æger nullius rei recordatur.
    - **Imminutio [s]**: Hæc etiam facilè cognoscitur, quia ęger imminutè, ac difficilè recordatur Rerum
      - **Omnium**: Idest, nec recordatur rerum diù [s] pręteritarum, neq; earum, quę recenter pręterierunt, nisi imminutè, ac difficulter, & tunc æger propriè dicitur habere debilem memoriam.
      - **Quorundam**: In hoc casu (vt inquit [s] Auic.) ęger quorundã recordatur, & quorundam non recordatur, quoniam videlicet in ipso est.
        - Recordatio [s] præsentium, idest, eorum, quę nuper pręterierunt, & obliuio præteritorum, idest, eorum, quę diù præterierunt.
        - Recordatio [s] præteritorum, idest, eorum, quæ diù pręterierunt, & obliuio pręsentium, idest, eorum, quę nuper præterierunt.
    - **Deprauatio [s]**
      - Hęc quoq; facilè cognoscitur, quoniam alio modo, idest, perperam, vel malè recordatur æger.
      - Et cum tali deprauatione memoriæ, adest etiam deprauatio imaginationis, & rationis.
- **Prognostica, per quæ præcognoscitur**
  - **Euentus vel exitus**
    - Si in sanitate [s t] amittatur memoria, prænuntiat Apoplexiam, vel epilepsiam, vel paralysim, vel lethargum. Atq; ita casus est valdè periculosus. Est etiam periculosus, cùm affectus, à quo pendet læsio memorię est magnus. Si verò morbus, à quo pendet, sit leuis; exitus erit ad salutem. Itaq; diligenter vim, & [u] morbi, & naturæ perpendere oportet, atq; ex maiore huius, vel illius robore mors, aut salus est prædicenda.
    - Inquit Hippocrates 2. prorrheticorum 30. *Ignorantia cum rigore malum, malum quoq; & obliuio.*
  - **Tempus**
    - Hoc est varium, prout varij sunt morbi, [s] à quibus læditur memoria, vt in apoplexia, tempus est breue, in paralysi verò est longũ.
    - Cùm tamen plerumq; affectus, à quibus lęditur memoria longi sint, tempus quoq; longum plerumq; erit.
  - **Modus**
    - Siue ad salutem, siue ad mortem morbus tendat, plerumq; id fit sine crisi, & per solutionem, quia memoria plerumq; læditur ab affectib° [x] frigidis, siue sint cum materia, siue sine materia. Quare cum exitus erit ad salutem paulatim à natura, & ab arte vacuatur materia, & aufertur intẽperies. At, si ad mortem, ita augentur causæ, vt mortem afferant, veluti fit in apoplexia, epilepsia, & similibus.

AVCTORITATES.

a Quarto de præſag. ex pulſ. 11.
b De arte medicin. 7.
primo prognoſtic. 4.
c De remed. parat. facil. cap. 1.
d Tertio de loc. aff. 5.
e Aetius l. 6. cap. 23.
f Tertio de loc. affect. 7.
g Sexto aph. 23.
h Sexto aph. 53.
i Quinto de loc. affect. 4.
k Secundo prorrhetic. 30.
l Auic. l. 3. f. pr. tr. 4. cap. 12.
m Paul. lib. 3. cap. 11.
n Quinto aph. 16.
o Auic. lib. 3. f. pri. tr. 4. cap. 7.
p Tertio de loc. aff. 7.
q De differ. ſymptom. tertio.
Secundo de ſympt. cauſis 7.
r Quarto de loc. aff. 2.
s Auic. lib. 3. f. pri. t. 4. cap. 12.
t Aetius lib. 6 cap. 23.
u De medicæ artis conſtitutione 18.
x Tertio de loc. aff. 5.
Aetius l. 6. cap. 23.
Paulus lib. 3. cap. 11.

ADNOTATIONES.

Læſiones rationis à frigiditate, ut rationis ablatio in {a} amentia, & imminutio in fatuitate, vel ſtultitia, quæ moroſis, & moria à græcis dicitur, & deprauatio in deliratione {b} ſenũ, quæ ab iiſdem λῆρος, ideſt leuis deliratio uocatur, quamuis {c} ab Hippocrate, & Galeno etiam mania nuncupetur talis ſenum deliratio, habent eaſdem differentias, & ſigna; quas differentias, & ſigna habet læſa memoria: differunt ſolùm, quia in memoria læſio eſt in parte poſteriore cerebri, at in læſa ratione, læſa eſt in media cerebri parte. Sic in ipſis ſymptomatis, quia alia ſunt actiones læſæ facultatis memoratiuæ, aliæ ratiocinatricis.

a *De differ. ſymptom. 3.*
b *Aetius lib. 6. cap. 22.*
b *Septimo aph. 9.*
c *Secundo primi Epidem. 59.*

In

Tabula Trigesimaprima, Memoriæ Lęsæ curatio.

In curatione memoriæ læsæ, opera, seu intentiones curatiuæ sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa** — Hæc si abijt nihil indicat; [a] at si adsit fouens, vel augens morbum, indicat abstinendum esse à tali causa, & transeundum ad vsum contrariæ; vt, si à nimio labore in studijs litterarum, vel vitibus colendis, si à vigilia, crapulis, ebrietatibus, victu ten[ui], ambiente frigidiore, æstuoso cum ventis lædatur memoria, talia sunt vitanda, & vsurpandæ sunt causę contrariæ. [b B]
  - **Interna quæ est**
    - **Patiens, q̃ est habilitas cerebri ad obliuionem** — Ab hac indicatur ablatio talis habilitatis, vel aptitudinis ad obliuionem; quæ habilitas, si proficiscatur ab humida, [c] & fluida cerebri substantia, tollenda est humiditas, & fluiditas per siccantia; at si ab eiusdem cerebri frigiditate gignente paucos spiritus animales, qui non sunt ad motum [d] habiles, fiat, remouenda est frigiditas cerebri (vt inferius dicetur,) & pręstandum est, vt spiritus animales multi, ac mobiles generentur per conuenientem victus rationem, quæ sit boni succi, & plurimū, atq; optimū sanguinē gignat: at, si propter [e] extremā senectutem, nil curiosius tentandū, sola conuenienti victus rōne contenti.
    - **Efficiens quę ē**
      - **Antecedens, à qua indicatur inhibitio, ne**
        - **Noua cōtinuò generet materia per**
          - **Victus rationem** — Instituatur conueniens victus ratio in sex rebus nonnaturalibus, à qua tùm inhibeatur generatio materiæ peccantis, tùm alteretur materia prius genita, vt, si sit pituita, à qua sæpissimè memoria [f] læditur, conuenit attenuās, & incisoria [vic]ta. [e] Abstinendum est ab oleribus omnibus refrigerantibus, à fructibus, ac bellarijs, caseoque, ac lacte, atq; à crassefacientibus, & inflantibus. Acriora per interualla exhibeantur, vt allia, thimbra, origanum, pulegium, & raphani. Sed horum copia vitanda: [e] semper autem cruditas cauenda, sic repletio, & ebrietas. [g] Vinum conuenit album tenue, nec valdè vetus, multus cum aquæ, tum vini potus pessimus est. Somnus sit moderatus non diurnus, nec statim à repletione. Veneris vsus sit rarissimus. Audiant, & videant [h] res sibi molestas. Motus nimius vitandus, & lassitudo tum aliarum partium, tum maxime capitis. Aluus irritanda est clysteribus acrioribus. Aer sit calidus, & lucidus absq; ventis. [g]
          - **Medicamenta roborantia calorē ventriculi, & hepatis.** — Id fiet, si calor istarum partium [H] foueatur per remedia interius, & exterius adhibita; ita, vt benè concoquant alimenta.
        - **Genita ferat ad caput, quod p̃stabit eiusdem materiæ**
          - **Vacuatio per**
            - **Sanguinis missionem** — In quibus sanguis plus æquo [i] abundat, vena incidatur, & acres clysteres indantur & deinde hiera propinetur.
            - **Medicamenta adhibita per**
              - **Os** — Paretur prius materia cum victu, & medicamentis, deinde purgetur per [k] hieram Ruffi, pillulas cochias, de colocynthide. Conferunt etiam ab initio medicamenta lenientia. Laudat Aetius [k] etiam helleborum album.
              - **Anum** — Faciunt clysteres acriores.
          - **Auersio cū vacuatione**
            - **Sensibili** — Facit sanguinis missio, vt dictum est, sic medicamenta prius dicta, nam simul vacuant, & auertunt à capite. [l] Faciunt etiam clysteres acriores, ita glandes.
            - **Insensibili** — Hoc nomine cōueniūt frictiones, [l] vincula, & cucurbitulę sine scarificatione ad Crura, Coxas, Nates, scapulas, & Brachia. Sic lotiones pedum, & crurum.
          - **Repcussio** — Factis vniuersalibus [m] vacuationibus, quia in omni materia conueniunt [n] repellentia capiti ad suturam [o] coronalem admota, valentiora quidem in materia biliosa, mitiora verò in pituitosa, & melancholica, & in temperatione frigidiore: ideo potest adhiberi oleum camemelinū, vel per se, vel cum rosaceo.
      - **Cōtinēs quæ ē in cerebro, à qua indicatur**
        - **Retrocess⁹ præstādus per**
          - **Auersionē** — Facit sanguinis missio, vacuatio per medicamenta: sic frictiones, vincula, & cucurbitulæ, vt supra dictum est.
          - **Repcussionē** — Conueniunt factis prius vacuationibus vniuersalibus repellentia vt ante diximus.
        - **Extractio per**
          - **Medicamēta adhibita per**
            - **Nares** — Errhina [o] vocantur, quæ sunt
              - **Humida** [o] — Vt succ⁹ betæ, sāpsuci, cyclaminis, elaterij.
              - **Sicca** [o] — Vt est castoreum, piper, synapi, nasturtium, [p] helleborus albus
              - Naribus attracta.
            - **Os** — Apophlegmatismata [p q] vocantur — Conuenit mastix, piper, piretrum, staphisagria, synapi, si mandantur, sic si eorum decocta gargarizentur.
            - **Cutem capitis ablatis capillis, & tunc medicamenta sunt**
              - **Mitiora** — Huiusmodi est oleum camemelinum, & anethinum.
              - **Mediocria** — Vt est oleum rutaceum, laurinum, de costo.
              - **Validissima** — Vt est thapsia, synapi, euphorbium, oleum de sulphure, vitreolo, quæ etiam exulcerant.
          - **Chirurgiam** — Tandem excitanda sunt cauteria.
- **Morbo q est**
  - **Intēperies quę est**
    - **Sine materia q̃ est**
      - **Simplex**
        - **Frigida** — Ab hac indicatur calefactio p
          - **Victus rationem** — Confert vinum, & victus ratio exposita in sex rebus nonnaturalibus.
          - **Medicamenta adhibita**
            - **Interiùs** — Facit Theriaca, Mitridatum, diambra, diatrion pipereon. Ad nares muschus odoratus, ambra, zibettum. Ad aures oleum rutaceum, de nuce muscata, laurinum, de costo.
            - **Exteriùs** — Ad suturam coronalem conuenit oleum laurinum, de costo, de castoreo, de euphorbio, æstate oleum [p] per se calidū, hieme verò irinum cū aceto acriori incocto aliquando serpillo, spondilio, aut calaminta; synapismus occipiti. [p]
        - **Calida** — De hac dictum est in curatione phrenitidis.
        - **Sicca** — Refectoria dieta est vtendum, & nil aliud curiosius agendum. [p]
        - **Humida** — Ab hac indicatur siccatio per
          - **Vict' rōnē** — Potio sit austera, & pauca: cibi sint assi, aer siccus, vigilia, motus, ira, multę excretiones.
          - **Medicamēta admota**
            - **Interiùs** — Iuuat theriaca, sales theriacales, diatrion pipereon. Confert suffitus aromatum per nares attractus, ita puluis nigellæ, zinziberis, piperis, per aures confert oleum rutaceum, de costo, de castoreo.
            - **Exteriùs** — Conferunt aquę sulphureę, alluminosæ, sic decoctiones ex rosis, [q] mirrha, lentisco, & alijs acrioribus.
      - **Composita** — Cōuenit curatio composita, vt in frigida, & sicca — Conferunt [r] cibi humectantes temperati & exercitium partis capitis cum frictione per pannos asperos, sic motio manuum, & pedum. Cucurbitæ supra caput sine scarificatione, synapismus.
    - **Cum materia** — Prius tollenda est [s] materia veluti supra diximus, deinde, auferenda est intemperies per contraria.
  - **Mala compositio in**
    - **Conformatione meatuum** [t] **obstructorum** — Indicatur apertio per ablationem materiæ obstruentis.
    - **Magnitudine** [u]
      - **Aucta, vt in tumore** — Indicatur imminutio talis magnitudinis per ablationem materię facientis tumorem.
      - **Imminuta vt in** — Inedia, & morbis consumentibus ipsius cerebri substantiam — Indicatur instauratio, & auctio depditæ magnitudinis per victum reficientem. At si sit ablata pars cerebri posterior, affectus est insanabilis
  - **Solutio continui à causa externa incidente, vel frangente** — Indicatur vnio solutæ [x] continuitatis, quæ præstatur à natura, dummodo à medico tollantur impedimenta, vt est inflammatio, sordes, atq; suppeditetur materia, & demum hæc tractatio pertinet ad chirurgos, & copiosè ab Hippocr. tractatur. [y]
- **Symptomate, idest ab ipsa memorię læsione, siue sit ablata, siue diminuta, siue deprauata** — Indicatur ablatio læsionis. quæ præstabitur, si auferatur morbus & causa, vt supra dictum est; & per ea, quæ à naturali quadam proprietate memorię opitulantur, vt est eboris ramentum ad drach. j. cum mulsa, sic drach. j. Castorei cum eadem mulsa, & cornu cerui. [z]

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Tertio de loc. affect. 5.
Aet. lib. 6. cap. 23.
B Auic. lib. 3. f. pri. tr. 4. cap. 14.
c De art. medic. 12.
d Tertio de loc. affect. 7.
e Aet. lib. 6. cap. 23.
f Tertio de loc. affect. 5.
g Auic. lib. 4. f. p. tr. 4. cap. 14.
h Rasis. 7. 8.
H xi. meth. 15, & 16.
i Paul. lib. 3. cap. 11.
k Aet. l. 6. cap. 23.
l xiii. meth. xi.
m De art. medicin. 95.
Tertio 3. epidem. 76.
n Primo ad Glauc. 15.
o Secundo catatop. primo.
primo ad Glauc. 15.
p Aet. lib. 6. cap. 23.
q Paul. lib. 3. cap. 11.
r Auic. lib. 3. f. p. tr. 3. cap. 4.
s De art. medicin. 89.
t De art. medicin. 94.
de medic. art. const. 12.
u De art. medic. 97.
de medic. art. constitutione 14.
x Tertio & 4. meth. per totum.
y Hippocrates lib. de vulner. cap.

ADNOTATIONES.

Curatio in tabella exposita conuenit cuilibet læsioni memoriæ, sed validiora, & diuturniora præsidia in memoria ablata sunt vsurpanda, quàm in imminuta, vel deprauata.

De memoria læsæ curatione propter melancholiam, vel delirium dictum est in proprijs melancholiæ, & delirij tabellis.

Memoriæ per consensum læsio sanatur curata ea parte, à qua cerebrum in consensum trahitur, & extracta materia, quæ ad cerebrum fluxit, roboratoq; per astringentia cerebro.

Tabularum de Morbis Capitis. Finis.

TABVLÆ.
De Morbis Thoracis.

TABVLAE DE MORBIS THORACIS.

Tabula Prima, Anathome internarum oris partium.

In interno oris spatio quod apparet, si lingua deorsum valdè impellatur est

- **Pharinx Grecè, Fauces Latinè, Guttur Arabicè, vel potiùs Barbarè.**
  - Pharinx teste Gal. 8. de vsu part. [a] capite primo dicitur æquiuocè de loco ante Laryngem, idest, de faucibus, & de aspera arteria.
  - Dicitur etiam (vt asserit [b] Ioannes Grammaticus cognomento Philoponus 2. de anima in expositione tex. 89.) de Larynge, hoc est gutture. Sed ponit differentiam Philoponus dicens in genere fæminino significare fauces, & in masculino laryngem, id, quod videtur confirmare Galenus 3. Prorrhetic. 12. Hippoc. [d] tamen 4. aphor. 34 vsurpat pharyngem pro faucibus in genere masculino, quod etiam facit 3. prorrhetic. 12. [c] quẽ locum in commento habet suspectum Gal. sed in genere fœminino, & masculino vsurpatur pharynx ab Aristotele pro aspera arteria 3. de partibus animal. cap. 3. Galenus verò vtitur pharynge in genere (vt vidi) solùm fœminino pro faucibus, & aspera arteria. [e]
  - Pharinx accipitur hic à nobis pro faucibus. Nam fauces vocantur à Cornelio [g] Celso lib. 4. cap. 1. & 5. sic à Marco Tullio primo Tusculanarum.
  - Ab Auicenna, [f] & ijs, qui Arabes imitantur talis pars guttur dicitur, sed impropriè, nam à Celso vocatur guttur ipse Larynx. [g]
  - Est autem pharinx, idest, fauces ex [h] Gal. 1. prognost. 16. sedes preposita gulæ, & gutturi, vel est euidens amplitudo, in qua visuntur gemina ostiola tùm gulæ, tùm etiam gutturis. Vel pharinx est internus [i] oris locus, vbi simul conueniunt, & gulæ, & gutturis partes extremę. Vel pharynx est [d] spatium laxius gutturi, & gulæ præpositum, vel pharynx est corpus [k] ambiens isthmum, qui est regio angusta, & oblonga gulæ, gutturiq; præposita, communisq; , in quam vtriusq; osculum ascendit, & in hac postrema definitione nihil videtur differre isthmus à pharynge, differt tamen quia pharynx dicitur tota illa amplitudo euidens. Isthmus verò est pars in ipsa amplitudine sita.
  - Habet Pharynx internis in partibus [l] tunicam communem gulæ, ac toti ori, habet etiam duos [k] sub illa musculos ad deglutionem, & vocem facientes. Habet quoq; exteriùs [m] musculum bifidum, vel potiùs duos musculos sibi adnatos, ortosq; ab osse yoide, vel ypsiloide, vel labdoide, qui asperam arteriam astringunt, & os ypsiloide retrahunt. Sed, si pharynx (vt, asserit Oribasius 2. aphor. in expositione aphor. 15.) significat, labia, palatum, & vuam, habebit alias partes. At mihi non satis probatur Oribasij sententia.
- **Larynx grecè, Guttur Latinè, Epiglottis Barbarè**
  - Larynx vocatur à Græcis [a] summum, vel caput, vel finis, vel superior terminus asperæ arteriæ, quæ pars etiam ab ijsdem (vt asserit [b] Philoponus) appellatur pharynx in genere masculino. A Celso, [g] & Marco Tullio, [n] dicitur guttur. Ab Auicenna vocatur Epiglottis, [o] at impropriè. nam epiglottis propriè dicta (vt inferiùs explicabitur, & indicabitur à vocabulo) est operculum linguę laryngis.
  - Est autem Larynx primum, & principalissimum vocis instrumentum. [a]
  - Constat larynx [p] ex tribus chartilaginibus scutiformi, innominata, seu chrichoide, & arythenoide; quibus aperiendis, & claudendis, dilatandis, & constringendis deseruiunt musculi viginti, duodecim [q] proprij, & octo communes, & horum (veluti in anginæ tractatione dicetur) alij sũt interni, alij externi. In horum musculorum ortu, fine, ac vsu non satis conuenit inter anatomicos. His musculis conferunt nerui recurrentes, vel reuersiui nuncupati, ita etiam operculum, quod epiglottis nominatur, sic membrana interiùs laryngem succingens.
- **Oesophagus, & stomachus græcè. Gula, & stomachus Latinè. Meri Arabicè.**
  - Licet pars hæc parùm, aut nihil videatur, cum lingua deorsum impellitur, vel deprimitur, & aliàs in ductu ab ore ad anũ sit à nobis accuratiùs describenda, quia tamen (vt inquit [r] Celsus) faucibus subest, atq; est alterum duorum [s] itinerum, quod interius ad ventriculum fertur, hic etiam de eadem agendum esse censuimus. Asserit [t] Gal. hanc partem à veteribus propriè dictam fuisse œsophagum, & sic semper ab Aristot. vocari; cum tamen eandem Aristot. 2. de histor. anim. cap. 15. 17. appellet etiam stomachum, quemadmodum Gal. dicit illam nominasse communi nomine eos, qui post Aristot. scripserunt, nã stomachus [u] nominatur collum omni ventri præpositum instar. isthmi cuiusdam angustum. Hinc patet summoperè falli Gorrhęum [x] dicentem à Gal. propriè appellari stomachum os ventriculi; cum Galenus [y] contrà persępe afferat os ventriculi vocari stomachum per abusum.
  - Celsus, [r] & Cicero [a] hãc partẽ vocant græco nomine latino facto stomachum. Ab Auic. [b] & Arabib*, atq; ab ijs, qui eos imitantur dr̃ Meri.
  - Pars hæc inter fauces, [t] & os ventriculi est media, hærensq; [a] ad linguæ radices cibum ore acceptum recipit, & ad ventriculum depellit.
- **Isthmus**
  - Dicitur Isthmus [c] per metaphoram ab ijs, qui propriè [o] vocantur Isthmi, nam Isthmi propriè dicti sunt angusti quidam processus terræ inter duo maria siti. [c] Sic Isthmus in interno oris spatio est locus angustus, [d] & oblongus, in quem œsophagi, & laryngis osculum ascendit. Vel Isthmus est angusta illa pars inter os, [c] & œsophagum, quæ laryngi, & œsophago est communis.
  - Vel isthmus est regio [d] angusta, & oblonga œsophago, & laryngi præposita, communisq; , & hæc definitio (vt dictum est supra) pharingi quoq; competit. Quarè putat Gorrhęus Isthmum, & pharyngem vnam, & eandem rem esse, sed fallitur, nam pharynx est tota amplitudo euidens in interno oris spatio; Isthmus verò est pars in tali amplitudine contenta, & ob id vocatur regio [d] longa, & angusta. Vel Isthmus [d] est regio, seu locus, & pharynx est corpus talem locum ambiens.
- **[e] Paristhmia**
  - Paristhmia [e] (vt indicat vocabulum) sunt partes circa Isthmum, quæ partes sunt tunica faucibus, & toti ori communes, & duo musculi faucium, quibus potest [f] adnecti musculus ille bifidus, quem habet (velut supra diximus) pharinx exterius.
  - Paulus, [g] & Oribasius [h] vocant paristhmia ipsas glandulas, quia sunt circa Isthmum. Sed Galenus aliter sentit, nam paristhmia, & glandulas enumerat tanquam res diuersas 3. de alim. fac. 5. 6., de tumoribus præter nat. 17., 3. de caus. sympt. 4., 2. de differ. febr. 11., 16. de vsu part. 6., In quibus locis paristhmia accipit pro parte. Accipit [i] quoq; interdum Gal. paristhmia pro affectu, & inflammatione dictarum partium, vt 3. aph. 26., de tumor. præter nat. 17., 3. de caus. sympt. 4., 5. de sanit. tuend. 3., 6. de sanit. tuend. 9.
  - Itaq; si paristhmia capiantur pro [i] partibus circa Isthmum, & pharinx accipiatur pro corpore ambiente isthmum, vt facit [k] Gal. erunt paristhmia, & pharynx vna, & eadem res. Verùm cum pharynx propriè significet cauitatem, & amplitudinem in interno oris spatio, & paristhmia propriè dicta sint partes circa isthmum scilicet tunica, & duo musculi eidem subiecti, differunt inter se pharynx, & paristhmia.
  - Fallitur Trincauellius [l] putans paristhmia dici solùm de morbo, & nõ de parte, cum ex plurimis Gal. locis antea citatis etiam dicantur de parte.
- **Appẽdices vel additamenta circa dictas partes. Quæ appẽdices sunt**
  - **Gargareon, [m] & Cion græcè. Vua [n] latinè, Vuula [o] barbarè, vel Vuea.**
    - Hæc pars à Græcis [m] gargareon, & cion, & à Iunioribus Cionides, à Celso [n] Vua, & ab alijs gurgulio, columna, & columella, sed ab ijs, qui Arabes imitantur, Vuula [o] dicitur, vel vuea. Verùm apud Græcos Vua nominatur quidam illius partis affectus.
    - Est autem gargareon quędam particula in intimo, & summõ ore dependens, à natura facta, tùm, vt aerem ad pulmonem perferendum frangat, [m] calefaciatquè tùm ad vocis elegantiam veluti plectrum, tùm ad inhibendum, ne puluuis, aut fumus ad pulmonem perferatur.
  - **Epiglottis græcè, lingua exigua, & quasi operculum latinè, Algasamach Arabicè, coopertorium Barbarè.**
    - Epiglottis, vel epiglossis, idest, superligula vocatur à [p] Galeno, quæ à Celso [q] exigua lingua dicitur, & à Cicerone [r] quasi operculum asperæ arteriæ, & ab alijs ligula, quamuis epiglottis (vt indicat vocabulum) sit superligula à Barbaris appellatur coopertorium, ab Auicenna dicitur [r] Agalsamach, vel gassamach. Est autem epiglottis quædam chartilago, [s] vel membrana sub gargareone non propria bronchi, neq; laryngis, sed laryngis orificio incumbens à natura facta, ne cibi, & potiones ad pulmones ferantur; nam cum cibus, potioq, sumitur, arteriã [q] claudit, tegitq; ne spiritus impediat. [t]
  - **Adenes idest glãdulæ constantes carne laxa, & spõgiosa, quæ glandulæ sunt**
    - **Linguę**
      - Sunt duę glandulæ satis magnæ in linguæ (cuius sunt [u] propriæ) radice ad saliuam pro ea madefacienda comparatæ, atq; institutę à natura. A Celso, [x] & Marco Tullio, [r] & alijs latinis vocantur tonsillæ. Ab [y] Aetio dicuntur Antiades, licet ab alijs vocentur antiades, quando sunt inflammatæ, vel post tumorem induruerunt, veluti asserit Celsus, quod non videns Altimarius, [A] dicit non constare ex Celso, an Tonsillæ significent partem, vel affectum cùm optimè constet significare partem. Ab Auicenna, [r] & Iunioribus vocantur Amigdalæ.
    - **Laryngis**
      - Sunt duæ aliæ glandulæ [B] admodum insignes ad laryngem, & asperam arteriam madefaciendam, & ad aerem cõtinendum, & parandum pulmoni à natura institutæ.
    - **Paristhmiorum iuxta maxillas**
      - Sunt duæ glandulæ sub auribus, [B] in quibus, cum inflammantur, fiunt parotides.
      - Factæ sunt à natura ad irrigandas maxillas, os, & linguam.
      - Hæ sæpissimè suscipiunt fluxiones, ac superfluitates in febribus, & in affectibus cerebri.

Octaua

AVCTORITATES.

a Octauo de vsu part. primo
b Secundo de anima 89.
c Tertio prorrhetio. 12.
d Quarto aphor. 34.
e Secundo de decret. Hip. & Plat. 4.
f Auic. l. 3. f. 9. cap. 1.
g Corn. Celſ. lib. 4. cap. 1. 5.
h Tertio Progn. 16.
i Quarto de loc. affect. 3.
k De muſcul. diſſect. 15.
l Tertio aphor. 26.
m 16. De vſu part. 6.
n Cicero lib. 1. de Diuinat. & primo Tuſculanarum.
o Auic. lib. 3. f. 9. cap. primo. & fen. x. tr. 1. cap. 1.
p De vocalium inſtrum. diſſect. 4.
q De muſcul. diſſect. xi. De vocal. inſtr. diſſect. 5. 7.
r Celſus lib. 4. cap. 5.
s Celſus lib. 4. cap. 1.
t Quinto de loc. affect. 5.
u Quarto de vſu part. primo.
x Gorrheus in defin. medicis.
y Secundo de loc. affect. 8.

a Cicero de natura Deorum.
b Auic. lib. 3. f. 13. t. 1. cap. 1.
c Tertio Aphor. 26.
d De muſculorum diſſect. 15.
f 16. De vſu part. 6.
g Paul. lib. 3. cap. 26.
h Oribaſ. 4. ad Eunap. cap. 70.
i Tertio aphor. 26.
k De diſſect. muſcul. 15.
l Trincauel. lib. 5. de morb. part. c. 5.
m Sexto catatop. 3.
m Sexto de vſu part. 5.
n Celſ. lib. 6. cap. 8. 14.
o Sauonarol. t. 6. cap. 9. rubr. 1.
p xi. de vſu part. 11.
q Celſ. lib. 4. cap. 1.
r Auic. lib. 3. f. 9. cap. 1.
s De vocal. inſtrument. diſſect. 4. 7. De vſu part. 16.
t Cicero 2. de nat. Deorum.
u 7. De vſu part. 17. 3. De aliment. facult. 5. 6.
x Celſus lib. 6. cap. 10.
y Aetius lib. 8. cap. 48.

A Altimar. cap. 45.
B Tertio de aliment. facult. 5. 7. De vſu part. 17.

ADNOTATIONES.

Vt patet in tabella, eadem nomina ſignificant partes, & affectus illarum partium, vt Pariſthmia, Antiades, Vua.

Tabula Secunda, Differentiæ morborum infestantium partes in interno oris spatio.

Differentiæ morborum in interno oris spatio sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa, & sunt Res**
    - **Faciendæ** — Motus exercitatio, vox, [a] & vomitus vehementior excitat fluxiones ad internas oris partes, præsertim, si vomitus sit laboriosus, & post cibum corruptum.
    - **Assumendæ** — Satietas, [b] ebrietas, potus aquæ frigidæ, ac [a] niuis, cibi acriores præter consuetudinem accepti, medicamēta ignita, & acria, vsus hellebori, andachochæ, [c] quæ est species trifolij, fungorū, faciunt morbos in interno oris spatio. Sed multò magis [c] bolus grandior, qui nequeat ad ventriculum depelli. Sic ossa, spinę, vel hirudo, [d] quæ in faucibus adhæreant, vel sint infixa.
    - **Excernendæ** — Retentio mensium ex Aureliano [a] facit anginam, sic alios morbos in faucibus, quod etiam facit retentio aliarum superfluitatum, & excrementorum. Ita quoq; vomitus laboriosi post cibum corruptum sicuti diximus. [a]
    - **Incidentes extrinsecus quæ sunt**
      - **Ambiens**
        - **Aer**
          - Calidior — In æstate, & autumno fiunt calidæ fluxiones. [e]
          - Frigidior — In hieme, ac vere persæpè fiunt fluxiones frigidæ ad interna oris loca. [f]
          - Humidior — Sæpissimè colliguntur superfluitates in faucibus, vel ad easdem præcipuè à capite trāsmittūtur. [g]
          - Pestilens — Hinc ex [h] Aretæo fit vna species anginæ, vt in barathris charoneis, ita etiam in fumo, & prauis vaporibus à sulphure, atq; alijs eiusmodi elatis.
        - **Aqua** [k] — Hinc sæpè fit strangulatio, vt in ijs, qui submerguntur. [h]
      - **Cæteræ res, quæ suffocant**
        - Per se — Vt est funis, vel lintheum in ijs, qui suspenduntur, vel strangulantur.
        - Per aliud — Huiusmodi sunt ea, quæ ictu mouent loco vertebras, quę præmentes laryngem strangulant. [i]
  - **Interna quæ est**
    - **Patiens** — Est habilitas ad morbos faucium, & circa fauces — Magis [a] viri, quàm mulieres habiles sunt ad hos morbos, ita etiam pueri post dentitionem, [k] sic ij, qui natura sunt humidiores, [l] vel catharro obnoxij, & demùm, qui habent partes circa fauces debiles, vt refert [m] Galenus de quodam, qui sæpè in anginam incidebat.
    - **Agens vel efficiens quæ est**
      - **Humor qui est**
        - **Simplex qui est**
          - Sanguis — Hinc est phlegmone propriè dicta. [n]
          - Bilis — Hinc est Erisipela, vel Erpes. [o]
          - Pituita
            - Cum tumore — Hinc est Oedema. [p]
            - Sine tumore — Vt accidit in relaxatione columellæ catharro suffocante.
          - Humor melancholicus — Hinc propriè est scirrhus. [q]
        - **Mixtus in quo superans humor nomen [q] dat; & alter dat denominationem superat autem**
          - [o q] Sanguis cū
            - Bile — Hinc est phlegmon erisipilatodes.
            - Pituita — Hinc est phlegmon œdematodes.
            - Humore melācholico — Hinc est phlegmon scirrhodes.
          - [o q] Bilis cum
            - Sanguine [o] — Hinc est erisipelas phlegmonodes.
            - Pituita — Hinc est erisipelas œdematodes.
            - Humore melancholico — Hinc est erisipelas scirrhodes.
          - [o q] Pituita cū
            - Sanguine [o] — Hinc est œdema phlegmonodes.
            - Bile — Hinc est œdema erisipelatodes.
            - Humore melancholico — Hinc est œdema scirrhodes.
          - [o q] Humor melancholicus cum
            - Sanguine [o] — Hinc est scirrhus phlegmonodes.
            - Bile — Hinc est scirrhus erisipelatodes.
            - Pituita — Hinc est scirrhus œdematodes.
        - Licet possint dicti humores esse præternām in internis partibus absq; tumore, plerūq; tñ sunt cū tumore, q quamuis sit à quolibet humore tùm simplici, tùm mixto, dicitur tamen ab Authoribus ferè semper phlegmon, siue, quia plerumq; fit à sanguine; siue potiùs, quia inter cæteras significationes phlegmon ex Gal. 2. ad Glauc. 1, significat quemlibet tumorem, idest tumorem à quolibet humore, siue simplici, siue mixto excitatum.
      - **Vapor** — Est eiusdem naturæ cum humore, à quo attollitur.
      - **Substantia solidior**
        - Cibus corruptus, & huiusmodi, quæ cum vomuntur in faucibus adhærent.
        - Vermes — Interdum vermes sursum delati, in faucibus hærentes, periculum strangulationis afferunt.
        - Huc etiam referri possunt hirudo, ossa, spinæ, bolus grandior, & similia; nam licet exteriùs venerint, sunt tamen circa fauces.
- **Morbo quæ est**
  - **Intemperies**
    - **Sine materia, quæ intemperies est**
      - Simplex — Calida, Frigida, Humida, Sicca
      - Composita, quæ est — Calida humida, Calida sicca, Frigida humida, Frigida sicca
      - Possunt internæ [r] oris partes refrigerari, [s] calefieri, exsiccari, madefieri, & sic laborare qualibet intemperie sine materia, siue intēperies sit simplex, siue cōposita. Sed, quia tales intemperies plerumq; sunt coniunctæ cum materia, vel cum alijs affectibus: &, quia in talibus promptissima, & aptissima est indicatio per contraria, negliguntur ab Authoribus, nec seorsum tractantur.
    - **Cum materia** — De hac, siue sit humor simplex, vel mixtus, siue vapor, vel substantia solidior supra dictum est.
  - **Mala cōpositio in**
    - **Conformatione** — Figuræ, quę potissimùm vitiatur in gargareone, in quo præter naturam est figura
      - Rotunda, [t] & crassa in fine, vel piramide tenuis in principio, vel basi — Vt accidit in affectu gargareonis, qui à Græcis staphile, idest vua dicitur.
      - Rotunda, [u] longa, & æqualis à principio ad finem — Vt accidit in affectu [u] gargareonis, qui à Græcis cionida, idest, columna, & columella dicitur.
      - Inæqualis, [x] & crassa — Vt in gargareonis vocata craspedo, qui affectus pes montis à Latinis dicitur.
      - Similis loro, [u] vel vespertilionum alis — Vt in gargareonis loco ab Aetio posito. [u]
    - **Meatuum**
      - Clausorū [y] — Vt in Angina, ī qua inflāmati sunt musculi laryngis præsertī interni — Hi in angina propriè sūt morbi.
      - Angustatorum [y] — Vt in Angina, in qua inflammati sunt musculi faucium, vel aliarum partium angustantium, vel comprimentium laryngem. [y]
      - Dilatatorum præter naturam — Vt interdum accidit in Lue Gallica, & alijs affectibus, in quibus vox perit.
    - **Superficiei** [a] — Exasperatur sæpè ipsa superficies in interno [a] oris spatio ab alimentis, medicamentis, puluere, fumo, humoribus catharro, & similibus, vt accidit in raucedine, tussi, & dolore q inter deuorādū sentitū acria, vel acidā comedūt.
    - **Magnitudine**
      - Aucta — Vt accidit in tumore faucium, [b] laryngis, paristhmiorum, [c] gargareonis, & glandularum, qui tumor à quocumq; fiat humore vocatur (vt suprà dictum est) inflammatio.
      - Imminuta — Vt accidit, cum extenuatus est, vel erosus gargareon, glandulę, aut larynx, & similia.
    - **Numero**
      - Aucto — Vt, cùm in interno oris spatio sunt ossa, [d] spinæ, hirudo [e] bolus grandior, catharrus, aqua suffocans.
      - Imminuto — Vt cum deest [a] gargareon, [f] glandulæ, epiglottis.
    - **Situ** — Vt cum gargareon [g] relaxatus alienum locum occupat, quando videlicet incumbit œsophago, aut laryngi. [g]
  - **Solutio continui à causa**
    - Externa — Vt, cum hirudo, os, spina, tælum, & huiusmodi soluunt continuum in internis oris partibus.
    - Interna — Vt, cum humor, [h] acris, vel catharrus exulcerat, vel erodit aliquam eiusmodi partem, veluti sæpè accidit in morbo gallico.
- **Loco affecto, quæ est**
  - **Pharinx .i. fauces** — Est locus, in quo sunt paristhmia, immò sunt ipsa paristhmia, nam à Galeno [i] interdum paristhmia, & pharinx accipiuntur pro vno, & eodem; licet pharynx sit illa [k] amplitudo in interno oris spatio, & paristhmia sint partes in illa amplitudine contentæ; quia est tunica, [l] & illi subiecti musculi. Talis igitur partis inflammatio tùm paristhmia dicitur, tùm angina. [l] — Huius partis affectus in angina tractabuntur.
  - **Larynx**, [m] idest, guttur, [n] qui ab Auicenna [o] Epiglottis dicitur — Huius partis morbi in Angina exponuntur.
  - **Oesophagus, vel gula** — Huius partis morbi seorsum exponentur.
  - **Isthmus Paristhmia** — Cum Isthmus, & paristhmia contineant tunicam faucibus, [l] ac toti ori communem, & eidem subiectos musculos, & non glandulas, vt asserit [p] Paulus, & Oribasius, [q] qui dicunt, ac vocant glandulas paristhmia. Ideò diximus antea ista contineri in pharynge, idest, faucibus, & illarum partiū affectus in angina tractari, dicuntur tamen ab Hipp. [l] & Gal. [r] paristhmia inflāmationes paristhmiorū.
  - **Gargareon**, [s] .i. gurgulio, quæ pars à Celso [t] Vua, & à Barbaris Vuula dicitur — Pars hæc persępè afficitur, & quamuis omnia morborum genera experiri possit, non tamen omnia seorsum à Grecis tractantur, sed quædam solùm, vt [u] inflammatio, morbi in figura, relaxatio, quæ potest dici morbus in magnitudine, quia gargareon est solito longior, & in situ, quia alienum locum occupat. Quidam ex Iunioribus in gargareone Vuula ab illis vocato, quatuor morbos enumerant.
  - **Glandulæ**
    - **Linguæ** — Sunt quæ à Marco Tullio, & Celso [x] vocantur tonsillæ. Ab Aetio Antiades, à Paulo paristhmia, à Iunioribus amigdalæ — Hæ varios morbos patiuntur, harum inflammationes vocat antiadas [y] Gal.: sed Celsus vocat antiadas tonsillas, quę post tumorem, induruerunt, & glandulas vocat tonsillas, quare non indistinctè loquitur, vt illi imponit Altimarius. [A]
    - **Laryngis** — Harum glandularum inflammationes in Angina continentur.
    - **Paristhmiorum** — Hæ non paristhmia dicuntur, vt perperam asserit Paulus, nam [B] Gal. de his loquens, inquit, glandulæ, quæ sunt ad paristhmia — Hæ, cum sunt affectæ, faciunt parotidas.
- **Symptomate** — Vt quod prædicti affectus sint magis, vel minùs periculosi. [C] Ita etiā quòd sint cum rubore, dolore, tumore, & eiusmodi, vel sine his. Sic quòd lædant, vel non lædant respirationem, deglutitionem, vocem, & similia.

Aurelianus

AVCTORITATES.

a Aurelianus lib.3. acutor. 1.
b Aretæus primo acut. 7.
c Auic.lib.3.f.9. cap.8.
d Quarto de loc. affect.5.
e Tertio aph.22. Quarto acut. 31.
f Tertio aph.16.20. Quarto acut.30.
g Tertio aphor.16.
h Aetius lib.8. cap.49.
i Quarto de loc. affect.3.
k Tertio aphor.26.
l Sexto aphor.2.
m Decimo simpl.de sterc.hum.
n Secundo ad Gl[illegible]. primo.
o 14.meth.2.4.
p Secundo ad Glauc.1.
q De tumorib.præter nat.9.
14. meth. 2.
1. de differ. febr.3.
r Auic.lib.3. f.9.cap.2.
s Quarto aph.24.Quarto de loc.aff.3.
t Sexto catatop.3.
t Aetius lib.8. cap.4.
u Aetius lib.8. cap.40.
Paul. lib.6. cap.31.
x Aretæus primo acut. 8.
y Quarto aphor.34.

a Sexto catatop. 1. 2. 3.
b Quarto acut.20.
c Tertio aph.26. 3.de cauf.sympt.4.
d Aretæus primo acut. 7.
e Quarto de loc.affect.5.
f 14. meth. 13. 14.
g Sexto catatop.3.
h Aetius lib.8. cap.40.
i De muscul.diss.15. Tertio aph.26.
k Tertio prognost. 16.
l Tertio aph.26.
m Octauo de vsu part.1.
Quarto aph.34.
n Cels. lib.4.cap.1.
o Auic.lib.3.f.9. & 10. cap.1.
p Paul.lib.3.cap.26.& lib.6.cap.30.
q Oribas.4. ad Eunap. 70.
r Tertio de caus. sympt.4.
s Sexto catatop.1.
t Cels.lib.6.cap.8.14.& lib.7. cap.12.
u Aetius lib.8.cap.48.
x Cels.lib.6.cap.x. & lib.7. cap.12.
y 3. de caus. sympt.4.
De tumor. præternat. in fine.
A Altimarius cap. 45.
B Tertio de aliment.facult.5.6.
C Tertio prognost.16.17.18.
Oribas.4. de Eunap.71.

ADNOTATIONES.

Vt patet ex hac Tabella, nomina ipsarum partiũ interdum vsurpantur pro ipsarum partium affectibus. Vt paristhmia significat non modo partem, {D} sed etiam partis inflammationem. {E}

Sic è conuerso, nomina affectuum interdum pro ipsa parte accipiuntur, vt patet de antiadibus apud Aetium, {F} & de vua apud Cornelium {G} Celsum. Ita etiam de Columna, {H} & columella apud Galenum.

D Tertio de aliment.facul.5. 6.
E Tertio aph.26. 3.de caus.sympt.4.
De tumor præter naturam 17.
F Aetius lib.8.cap.48.
G Cels.lib.6.cap.14. & lib.7.cap.12.
H Sexto Catatop. 3.

Signa

Tabula Tertia, Signa morborum infeſtantium internas oris partes.

Signa morborũ infeſtãtiũ internas oris partes ſunt

- **Memoratiua**: Sunt inuentio cauſarum [a] procatarcticarum, quæ haberi poſſunt ab ægrotante, & aſſidentibus; & quæ magis ad Medici gloriam faciunt, [b] quàm ad ægri ſalutem; ſuntq; inferiùs etiam ponenda inter ea ſigna, quæ à cauſa procatarctica, & externa deſumuntur. Quarè conſultò hic omittuntur.
- **Indicatiua quæ ſunt**
  - **Cõmunia oĩb⁹, vel q. buſdã morbis exiſtẽtibus in interno oris ſpatio, q̃ ſigna ſumutur à**
    - **Cauſis**
      - **externis**:
        - Anteceſſerunt aliquæ, vel plures cauſę contentæ in rebus faciendis, [c] aſſumendis, excernendis, & incidentibus extrinſecus, quæ cauſæ præſentes nocent, ac proſunt contrariæ.
        - A cauſis externis [d] deſumi ſigna teſtatur Galenus in lib. de remed. parat. facil. cap. primo.
      - **Internis**: Habiles ad morbos partium circa fauces ſunt [e] pueri cum incipiunt adoleſcere; ſic, qui laborant catharro, & habent partes illas debiles, [f] vt Gal. refert de quodam, qui ſæpe in anginam incidebat. Præterea poſſunt à cauſa efficiente vt plenitudine, vel cacochimia ſumi ſigna communia talium affectuum.
    - **Effectibus, .i. ſymptomatis**:
      - Adeſt plerumq; dolor [g] circa internum oris ſpatium, licet poſſit eſſe aliquis affectus abſq; dolore, vt cum à pituita relaxatur gargareon, vel tonſillæ, aut madefiunt pariſthmia. Adeſt difficultas deuorandi; ita, vt æger, vel nequeat deglutire, vel inter deglutiendum doleat, & ſentiat veluti punctiones; & interdum potus reſiliat per nares.
      - Adeſt vocis læſio nunc maior, nunc minor. Adeſt etiam ſæpè difficultas reſpirandi.
  - **Propria, à quibus indicatur**
    - **Cauſa**
      - **Externa**: Anteceſſit talis cauſa, vt motus, [h] & exercitatio, [i] & vehementior vox, ſatietas, ebrietas, potus aquæ frigidæ, vel niuis, retẽtio ſuperfluitatum, mora in ambiente frigidiore, vel humidiore. Os, [k] vel ſpina, vel bolus grandior admotus, & eiuſmodi, vt hirudo inter bibendum. [l]
      - **Interna**
        - **Patiens, quæ eſt habilitas ad tales morbos**: Talis habilitas eſt in Pueris cum incipiunt [e] adoleſcere, ſic in alijs, qui habent tales partes [f] debiles; adeò, vt ſępè aliquem in illis affectum patiantur.
        - **Agẽs vel efficiẽs q̃ eſt**
          - **Humor**
            - **Simplex**
              - **Sãguis [q]**: In adoleſcente boni habitus, ac tempore veris, anteceſſit vſus rerum gignentium ſanguinem, quę res præſentes nocent, ac proſunt contrariæ. Adeſt rubor in faucibus, facie, ac toto corpore. Sic, ſi adeſt tumor durus, dolens, pulſans, & demũ adſunt ſigna ſanguinis redundãtis.
              - **Bilis [q]**: In iuuene bilioſo, æſtate, anteceſſit vſus rerum gignentium bilem, quæ res præſentes lædunt, & iuuant contrariæ. Adeſt color pallidus in faucibus, ac toto corpore. Sentitur amaritudo, punctio, adeſt ſitis. Et, ſi adeſt tumor eſt Eriſipela, & reliqua ſigna bilis redundantis.
              - **Pituita [q]**: In ętate pueritiæ, vel ſenectutis, habitu obæſo, ſexu fęminino, anteceſſit vſus rerum pituitam gignentium, quæ res præſentes nocent, & proſunt contrariæ. Adeſt color cum palliditate albus, paruus dolor, ſegnities, &, ſi adeſt tumor, eſt œdema.
              - **Humor [q] melancholicus**: In ætate conſiſtentiæ, [m] habitu melancholico, anteceſſit vſus rerum gignentium talem humorem, quæ præſentes nocent, & proſunt contrariæ. Adeſt color plumbeus, triſtitia, timor, &, ſi adſit tumor, eſt ſcirrhus, vel cancer.
            - **Mixtus**: Adſunt ſigna mixta.
          - **Alia ſubſtãtia, vt**
            - **Cibus [n] corruptus, q̃ inter vomendum adhęſit in faucibus**:
              - Anteceſſit, vel dolor, vel alius affect⁹ ventriculi, vel ructus acid⁹, vel nidoros⁹.
              - Adfuit, vel adeſt vomitus, & interdum ſenſu viſus res illa cognoſcitur.
            - **Vermes**: Adſunt ſigna vermium, & videntur vermes.
            - **Copioſa materia à capite deſtillans, & ita catharrus**: Eſt pituita, vel materia deſtillans à capite ad fauces, facilè cognoſcitur, quia ſentitur titillatio [o] in faucibus, & plerumq; adeſt tuſſis, & magna reſpirandi difficultas quæ ſtatim, & in temporis veluti momento exoritur.
    - **Morbus qui ẽ**
      - **Intẽperies**
        - **Sine materia, q̃ intẽperies eſt**
          - **Simplex**
            - **Calida [p]**: Anteceſſerunt cauſæ calefacientes, quæ præſentes lędunt, & iuuant contrariæ. Sentit͛ calor in parte.
            - **Frigida [p]**: Anteceſſerũt cauſę refrigerãtes, q̃ p̃ſentes nocẽt, & proſunt cõtrariæ. Sentitur frigiditas in faucib⁹.
            - **Humida [p]**: Anteceſſerunt cauſæ madefaciẽtes, q̃ p̃ſentes nocent, & proſunt contrarię. Plerumq; læſa eſt vox.
            - **Sicca [p]**: Anteceſſerunt cauſæ exiccantes, quæ præſentes nocent, & iuuant contrarię. Adeſt ſiccitas, ac ſitis.
          - **Compoſita**: Calida humida, Calida ſicca; Frigida humida, Frigida ſicca — Adſunt ſigna compoſita
        - **Cum [q] materia**: De hac, ſiue ſit humor, ſiue alia ſubſtantia dictum eſt.
      - **Mala cõpoſitio**
        - **Conformatione**
          - **Figuræ**: Si deorſum impellatur, & deprimatur lingua, apparet figura præternãlis [r] tũ in gargareone, tùm in ipſis glãdulis, [s] & præſertim in tonſillis, quæ amigdalæ vocantur à iunioribus.
          - **Meatuũ**
            - **Clauſorum, vel compreſſorum**: Cognoſcitur clauſio, & compreſſio, tùm ex cauſis comprimentibus, & claudentibus, tũ ex effectibus, vt læſa [t] reſpiratione, voce, deglutitione, ſicuti dicetur in angina.
            - **Dilatatorum præternaturam**: Anteceſſit reſolutio, vel eroſio in dictis partibus, & læſa eſt vox.
          - **Superficiei exaſperatæ**: Anteceſſerunt cauſę exaſperantes, [u] & ſentitur dolor in parte. Adeſt ẽt plerumq; tuſſis. [u]
        - **Magnitudine**
          - **Aucta**: Si deorſum valdè impellatur, & deprimatur [u] lingua, apparet tumor, qui eſt in gargareone, [x] glãdulis, pariſthmijs, [y] & faucibus. At, ſi ſit in internis laryngis muſculis, non apparet, vt dicetur in angina.
          - **Imminuta**: Cognoſcitur ſenſu viſus.
        - **Numero**
          - **Aucto**: Cognoſcitur ſenſu viſus, [z] os, ſpina, vel bolus grandior, quæ ſunt circa fauces. Ita etiam plerumq; videtur hirudo, [A] & niſi videatur, cognoſcitur, quia fuit bibita aqua, in qua ſunt hirundines, prætereà ſanguis per ſputum exit tenuis.
          - **Imminuto**:
            - Si deſit gargareon, cognoſcitur viſu; ſic ex vſu deperdito, vt ex læſione vocis, pulmonis.
            - Si deſit epiglottis, [B] cibi, & potiones intrantes in aſperam arteriam tuſſim excitant.
            - Si ablatæ ſint glandulę, res cognoſcitur viſu.
        - **Situ**: Vt cum gargareon in gulam vel in laryngem ingreditur — Cognoſcitur viſu, & ex lęſa deglutitione, vel reſpiratione, aut voce. De luxatione vertebrarum [C] dicetur in angina.
      - **Solutio cõtinui à cã**
        - **Externa**: Anteceſſit cauſa ſoluens continuum in faucibus vt os, [D] ſpina, hirudo. [A] Sic aliquod telũ ſecãs, vel incidens.
        - **Interna**: Anteceſſit catharrus acris, vel ſalſus, aut tumor, qui ſuppurauit. Sentitur dolor in parte, & exit ſanguis, vel pus.
    - **Locus affectus qui locus affect⁹ in internis oris partibus eſt**
      - **Pharynx, ideſt, fauces; Larynx, ideſt, guttur**: Cognoſcuntur iſtæ partes affectæ ex læſa deglutitione, reſpiratione, ac voce, & alijs, de quibus copioſè agetur in Anginæ tractatione.
      - **Pariſthmia, i. loca circa iſthmum, & eſt membrana cõmunis ori & gulę, & duo illi ſubiecti muſculi**:
        - Fit ſæpè inflammatio [E] in pariſthmijs, quia locus eſt calidus, & humidus, pręcipuè intẽperatione ſanguinea ex vſu multo vini meri, crapula, & cibis acrioribus. Fit etiam pueris, [F] infantibus ex hauſtu lactis acrioris. Adeſt difficultas deglutiendi, dolor, & interdum febris, & alia ſigna anginę.
        - Vlcera verò pariſthmiorum cognoſcuntur ex cauſis, & effectibus, ac præcipuè ſenſu viſus.
      - **Epiglottis**: Cognoſcuntur affectus Epiglottidis ex lęſione reſpirationis, ex tuſſi, & demùm ex ſignis anginæ in qua huius partis affectus pertractantur.
      - **Glandulæ**
        - **Laryngis**: Adſunt ſigna Anginæ.
        - **Linguæ, quę à Celſo [G] Tonſillæ, ab Aetio [H] Antiades, & à Iunioribus amigdalæ vocantur**: Harũ glandularum morbi, & affectus cognoſcuntur, tùm ex cauſis, vt, ſi in illis adhęreſcant oſſa, [I] vel ſpinę, vel hirudines; [K] tùm ex effectibus, vt, ſi adſit dolor, tumor, rubor, difficultas deglutiendi, ac reſpirandi, & demùm ab ipſo Medico ęgri linguam deorſum valdè impellenti, viſu ipſo cognoſcuntur.
        - **Pariſthmiorũ**: Cognoſcuntur affectus harũ glãdularũ p̃ ſigna parotidũ, nã parotides in iſtis glãdulis fiunt.
    - **Symptoma**: Hoc, quia ſenſu cognoſcitur, non indiget ſignis, verùm potiùs eſt ſignum ad cognoſcendos morbos, cauſas, & partes affectas.
- **Prognoſtica, à quib⁹ mõſtratur**
  - **Euentus, vel exitus**:
    - Hic erit varius pro varietate roboris morbi, & naturæ, [M] nam ſumma totius præſagitionis conſiſtit in cognoſcendo maiore robore naturæ, vel morbi, nam, ſi maius ſit robur morbi, ęger morietur; [N] ſi verò naturæ, æger perſanabitur. Cognoſcitur morbi robur ex illius eſſentia, & ſymptomatis: [L] robur verò naturæ ex actionibus, & præſertim ex pulſu. Si in affectibus dictarum partium adſit magna reſpirandi, ac deuorandi difficultas, multa fluxio ſanguinis, & eiuſmodi, caſus eſt lęthalis.
    - Et, ſi non adſit difficultas reſpirandi, ac deglutiendi, neq; larga ſanguinis effuſio, & vehemens ſit pulſus, ęger ſeruabitur.
  - **Tempus**: Hoc etiam erit [N] varium, prout magis, vel minùs morbus [M] natvram, [O] vel natura morbum ſuperat, nam ſi maximè alter alterum ſuperat, tempus erit breuiſſimum; ſi mediocriter, mediocre; ſi parùm, longiſſimè. In angina propriè dicta tempus erit breuiſſimum, at in vlceribus, & eiuſmodi alijs affectibus, longius.
  - **Modus**: Siue ad ſalutem, ſiue ad mortem vergant morbi dictarum partium, id fiet rariùs per criſim, & ſępiùs per ſolutionem.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag.ex pulſ. 11.
b Primo progn. 4.
c { Primo de ſanit.tuend.cap.vltimo. / De medic. art. conſtit. 14. / Ad Thraſib. 40. }
d De remed.parat. fac. primo.
e Tertio aphor. 26.
f 10.Simplic.cap.de ſterc.hum.
g Quarto aphor.34.
h Aretæus primo acut.7.8.
i Aurelianus 3. acut.2.
k Oribaſ.4.ad Eunap.72.
l Quarto de loc.affect.5.
m Tertio de loc. affect.7.
n Aurelianus lib.3. acut. primo.
o Aetius lib.8. cap.54.
p Secundo catatop.primo.
q Auic.lib.3.f.9.cap.9.
r Aetius lib.8. cap.40. 41.
s Aetius lib.8. cap.45. 46.
t Oribaſ. 4 ad Eunap. 71.
u Secundo ſimpl.cap.17.
x Sexto catatop.3.
y Quarto de loc. affect.3.
z Oribaſ. 4.ad Eunap.72.

A Quarto de loc. affect.5.
B Septimo de vſu part.16.
C Quarto de loc.affect.3.
D Oribaſ.4.ad Eunap.72.
E Aetius lib.8.cap.45.
F Tertio aph.26.
G Celſ.lib.6. cap.10.
H Aetius lib.8. cap.48.
I Aetius lib.8.cap 47.50.
Aretæus primo acut.cap.7.
K Quarto de loc.affect.5.
L Secundo catatop.cap.3.
M Secundo prognoſt.6.
N De medic. art.conſtit.18.
O Tertio prognoſt.16.

ADNOTATIONES.

Si affectus internarum oris partium ſint ex Lue Gallica, ferè ſemper difficilius, & longiori tempore, & ſolùm remedijs morbum gallicum reſpicientibus ſanantur.

Cùm affectus ferè omnes, qui in internis oris partibus verſantur, afferant difficultatem reſpirandi, ac deglutiendi, & interdum periculum repentinæ ſtrangulationis, vt angina, nihil mirum videri debet, ſi eadem ferè de differentijs, ſignis, & curatione in his dicuntur, quæ in tractanda angina dici conſueuerunt.

Tabula Quarta, Curatio morborum infestantium internas oris partes.

- **In curatione morborum infestantium internas oris partes, quæ sumuntur à**
  - **Causa**
    - **Externa**: Ab hac, [a] si abijt, nihil indicatur, at, si adhuc adsit morbum fouens, vel augens indicatur vitandam esse talem causam, & vsurpandam contrariam; vt, si à multa exercitatione, vel à vehementiore voce [b] vomitu laborioso, excitetur fluxio ad internas oris partes, ab ijs est abstinendum. Sic à satietate, [c] ebrietate, [d] vsu fungorum, hellebori, andachochæ, ab aere calidiore, frigidiore, humidiore, ficciore; ita etiam ab alijs extrinsecùs occursantibus. De osse, spina, bolo grandiore dicetur in morbo in numero.
    - **Patiens, quæ est habilitas partium internarum oris ad morbos**: Cum talis habilitas nihil aliud sit, quàm debilitas talium partium ob aliquam intemperiem, præsertim humidam; tollenda est intēperies per cōtraria alimenta, & medicamēta, deinde partes illæ sunt corroborandæ p astringentia; vt, si gargarizetur aqua plantag., mirthi, rosarū, & similiū. Faciat ad hoc q̃dā sua proprietate, vt pull⁹, [e] hirūdinis, sterc⁹ pueri, [f] & canis.
    - **Interna quæ est**
      - **Antecedens cōtenta in**
        - **Toto corpore à qua indicatur**
          - **Inhibitio ne noua materia generetur**: Id præstat conueniens victus ratio, quæ in inflammato gargareone, vel tonsillis, ita etiam exulceratis debet esse tenuissima. Quarè inedia laudatur [g] à Galeno ex opinione Archigenis, quando magna est inflammatio. At, si sit leuior, conuenit ptissana, & panis ex aqua decoctus; aqua hordei cum iulep violato. In gargareone laxato, & vlceribus tonsillarum facit victus ficcior. Aer sit temperatus; &, ne lędat, [h] caput velandum est, & sublimius habendum. In magna inflammatione in lecto quiescendum est. Si adest tumor absq; multa inflāmatione; multa ambulatione est vtēdum. [h] Aluus irritanda est clysteribus prius [i] mollioribus, deinde acrioribus. Inhibetur etiam ne noua materia generetur, si robur addatur partibus coctioni seruientibus, scilicet ventriculo, & hepati.
          - **Alteratio**: Ad hoc facit prædicta victus ratio, &, si suppetat tempus, etiam adhibendi sunt syrupi, aquæ, antidoti.
          - **Vacuatio per**
            - **Sanguinis missionē [m]**: Si vires, & cætera cōsentiant, [k] secanda est vena, priùs media, si adsit plenitudo, deinde externa. Sed nisi magna adsit inflammatio, vel potiùs plenitudo, secanda est solùm externa satis magna facta [i] incisione, [m] hanc secat Galenus, nam à strangulatione tanquam à laqueo liberat [i] siq; opus esse videatur iteranda est missio. [l]
            - **Medicaméta adhibita per**
              - **Os**: Mirabiliter conferunt ab initio lenientia, vt cassia, manna, syr. ros. sol. Conferunt ēt cathartica humorem peccantem respicientia, nec solùm faciunt, quæ per aluum, sed etiā quæ per vomitum [m] vacuant.
              - **Anū**: Conferunt ab initio clysteres [i] molliores, vt feces educantur, veluti sunt communes, & ex mulsa. Deinde veniendum est ad [k] acriores eò vsq; dùm aliquid à superioribus partibus auertatur, cuiusmodi sunt ex decocto centaureæ, iridis, origani, cum nitro, hiera, castoreo, & similibus.
          - **Trāslatio ad alias partes per**
            - **Auersionem**: Id præstāt [m] vacuationes dictæ. Sic frictiones ad crura, [i] coxas, brachia, scapulas, ad quas etiam partes adhibentur cucurbitulæ cum scarificatione, & sine scarificatione. Conferunt quoq; ligaturæ ad iuncturas, [i] vt supra talum, genu, brachiale.
            - **Repulsionē**: Conueniunt repellentia nunc mitiora, nunc mediocria, nunc validiora, vt inferiùs dicetur.
        - **Partibus**
          - **Capite à qua īdicatur**
            - **[o] Vacuatio**
              - **Vniuersalis, idest, respiciens totum corpus**: Confert [k] sanguinis missio, [o] & medicamenta admota ad os, & anum, præsertim acrior clyster.
              - **Particularis, idest respiciens ipsū caput. Vnde materia educitur per**
                - **Medicamenta admota ad**
                  - **Os**: Apophlegmatismata non conueniunt, quia (vt asserit [p] Gal. 13. meth. 11.) trahunt materias ad internas oris partes.
                  - **Nares**: Conferunt errhina ex succo betæ, cyclaminis, sampsuci. Conferunt etiā mouentia sternutamentum.
                  - **Aures**: Confert oleum amigdalinum in aures infusum. [r]
                  - **Cutem capitis**: Facit ceratum ex stercore columbino, thapsia, [q] synapismus, & huiusmodi capiti deraso adhibita.
                - **[s] Chirurgiam p**
                  - **Sanguinis missionem**: Confert missio sanguinis [r] ex vena frontis, iuxta angulos oculorū, post aures, ex venis iugularibus, sub lingua. Ita quoq; ex cute capitis affixis cucurbitulis cum scarificatione.
                  - **Cauteria**: Si ad suturam coronalem, & in occipite ad primam vertebram excitentur cauteria valdè prosunt.
            - **[q] Incrassatio, & siccatio**: Si post cibum deuoretur pilula ex trochiscis diaspermaton, vel Theriaca [o] recens, aut saccarum rosatum cum aliqua portione boli armeni, vel terræ lemniæ, materia fiet [q] crassior, & exsiccabitur, & sic non facilè fluet ad internas oris partes. Hoc etiam præstabunt puluеres capitales ex betonica, stæchade, rosis, santalis, capiti adhibiti.
          - **Alijs partib⁹**: Tollēdi priùs sunt affectus dictarū partiū, prohibendūq;, ne ab his materia ad internas oris partes trāsmittat.
      - **Efficiens vel agens quę é**
        - **Trāslatio ad alias partes p**
          - **Auersionem, [s] vel reuulsionem**: Conueniunt [p] sanguinis missio, medicamenta vacuantia, frictiones, vincula, cucurbitulæ cum scarificatione, & sine scarificatione.
          - **Repulsionē**: Quemadmodum in omni alia inflammatione, sic in ea, quæ est in internis oris partib⁹ post factas vniuersales vacuationes conueniunt repellentia moderatè calefacta; nam calor moderatus lenit dolorē, & sternit viā astringētib⁹. Talia autem repellentia, vel reprimentia sunt.
            - **Mediocria, [t] vel moderata, quæ conueniunt in mediocri inflammatione, & habitu molliore**: Huiusmodi est [t] decoctum rosarum, pampinorum, clauiculorum vitis, rubi, lentisci, citinorum pirorum, lenticularum, rhamni, cyperi.
            - **Validiora [t] facientia ad maiorem inflammationem**: Vt est decoctum myrthi, [t] & suarum bacearum, cotoneorum acerborum, mespilorū, cornorū, Quercus, fagi, arbuti, glandium.
            - **Validissima, vel valentissima conuenientia in maximis inflammationibus, & habitu duriore**: Sic est decoctū gallarū immaturarū, [t] balaustiorum, rhois, alluminis, ita etiā terra lemnia, bolus armenus.
        - **Cōtinens, vel coniūcta, à qua īdicatur**
          - **Extractio, quę é**
            - **Insensibilis, idest, sensu non percepta, quæ videlicet sēsu non cognoscitur**: Præstatur talis vacuatio, vel extractio propriè per medicamenta digerentia adhibenda post principium, & vniuersales vacuationes. In augmento & statu miscēda sunt cum astringentibus, & in declinatione p se sola. Talia autem digerentia admouētur
              - **Interi⁹ [u] & tuç talia medicamenta sunt**
                - **Simplicia**: Vt est sal Armoniacus, origanum, hysopum, menta, iris, sulphur, piper, fel tauri, elaterium, centaurea, absynthium, hirundines cū pennis vstæ, myrrha, costus, stercus, quorum non modò decoctū, sed etiam puluis per cochlear, vel cannulam adhibetur.
                - **Composita**: Vt est Diamæon compositum, Diabesala, & hoc validissimum Archigenis. ℞. Vitreoli, squāmæ ferri, alluminis scissilis, vel plumę, myrrhæ, gallæ, an. drach. s. excipe vino, & illine. Si vergat ad suppurōnē, gargarizet [u] indesinēter decoctū caricarū, sic & mulsū.
              - **Exteri⁹ [u]**: Confert oleum amigdalarum dulcium; [u] camemelinū, liliaceū, sic decoctū camemeli, meliloti, origani. Si vergat ad suppurōnem, vtendum est cataplasmate ex farina fenugræci, hordei, lini, & similia.
            - **Sensibilis, quæ licet possit fieri per medicamenta caustica, fit tamē potiùs per chirurgiam, & tunc fit extractio per partem**
              - **Viciną loco affecto**: Applicanda est ceruici, & mento cucurbitula cum scarificatione, atq; vlčusculis sale aspersis persæpè adhibenda. Vena quoq; sub lingua, in fronte, iuxta angulos oculorū, & in iugulo est secāda.
              - **Affecta**: Educenda est materia per digitos tumorem exprimentes, aut adhibendus est gladiolus vomicā aperiēs. Et, si materia in gargareone, ac tonsillis contenta per dicta præsidia vacuari nequeat, cum vitio (vt inquit [x] Galenus) pars ipsa, vel tota, vel illius pars est auferenda. Sed hoc non temerè est faciendum, cùm [y] partes illæ valdè tument, ac rubent, verùm, quando iam cęssauit, ac deferbuit inflāmatio, vt in gargareone, quando apparet figura vuæ, aut lori, aut columnæ, tunc excidendum est id, quod superat, & est præter nām sic. Collocetur [a] æger ad solis radios ore hiante, & capite in manibus ministri à posteriore parte reposito, prehendatur gargareon volsella, vel forfice vuaria, atq; vt fiat stupidus, obtorqueatur, ac demum sub forcipe præcidatur non totus, at quo maior est solito. Præcidendum esse gargareon censet Hippo. Antiades [b] etiam, nisi cedant alijs remedijs, incidantur hoc pacto. Digito circumradantur, [a] & euellantur; & nisi ita resolui possint, collocetur ęger vti diximus, deorsumq; impulsa lingua excipiantur tonsillæ hamulo intactis quantùm fieri potest membranis, & postea radicitùs vna, deinde altera scalpro excidatur. Post excisionem tùm vuæ, [c] tùm tonsillarum adsistendum sanguinem posca, & alia astringentia gargarizentur, & demùm vlcus ipsum glutinetur. Iuniores vtuntur ferro candente. Cauterio quoq; vtendum esse censet [d] Gal. 6. de medic. p loc. c. 2. Timentes chirurgiam vtuntur causticis medicamentis, vt sale ammoniaco cum assa fetida, & Viterbiensi in aqua forti dissolutis. Confert quoq; oleum vitreoli, & tunc tenendum est os apertum [e] inclinatum deorsum, vt effluat sputum, & medicamentum.
  - **Morbo** ☞ Vide ex altera facie.
  - **Symptomate** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Quartæ,

- Morbo q. est,
  - Intẽperies
    - Simplex
      - Calida
      - Frigida
      - Humida
      - Sicca
        - Ab his indicatur contrarietas præstanda per victus rationem,& per medicamenta.
    - Composita ex his
  - Mala cõpositio in
    - Confor-matione
      - Figuræ § Indicatur restitutio in figuram naturalem per medicamenta, & chirurgiam,vt dictum est de vua, & tonsillis.
      - Meatuum
        - Clausorum § Indicatur apertio, quę præstatur ablata re claudente, vel comprimente, vt dictum est,& dicetur in Angina,
        - Apertorum,vel plus æquo dilatatorum § Indicatur astrictio per alimenta, & medicamenta.
      - Superficiei exasperatæ § Indicarur eiusdẽ superficiei planities,vel læuitas per ablationem causæ exasperantis, & per medicamẽta ẽplastica.
    - Magnitudine
      - Aucta § Indicatur imminutio,quæ præstatur ablata causa augente,vt suprà dictum est,& dicetur in anginę curatione.
      - Imminuta § Indicatur auctio, quæ, si fieri potest, præstatur à natura.
    - Numero
      - Aucto, qui numerus, auctus ẽ
        - Bolus grandior,qui inter deuorandum faucibus adhæsit
          - Ab hoc indicatur amotio à faucibus, & gula.
          - Iubet [f] Auicenna vt percutiatur sæpè collum inter vtrasq; scapulas, &, nisi hoc sufficiat,moueatur, vomitus, in quo dicit aliquando esse timorem.
        - [g] Os spina
          - Ab his indicatur extractio,vel per chirurgiam, vt, [h] si forfice prehendantur,& extrahantur, vel per medicamenta mouentia tussim,& quę sint acida: Sic per mouentia sternutamentum, vel vomitum. Conferunt etiam pinguia,& humida, quæ lenia vocantur à Celso [i]. Confert [k] spongia [h] parua rhesina, terebinthina madefacta, vel caruncula [k] cruda recens incisa vnà cum filo madido ipsi alligato mansa, & sæpè extracta [k] Sic medulla panis recentis deglutita citrà id, quod mandatur; ita etiam carica aliquantisper mansa [k].
          - Vtitur Aetius superstitione,& (sicut vulgares dicunt) oratione quadam. Si ad exteriora feratur os, vel spina,vtendum est medicamentis pus mouentibus.
        - [m] Hirudo,à qua ĩdicatur extractio per
          - Chirurgiã
            - Si collocato ægro ad Solis radios videatur hirudo afixa palato, vel radici linguæ, vel tonsillis, vel gargareoni, vel alij parti, prehendatur forfice, volsella, vel tenacula, non cauda, non pars media, sed caput ipsius hirudinis,& extrahatur,
          - Medicaméta q̃ hirudinẽ
            - Enecẽt
              - Hirudinem enecant allia sola, si edantur, sic cæpæ,porri,menta aquatica.& omnia salsa, & acria, vt acetum acerrimum, sal, synapi cum aceto, assa fætida,succus salicis, thymi,nitrum cum aqua vitreoli, vel aceto gargarizatum. Sic, si sint in naribus,fiant errhina cũ aceto, nigella, succo cucumeris asinini,& helleboro.
            - Educãt per
              - Os
                - Post adhibita salsa,vel acria moueatur vomitus ex aqua tepida,& oximelle, vel moretur æger diù in aqua calida; & per vices accipiat ore aquam frigidam, nam sic, relinquet hirudo locum, cui adhærebat, poteritq; per sputum educi.
              - Anũ
                - Ad id faciunt medicamenta vermes depellentia, vt agaricus, aloe, rhabarb. colocynthis,pilulæ cochię. Cõferunt ẽt clysteres ex mulsa,ita glandes,& alia aluuciẽtia.
                - Post eductam hirudinem ad sistendum sanguinem, gargarizentur astringentia, vt decoctũ rof.,myrthi,rhois,balaustiorũ,quorũ ẽt puluis [n] p cãnulã adhibeatur.
      - Diminuto
        - Reparari non potest, quia vt dicebat Gal. quintum digitum, aut tale aliud membrum medico certe gignere non licèt,sed vnius natura opus sunt omnia.
    - Situ
      - Indicatur restitutio in proprium locum, vt, si gargareon, vel tonsillę adhæreant laryngi, vel gulæ, sunt reducendæ in proprium locum, & nisi id fieri possit, sunt excidendę.
  - Solutio continui § Indicatur vnio per siccantia, & astringentia, &, si adsit sordes detersio, & sic de alijs.
- Loco affecto
  - Dictum de hoc est suprà cum de causa continente actum est. Sumantur etiam (vt inquit [p] Gal.) indicationes; quía cum rarior, & mollior sit superficies tunicæ in interno ore; quàm in reliqua totius corporis cute, mitiora sunt adhibenda. Preterea, cum ibi sit sensus gustus, vitanda sunt iniucunda, aspera,& insuauia. Insuper, cum ibi sint duo meatus subiacentes, œsophagus, & aspera arteria, vitanda etiam sunt, quæ venenosam habent naturam, ne ad ventriculum, vel pulmonem labantur.
- Symptomate
  - Difficultate respirandi; & deglutiendi
    - Ab his liberant remedia priùs dicta. Conferũt etiam cucurbitula occipiti, & pectori affixa; &, si gargareon, vel tonsillæ id faciunt, subleuentur, vel excindantur.
  - Dolore
    - Hunc mitigant lac, ptisana, amilum, tragachanta, glicirrhiza, gummi. Confert etiam oleum amigdalarum dulcium in aures instillatum. Sic, si adhibeantur calefacta, quæ gargarizanda sunt.
  - Fluxione sanguinis
    - Conferunt astringentia frigidissima actu, vt posca,decoctum rosarum, myrthi, rubi, succus plantaginis, trochisci de carabe, Conferunt auersiones dictæ superiùs.

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Aurelianus 3. acut. 1,
c Aretæus primo, acut. 7,
d Auic. lib. 3. f. 9. cap. 8.
e Celsus lib. 4. cap. 4.
f Decimo simpl. cap. de sterc.
g Sexto catatop 3. pag. 173. f.
h Celsus lib. 6. cap. 10.
i Aretæus primo de curat. acut. 8,
x Sexto catatop. 3. pag. 174. a. c.
l Aetius lib. 8. cap. 45.
m 13. meth. 11. 14. meth. pag. 89. A.
n Oribas. 4. ad Eunap. 71.
o Quinto meth. 13.
p 13. meth. xi,
q Quinto meth. 14.
r Sexto catatop. 3. pag. 174. A. C.
s 13. meth. ix.
  De art. medic. 95.
t Sexto catatop. 3. pag. 172. f. g.
u Sexto catatop. 3. pag. 174. A.
x 13. meth. xi. 13.
y Tertio prognost. 21.

a Celsus lib. 7. cap. 12.
b Aetius lib. 8, cap. 48,
  Paulus 6, cap. 31.
c Aetius lib. 8, cap. 41. 48.
d Sexto catatop. 2.
e Paulus lib. 6. cap. 31.
f Auic. lib. 3. f. 9. cap. 3.
g Paulus lib. 6. cap. 32.
h Aetius lib. 8. cap. 50.
i Celsus lib. 6. cap. 10. 11.
x Oribas. 4. ad Eunap. 72.
l Nono ad Almansor. cap. 43.
m Auic. lib. 3. f. 9. cap. 5.
n Rasis ix. meth. ad Almans. 43.
o 14. meth. cap. 15.
p Sexto catatop. 1. pag. 167. A. B. D.

Tabula Quinta, Anginæ definitio differentiæ.

Angina latinè Synanche, cynanche Parasynanche & paracynanche græcæ. Aldebha, & decollatio Arabicè. Synanchia, cynāchia, Quinantia, & squinātia barbarè. Est affectus circa ceruicē, quē sequtur difficultas respirādi cum periculo repentinæ strāgulationis ob clausionem laryngis, & eius differentiæ sumūtur à

- **Causa**
  - **Externa, & sunt Res**
    - **Faciēdæ**: Motus, [a] & exercitatio vehementior, vomitus laboriosus pręsertim post cibum corruptum [b] excitat fluxionem ad laryngem. Sić nimium otium gignens superfluitates ad laryngem transmittendas, sunt Anginæ causa. Sed non propriè ab his desumuntur Anginæ differentię.
    - **Assumēdæ**: Satietas [a] ebrietas, potus aquæ frigidæ, & niuis, [b] cibi acriores pręter consuetudinem accepti, quę sunt causæ remotæ. Sed, si ossa, [c] spinæ, hirudines, bolus grandior, & cætera huiusmodi faucibus, aut laryngi hęrentia laryngem claudant, vel constringant, erunt causæ proximæ. Ignita, [b] & acria medicamenta fluxionem ad fauces excitantia causæ anginæ dici possunt. Sed multò magis illa, quę ab occulta quadam proprietate anginam faciunt, vt est Andacocha, [d] idest, species quædam trifolij apud Auicennam, cuius Theriacam dicit esse lactucam, vel endiuiam. Strangulat etiam cerussa, hyoscyamus, fungi, & similia.
    - **Excernendæ**: Retentio mensium ex Aureliano, [b] sic aliorum excrementorum. Vomitus laboriosus, & eiusmodi faciunt Anginam.
    - **Incidentes extrinsecùs quæ sunt**
      - **Aer**
        - Calidior: In ęstate, [e] & Autumno fiunt calidę fluxiones anginam excitantes. At hoc raró accidit.
        - Frigidior: In hieme, [e f] & vere præsertim hiemali fit sæpè Angina.
        - Humidior [g]: In pluuiarum multitudine congregantur paulatim superfluitates ad laryngem, vel à capite transmittuntur, & fit Angina. [g]
        - Pestilens: Vt in barathris Charoneis, vel agro sinuessano, foueis, ex quibus extrahitur triticum, & eiusmodi locis; in quibus est aer adeò prauus, vt statim suffocet homines, & hinc [a] sumit Aretæus vnam anginę differentiam.
      - **Aqua**: Hinc sępè fit strangulatio, & suffocatio, quæ angina dici potest, vt in his, qui submerguntur. [b]
      - **Alia res quæ suffocant**
        - Per se, & immediatè: Vt est funis, restis, linthea in his, qui suspenduntur, vel strangulantur.
        - Per accidēs: Vt sunt ea, quæ ictum inferentia faciunt luxationem vertebrarum — Hinc est quinta species [t] anginæ apud Galenum, quæ est à luxatione vertebrarum.
  - **Interna quæ est**
    - **Antecedēs quę est**
      - Patiens, quæ est habilitas ad Anginam: Magis [b] Mares, quàm fœminæ sunt habiles, & apti ad anginam. Ita etiam illi, qui habent partes circa laryngem debiles, vt refert Galenus [k] de quodam, qui sæpè in anginam incidebat.
      - Efficiens, vel agens: Est plenitudo, vel cachochimia apta ad faciendam anginam.
    - **Continens & coniūcta quæ est**
      - **Intēpies**
        - Sine materia: Ab hac rarissimè fit angina, à magna tamen siccitate conuellenti musculos [l L] claudentes laryngem. Sic ēt à magna humiditate, [l] vel frigiditate resoluente musculos aperientes ipsum laryngem, potest fieri angina.
        - Cū materia
          - Humor
            - Simplex
              - Sanguis: Hinc est phlegmone.
              - Bilis: Hinc est erisipelas.
              - Pituita: Hinc est œdema.
              - Humor melāchol.: Hinc ē scirrhus
              - Hinc propriè sumuntur differentię anginæ ab Hippo. [m] & Galeno, [n] ab Auic. [l] & multis alijs. Et istæ à Galeno 4. acut. 30. dicuntur species Anginæ. Potest etiam pituita, vel sanguis fluens confertim à capite absq; tumore strangulare, & sic facere anginam.
            - Compositus: Hinc est phlegmon erisipelatodes, œdematodes, & eiusmodi.
          - Substantia solidior
            - Pus: Vt, si ore, narib⁹, & eiusmodi partib⁹ rupto abscessu, pus ingrediēs in laryngē ipsū claudat.
            - Cibus corruptus per vomitum depulsus ad fauces.
            - Vermes [l] ascendentes à ventriculo ad fauces.
      - **Mala cōpositio ī**
        - Magnitudine aucta: Est [o] inflammatio circa laryngem à quocumq; humore fiat; adeò, vt per inflammationem etiam erisipela, œdema, & scirrhus intelligantur. Per inflammationem definiuit Galenus quarto acut. 20. anginam dicens. Angina est inflammatio partium circa fauces. Cùm tamen inflammatio noceat instrumento respirationis, & non primò lędat actionem respirandi ex [p] Galeno erit causa morbi, & nō morbus. Verùm quatenus etiam ex se lędit alias actiones dicitur morbus; & illius causa erit humor talem tumorem faciens.
        - Numero aucto: Vt, cum vermes [l] ascendentes ad gulam comprimunt laryngem, quod etiam interdum faciunt ea, quæ deuorantur, [q] & vomuntur. [r] Sic ossa, spinæ. Ita quoq; multa [s] à capite destillatio, quæ nō modò facit circa laryngem tumorem, sed etiam claudendo, vel comprimendo laryngem, suffocat.
        - Situ: Hinc est angina ex luxatione vertebrarum, quæ à Galeno [t] ponitur quinta species anginæ. Sed ab Aetio [u] ponitur quarta.
      - **Solutio continui**: Si secti sint musculi aperientes laryngem, sequitur strangulatio — Hanc Anginæ speciem non ponunt Authores.
- **Morbo quidē est**
  - **Morb⁹, & causa**: Intemperies tùm sine materia, [x] tùm cum materia. Sic mala compositio in magnitudine, numero, & situ, ita etiam solutio continui per se quidem sunt morbi, nam aliquam lædunt actionem primò. Sed ratione repentinæ strangulationis, læsionis vocis, & deglutionis, quæ sunt propria symptomata anginæ: immò ratione ipsius anginę dicūtur causæ, quia non per se, & primò strangulant, sed quatenus claudunt meatum respirationis. At, si cum Gal. 4. acut. 20. [y] velimus inflāmationem in angina esse morbum, assignabimus illius differentias inflammationem, erisipelam, [a] œdema, scirrhum, phlegmonem erisipelatodem, œdematodem, & eiusmodi.
  - **Morbus tantùm**: Morbus in ipsa angina primò, & per se, & propriè est clausio, [b] vel compressio, vel angustia principij meatus respirationis, nam ipsa clausio, vel angustia est, quæ primò, & per se lædit vocem, & respirationem cum periculo repentinæ strangulationis. Est autem clausio morbus in mala conformatione meatuum præter naturam clausorum.
- **Loco affecto**
  - **Pars, vel locus quæ semper afficitur in angina est ipse larynx .i. guttur, quod ē principium itineris ipsius spiritus. Afficitur autē in angina ipse larynx**
    - **Per se, primariò, & per essentiā, & tuc affect⁹ est ī laryngis muscu lis**
      - Internis idest, intra laryngem: Sunt duo [g] musculi coniungentes scutiformem cum arithenoide, & est vnus musculus bifidus, vel duo connati circa basim tertiæ cartilaginis facientes ad spiritus cohibitionem, qui omnes musculi in inflammatione retracti ad suum principium, claudunt laryngem. — Cynanche vocatur ab Alex. [c] Paulo, [d] & Gal. 4. aph. 34. Tertio progn. 12. Sed quarto de locis affect. 3. ponitur secunda species, sic ab Aetio [e]. Ab Hipp. 3. progn. 16. ponitur prima species. Synanche [f] vocatur à Celso, & ponitur prima species.
      - Externis .i. extra laryngē: Sunt musculi à scutiformi [g] per iugula inter primā, & secundam cartilaginem porrecti, qui faciunt ad aperiendam laryngem. Possunt quoq; esse alij musculi, non modò proprij ipsius laryngis, verum etiam communes. [g] — Paracynanche dr̄ ab [c] Alex. [d] Paulo, & à [b] Gal. 4. aph. 34. Omittitur ab eodem Gal. 4. de loc. affectis tertio. Omittitur etiam ab Aetio lib. 8. cap. 47. & ab vtroq; scilicet Gale. & Aetio ponitur vna species cōposita, in qua sunt inflammati interni, & externi laryngis musculi.
    - **Per consensum, vel cōmunitatē, qui consensus est à**
      - **Faucib⁹ in partibus ipsarū faucium**
        - Internis: Sunt duo musculi [g] vtrinq; vnus [b] orti propè cos musculos, quæ ab inferioribus partibus in linguæ latera ascendunt, qui deglutitioni, & voci seruiunt. Est, & vna tunica faucibus, & ori cōis, & demum Isthmus, & paristhmia. — Synanche vocatur ab [c] Alex. [d] Paulo, & Gal. 4. aph. 34. Sed ab codē Gal. 4. de loc. aff. 3. ponitur prima species, sic ab Aetio. Cynanche [f] vocatur à Celso, & Aureliano [t]. A Celso [f] ponitur secunda species. Ab Hippo. 3. progn. 17. ponitur secunda species.
        - Externis: Sunt duo musculi ab osse yoide, vel ypsiloide extrinsecùs faucibus incidētes, & asperā arteriam astringentes. — Parasynanche dicitur ab Alex [c] Paulo, [d] & Gal. à quo ponitur 3. species 4. de loc. aff. 3. Hæc omittūt satis neglig ēter ab Aetio cū pfiteatur se āginę differētias ex Gal. tradere.
      - **Gargareone, epiglottide, glandulis, & interdum lingua, maxillisq; in partibus internis** — His etiam partibus affectis dicit Aretæus fieri anginam [k].
      - **Vertebra ceruicis luxata ad anteriora, quæ vertebra est**: Prima, Secunda quæ vocatur dens, Inferiores. — Hinc est angina ex luxatione vertebrarum, quæ à Gal [l] ponitur quinta species, & ab Aetio, [m] qui negligenter omisit tertiam speciem ponitur quarto loco, & vocatur Cynanche. Ita etiam vocatur ab Auicenna.
- **Symptomate, vt est difficultas respirādi, deglutiendi, loquēdi, & dolor, quæ symptomata sunt.**
  - **Maxima, & grauissima, & tunc sunt**
    - Sine rubore, ac tumore in faucibus, ac ceruice: Est prima species apud Galenum, & Hippoc. 3. progn. 16. est etiam prima species apud Celsum ab ipso dicta Synanche, & in hac sunt inflammati interni laryngis musculi, & est illa, quæ ab Alex., Paulo, & ipso Galeno [n] dicitur Cynanche.
    - Cum rubore, & tumore: Est secunda species apud Hippo. & Gal. 3. prognost. 17. sic apud Celsum, à quo vocatnr Cynanche. Et cum in hac sint inflammati interni faucium musculi, erit ea, quæ ab Alex. & Paulo Synanche dicitur.
  - **Parua**: Est tertia species apud Hippoc. & Gal. 3. prognost. 12. sic apud Celsum, à quo vocatur Parasynanche. In hac inflammati sunt externi faucium, vel laryngis musculi. Quare ex Alex. & Paulo paracynanche, & parasynanche dicitur.

AVCTORITATES.

a Aretæus primo acut. 7.
b Aurelian. lib. 3. acut. primo.
Aetius lib. 8. cap. 47.
c Aetius lib. 8. cap. 50.
d Auic. lib. 3. f. 9. cap. 8.
e Tertio aphor. 22. 4. acut. 31.
f Quarto acut. 30.
g Tertio aphor. 26.
h Aetius lib. 8. cap. 49.
i { Quarto de loc. affect. 3.
Hipp. 2. epid. sect. 2.
k Decimo Simplic. cap. de sterc. hum.
l Auic. lib. 3. f. 9. cap. 8.
L Quarto aph. 34.
m Quarto acut. 30. 31.
n Tertio aph. 16. 20. 22.
o Secundo ad Glauc. pri.
p De differ. morb. 6. 7.
q Aretæus prim. acut. 6.
r Aetius lib. 8. cap. 50.
s Tertio Aphor. 16.
t Quarto de loc. aff. 3.
u Aetius l. 8. cap. 47.
x Quarto aph. 34
7. aph. 59. quarto acut. 30.
y Quarto acut. 20.

a Tertio prognost. 18.
b Quarto aph. 34.
c Alex. lib. 4. in princ.
d Paul. lib. 3. cap. 27.
e Aetius lib. 8. cap. 47.
f Cels. lib. 4. cap. 4.
g De muscul. dissect. xi.
h De muscul. dissect. 15.
i Aurelian. 3. acut. primo.
k Aretęus primo acut. 7.
l Quarto de loc. affect. 3.
m Aetius lib. 8. cap. 47.
n Quarto aph. 34.

ADNOTATIONES.

Cynanche (ut patet ex dictis, & animaduertit Auic.) {a} dicitur de ea Angina, in qua sunt inflammati interni {b} laryngis musculi.

Dicitur quoq; de ea, in qua sunt inflammatæ internæ {c} partes faucium.

Dicitur etiam de ea, quæ est à luxatione {d} uertebrarum.

Dicitur præterea de ea, in qua sunt inflammati interni, {a} & externi {e} laryngis musculi.

Aurelianus lib. 3. acutorum cap. primo sic assignat differentias ex Valente physico.

Synanche, vel est sine manifesto, & sensibili indicio, & caret nomine, vel est cum manifesto, & sensibili indicio, & vel est interius, vel, exterius, vel vtroq; loco.

Et rursus vel in dextra, vel in sinistra parte, vel in utraque.

Si est interius, & in vtraq; parte dicitur Cynãche à canibus. Si verò est interius in vna tantùm parte dicitur paracynanche.

Angina dicitur tribus modis, primo modo latissimè de omni strangulatione à quacunq; causa, & sic, quæ est à fungis, à cerussa, hyosciamo, ab aqua, ab aere pestilenti, dicitur angina.

Secundo modo dicitur latè de strangulatione à causa claudente laryngem, siue talis causa fuerit intemperies sine materia, vt siccitas, humiditas, frigiditas, siue tumor, vel luxatio vertebrarum.

Tertio modo dicitur propriissimè de strangulatione à tumore in larynge, vel partibus vicinis.

Aretæus posuit duas anginæ differentias. Vna est, in qua vitium est in ipso larynge, altera est, in qua vitium est in aere, qui attrahitur.

Differentias anginæ à causis posuit Hippocrates quarto acut. 30. & 31. & Gal. 3. aph. xvi. 22.

A morbo posuit Auic. & innuit Hippocrates, & Galenus 3. prognostic. 18.

A parte affecta posuit Galenus 4. de loc. affect. 3. Aetius lib. 8. cap. 47.

Alexander lib. 4. in principio. Paulus lib. 3. cap. 22.

A symptomate posuit Hippocrates 3. prognostic. 16. 17. 18. Cornelius Cels. lib. 4. cap. 4.

a Auic. lib. 3. f. 9. cap. 8.
{ Alex. lib. 4. in princ.
Paul. lib. 3. cap. 27.
Quarto. aph. 34.
b Cel. lib. 4.
Aurel. lib. 3. cap. primo.
d Aetius l. 3. cap. 47.
e Auic. l. 3. f. 9. cap. 8.

Tabula Sexta, Anginæ signa.

Signa Anginæ sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum procatarcticarum [a] quæ haberi possunt ab ægrotante, & assidentibus queue magis faciunt ad Medici [b] gloriam, quàm ad ægri salutem, ideò hic omittuntur, præsertim cùm inferiùs recensenda sint inter signa pertinentia ad causas externas.
- **Indicatiua quæ sunt**
  - **Cōmunia** — In habentibus partes circa laryngem [c] debiles, in maribus [d] magis, quàm fæminis: & iuuenibus, quàm senibus. ita etiam in pueris, cum magis [e] adolescunt, antecesserunt vna, vel quædam, vel plures causæ anginam procreantes, quæ præsentes nocent, ac prosunt contrarię. Prætereà adsunt signa plenitudinis, vel cachochimiæ, quæ omnia sunt signa à causis desumpta. Sed clariora sunt, quæ ab effectibus, idest, à symptomatis accipiūtur, præsertim à difficultate respirandi, [g] loquendi, [f] ac deglutiendi, & dolore circa fauces, quorum alia sunt in omni angina, Sed dolor non semper, vt cum angina est à materia pituitosa. Pulsus est magnus [h] vndosus, ac tensione quadam simili conuulsiuo præditus.
  - **Propria, à quib⁹ indicatʳ vnaquęq; species Anginæ. A talib' .n. signis ostenditur**
    - **Causa**
      - **Externa** — Signa ostendentia causas externas sunt eædem causæ externæ, [i] quæ antecesserunt, vt frigiditas magis, [k] quàm calor. Aer [l] humidior ob pluuias, [m] calidior pestilens [k] satietas [d] ebrietas. Andachocha, hyoscyamus, cerussa. Sic aliæ res suffocantes, vt ossa, spinæ; ita etiam funis, linteum exteriùs ad suffocandum adhibitum, vt in ijs, qui suspenduntur, vel suffocantur.
      - **Interna, s. efficiens, nā de patiēte dictū est in signis cōibus. Est aūt causa efficiens**
        - **Humor**
          - **[l m] Sanguis** — In adolescente boni habitus, in vere, antecessit mediocris motus, multi cibi boni succi, retentio sanguinis soliti per nares, vel aliter fluere. Adest magna febris, dolor pulsans, & tendens. Rubor in oculis, & facie. Sentitur sapor dulcis.
          - **[n] Bilis** — In iuuene bilioso tempore æstiuo, [n] vel autumnali, antecessit multus motus, vsus alimentorum biliosorum, aromatum, vini generosi. Febris est magis acuta, dolor pungens, & magnus. Adest siccitas, sitis, amaritudo. Adest pallor. & à bile fit potiùs cynanche, [n] idest, inflammatio in internis laryngis musculis.
          - **[o] Pituita** — In temperatione pituitosa, hieme, [o] vel vere, antecesserunt crapulę, ebrietas, otium, vsus alimentorum pituitosorum, somnus multus, pręcipuè diurnus. Adest febris lenta, vel nulla, paucus dolor grauans, color albidus in lingua, & facie: pauca, vel nulla sitis; sapor insipidus, & interdum salsus. A pituita fit potiùs [n] synanche, vel parasynanche, quia non potest penetrare in angustas venas. Non rarò pituita sine inflammatione fluens ad laryngem in catharro strangulat.
          - **Humor melancholic⁹** — In temperatione, [p] melancholica, ætate consistentię, antecesserunt causæ talem humorem gignentes, quæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ. Adest color niger, vel plumbeus [p] sentitur sapor acidus, [q] vel acerbus. Adest tristitia [q] & durities in parte affecta. — Rarissimè ab humore melancholico fit angina. [q] Fit tamen interdum.
        - **Alia substātia, quæ est**
          - Materia [o] fluens à capite, quæ plerumq; est pituitosa — Sentitur titillatio in faucibus; [q] & adsunt reliqua signa catharri, & strangulatio fit subitò.
          - Pus — Antecessit inflammatio in aliqua oris, vel capitis parte.
          - Vermes — Adsunt signa vermium.
          - Potest esse Gargareon relaxatus, ita, & caro adnata, quæ cognoscuntur visu.
    - **Morbus qui ē**
      - **Morbus & causa in ipsa angina, & tunc talis morbus est**
        - **Intēperies quę ē**
          - **Sine materia, q̄ intēperies est**
            - Sicca [q] conuellens musculos, [f r] qui retracti ad sua principia claudunt laryngem — Antecesserunt causæ valdè [r] exiccantes, & adest maxima extenuatio.
            - Humida — Antecesserunt causę madefacientes, quæ præsentes lædunt, & iuuant contrariæ.
            - Frigida [q] — Antecesserunt causæ refrigerantes, quæ præsentes lædūt, iuuant contrariæ.
            - Ab humiditate, ac frigiditate (vt inquit [q] Auic.) resoluuntur musculi aperientes, vel dilatantes laryngem, & sic fit angina.
          - Cum materia — De hac, siue sit humor, siue alia substantia dictum est.
        - **Mala cōpositio in**
          - **Magnitudine aucta** — Adsunt signa tumoris circa laryngem, quæ signa sumuntur à causis priùs dictis. Sed multò magis ab effectibus, idest, symptomatis, vt à difficultate respirandi [s] cum periculo repentinæ strangulationis nullo existente in pulmone, vel in thorace vitio. Sed in larynge sentitur angustia, & persæpè dolor. Adest difficultas loquendi, & deglutiendi, & sæpè videtur ipse tumor.
          - **Numero aucto à causa**
            - Externa, q̄ causa est — Os, [t] spina, bolus grandior — Antecessit horum vsus, & ferè semper videntur. Hirudo [u] — Antecessit potus [u] aquæ palustris, expuitur sanguis tenuis, non rarò videtʳ hirudo.
            - Interna — Vt est multitudo catharri, pus, vermes, gargareon relaxatus, caro adnata, & eiusmodi, de quibus dictum est superius.
          - **Situ, [x] vt in angina à luxatione vertebrarum** — Antecessit ictus, vel casus, vel tumor, siue tuberculum, à quo fuit luxata vertebra, & adest cauitas exteriùs in ceruice, [x].
        - **Solutio continui** — Antecessit ictus à re secante, vel incidente. Sentitur dolor, & adsunt alia signa vulneris, vel vlceris.
      - **Morbus tantùm** — Clausio, vel angustia laryngis, quæ est morbus in mala conformatione [b] meatuum est per se, & primò morbus in ipsa angina; qm̄ à tali clausione, vel angustia primò, & per se læditʳ respiratio, cum pˀiculo repentinæ strangulationis. Sed cætera eatenus lędunt respirōnē, quatenus claudunt, vel reddunt angustiorē eiusmodi meatum. [b] Quāuis aūt plurima sint (veluti suprà dictū est) ea, q̄ claudere possūt laryngē, tn̄ in angina proprijssimè dicta id facit inflāmatio, & ob id Gal. [F] ita d̄finiuit anginā. *Angina est inflāmatio partiū sitarū in faucib⁹*. — Cognoscitur talis clausio, vel angustia, tū à causis claudentibus, [a] de q b⁹ est dictū, tum ēt multò magis ab effectib' .i. symptomatis, vt est difficultas respirandi, loquendi, deglutiendi. Sic ēt dolor, & angustia [c] in larynge. Sed maximè cognoscitur ex ea difficultate respirōnis, quæ est cū periculo repentinę strangulationis; [c] quia repentè strangulari [d] inest in solo gutture, nam licet in pulmone, ac thorace sint affectus, qui suffocant, non tamen id faciunt repentè, vt in larynge, sed paulatī. Adest [f] plerūq; febris acuta, qn̄ .s. est ab [e] inflāmatione insigni, & [t] calida; at, si sit à pituita, plerūq; non adest febris. [f] Adest plerumq; oris apertio, ceruix erecta, līgua extra dētes, oculi eminētes. — Respiratio ī angina ē parua, & crebra, dicitur [d] sublimis, vel quia mouetur thorax vsq; ad scapulas; vel, quia est erecta ceruice, vel quia quod inspiratur descēdit vsq; [e] ad fauces tm̄; deglutiēdi quoq; tāta ē difficultas, vt potus, per nares resiliat.
    - **Loc⁹ affectus, qui ē larynx qui afficiƭ**
      - **Per se, & primò, & tunc affect⁹ ē in musculis.**
        - Internis — Adest maxima difficultas respirandi [g] orthopnæa dicta, dolor, vocis priuatio, gracilitas, pallor, & licet lingua valdè comprimatur, attamen neq; interiùs, neq; exteriùs apparet tumor, vel rubor. Oculi sunt caui, fauces, & gargareon retracti, maior est respirandi, quàm deglutiendi difficultas. [h]
        - Externis — Adsunt ferè eadem symptomata, sed remissiora, & interdum apparet tumor.
      - **Per consensū à**
        - **Faucib⁹ affectis in musculis**
          - Internis — Adest [i] rubor, & tumor [l] in faucibus, [k] tonsillis, & vniuerso oris spatio interno: Lingua extra dētes, & labra protenditur: oculi rubent: pituita circa os defluit. Potus per nares [k] resilit: nec potest æger supinè iacens deglutire: maior [h] est difficultas deglutiendi, quàm respirandi. Interdum etiā non adest tumor, quando scilicet inflammatio est interiùs.
          - Externis — Adest tumor, & [l] rubor in ceruice, & versus dorsum, & interdum in toto pectore. Difficultas deglutiendi, & [h] dolor est minor, quàm in superiori.
        - **Vertebris luxatis ad interiora** — Fit in pueris [m] post dentitionem, cum magis adolescunt. Antecessit ictus, [n] vel casus, vel tuberculū. Adest in ceruice cauitas exteriùs, & dolor [n]. Attrahitur collū ad āteriora &, si ęger stet supra collū nō pōt d̄glutire.
        - **Alijs partibus, vt tonsillis, gargareone, & eiusmodi** — Adsunt signa dictarum partium affectarū, de q b⁹ dictū est in Tabella tertia.
    - **Symptomata** — Sensu cognoscuntur ipsa symptomata: quare non est opus alijs signis ad ipsa cognoscenda.
- **Prognostica** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Sextæ,

- **Prognostica, per quæ præcognoscitur**
  - **Euentus, vel exitus**
    - Cum hic affectus sit maximus, & acutissimus, exitus, plerumq; est ad mortem.
    - Si tamen vires [Q] constet æger potest euadere: Exitus igitur est ad
      - **Salutem**: In parasynanche, & [l] paracynanche & interdum etiam in synanche vocata à Gal. 4. aphor. 34. cùm foras vergit [o] materia ad ceruicem, & pectus, æger sanatur, precipuè si minuantur symptomata, vt difficultas deglutiendi, spirandi, dolor, febris; &, si in pulsibus, & vrinis bona signa appareant.
      - **Mortē**:
        - Quando inflammatio est in internis [p] musculis laryngis cum orthopnæa, & magno dolore.
        - Quando est à luxatione [q] vertebrarum præsertim primæ, & secundæ [l], cum tumor, [r] & rubor intrò fertur, vel præter rationem euanescit, cùm vox omninò [s] perit, vel est strangulabunda; æger moritur. Cùm pulsus est paruus, & rarus, creber, & inæqualis [t]. Quando adest spuma. Facies est [u] viridis. Albū oculi nigricat; frigent extrema, narium pinnæ mouentur; mutatur colli color.
        - Adest sudor frigidus sub alis, & inguinibus, iam agit animam, vel paulò post morietur. [u]
  - **Tēpus**
    - Cum angina sit [x] morbus peracutus rarò transit quartam diem; si tamen materia vergat [y] foras ad ceruicem, & pectus protrahitur ad septimam, & 14. Quandò angina est à pituita glutinosa, & tenaci producitur interdum ad quadraginta dies.
    - Cum adsunt pessima signa [u] superiùs [A] dicta, æger moritur eadem, [u] vel sequenti die, & sæpè in eadem hora. In alijs anginis non propriè dictis tēpus interdum est breuissimum, vt in ijs, qui subito suffocantur, vel submerguntur, interdū longiùs, vt in inflāmatione tonsillarū.
  - **Modus, q plerūq; fit per crisī ad**
    - **Salutē**
      - **Per se**: Id fit, quando materia faciens inflammationem citò vacuatur, vel insensibiliter, vel per halitum; vel sensibiliter quando scilicet versa est in pus, & rumpitur vomica: & tunc antecædit leuitas [A] aliqua, & symptomata minuuntur. Fit etiam sanatio ab arte per sanguinis missionem ex varijs partibus, & per extractionem cum medicamentis.
      - **Per aliud**: Fit cum materia faciens anginam ad [B] pectus, pulmonem, [C] ventriculum, vel aliā partem latam inde educitur.
    - **Mortē per**
      - **Per se**: Fit per subitam, [D] & repentinam strangulationem, quæ solùm est ob affectum laryngem, & non ob alias partes.
      - **Per aliud, idest per**
        - Spasmum [E]: Adest pulsus conuulsiuus.
        - Syncopam [E]: Adest pulsus maximè debilis, & inæqualis.
        - Peripneumoniā [C]: Adest pulsus [D] vndosus, lāguidus, & ad mollitiē tendens, tussis, Mors [C] in septima die
        - Pleuritidem [B] Empyema: Adest pulsus, & cætera signa horum affectuum.
        - Cardialgiam: Adest dolor in ventriculo, nausea, & cætera cardiaci affectus indicia.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. xi. In synopsi. 34.
b Primo progn. 4. De art. medic. 8.
c Decimo simpl. cap. de sterc. hum.
d Aurelian. 3. acut. cap. 1.
e Tertio aphor. 26.
f Quarto aphor. 34.
g Quarto acut. 34. Secūdo prorrh. 55.
h Quarto de caus. puls. 20.
i De remed. parat. facil. cap. 1.
x Aretæus primo acut. 7.
l Tertio aphor. 16.
m Auic. lib. 3. f. 9. cap. 8.
n Quarto acut. 31. Tertio aph. 22.
o Quarto acut. 30. Tertio aph. 16. 22
p Tertio de loc. affect. 7.
q Auic. lib. 3. f. 9. cap. 9.
r Quarto aphor. 34.
s Quarto de loc. affect. 3. Quarto aphor. 34.
t Aretæus lib. 1. acut. 7. Aetius lib. 8. cap. 47.
u Quarto de loc. affect. 5.
x Quarto de loc. affect. 3.
x Secundo epid. sect. 2.

a Quarto aphor. 34.
b De differ. morb. 6. 7.
c Quarto de loc. aff. 3. Quarto aph. 34
d Secundo tertij epidem. 4.
e Tertio de dispnæa xi.
F Quarto acut. 20.
f Aurelianus 3. acut. cap. 1.
g Tertio prognost. 16.
h Auic. lib. 3. f. 9. cap. 9.
i Tertio progn. 17. Quarto de loc. aff. 3
x Aet. lib. 8. cap. 47.
l Tertio prognost. 18.
m Tertio aph. 26.
n Quarto de loc. affect. 3.
o Sexto aph. 37. Septimo aph. 49.
p Tertio progn. 16. Secūdo prorr. 54.
q Quarto aph. 35.
Q Decimo meth. cap. 5.
r Secundo tertij epid. 4.
s Quarto acut. 33. Secundo prorr. 54
t Quarto de caus. puls. 20.
u Auic. lib. 3. f. 9. cap. 8.
x Primo aphor. 12.
y Tertio progn. 18. In coacis prænot.

A Auic. lib. 3. f. 9. cap. 8.
B Secundo sexti epid. 13.
C Quinto aphor. x.
D Quarto aphor. 34. Quarto de loc. affect. 3.
E Tertio de caus. puls. 20.

Tabula Septima, Anginæ Curatio.

In Angina curanda opera, seu intentiones curatiuæ sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa**
    - Hæc, si abijt [a] nihil indicat, sed, si adsit morbum faciens, fouens, vel augens, indicat sui amotionem, vt, si motus; [b] crapula, ebrietas, potus frigidæ, niuis, faciat anginam, ab ijs abstinendum est. Sic etiam vitandus est aer frigidior, humidior, ac pestilens, cum facit anginam.
    - Si adsit funis, vel linteum, quod exteriùs admotum suffocet, si fieri pōt, amoueatur. Ita quoq; [c] ossa, spinæ, extrahantur. Mora in aqua vitanda est, vbi periculū est, ne quis ob natandi imperitiā submergatur, vel ex aqua, scilicet, educatur, atq; in caput suspēdatur, vomitusq; moueat[d]
  - **Interna quæ est**
    - **Patiens**: Si quis habilis sit ad anginam ob aliquam intemperiem circa laryngem, priùs tollenda est intēperies per contraria; deinde vitandæ sunt causæ anginā pcreantes, & cauendū est ab exercitatione, [e] q̄ fit inclinato capite, vel valdè laborāte, atq; vtēdū est ambulatione & alijs motib⁹ ī q̄b⁹ partes īferiores exercēt̄, & cursu mediocri, gestatione in vehiculis, equitatione. [e] Preterea mittēd⁹ ē sāguis ī vere[E]
    - **Efficiens quæ ē**
      - **Antecedēs contēta ī**
        - **toto corpore à qua causa indicatur**
          - **Inhibitio, ne noua materia generetur**
            - Id præstat conueniens victus ratio. Quantitas alimenti in vera angina, cum sit morbus [f] peracutus, debet esse tenuissima. [g] Quare conuenit inedia, [E] vel, si ratione virium aliquid est dandum, propinetur [h] mulsa aquosa primis tribus diebus; postea ad aquam hordei, & ptisanam, deinde ad oua sorbilia est transeundum, bibendaq; est aqua hordei cum iulep violaceo, & à vino abstinendum. Aer sit temperatus, lucidus. Vitentur motus, & animi perturbationes. Irritetur aluus clysteribus nunc mitioribus, nunc acrioribus.
            - Inhibebitur quoq; ne noua materia generetur, si robur addatur partibus coctioni seruientibus, vt ventriculo, & hepati ex oleo melino, nardino, & eiusmodi.
          - **Alteratio**
            - Facit ad alterandum prædicta victus ratio, & medicamenta contraria humori anginam facienti, vt, si materia sit calida, [i] biliosaq; , madefacientia, refrigerandaq; est per alimenta, & medicamenta frigida, humida.
            - Si pituitosa incidenda, & extenuanda, calefacienda, & siccanda.
          - **Vacuatio p**
            - **Sanguinis missionem**: Si vires, & cætera consentiant, iniecto priùs clystere, [k] statim mittendus est sanguis ex humerali, [l] vel media vena. Vult Aretęus, [m] Auic. [n] & Rasis, [o] vt mittatur vsq; ad animi deliquium. Sed Aetius lib. 8. cap. 47. Alex. lib. 4. cap. 1.; & Paulus lib. 3. cap. 27, id reprehendunt, magisq; probant (quod ego magis laudo) iteratam sanguinis missionem; ita, vt eadem die ex vtroq; brachio, & sub lingua sanguinem mittant. Confert ēt sanguinis missio ex fronte, angulis oculorum, venis iugularibus, & interdum ex talo, & hæmorrhoidibus. Mesue [p] sanguinem redundantem mittit ex saphena, ex vtroq; brachio, ex hepatica, & cephalica, atq; eodem die ex vena sub lingua non extrahens confertim, sed paulatim, vt vires possint ferre. Aureliauus [q] reprehendit Hippo. [r] quòd miserit sanguinē ex vtroq; brachio, & q̄d secuerit venas sub lingua. Quicquid tñ dicat Aurel. vtrūq; faciēdū puto.
            - **Medicamenta adhibita per**
              - **Os**: Laudat Alex. [s] scammoneam, & succum tithimali. [m] Aretęus, & Aetius [t] elaterium ex lactis sero. Pilulæ, & boli optimè facerent si deuorari possent, verū id plerumq; non licet, nisi fiat ab initio, vt ego facere consueui. Quarè tunc propinandum est dilutum rhabarbari, vel agarici cū electuario ros. vel diaphin. & eiusmodi respicientibus humorē peccantē. Laudat Aetius [t] ex Archigene vomitū ex elaterio soluto in aqua, quo imbuta pēna in os, & fauces vsq; ad œsophagū immitatur. Sed Aurel. [q] vomitū vitupat dicēs attrahere mām ad fauces & p se, strāgulare.
              - **Anū**: In biliosa conueniunt clysteres molliores, vt sunt cōes, ex mulsa, ptisana. Sed in pituitosa faciunt acriores, vt ex decocto centaureæ, [t] origani, meliloti, colocynthidis, agarici cū hiera benedicta diaphinicone, castoreo, oleo liliaceo, melle, & huiusmodi. Aretæus [u] eadem die priùs vtitur clystere molliore ad feces educendas; deinde acriore ad humores auertēdos, educēdosq; . Conferunt ēt balani, siue glādes, quæ vulgò (soppostę) dicūt.
          - **Trāslatio ad alias partes p**
            - **Auersionem vel reuulsionē**: Faciunt ad auertendum dictæ vacuationes. ita quoq; frictiones [u] ad coxas, crura, brachia, scapulas, dorsum. Faciunt vincula supra talos, genua, brachiale, cubitum. Sic, & cucurbitæ ad crura, coxas, nates, brachia, scapulas. Vult [x] Oribasius, vbi non liceat sanguinem mittere, vt scarificentur tibię, ac plurimū sanguinis effluat; atq; hoc maximè auertit. Aetius [t] ex Aret. affigit cucurbitulam infra vmbilicū, mox ad latera, dorsum, & scapulas. Aretæus [y] censet etiam synapismum ossibus pectoris, aut partibus iuxta maxillas apponendum. [T] Paulus laudat, vt pedes aqua calida perfundantur.
            - **Repulsionē**: Hæc magis videtur pertinere ad causam continentem; attamen causa quoq; antecedens, quatenus fluit indicat esse reprimendum, factis priùs [V] vniuersalibus vacuationibus. Quare adhibenda est etiam repulsio, vt infra dicetur.
        - **Partibus**
          - **Capite à quaī dicat**
            - **Vacuatio**
              - **Vniuersalis pertinens ad totum corpus**: Facit sanguinis missio, & medicamenta per os, & anū adhibita.
              - **Particularis, .i. respiciens ipsū caput, quę fit per**
                - **Chirurgiam**
                  - Mittendus est sanguis ex [a] vena frontis, [A] ex iugularibus, ex venis circa magnū oculi angulum, [b] ex naribus, vel post aures affixis ibidem hirudinibus.
                  - Conferunt etiam hoc nomiue cauteria ad futuram coronalem, & occiput. Faciūt frictiones, & cucurbitulæ tùm sine scarificatione, tùm cum scarificatione ad sinciput, verticem, & occiput adhibitę.
                - **Medicamenta**
                  - **Apophlegmatismata**: Hæc non conueniunt, quia trahunt materiam [c] ad laryngem, & sic ad partem affectam.
                  - **Errhina**: Facit succus betæ, sampsuci, ciclaminis naribus attractus. Conferūt quoq; mouentia sternutamentum. [d]
                  - Cerata ex stercore [e] colūbino, & thapsia deraso capiti admota. Conferunt quoq; synapismus, [e] & alia attractoria, quæ laudantur ab Hipp. [f] & Gal. sed vituperantur ab Aureliano. [g]
            - **Auersio**: Hanc præstant vacuationes, & cætera priùs dicta in auersione materiæ in toto corpore contentæ.
            - **Repulsio**: Confert, vt dictum est suprà.
            - **Deriuatio**: Hoc nomine confert sectio venæ in fronte, in naribus, post aures, circa magnū oculi angulū. [A a b]
            - **Incrassatio, & siccatio**: Si æger posset deglutire, optimè faceret, si à dormituro acciperetur pillula ex trochiscis diaspmaton, vel zaccarū ros. cum bolo armeno, sed quia non pōt hoc plerumq; facere, hoc nomine vsurpandi sunt ad futuram coronalem pulueres capitales ex ______ Rosis. Santalis. stechade.
          - **Alijs partibus**: Eadem, quæ dicta sunt de capite indicantur.
      - **Continēs, & coniuncta à quaī dicatur**
        - **Translatio ad alias partes per**
          - **Auersionē, seu reuulsionem**: Confert auersio tùm ratione causæ Antecedentis (veluti dictum est suprà) tùm rōne causæ continentis, vt patet 13. meth. 9.; & de arç. medic. 95. Hoc nomine iuuat sanguinis missio, & medicamenta prædicta, sic frictiones, vincula & cucurbitulæ non ad partem affectam, sed ad oppositas.
          - **Repulsionem, vel repcussionē, seu repressionem**: Id pręstāt repellentia, vel (vt vocat Celsus) reprimentia, tùm mitiora [h] tùm mediocria, tùm valētiora, quæ tùm partem affectā [i] roborāt, tùm quod tenuissimum est extrorsum exprimant. Talia aūt reprimētia admouent̄
            - **Interius**: Dempta multitudine per vniuersales vacuationes, conuenit succus [h] mororum, rosarum, balaustiorum, nucum, rhois cum melle. Mirabiliter confert dianucū, diamorō, diabatiuon. [h] Cōfert lac, & serū p̄cipuè in molliorib⁹, & vbi est dolor. Confert ēt mulsa in qua rosę ferbuerint.
            - **Exteriùs**: Dicunt pleriq; non [l] conuenire reprimentia exterius adhibita, ne materia ad interiores laryngis partes reprimatur. Aretæus [m] tamen, & Paulus [n] vtuntur rosaceo, posca, & similibus, quibus tutò vti possumus factis vniuersalibus vacuationibus.
        - **Extractio q̄ ē**
          - **Insensibilis, quod p̄stāt medicamenta admota**
            - **Interiùs**: Conuenit stercus canis, [o] lupi, pueri, hirundinum, & propriè pullorum [q] hirundinis cum pennis vstorum, sulphur, [A] piper, nitrum, mirrha, pulegium, [p] origanum, nepeta, hyssopum, thymus, costus, diamoron [q] compositum, dianucum compositum, diabesasa, quod, si vergat ad suppurationem, gargarizetur indesinenter decoctum caricarum.
            - **Exteriùs**: Facit oleum camemelinum, liliaceum, seminis lini, nidus [p] hirundinis, synapi, hiera, ceratum ex thapsia, synapismus. Ad concoquendum facit [q] crocus, mirrha. [s] Ad mouendum pus farina fœnugræci, hordei cum stercore columbino. [r]
          - **Sensibilis per partem**
            - **Vicinā loco affecto**: Confert, si deriuetur materia ad nares affixis hirudinibus. Prodest scarificatio admotis cucurbitulis [r] ad mentū, collū, [s] p̄cipuè ad nucā circa primā, & secundā vertebram, & vlcuscula sunt sale aspergenda, [s] sæpiùsq; affigendæ cucurbitulæ. Faciūt hirudines mento, & collo affixæ. Sectio venarum iugularium, [r] & etiam sectio ipsius linguæ. Confert etiam ceratum ex thapsia, & synapismus ad mentum, & collum.
            - **Affectam**: Extrahitur materia per locum affectum, cum facta est suppuratio per chirurgiam; vt, si vnguibus, vel ferro aperiatur vomica; & per medicamenta; vt si gargarizetur decoctum caricarū, fænugræci, salis Ammoniaci nitri, sulphuris. Huc ēt referri pōt stercus [t] canis albū siccatū, & in puluerē redactum, melleq; exceptū, illitū, & deuoratū. Hoc nullū fortius dicit esse Gal., ita Oribasius. [u] Facit ēt stercus pueri, [y] lupi, & cinis hirundinū vstorū, & similia.
- **Morbo** ☞ Vide ex altera facie.
- **Loco affecto** ☞ Vide ex altera facie.
- **Symptomate** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Septimæ.

- **Morbo q. est ipsius anginę causa**
  - **Remota & hic morbus qui est causa remota ę**
    - **Mala cõpositio in**
      - **Intemperies**
        - **Sine materia quæ est**
          - **Sicca** — Ab hac indicatur madefaciendum esse per ea, quæ id faciunt per se [A B] & sunt alimenta, vt lac, ptisana oua sorbilia, iura pullorum. Sic etiam ea, quæ quomodolibet madefaciunt interius, & exteriùs adhibita. Sed plerumq; hic affectus est insanabilis.
        - **Cum materia De hac dictum est**
          - **Humida** — Indicat esse exiccandum per alimenta, & medicamenta.
          - **Frigida** — indicat esse calefaciẽdũ per alimẽta, & medicamenta — Si sint intẽpies cõpositę, indicat cõposita curatio.
      - **Magnitudine** — Aucta, & est inflammatio — Ab hac quatenus est affectus calidus indicatur refrigeratio, quam præstat ab initio reprimentia, quæ etiam inhibent, ne materia feratur ad locum affectum. Sed quatenus est tumor, & sic magnitudo aucta, indicatur ablatio materiæ facientis talem magnitudinem per retrocessum, & extractionem dictam.
      - **Numero aucto** — Indicatur ablatio talis numeri per chirurgiam, & medicamenta.
      - **Situ, vt cum vertebræ sunt luxatæ [b]** — Indicatur restitutio vertebræ [b] in proprium locum, quod fiet, si comprimatur leniter vertebra ad posteriora, vel digito, vel instrumento simili freno. — Sed curatio hęc plerũq; præstari nequit.
    - **Solutio continui** — Ab hac indicatur vnio solutæ continuitatis.
  - **Proxima, & immediata, q̃ est clausio, vel angustia meatus** — Ab hac indicatur apertio, quę præstatur ablata causa obstruente, vel comprimente meatum per remedia priùs dicta. Faciunt aduersus hunc affectum quædam à tota substantia, vel à proprietate quadam occulta, & sua natura, quæ nãlia vocantur ab Alexandro, vt, si accipiantur plura [C] fila linea præsertim ex purpura marina collecta, vel sint fila linea, vel lanea tincta purpura, & cum ijs stranguletur vipera, & postea eiusmodi fila collo apponantur. Stercus album [t] canis nutriti ossibus exiccatum, & redactum in puluerem cum melle mixtum, illitum, & deuoratum maximè omnium confert, adeò, vt hoc solum ad curationem sufficere asserat Rasis [C] ex opinione antiquorum medicorum. Facit stercus pueri [D] nutriti pane, ac lupinis. Pulli hirundinum cum pennis vsti, & comesti. Sic nidus hirundinis exteriùs appositus.
- **Loco affecto, vel parte affecta** — Indicat remedia circa fauces esse adhibenda, vel interiùs, vel exteriùs, ita etiam vitanda esse venenosa, & insuauia lædentia ventriculum, vel pulmonem, & eiusmodi.
- **Symptomate**
  - **Dolore** — Indicãtur anodina, vt, si gargarizetur [E] lac, serum, syr. violatus, de papauere. Confert loch de psillio, mucillago seminis lini. Faciunt penicilla. Exteriùs verò confert oleum amigdal. dulc. ad gulã, & intrà aures adhibitum, sic oleum cam. de semine lini, & similia.
  - **Respiratione ita læsa, vt adsit periculum repentinę strangulationis**
    - Maximè faciunt remedia priùs dicta; pręcipuè vacuationes vniuersales, itaquoq; cucurbitulæ sub mento, [F] & in collo profundis vlcusculis scarificatæ, quæ sale aspergantur, sæpiùsq; affigantur cucurbitulæ. Comprimantur scapulæ. Affigatur magna cucurbitula ad primam, & secundam vertebram pluries. Erigatur ceruix; Intromittatur cannula aurea.
    - Nisi dicta, & alia remedia tollant periculum repentinę strangulationis, & vires non sint omninò debiles ex Paulo, [G] Rasi, Auic. [H] & Asclepiade, [I] incidatur arteria, sic. Extendatur caput ægri retrorsum in sede eleuata excidaturq; cutis per transuersum sub larynge sursumq;, ac deorsum trahatur hamo, deinde fiat sectio sub larynge per duos anulos, inter vnum anulum, & alium, intromittaturq; cannulo aurea, vel argentea, & seruetur locus ita apertus, donec pertranseat periculum, postea coniungatur vulnus, suaturq; & veluti cætera vulnera curetur. Permulti vituperat [K] hanc scissionem, quia sanguis fluit ad pulmonem; excitatur tussis; aer non alteratus attrahitur illis, quibus conuenit, sunt deplorati; præterea gignitur ganghrena. Ex quo temerariam esse eiusmodi scissionem ab Asclepiade inuentam clamat Aurelianus [L]. Quia tamen melius est anceps præsidium experiri, [M] quàm nullum, & extremis morbis extrema remedia conueniunt.
  - **Difficultate deglutiendi** — Facit cucurbitula ceruici, vel nucæ affixa ad secundam vertebram.
  - **Syncopa** — Conueniunt dicta præsidia auertentia; &. si cor epithemate cordiali roboretur.

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Aretæus primo, acut. 7.
c Paulus lib. 6. cap. 32.
d Aetius lib. 8. cap. 49.
e Quinto de sanit. tuend. cap. 3.
E De venæ sect. 7.
f Primo aphor. 12.
g Primo aph. 6. 7.
h Quarto acut. 30.
i xi. meth. 11.
k Quarto acut. 30. De ven. sect. 19.
l 13. meth. xi. De venæ sect. 19.
m Aretæus primo de cur. acut. 7.
n Auic. lib. 3. f. 9. cap. x.
o Rasis 9. ad Almanson. cap. 48.
p Mes. de ægritud. guttur. cap. 5.
q Aurelian. 3. acut. cap. 3.
r Quarto acut. 30.
s Alex. lib. 4. cap. primo.
t Aetius lib. 8. cap. 47.
u Aretæus primo de cur. acut. 7.
x Oribasius 4. de Eunapium 71.
y Aretæus primo de dign. acut. 7.
T Paul. lib. 3. cap. 27.
V De art. medic. 95.
Tertio tertij epidem. 76.

A Sexto catatop. 3. pag. 174. A. C.
a Alex. lib. 4.
b Aetius lib. 8. cap. 47.
b Sexto catatop. 3. pag. 174. A. C.
c 13. meth. xi.
d Auic. l. 3. f. 9. cap. 10.
e Quinto meth. 14.
f Quarto acut. 30.
g Aurelius lib. 3. acut. cap. 4.
h Sexto catatop. 1. 2. 3.
i xi. meth. 15.
k De præcogn. ad Posthum. 12.
l Alex. lib. 4.
m Aretæus primo de cur. acut. 7.
n Paulus lib. 3. cap. 27.
o Decimo simpl. de stercore.
p De remed. parat. facult. 13.
q Sexto catatop 1.
r Paul. lib. 3. cap. 27.
s Aetius lib. 8. cap. 47.
t Sexto catatop. 1. pag. 172. C.
u Quarto ad Eunapium 71.

A Quarto aphor. 13.
B De Marcore 9.
b Auic. lib. 3. f. 9. cap. xi.
C Rasis 3. continent cap. 3.
D Decimo simpl. cap. de stercore.
E Decimo simpl. cap. de lacte.
Auic. lib. 3. f. 9. cap. xi.
F Celsus lib. 4. cap. 4.
G Paul. lib. 6. cap. 33.
H Auic. l. 3. f. 9. cap. xi. Gentil. ibid.
I In Introductorio cap. 13.
K Aretæus primo de curat. acut. 5.
L Aurel. lib. 3. acut. cap. 3.
M Celsus lib. 2. cap. 9.

Pulmo

Tabula Octaua, Pulmonis Anathome.

Pulmo est mēbrum molle, laxū, cauū, spongiosum, vt gulæ [p] bubule simile, sitùmq; in thoracis cauo inter cor, & fauces, à natura factū, vt sit respirationis, & vocis instrumentum. Aerem (vt vult Gal.) concoquit, & (vt nos cum Realdo, & Valuerda [b] credimus) præparat materiam spiritui vitali. Habet quatuor lobos, duos in vtraq; parte, quintus autem lobus non reperitur in homine. Sunt autem in Pulmone.

Vasa quæ sunt

Vena arteriosa, vel Arterialis

Dicitur [a] vena Arteriosa, vel Arterialis, quia more arteriarum duas habet tunicas, tùm, vt sanguinem tenuiorem, ex quo nutritur pulmo, commodè continere, & ferre possit, tùm ne facilè dilatetur nobis inspirantibus, neq; contrahatur expirantibus.

Oritur à dextro [b] cordis ventriculo ex partibus arteriosis iuxta cordis [c] os, vt arteria aorta (hinc.n.est vtriusq; radix). Habet ad orificium tres membranas [d] à figura sigmoides vocatas, quæ membranæ intus, foras, idest, à corde in pulmonem spectant, ne sanguis ex pulmone in dextrum cordis ventriculum remigrare possit [d]. Fert sanguinē à corde ad pulmonem (vt [a] Gal. asserit, & sensus ipse ostendit). Verū de fine, .i. de causa, propter quam ferat sanguinem est aliqua controuersia, nam Gal. [e] dicit id fieri solùm causa pulmonis nutriendi. Sed Io: Valuerda, [f] & Realdus Columbus præceptor suus, & meus, putat id quoq; fieri propter vitalis spiritus generōnem. Quæ opinio, cū, & mihi summopere probetur, verissima esse ex Gal. principijs ita demonstratur. Cùm spiritus vitalis ex Gal. [g] gignatur in corde, & arterijs sumpta materia generationis ex humorum exhalatione, & inspirōne, non potest statim ex ipso sanguine generari, sed oportet sanguinem ipsum exquisitissimum immutationem adipisci. Quare veluti natura [g h] semini adnexum testibus anfractū, lacti vasorum [g] ad māmas tendentium longinquitatem, & spiritui [i] animali mirabilem plexū retiformem pro diuturna concoctionis mora est machinata. Sic etiā pro conficienda, & præparanda spiritus vitalis materia, quæ ex eodem [g] Gal. est humorum exhalatio, & aer inspiratus, aliquod membrū ex necessitate fabricare debuit. Hoc aūt nullum aliud in homine pōt esse nisi pulmo, in cuius rara, & molli carne tamquam in plexu [g] retiformi aer per nares attractus, & spiritus vitalis per arterias carotidas delatus miscetur, & conficitur. Sic aer per asperam arteriam attractus, & sanguis per venam arteriosam à corde transmissus misceatur, & conficiatur, & ita præparatus per arteriam venosam in sinistrū cordis ventriculum feratur, in quo spiritus ipse vitalis vltimam perfectionem, vt lac in mammis, semen in testibus, [g] & spiritus animalis [h] in cerebri ventriculis, [k] recipiat. Hæc prima est ratio, quæ sic effingi, & efformari potest.

Si vitalis spiritus gignitur ex humorum exhalatione, & inspirōne, Igitur in pulmone præparabitur materia pro spiritu effingendo. At ex Gal. [g] spiritus vitalis gignitur ex humorū exhalatione, & inspirōne, igitur in pulmone præparabitur materia dùm miscetur aer inspiratus cum sanguine delato per venam arteriosam. Connexum patet, quia ex Gal. [g] requiritur præparatio, quæ non potest fieri nisi in pulmone.

Secunda ratio est hæc. Si in pulmone à corde est vas inducens materiam pro vitali spiritu effingendo, & in corde est vas educens ipsum spiritum vitalem, ergò materia in pulmone præparatur. At in pulmone à corde est vas inducens [l] materiam pro vitali spiritu effingendo, & in corde est vas educens vitalem spiritum. Itaq; materia in pulmone præparatur, atq; ita miscetur, & conficitur sanguis cum aere, veluti in plexu retiformi, spiritus vitalis cum ipso aere. Connexum patet per Gal. dicentem requiri præparōnem (vt supra est ostensum) & requiri vasa inducentia, [m] & educentia ex necessitate, nam, quemadmodum è plantarum radicatione radices deorsum aguntur, & stirps sursum oritur, eodem pacto è corde [l] arteriæ, altera in pulmones, altera in totum corpus dispergitur. E iecinore item venæ, altera in ventrem, altera in corpus vniuersum distribuitur [l]. Tertia ratio est huiusmodi. Si membranæ arteriæ venosæ spectant à pulmone in cor, ergò in pulmone præparatur materia. Sed membranæ arteriæ venosæ spectant [n] à pulmone in cor, vt patet per anathomen, & asserit ipse Gal. [n] Ergo in pulmone præparatur materia. Hoc argumentum concederet Gal. [n] verùm diceret materiam illam esse aerem elaboratum [o] in pulmonis carne. Contrà, si hoc esset verùm, non reperiretur sanguis in orificio arteriæ venosæ (nam impediret transitum aeris). At semp reperitur. Nec pōt dici (vt Gal. dicit 7. de us. part. 8.) id contingere quia à corde feratur spiritus vitalis, & sanguis vaporosus ad pulmonē, qm, si hoc esset verum, oporteret, vt membranæ spectarent à corde in pulmonem, quia magis noxiū esset remigrare sanguinem, quàm aerē. Quarta, & vltima ratio est hæc. Si non fieret præparatio in pulmone, frustrà mitteretur tanta copia sanguinis ad pulmonē. Sed tanta copia sanguinis non mittitur frustrà ad pulmones, quia *Deus, & natura nihil frustrà faciunt*. Ergò fit præparatio in pulmone. Connexū patet ex eo, quia maior est copia sanguinis delati ad pulmonem, quàm opus sit pro illius nutritione, pręsertim cùm dicat Gal. [q] nutriri quoq; pulmonem ex spirituoso sanguine à sinistro cordis ventriculo per arteriam venosam delato. Itaq; si cor calidissimum oīum viscerum à vena exigua, quæ ipsum coronat, [r] nutritur, cur pulmo tàm grandi vena, & arteria ad sui nutritionem habet opus? Præterea est absurdū spiritum nutriri aere (vt dicit [s] Galenus) cùm aer sit simplex elementum, & spiritus sit quoddam mixtum non animatum.

Ex his rōnibus, quę (nisi fallor) demonstrationes sunt, luce clarius patet in pulmone fieri materiæ pro effingendo spiritu vitali præparationē. Asserit quidem Gal. [t u] carnem pulmonis esse ad aeris coctionem cōparatam, non tñ dicit eamdem facere ad sanguinem extenuandum; coquendum, & cum aere miscendum, ac postea in sinistrum cordis ventriculum deferendum per ipsam arteriam venosam, quin potiùs putat per medium cordis [a] septum, & per ea, quæ in ipso sunt foramina, transumi multum sanguinem ex dextro in sinistrum ventriculum, quod nos quoq; non negamus. Verùm putamus talem sanguinem non conuerti in spiritum vitalem, sed potiùs esse tenuiorem illum sanguinē qui in arterijs continetur, ac per arterias in totum corpus fertur.

Arteria venosa seu venalis

Vocatur Arteria venosa, [c d] vel venalis, quia instar venæ est simplex, ac tenuis; tùm, vt faciliùs dilatari, & constringi queat; tùm, vt maiorem [e f] materiæ portionem ferat, quo (vt inquit Gal.) pulmo nutriatur. Nascitur à sinistro cordis [f] ventriculo, vbi residet spiritus [g] vitalis ex partibus venosis, habetq; ad orificium duas membranas, quæ secundum plerosq; [h i] sunt innominatæ, at secundum aliquos à telorum cuspide [h] Triglochinę, vel glochinæ .i. trisulcę dicuntur. Licet hoc nomen alijs potiùs conueniat. Atq; hæc est opinio Gal. dicentis, arteriam venosam ferre ad cor aerem [l] concoctum in pulmonis carne, & è conuerso à corde ad pulmonem vitalem spiritum, [m] vaporosum sanguinem, & fuliginosa excrementa. Quæ opinio falsa esse, his rōnibus ostenditur. Si à corde ferretur ad pulmonem sanguis vaporosus, & spiritus per arteriam venosam, ergo membranæ à corde in pulmonem pertinerent. At membranæ non pertinent a corde in pulmonē; sed (vt asserit [n] Gal. & patet ex Anathome) pertinent à pulmone in cor. Itaq; à corde in pulmonem non fertur sanguis vaporosus, & spiritus per arteriam venosā. Connexum patet, quia quemadmodum in vena arteriosa deberent esse, si, vt per illam sanguis educitur à corde. Responderet Gal. [h i k] id factum esse ad prohibendum aerem à regressu in pulmonem. At nos contra responsionem dicimus longe maioris esse momenti non regredi sanguinem in cor, quàm aerem in pulmonē in quem intrant fuligines. Secunda ratio est. Si à corde ferretur ad pulmonem sanguis spirituosus impediret ingressum aeris in cor, quod est absurdū. Tertia ratio ē hæc. Si à corde ferretur ad pulmonem sanguis vaporosus, & spiritus, ergo natura vteretur ijsdem vasis, & ijsdem meatibus ad materias semicoctas, & ad plenè coctas. At natura non vtitur eisdem [o] vasis, & meatibus ad materias semicoctas, & ad plenè confectas, vt patet de venis portæ, & cauæ. Itaq; à corde non fertur spiritus, & sanguis vaporosus ad pulmonē. Connexū patet, quia per arteriam venosam ferretur aer, & materia semicocta ad cor: & rursus per eamdem ferretur spiritus, & sanguis vaporosus à corde; qui est materia plenè confecta, & sic idem esset vas inducens, & educens; quod apertissimè est contra Gal. sententia 6. de decret. Hipp. & Plat. in fine cap. 4. Præterea, si verum esset, quòd à corde ferretur ad pulmonem per arteriam venosam sanguis vaporosus, ergò tali sanguine pulmo nutriretur, quod fatetur Gal. 7. de vsu part. 8. in fine. Sed pulmo tali sanguine non nutritur, nam præter prædicta absurda, ēt illud sequeretur, vt pulmo nutriretur non tantùm ex sanguine venali, verùm ēt ex arteriali. At Gal. numquàm dicit partes nutriri ex vtroq; sanguine, vt facit Auerr. [p] sed solùm ex venali. Ob has igitur, & antedictas rōnes putamus mixtum cum aere sanguinem, atq; in pulmonis carne, tāq; idoneā ad vitalē spiritū materiā præparatū in arteriam venosam transumi, & ad sinistrū cordis ventriculū ferri, atq; ita vitalem spiritum fieri. Quarè non iniuria dicit [q] Gal. venas arteriosas esse veluti radices proportione respondentes venis, q̄ sunt circa ventriculum, & mesenterium.

Alia arteria seu Bronchus, seu pharynx

Dicitur aspera arteria ad differentiam arterię leuis, nam duplex est genus [r] arteriarum, vnum quidem læue à sinistro cordis ventriculo in totum corpus propagatum, & hoc asperum, quod tùm bronchus, [r] tùm etiam pharynx [s] eodem cum pharynge, .i. faucibus nomine vocatur. Aspera arteria prædicta est cartilagine, [t] & membrana, cartilagine quidem quatenus vocis; membrana verò quatenus respirōnis est instrumētum. Exteriùs rotunda est, [u] ac sphærica, & magis cartilaginosa, vt ab externis iniurijs sit tutior; interiùs verò magis depressa, & membranosa, & colligantibus cartilaginibus [x] à quibusdam sigmoides dictis est prædita, ne stomachus, idest gula, vel œsophagus à cartilaginum duritiæ lædatur, neue cibi, & potionis transitus impediatur. A pharynge .i. faucibus principium habens [s] laryngem, qui ob id bronchi caput [r] nominatur, fertur per collum, quod illius gratia [t] est factum, pertinetq; in pulmonem inter venam arteriosam, & arteriam venosam, vt (quemadmodum censet [y] Galenus) à vena arteriosa nutriatur, & per arteriā venosam aerem ad refrigerandum cor transmittit, quod nos minimè negamus, & addimus per asperam arteriam ferri, aerem in pulmonis carnem, vt cum sanguine misceatur, conficiaturq; adeò, vt fiat idonea materia pro vitali spiritu gignendo. Hoc solùm vas [a] in pulmone est inane, & vacuum sanguine, & ob cartilaginem est patens, vt aer per illud liberè ferri possit. Hinc, si, vel extrinsecùs, [r] vel intrinsecùs quippiā per mediam spiritus viam intret, statim ad illud propulsandum tussis excitatur [b]. Et, quia patentia [c] sunt arteriarum orificia, & etiam sunt latiora, quàm in vena arteriora, & arteria venosa; id, quod pręternaturā est in pulmone, thorace, & spatio intermedio, siue sit sanguis, siue pus, vel alia materia in asperas arterias ingreditur, & per tussim effertur, intrat interdum [d] tamen, vel in venas arteriosas, vel in arterias venosas, & post in cordis ventriculos, & inde ad magnam arteriam, vel venam cauam, & demùm per vrinas, vel deiectiones excernitur, sed hoc raró contingit. [d]

Caro

Vocatur communi vocabulo ab Erasistrato [e] Parenchyma, idest, affusio, vel effusio, vel interfusio, nam à quibusdam [f] Medicis caro omnium viscerum, quæ est propria illarum [e] substantia dicitur parenchyma, quia ex venis effusus sanguis circa vasa concrescit stipationis modo, & vnicuiq; visceri est propria caro. In pulmone autem talis caro [g] est læuis, rara, & velut ex spuma quadam sanguinea concreta, & conflata, est mollis, [h] foraminulenta, & spirituosa, & sic [y] aerea, spiritusq; plena. Facta est à natura non modò, vt [i] repleat stipationis, & stæbis (vt inquit Galenus) instar interualla vasorum. Sed etiam, vt externum aerem concoquat, [k] vt sit aptum spiritus nutrimentum, vel potiùs (vt diximus) vt ex aere mixto cum sanguine, idoneam ad spiritum vitalem gignendum materiam efficiat.

Membrana

Membrana [i] quædam tenuis à succingente exorta ambit extrinsecùs omnes pulmonis lobos, per hanc membranam disseminantur portiones quædam neruorum sexti paris, qui propter stomachum infernè ad ventriculum feruntur, per quas neruorum portiones pulmo sensus est particeps.

AVCTORITATES.

a Sexto de vsu part. x. xi.
a Septimo de vsu part. 2.
Septimo de anatomic. admin. 4.
b Septimo de vsu part. 8. 9.
Septimo de anatom. 5.
c Septimo de anatom. x.
d Sexto de vsu par. xi. 14. 16. 19.
d De ven. & art. dissect. 2.
e Sexto de vsu part. x.
f Io: Valuerd. lib. 6. cap. 14.
g Septimo de decret. Hipp. & Plat. 3. 12. meth. 5.
h De vsu puls. 2.
i Nono de vsu part. 4.
K Septimo de vsu part. 8.
Octauo de vsu part. 10.
Nono de vsu part. 4.
16. de vsu part. x.
l Sexto de decr. Hip. & Plat. 3. in fine.
m Sexto de decret. 4. in fine.
n Septimo de anatom. admin. 9.
Sexto de vsu part. 14. 15.
o Sexto de vsu part. 17.
Septimo de vsu part. 8.
p In Introduct. vel medic. xi.
q Sexto de vsu part. 10.
r Sexto de vs. part. 14.
s Septim. de vs. part. 9.
De vtil. resp. 5
De vs. puls. 2.
t Septimo de vsu part. 8.
u De vocal. instr. dissect. 2.
De caus. respir.

a Sexto de vsu part. 17.
b Io. Valuerd. lib. 6. cap. 14.
c Sexto de vsu part. 10. 11. 12.
d Septimo de vsu part. 2. 8. 9.
Septimo de anatom. 5.
e De venar. & art. dissect. 2.
Septimo de anatom. admin. 4. 5.
f Septimo de vsu part. 8. in fine.
g Primo de decret. Hipp. & Plat. 6.
Septimo de vsu part. 8.
h Sexto de vsu part. 14.
i Sexto de anatom. admin. 9.
K Septimo de anatom. admin. xi.
l Sexto de vsu. part. 17.
Septimo de vsu part. 8.
m Septimo de vsu part. 8. 9.
n Sexto de vsu part. 14. 15.
o Sexto de decret. 4. in fine.
p Secundo collig. 8. 9.
q De dissect. ven. 1. 9.
q 16. de vsu part. 13.
q Sexto de decret. Hipp. 3. 4.
r Septimo de anatom. primo.
s Octauo de vsu part. primo.
t Septimo de vsu part. 4. 6.
u Septimo de vsu part. 7.
x Septimo de vsu part. 3. 4.
y Septimo de vsu part. 8.

a Septimo de vsu part. 3.
b Secundo simplic. 17.
Secundo de caus. sympt. 4.
b Septimo de vsu part. 3.
c Quinto de loc. affect. 3.
d Sexto de loc. affect. 4.
e Septimo de anatom. admin. 5.
f xi. simpl. 1. Sexto de decr. Hip. 8.
g Sexto de vsu part. x. pag. 151. D.
h Septimo de vsu part. 9. K.
i Septimo de vsu part. 2. 8.
K Sexto de vsu part. 17.
Septimo de vsu part. 8.

Tabula Nona, Differentiæ morborum Pulmonis.

Differētæ morborū pulmonis sumūtur à

- Causa
  - Externa, & sunt Res
    - Faciendæ § Vt motus vehementior, saltus, [*a b*] clamor, contusio, sublatio magni ponderis vas frangens. Sic otium gignens superfluitates, [*a*] & demùm, quæ plenitudinem, vel cacochimiam generant.
    - Assumēdæ § Vt cibi, & potus plenitudinem, [*c*] vel cacochimiam gignentes. Ita etiam acria, siue alimenta, siue medicamenta soluentia continuum in pulmone. [*c*]
    - Excernendæ § Si retineantur superfluitates, aut supprimantur solitæ vacuationes, vt menstrua, pulmo non rarò affici consueuit.
    - Incidentes extrisecùs
      - Ambiens [*d*] frigidus [*e*] vt in hieme, glacie, niue, valdè nocet pulmoni; tùm, quia ipsum cogens causa est, ne liberè possit dilatari & contrahi, atq; vt facilè in eodem frangantur vasa; tùm, quia excitat ad ipsum fluxionem. [*d e*]
      - Ambiens etiam calidior dissoluens, aperiensq; orificia venarum; Humidior molliens, & siccior cogens, lædit pulmonem.
      - Ita etiam gladius, lapis, & eiusmodi soluentia continuum, vel contundentia nocent pulmoni. [*g*]
  - Interna q̄ est
    - Patiens. quę est ipsius pulmonis habilitas, & aptitudo ad ipsos morbos ob
      - Intēperiē § Qualibet intēperies pcipuè [*h*] frigida, ita debilitat pulmonē, vt à qualibet, vel leui causa facilè afficiatur.
      - Malam cōpositionem § Vt accidit in ijs, qui habent thoracem angustum, & scapulas in modū alarū prominentes. [*i*]
      - Solutionem continui.
    - Agens, vel efficiens, q̄ causa est
      - Humor
        - Hic, siue sit simplex, siue mixtus, siue sola, vel quantitate, vel qualitate, siue vtraque vitiosus lędit pulmonē
          - Inflāmando § Vt in peripneumonia [*k*]
          - Obstruendo § Vt in asthmate. [*l*]
          - Soluendo continuum § Vt in sputo sanguinis ex pulmone ob plenitudinem [*m*] vel acrimoniā humorum, ita etiam in phthisi.
      - Substantia aquosa, quæ à Gale. [*M*] dicitur serosa superfluitas § Vt accidit in eo affectu, qui ab Auicenna dicitur aggregatio [*n*] aquæ in pulmone, & ab Hippo. [*N*] hydrops pulmonis.
      - Pus [*o*] § Vt accidit in [*o*] Empyemate, pleuritide, ac peripneumonia suppurata.
      - Grando, vel lapis § Dicit Gal. 4. de loc. aff. 8. grandinem, Alexander, [*p*] Paulus, [*P*] & Auic. [*Q*] non modò grandinem; sed etiam lapidem per sputum cum vehementi tussi deiectum esse asserunt.
      - Flatus § Interdum etiam flatuosa substantia nocet pulmoni.
- Morbo q̄ est
  - Intēperies q̄ est
    - Sine materia [*q*] & tūc talis intēperies ē
      - Inæqualis, [*q*] idest, quę non ita occupauit pulmonem, vt illi sit facta ascititia natura, & hæc intemperies est
        - Simplex
          - Calida
          - Frigida
          - Humida
          - Sicca.
        - Composita
          - Calida humida
          - Calida sicca
          - Frigida humida
          - Frigida sicca.
      - Aequalis, idest, quæ facta est pulmoni ascititia natura, & talis intemperies est calida, vel frigida.
        - Moderatè [*q*]
        - Immoderatè, & tunc talis intemperies est immoderatè
          - Calida [*q*]
          - Frigida [*q*]
    - Cū materia, q̄ materia est
      - Humor qui est
        - Sīplex
          - Sanguis § Hinc est inflammatio pulmonis, quæ ex [*r*] Auerrhoe fit sæpiùs.
          - Bilis § Hinc est erisipelas § Fit [*s*] sæpiùs in pulmone erisipelas ex Mesue. [*s*]
          - Pituita
            - Cum febre acuta § Hinc est œdema pulmonis i. peripneumonia à pituita, quę ex Gal. [*t*] fit sæpiùs.
            - Sine febre acuta, [*u*] siue adsit alia febris, siue non adsit § Hinc est Asthma.
          - Humor melancholicus [*x*] § Ab hoc rarissimè fit peripneumonia. [*x*]
        - Mixtus § Hinc fiunt peripneumoniæ mixtæ, quæ accipiunt nomen à [*y*] prædominātī humore, & denominationem ab alio, qui est à prædominanti; vt phlegmon erisipelatodes, erisipelas plegmonodes, & similia. [*y*]
      - Substantia aquosa, quæ serosa superfluitas dicitur à Gal. 4. de loc. affect. cap. 8.
      - Sanguis [*a*] extra vasa § Vt in sputo sanguinis.
      - Pus, [*b*] grando, [*c*] lapis [*d*] § Velut ante dictum est.
  - Mala compositio ipsius pulmonis in
    - Conformatione meatuum
      - Obstructorum § Vt in asthmate, [*e*] vel orthopnęa à crassis, & glutinosis humoribus.
      - Astrictorum § Vt in [*f*] asthmate à tuberculo in pulmone, sic in peripneumonia.
    - Magnitudine
      - Aucta propter
        - Peripneumoniam.
        - Tuberculum pulmonis, quod bothor dicitur ab Auicenna. [*g*]
        - Abscessum.
      - Imminuta à consumptione § Vt accidit in phthisi. Potest etiam esse imminuta magnitudo pulmonis ab ortu ob paruitatem thoracis.
    - Numero
      - Aucto § Vt, cum in pulmone sunt dicti humores, pus, grando, [*f*] vel lapis. [*h*]
      - Imminuto § Vt, cum aliquis lobus in phthisi putrefactus fuit per sputamen reiectus. [*f H*]
    - Situ § Vt, cum Pulmo est alligatus costis, veluti ego vidi in Francisco Flandro, & Archipresbytero Pisano.
  - Solutio continui, siue à causa externa, siue interna, quæ solutio est
    - Recens § Hinc est sputum sanguinis ex pulmone. [*i*]
    - Vetusta § Hinc est vlcus [*l*] pulmonis cum parua febri, ac totius corporis extenuatione, qui affectus ab Antiquioribus, [*l*] & præcipuè ab Atheniensibus phthoe nominatur. Ab Hippo. [*m*] verò Gal. [*m*] & alijs, phthisis appellatur.
- Loco affecto, q̄ est pulmo. Afficitur autem pulmo per
  - Essentiam, [*n*] vel primariò, vel per se, & tunc affectus est in pulmonis
    - Substantia, idest carne § Vt cum in pulmonis carne est vlcus, vel inflammatio.
    - Membrana, per quam disseminati sunt duo nerui tenues à sexto pari neruorum cerebri.
    - Vasis, quæ sunt
      - Arteriæ.
        - Aspere. [*o*]
        - Venosæ.
      - Venæ arteriosæ.
  - Consensum, vel communitatem à
    - Toto corpore § Vt in febribus, plenitudine, & cacochimia.
    - Partibus
      - Capite § Hinc sæpissimè fluit [*o q*] materia ad pulmonem, quæ varios ibi morbos procreat.
      - Larynge, [*r*] & partibus vicinis § Vt in angina.
      - Thorace § Vt in pleuritide, empyemate.
      - Hepate [*s*] § Ab hoc interdū pellitur sanguis [*s*] ad pulmonem, qui ibidē, vel frangit vas, vel excitat peripneumoniā.
      - Ventriculo, liene, vtero, renibus, vesica, & alijs partibus.
- Symptomate § Vt, cum dicimus ex affecto pulmone fieri difficultatem respirandi, vel tussim, vel sputum sanguinis, puris, & eiusmodi. Ita etiam, cum asserimus pulmonis morbos esse, vel acutos, vel longos, vehementes, vel debiles, recentes, aut vetustos, & eiusmodi plurima, quæ ab accidente aliquo desumuntur.

AVCTORITATES.

a Tertio aphor. 29.
b Quarto de loc. affect. 8.
a b Quinto meth. 2.
Aetius lib. 8. cap. 59.
c Quinto meth. 2. Paul. lib. 3. c. 31.
De ven. sect. aduers. Erasistr. 6.
d Tertio aphor. 23.
e Quinto aph. 24. Quinto meth. 2.
f Quarto de loc. affect. 8.
g Quinto meth. 2.
h Tertio 6. ep. 14. Quarto de loc. aff. 8
i Primo 1. epid. 18. Secũdo aph. 34
x Quarto de presag. ex puls. 2.
l Septimo catatop. 6.
m Quinto meth. 2.
M Quarto de loc. affect. 5. 8.
N Hippocr. 2. de morb.
n Quarto de loc. affect. 8.
n Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 15.
o Quarto de loc. aff. 8. Quinto met. 8
p Alex. lib. 5. cap. 4.
P Paul. lib. 3. cap. 28. 31.
Q Auic. lib. 3. f. 10. tr. 3. cap. 1.
q Quarto de præsag. ex puls. 2.
q Quarto de loc. affect. 8.
r Quarto collig. 52.
s Mesues de ægritud. pect. & pulm. x.
t Quarto de caus. puls. 12.
u Sexto aphor. 33.
Septimo catatop. 6.
x Auic. lib. 3. f. x. tr. 4. cap. x.
y Quarto de præsag. ex puls. 2.
y Quarto de loc. affect. 8.

a Quarto de loc. affect. 5.
b Quinto de loc. affect. 3.
c Quarto de loc. affect. 8.
d Alex. lib. 5. cap. 4.
e Septimo catatop. 6. Sexto aph. 46
f Quarto de loc. affect. 8.
Septimo catatop. 6.
g Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 14. 15.
h Alex. lib. 5. cap. 4.
H Quarto de loc. affect. 5.
i Quarto de loc. affect. 5.
i Quinto aphor. 13.
l Septimo aphor. 16.
l Primo primi epidem. 18.
m Quinto aphor. 9. 11. 12. 13.
n Quinto de loc. affect. 3.
o Quarto de loc. affect. 8.
p Quinto de loc. affect. 3.
q Septimo aphor. 30. 38.
r Quinto aphor. x.
s Sexto aphor. 12.

ADNOTATIONES.

Differentias morborum pulmonis à causa desumptas innuit Gal. 4. de caus. puls. 12. & alibi sæpè
Easdem sumptas à morbo exposuit idem Galenus accuratè in quarto de præsag. ex puls. cap. 2. & quarto de loc. affect. cap. 8.
Sed à loco affecto desumptas idem sæpè innuit, ac tractauit, vt 5. de loc. affect. 3. & 4. de loc. affect. cap. 7.
Differentias verò à symptomate acceptas neglexit, quia sunt accidentales.

Tabula Decima, Signa morborum pulmonis.

Signa morborum pulmonis ſunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio cauſarum [a] procatarcticarum, quæ magis faciunt ad Medici gloriam, [b] quàm ad ęgri ſalutem, poſſuntq; haberi ex ægrotante, & aſſidentibus, quarè hic omittuntur.
- **Indicatiua, à q. b⁹ monſtratur**
  - **Morbus qui ē**
    - **Cauſa**
      - **externa** — Signa oſtendentia cauſam externam ſunt eadem cauſa externa, [c] quæ anteceſsit, vt curſus, vox, pondus, quæ vas in pulmone fregerāt; vndè ortum eſt ſputum ſanguinis. Ita etiam aliæ cauſæ, quæ plenitudinem, vel cacochimiam genuerunt. [d]
      - **Interna q̄ eſt**
        - **Patiens, quæ eſt habilitas, & aptitudo pulmonis ad morbos ob**
          - Intemperiem [e] pręcipuè frigidam — Adſunt ſigna intemperiei, [e] quæ inferiùs ponentur, & à qualibet, vel læui cauſa affectus in pulmone procreantur.
          - Malā cōpoſitionē — Hāc oſtēdit habit⁹ pterigodeis, [f] .i. alatus; ita ēt pect⁹ anguſtū, vt declarabitur in ſignis phthiſis.
          - Solutionē cōtinui — Si adſit ſolutio cōtinui ex vlcere callo obducto, facillimè īcidet æger ī ſputū ſangu. ex pulm. [g]
        - **Efficiens q̄ cauſa eſt**
          - **Humor** — Hic, ſiue ſit ſimplex, ſiue mixtus, & ſiue peccet quātitate ſiue qualitate, ſiue vtroque modo; cognoſciur ex ſuis cauſis, & effectis. Sed etiam in pulmone cognoſcitur, quia ipſum pulmonem lædit.
            - Inflammando — Adſunt ſigna peripneumoniæ. [h]
            - Obſtruendo — Adſunt ſigna aſthmatis. [i]
            - Soluendo continuum — Adſunt ſigna ſputi ſanguinis ex pulmone. [k]
            - Hæc ſigna ponentur in propria tractatione dictorum morborum.
          - **Subſtantia aquoſa** — Intemperie, atq; habitu pituitoſo, anteceſſerunt cauſæ madefacientes, quæ præſentes nocent, ac proſunt contrariæ. Febris, aut non adeſt, aut eſt lenis, [k] magna [l] adeſt tuſſis cum pauco, & tenui ſputo. Pedes ſunt tumidi, vngues contracti; adſuntq; cætera empyematis [m] ſigna quare ab Aetio hic affectus vocatur empyema, licet ab eodem ponatur non in pulmone, ſed in vacuo thoracis Ab Hippoc. dicitur hydrops pulmonis. [n]
          - **Pus [o]** — Adſunt ſigna empyematis, [p] vel ſuppuratæ peripneumoniæ, aut pleuritidis, vel phthiſis. Adeſt tuſſis [o] vehemens, per quam ſæpè ipſum pus reijcitur. [p]
          - **Grando, [o] vel lapis [q]** — Anteceſſerunt ſigna oſtendentia redundantiam humoris glutinoſi, vel puris in pulmone, à cuius caliditate talis materia fuit exuſta, & in ſubſtantiam lapideam conuerſa. Adeſt tuſſis vehemens, cum qua interdum grando, vel lapis educitur.
          - **Flatus [r]** — Sentitur tenſio cum leuitate. Atq; ſæpè adeſt ſputū ſanguinis, quia flatus tendens rumpit vaſa.
    - **Intēpies**
      - **Sine materia, & tunc intēpies eſt**
        - **Inequalis, quæ mouet tuſſim, & hæc īntemperies eſt**
          - Calida [s] — Anteceſſerunt cauſæ calefacientes, vt multus motus, ira, vigilia, cibi, & potiones calefacientes, ſed præſertim calidi aeris [s] inſpiratio, quę cauſæ pręſentes nocent, & proſunt contrariæ, & præſertim frigidi aeris inſpiratio, plùs inſpiratur, [t] quàm expiratur, & ſic maior inſpiratio, quàm expiratio. Sentitur æſtus [s t] in thorace, fauces ſunt calidæ, lingua arida, & ſicca, adeſt ſitis, expiratio calida, Pulſus eſt magnus celer, creber.
          - Frigida [s] — Antéceſſerunt cauſæ externæ refrigerantes, vt otium, triſtitia, cibi, & potiones frigidæ, quies, ſomnus, & præſertim [s] frigidi aeris inſpiratio, quæ cauſæ pręcipuè frigidi [u] aeris inſpiratio ſenſibiliter lædunt, & iuuant contrarię, pręſertim [s u x] calidi aeris inſpiratio. Sentitur frigiditas in thorace [x]. Adeſt cupiditas calidi aeris, & calidæ potionis. Reſpiratio eſt parua, tarda, rara, ita etiam pulſus; Excreatur pituita. [u]
          - Humida [s] — Anteceſſerunt cauſę madefacientes, quę præſentes nocent, & proſunt contrariæ. Fauces ſunt humidæ, vel vuidæ, vox [x] obſcura, vel rauca pulſus mollis.
          - Sicca — Anteceſſerunt cauſæ exiccantes, quę ſunt eædem cum calefacientibus, quæuè præſentes nocent, & proſunt contrariæ. Fauces ſunt valdè aridæ, quia nulla adſunr excrementa, [y] nec pituita. Vox eſt clara, pulſus durus. [x]
        - **Aequalis, [A] in qua non adeſt tuſſis, quia non ſentitur læſio. Et hęc intēperies eſt talis**
          - Moderatè [A] — Anteceſſerunt cauſæ per multum temporis ſpacium, quæ talem intemperiem genuerunt; & eſt mutatus tantùm reſpirationis rhythmus.
          - Immoderatè, & tūc talis intemperies eſt
            - [B] Calida — Præterq̄quod p multū tēporis ſpaciū affuerūt cauſę calefaciētes, & ēt adſunt ſymptomata p̄dicta, vt cupiditas aeris, potionisq; frigidę, & mutatus rhythmus reſpirōnis; lingua etiam eſt aſpera, nigra, finiturq; hæc intēperies tractu temporis in hæctica.
            - Frigida [C] — Affuerunt diù cauſæ refrigerantes, & adſunt dicta ſymptomata, pręſertim magna cupiditas calidi aeris, & potionis. Pulmo oppletur fluxionibus, & demum ſuperuenit frigiditas hęctica.
      - **Cum materia q̄ eſt**
        - **[D] Humor qui eſt**
          - [D] Simplex
            - Sanguis — Adſunt ſigna inflammationis.
            - Bilis [E] — Adſunt ſigna Eriſipelatis. [E]
            - Pituita
              - Cum febre acuta — Adſunt ſigna œdematis.
              - Sine febre acuta — Adſunt ſigna aſtmatis, quæ ponentur in propria tractatione
            - Humor melancholicus — Adſunt ſigna ſcirrhi.
            - Omnia iſta ſigna accuratius exponentur in tractatione peripneumoniæ. Et ſigna aſthmatis tractabuntur exquiſitè in propria aſthmatis tractatione.
          - Mixtus [D] — Adſunt ſigna mixta.
        - **Subſtantia aquoſa, [G] pus, grando, lapis [H]** — De ſignis harum ſubſtantiarum dictum eſt ſuperius.
    - **Mala cōpoſitio in**
      - **Conformatione [F] meatuū obſtructorum** — Adeſt difficultas reſpirandi [F] cum ſtercore, grauitas in thorace; difficultas iacendi ſupinè; & demum omnia ſigna aſthmatis, vel orthopneæ recenſenda in propria tractatione. Poſſunt etiam meatus eſſe aſtricti, vel compreſſi, vt in tumoribus, & affectibus ſuperius expoſitis.
      - **Magnitudine**
        - Aucta propter
          - Peripneumoniam [I] — Adſunt ſigna peripneumoniæ.
          - Tuberculum — Adſunt ſigna Aſthmatis. [K]
          - Abſceſſum — Anteceſſit aliquis morbus in partibus ſpiritalibus, vel vicinis cum multo humore, qui confertim fuit tranſmiſſus ad pulmonem. Adeſt magna difficultas reſpirandi, & ſentitur inſignis grauitas in ipſo thorace.
        - Imminuta — Adſunt ſigna phthiſis,
      - **Numero**
        - Aucto — Vt, cum in pulmone adeſt pus, [L] grando, lapis, [M] ſanguis extrà vaſa — Adſunt ſigna ſuperiùs dicta, & eductió talis materiæ cum ſputo per tuſſim.
        - Imminuto — Vt, cum excretus [L] eſt aliquis lobus per ſputum cum tuſſi — Adſunt ſigna phthiſis.
      - **Situ** — Vt, cùm pulmo eſt alligatus coſtis — Difficillimè cognoſcitur, niſi aperiatur thorax. Id tamen poteſt conijci ex glutinato vlcere in ipſo pulmone. Vidi ego Idib⁹ Nouēb. 1569. in quodam Franc. Flandro liberalibus diſciplinis dedito, qui perijt Piſcis phthiſicus totum pulmonem alligatum coſtis in dextra, & ſiniſtra parte. Præterea anno 1578. in Archipræsbytero Piſano, qui mortuus factus empyricus ex pleuritide ſuppurata pulmonem in dextra parte alligatum coſtis inſpexi, quia in eadem annis elapſis habuerat vlcus ex ſputo ſanguinis, & veluti per miraculum fuerat ſanatus.
    - **Solutio continui**
      - Recens — Cognoſcitur ex ſputo ſanguinis, & alijs ſignis in propria tractatione recenſendis.
      - Vetuſta — Adſunt ſigna phthiſis.
  - **Locus affectus, qui eſt pulmo, ſed poteſt eſſe affectus p**
    - **Eſſētiam** — Adeſt difficultas reſpirādi abſq; ſignis aliarum partiū affectarum, & tunc affectus eſt in Pulmonis
      - Tunica, [N] vel membrana — Sentitur potiùs grauitas, quàm inſignis dolor, quia exigua portio neruorū à ſexto pari per hāc tunicam diſſeminatur. [N] Quarè ſentitur quidem, ſed non valdè exquiſitè.
      - Carne — Adeſt inſignis anhelatio [O] ſine dolore tamen, quia in tali parte non eſt neruus.
      - Vaſis
        - Arterijs
          - Aſperis — Adeſt tuſſis, & magna difficultas reſpirandi. [P]
          - Lenibus, vel venoſis — Adeſt magna pulſus [Q] inęqualitas tū in pluribus, tū in vno pulſu. Pulſus eſt tremul⁹, & ſæpè non adeſt tusſis, [Q] nec difficultas reſpirādi, vt ego vidi in Coſmo Philippi à PōteHerę, & ī quodā milite Lucēſi. Et Gal. dicit idē accidiſſe Antipatro (Medico [Q]
        - venis arterioſis — Educitur ſanguis in inſigni quantitate, non ita floridus, & ſpūmas, vt eſt cum alijs pulmonis partibus educitur. Sic ſæpè excreauit ſanguinem cum fruſtulis etiam pulmonis Alex. Bonānius Archipræsbyter Piſanus, quem ego annis 26. plùs minùs curaui, & adfuit etiam curationi interdum Vidus Vidius, Michael Angelus Angelius Bargeus, & Marcus Antonius Quarantottus, & cum morbum illum depuliſſet (quod fieri poſſe nullo modo videbatur) in menſe Septembris 1578. priùs in pleuritidem (cum Piſis abeſſet) deinde in empyema incidit, à quo cum fuiſſet ſtrangulatus, eo diſſecto, inuenta eſt ſiniſtra pars thoracis plena pure, & in dextra, quę iàm diù ægrotauerat, inuentus eſt callus, propè quē pulmo cum coſtis coaluerat.
    - **Cōſenſū à**
      - Toto — Adſunt ſigna febris, vel pleuritidis, vel cachochimiæ,
      - Partibus
        - Capite [R] — Adſunt ſigna catharri [R].
        - Larynge, thorace, hepate, liene, ventriculo, vtero, renibus, & alijs partibus — Adſunt ſigna talium partium affectarum.
- **Prognoſtica,** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Decimæ.

Prognostica per quę præcognoscitur

- **Euétus vel exitus**: Omnes affectus pulmonis, cum trahant in consensum cor, tùm ob communionem, quam cùm ipso habent per maxima [S] vasa, tùm ob vicinitatem, sunt valdè periculosi, & eò sunt difficiliores, quò [T] ob internum illius situm valdè remotum nequeunt vires medicamentorum integrè ad ipsum peruenire, & quò etiam plurimi pulmonis affectus cum materia [V] sanari non possunt sine tussi, quæ præter quàm quod indiget viribus [X] valentibus, etiam valde exagitans ipsum pulmonem, qui alioqui versatur in perpetuo motu. Intemperies æqualis terminatur ad morté, Inæqualis verò, si sit leuis, non est valdè periculosa. Periculosa etiam admodum est solutio continui, vt in proprijs locis declarabitur. Quarè, si vires sint debiles, [Y] exitus erit ad mortem certus; si validæ, erit dubius, cum etiam morbi sint magni. Ex quo diligenter conferendum est robur naturæ [Z] cum robore morbi, atq; ita [&] exitus pręcognoscetur.
- **Tempus**: In intemperie sine materia, tempus est diuturnum, in illa verò, quæ est cum materia, & in alijs affectibus erit varium pro illorum affectuum natura, vt in phthisi est diuturnum, & in asthmate [a] sed in peripneumonia est breuissimum. In sputo verò sanguinis nunc breue, nunc diuturnum, vt ostendetur in talium affectuum propria tractatione.
- **Modus**: In intemperie non erit per crisim, sed per solutionem morbi, aut virium resolutionem. In alijs verò affectibus interdum erit per crisim, vt in peripneumonia, interdum per solutionem, vt in asthmate, phthisi, & eiusmodi, quemadmodum patebit in propria ipsorum tractatione.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. xi.
b De art. medic. 7. Primo progn. 4.
c De remed. parat. facil. cap. 1.
d Alex. lib. 7. cap. primo.
e Tertio sexto epid. 14. Quarto de loc. affect. 8.
f Primo pri. epid. 18. Secũdo aph. 34
g Quinto meth. 8.
h Quarto de loc. affect. 8.
i Septimo catatop. 6. Sexto aph. 46.
k Quarto de loc. affect. 5. 8.
l Quarto de præsag. ex pulſ. 2.
m Aetius lib. 8. cap. 65.
n Hipp. in lib. 2. de morbis.
o Quarto de loc. affect. 8.
p Quĩto de loc. aff. 3. Quinto meth. 8
q Alex. lib. 5. cap. 4.
r Quinto meth. 2. Quarto de loc. affect. 5. 8.
s Quarto de loc. affect. 8.
t De art. medic. 64.
u De art. medic. 65.
x Quarto de præsag. ex pulſ. 2.
y De art. medic. 66.

A Quarto de loc. affect. 8. Quarto de præsag. ex pulſ. 2.
B Quarto de præsag. ex pulſ. 2.
C Quarto de loc. affect. 8.
D Quarto de præsag. ex pulſ. 2.
E Quarto de loc. affect. 8.
F Septimo catatop. 6. Sexto aph. 46
G Quarto de loc. affect. 8.
H Alex. lib. 5. cap. 4.
I Quarto de prę sag. ex pulſ. 2.
K Quarto de loc. affect. 8.
L Quarto de loc. affect. 8.
M Alex. lib. 5. cap. 4.
N Septimo de vſ. part. 2.
O Quarto de loc. affect. 8.
P Secundo simpl. 17. Secundo de cauſ. sympt. 4.
Q Quarto de loc. affect. in fine.
R Septimo aph. 30. 38. Quĩto met. xi
S Quarto de præsag. ex pulſ. 2.
T Quinto meth. 7.
V Quinto meth. 8.
X Quinto de loc. affect. 3.
Y Decimo meth. 5.
Z De medic. art. constitut. 18.
& Secundo progn. 6.
a Septimo catatop. 6.

Tabula Vndecima, Curatio morborum Pulmonis.

- In curatione morborum pulmonis, opa, seu intentiones curatiuæ sumuntur à scb⁹.
  - Præternaturalibus, idest à
    - Causa
      - externa
        - Hæc, si abijt [a] nihil indicat, Verùm, si adsit morbum fouens, vel augens, statim est amouenda: vt, si clamor [b] saltus, & similia foueant, vel augeant sputum sanguinis ex pulmone, indicatur esse ab illis abstinendum.
      - Patiente, quæ est habilitas pulmonis ad morbos
        - Ab hac indicatur ablatio causæ facientis habilitatem, vt intemperiei, & solutionis continui, de quibus inferiùs dicetur, sed mala conformatio thoracis est insanabilis.
      - Interna
        - Inhibitio ne noua materia generetur per
          - Victus rationem in sex rebus non naturalibus secundum conuenientem [c] quantitatem, qualitatem, & modum vtendi.
          - Medicamenta, quæ interiùs, & exteriùs admota naturalium membrorum calorem foueant, ac temperent, vt commodas coctiones præstent.
        - Efficiẽte, .i. humore existẽte causa
          - Antecedente cõtinua in
            - Toto corpore à qua causa indicatur
              - Alteratio [d] genitæ materiæ per contraria
                - Alimenta
                - Medicamenta [d]
                  - Decocta, vel aquas.
                  - Syrupos.
                  - Antidotos.
              - Vacuatio [d] per
                - Sanguinis missionem
                  - In plerisq; [e] pulmonis affectibus valdè confert sanguinis missio, si adsit plenitudo, & vires possint ferre. Mittitur autem ex interna [e] cubiti vena.
                - Medicamenta [f] ducentia quò natura vergit, & per aluum, vrinam.
              - Auersio [g] p
                - Vacuationes dictas, quę auertunt materiam à pulmone. [g]
                - Cucurbitulas affixas cruribus, coxis, brachijs, scapulis, dorso, natibus.
                - Ligaturas, vel vincula ad iuncturas, ita frictiones ad partes extremas. [h]
                - Aquam calidam
                  - Ad auertendam materiam à pulmone valdè confert, si teneantur manus, & pedes in aqua calida. Hoc remedium ad auertendum in angina proponit Paulus lib. 3. cap. 27.
            - Capite à quaĩ dicat'
              - Vacuatio
                - Vniuersalis, [i] idest, respiciens totum corpus
                  - Hæc præstatur per sanguinis missionem, & purgationem, quemadmodum dictum est.
                - Particularis, .i. respiciens ipsũ caput quę vacuatio fit per
                  - Chirurgiam
                    - Secatur vena in fronte [k] angulis oculorum, naribus, post aures. Cucurbitulæ affiguntur cum scarificatione, & etiam sine scarificatione ad caput. Excitantur cauteria ad suturam coronalem, labdoidem, occiput, ac supra aures.
                  - Medicamenta admota
                    - Interiùs, q̃ medicamẽta sunt
                      - Errhina
                        - Ista mouentia sternutamentũ per accidens vacuãt ea, [l] quæ sunt in pulmone. Interdùm conferunt, & optimè faciunt capiti. Sed in sputo sanguinis sunt suspecta.
                      - Apophlegmatismata
                        - Ista ẽt capiti conferũt, & interdũ pulmoni
                    - Exteriùs
                      - Confert ceratum de Betonica, de stercore columbino, [m] de thapsia. Facit etiam optimè synapismus. [m]
              - Incrassatio, & exiccatio talis materiæ, ne fluat ad pulmonem
                - Facit ad id Theriaca [n] recens, diacodion, diaspermaton, [o m] zaccarum rosatum cum bolo armeno.
            - Alijs partibus
              - Petuntur intentiones curatiuæ ex proprijs illarum partium affectibus.
          - Cõtinẽte à qua indicatur
            - Transmissio ad alias partes per
              - Repulsionẽ
                - Non conueniunt plerumq; [p] repellentia in affectibus pulmonis neq; interiùs, neq; exteriùs; nam exteriùs admota [p] compingunt materiam à thorace in pulmonem. Quarè dicit Gal. [q] valdè nocere, qui astringentia thoraci applicant, Sed etiam interiùs non conueniunt; quia ad pulmonem non perueniunt, vel in ipsum materiam magis compingunt.
              - Auersionem
                - Ad auertendum facit [r] missio sanguinis, purgatio, frictiones, cucurbitulæ, vincula; sed præsertim cucurbitulæ cum scarificatione cruribus affixæ.
                - Confert etiam tenere pedes, & manus in aqua calida.
            - Extractio per
              - Os
                - Maximè propriè [s] extrahitur materia ex pulmone per tussim, quo nomine maximè conferunt bechica [t] tussim mouentia.
              - Poros cutis
                - Id præstant synapismi, & frictiones ad thoracem sed multò magis [u] cucurbitulæ cum scarificatione.
    - Morbo q. est
      - Intemperies
        - Sine materia
          - Ab hac indicatur ablatio per [x] contraria æqualia in gradu
            - Vt ab intemperie calida, indicatur esse refrigerandum: à frigida calefaciendum per alimenta, & medicamenta.
        - Cum materia
          - Ab hac indicatur ablatio materiæ, (vt suprà diximus) [x] & amotio intemperiei per æqualia in gradu.
      - Mala cõpositio in
        - Conformatione meatuum obstructorum
          - Indicatur [a] apertio, & (vt ita dicam) exobstructio: quæ [d] præstatur ablata materia obstruente per auxilia superiùs exposita.
        - Magnitudine [c]
          - Aucta
            - Indicatur ablatio illius magnitudinis præternaturam, [b] quæ aufertur ablata materia augente.
          - Imminuta
            - Indicatur auctio magnitudinis imminutæ per renutritionem, si præstari potest.
        - Numero [d]
          - Aucto
            - Indicatur ablatio talis numeri, vt de materia diximus.
          - Imminuto
            - Indicatur restitutio, vel refectio talis numeri, quæ præstari non potest.
        - Situ
          - Indicatur repositio in proprium locum, quæ præstari nequit.
      - Solutio continui
        - Ab hac indicatur [e] vnio per refrigerantia, & astringentia. Verùm, si adsit vlcus sordidum, indicatur detersio; si cauum, applanatio; si inflammatum, ablatio inflammationis.
    - Symptomate
      - Tussi
        - Ab hac indicatur [f] lenitio per bechica tussim sedantia, vt per amilum, tragachantam, glicyrrhizam.
      - Difficultate respirandi
        - Ab hac indicatur facilitas [g] respirandi præstanda per ea, quæ morbum, & causam respiciant, &, si æger collocetur erecto capite; si fiant frictiones, & cætera in asthmate recensenda.
  - Naturalib⁹
    - Temperie
      - Cùm pulmonis [i] temperatio sit sicca ratione vasorum (nam ratione carnis est humida) indicat vtendum esse siccis. At plerumq; contra indicat materia; cuius ratione, vt facilius educi possint, vtendum est madefacientibus [h] moderatis. Cumq; pulmo ob suam temperiem, & exiguum neruulum à sexto pari per tunicam tantùm delatus preditus sit minimo [i] sensu, indicat se posse validiora præsidia ferre.
    - Conformatione meatuum
      - Cùm satis ampli sint meatus [i] per asperam arteriam; indicatur per hanc vacuandum esse pulmonem. Ita etiam medicamenta per eandem lambendo esse assumenda in affectibus asperæ arteriæ.
    - Situ secundum
      - Locũ
        - Cum pulmo situs sit in partibus internis, indicat non temerè vtendum esse [l] reprimentibus exteriùs admotis ne materiam intrò magis compingant. Ita etiam, cum longum [m] sit iter pertranseundum à medicamentis, antequàm ad pulmonem [n] perueniant; valentioribus esse vtendum, ne virtus in longo itinere penitùs amittatur. Sic, quando est opus refrigerantibus, & astringentibus quæ sibi ipsis viam obstruunt; indicatur cum ijs esse miscenda calida, quæ frigidis, & astringentibus viam sternant ad penetrandũ.
      - Societatẽ
        - Cum pulmo habeat societatem cum ore per [o] asperam arteriam, indicat [o] per hanc se esse vacuandum. Interdum etiam per vomitum ratione ventriculi sibi vicini, sed & per vias vrinæ [r] ratione arterię venosæ, veluti per deiectiones ratione venæ arteriosæ. nam sicut ab arteria venosa traducitur materia ad [p] sinistrum cordis ventriculum, & inde ad arteriam magnam, & post ad emulgentem, & tandem ad [p] vesicam. Sic à vena arteriosa fertur ad dextrum cordis [p] ventriculum, inde ad venam cauam, ad hepar, ad mesaraicas, & intestina. Potest etiam ferri per venam cauam ad emulgentem, ad renes, & vesicam.
  - Non naturalib⁹, idest, ab ipso aere ambiente
    - Si ambiens aer [q] cum intentionibus curatiuis conueniat, pro gratia est habendum; vt, si cum opus est refrigeratione, ipse etiam sit frigidus. At, si aduersetur, indicat [r] inhibendam esse illius noxam per contraria; vt, si cum opus est refrigeratione ipse sit calidus, indicat esse refrigerandum valentiùs, & per alimenta, & medicamenta.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Quinto meth. 2.
c Primo aphor. 17. 19.
De art. medic. 89.
d De art. medicin. 89.
e De venæ sect. 15.
13. meth. xi.
Quinto meth. 8. 13. 14.
f Quinto meth. 14.
De art. medic. 89.
g Quinto meth. 3. 5.
h Quinto meth. 8.
13. meth. 11.
i Quinto meth. 13. 14.
k Sexto catatop. 3. pag. 174. A. C.
l Secundo de cauſ. ſympt. 6.
m Quinto meth. 14.
n Quinto meth. 13.
o Septimo catatop. 5.
p Quinto meth. 6. 11. meth. 17.
q De medic. art. conſtit. 17.
r Quinto meth. 3. 5. 8.
De art. medic. 95.
s De art. medic. conſtit. 17.
De art. medic. 94.
t Decimo ſimpl. 20.
u De cucurbit., & ſcarific. 20.
x Secundo aph. 22. De art. med. 89.

a De art. med. 94. 11. meth. x.
De medic. art. conſtit. 17.
b 13. meth. 9. 10. 11.
c De art. medic. 97.
d De art. medic. 96.
e Septimo catatop. 3.
De art. medicin. 90.
f 12. meth. 1. 2. Quinto ſimpl. 20.
g Septimo catatop. 3.
h Tertio acut. 2.
i Secundo ad Glauc. 2.
i Septimo meth. 13.
i Quinto meth. 11.
k Quarto meth. 7.
l Quinto meth. 6. 11. meth. 17.
m Quinto meth. xi. De art. med. 89.
n Septimo catatop. 4.
o De medic. art. conſtit. 17.
xi. meth. 19.
Septimo catatop. 4.
p Sexto de loc. affect. cap. 4.
q ix. meth. 14.
r Tertio meth. 9.

Tabula Duodecima, Tuſſis definitio cauſæ.

Tuſſis eſt percuſſio [q] aeris in laryngem violenta & inordinata ob vehementiſſimam efflationē, vel effluxionē à natura factam ad depellenda ea, quæ ſpiritus vias infeſtant. Cuius tuſſis cauſæ ſunt

- **[L] Efficiens**
  - **[m] Perficiēs, q̄ verè tuſſim efficit**
    - Eſt natnra, [a] ideſt, facultas regens animal, quæ irritata à cauſa præternaturam cupiens illam expellere, neq; id potens pręſtare per partem in ſ ‸piam [b] contractā, aliam depellendæ cauſæ noxiæ rationem magna ſolertia eſt molita, quippe, cum externus aer in aſperas arterias trahatur, quæ, & cartilagineæ, duræq; ſint, neq; contrahi circa id, quod [c] continet poſſunt, incitatum hunc excogitauit ꝑ ſpiritus viam, quam vocant tuſſim, per quam non aliter, quàm [b] opifices fiſtulas, & tibia, ſipſas arterias expurgaret, quo pacto etiam [c] nares per ſternutamentum [d] expurgat, maior [c] aūt eſt ſpiritus ipſius in ſternutamento, quàm in tuſſi impetus, adeò, vt vno impulſu, tùm à pulmone, tùm à capite ſpiritus emittatur: à capite quidem per ſe emittitur ſpiritus, à pulmone verò per neruos, veluti per longa brachia in pectus porrecta, à quibus validè contractus thorax, validè quoq; pulmonem ipſum contrahit; ſicq; in ſternutamento non modò nares, verùm etiam aſperæ arterię magis, quàm in [c] tuſſi expurgantur, & ob id, qui infirma ſunt virtute, [e] cum pectus, & pulmonem volunt expurgare, ſibi nares laceſſendo, ſternutamentum mouent; quod ex accidente (vt inquit [f] Galenus) humorum, qui in pulmone eſt remedium.
    - Ex alijs igitur partibus facultas [b] expultrix nocentia propellit per abſolutam earumdem partium contractionem, veluti faciunt digiti nucleos. Verùm in aſperis arterijs id efficere nequit, quoniam ſunt (veluti dictum eſt) cartilagineæ, durǫq;, vt ipſius aeris, vel ſpiritus via, & meatus perpetuò ſit patens, & apertus. Quarè vtitur violenta [b] aeris emiſſione [e] per validiſſimam [g] thoracis contractionē, in qua ipſe aer violenter, & inordinatè [b] emiſſus incidens in eum, qui eſt in larynge facit ſonum, qui tuſſis dicitur.
    - Itaq; cauſa efficiens ipſius tuſſis ex [i] Gal. [k] dicetur facultas tùm [i] naturalis, videlicet expultrix, tùm [k] animalis, videlicet mouens voluntaria: expultrix quidem, quia tuſſis à natura inſtituta [g] eſt ad expellenda noxia; mouens autem, & voluntaria; quia fit per vehemētem thoracis contractionem. Atq; ita facultas animalis naturali deſeruit. Dicitur tuſſis [l] facultatis opus, quia fit ab ipſa facultate.
    - Dicitur etiam ſymptoma [l] eiuſdem facultatis, vel actionis, quoniam facultas irritatur à cauſa præter naturam, quare à Gal. [l] reponitur in motuum illegittimorum numero; cumq; ex eodem motus illegittimi fiant, vel à facultate ſolum; vt ſternutamentum, tuſſis, oſcitatio, pandiculario, ſingultus; vel à morbo ſolùm, vt palpitatio, & conuulſio; vel à facultate, & morbo ſimul, vt tremor. Tuſſis ex ijs eſt, qui fiūt à [m] facultate ſolùm; dicitur tamen ſymptoma, & motus illegittimus; quia non eſt in animali [b] cum integra ſanitate fruitur, ſed quando contriſtans aliqua cauſa ſpiritus vias occupauit.
  - **Irritans, vel ſtimulans, quæ facultatē excitat ad monendam tuſſim**
    - Eſt cauſa [n] præternaturam lædens meatus, vel vias ipſius ſpiritus, ideſt, aſperas arterias; adeò, vt ſpiritus liberè intrare, & exire non poſſit: quæ cauſa poteſt eſſe, vel in medio canali, & meatu, veluti ſunt poculenta, & eſculenta, quæ imprudentibus [n] nobis [o] confertim in aſperam arteriam ingrediuntur, vel in parietibus, ſiue talis cauſa ſit [p] aſperitas, & inæqualitas; quam ſpiritus violenter, & inſolenter impingat, ſiue ſit intemperies inæqualis dolorem faciens; &, ſiue ſit in aſperis arterijs per ſe, & (veluti dicunt) primariò, & per eſſentiam, ſiue per conſenſum à pulmone, thorace, ſepto tranſuerſo, hepate, liene, ventriculo, abdomine, atq; eiuſmodi alijs partibus.
- **[L] Finis, .i. cuius gratia ē tuſſis**
  - Eſt expulſio rei infeſtantis [r] vias ſpiritus, ideſt, aſperas arterias [s] pulmonem, ac thoracem, hac enim de cauſa tuſſis (vt inquit [t] Gal.) à natura effectrice manat, vt ſpiritus itinera expurgentur, & per hunc finē differt tuſſis à voce, nam vocis finis eſt [q] ſignificatio, vel imaginatio ſignificandi, tuſſis autem eſt expulſio rei lædentis vias ipſius ſpiritus [q]. Quamobrem, ſi tuſſis fieret cum imaginatione ſignificandi aliquid, veluti nonnulli faciunt, qui tuſſi pro nutu vtuntur [q]. Tuſſis tunc vox dici poterit, vt etiam dicitur luctus, vel gemitus, ſibilus [u] ratione huius finis dicitur tuſſis eſſe opus naturæ.
- **[L] Materia quæ in tuſſi eſt ratione ipſi⁹**
  - **Efficientis .i. facultatis expultricis, vel mouentis**
    - Aer in tuſſi comparatus ad veram cauſam efficientem, ideſt, ad facultatem mouentem dicetur efficientis [x] materia, vel inſtrumentum, nam aer eſt, qui violenter & confertim emiſſus abſq; imaginatione [q] ſignificandi, facit ſonum in larynge, qui tuſſis dicitur, & per huius materiæ inordinatam motionem differt tuſſis à voce, nam in voce [q] aer ordinatè, & non violenter mouetur; in tuſſi verò inordinatè, & violenter. A Gal. [y] aer dicitur cauſa continens ipſius tuſſis; nam ab eodem ponitur [p] prima cauſa duplex, ſcilicet materiæ vitium, & vnde eſt principium motus, quæ eſt ipſa facultas, hæc non per ſe, ſed per aerem, [y] vel ſpiritum mouet materiam. Quare etiam ſpiritus habet rationem efficientis, vel mouentis, moti tamen ab altero, ideſt, ab ipſa facultate, quæ eſt principium mouens. Qua de cauſa dicit alibi Gal. aerem, [a] vel ſpiritum eſſe tamquàm manum quamdam, quæ ſurſum humores ſecum ferat.
  - **Finis, ideſt expulſionis**
    - Eſt res [b] infeſtans vias ipſius ſpiritus, vt id, quod inter edendum, ac bibendum per medium aſperæ arteriæ canalem nobis imprudentibus fertur; vel eſt ſanguis ex vaſe [c] rupto, ſeu aperto egreſſus, vel eſt alius humor, vel pus, [d] vel grando, vel lapis, [e] vel materia à capite [d] fluens, vt in catharrho. [f]
- **[L] Inſtrumenta, quę**
  - **Emittunt aerem**
    - Eſt pulmo, qui eſt [g] proprium, & principaliſſimum reſpirationis inſtrumentum, & ob id veluti folliculus fiſtulæ; atq; ſubſtantiam habet laxam, raramq; vt aere poſſit impleri.
    - Hic, cum à motu [g h] thoracis pendeat, guberneturq;, contractus à vehementi thoracis cōtractione multum aerem violenter, [i] & confertim mittit; per [a] quem, veluti per manum quamdā educuntur ea, quæ præter [i] nām in aſperis arterijs cōtinētur.
  - **Vehūt, vel ferunt aerem**
    - Eſt aſpera arteria, quæ fuit facta cartilaginea, vt ſemper aperta, & patens eſſet, vt ipſe ſpiritus [k] intrò, & extrà [h] liberè ferri poſſet, eſtque cartilaginoſa, vt vocis ſit inſtrumentum, atque habet interiùs membranam, vel tunicam, [l] vt eſt reſpirationis inſtrumentum.
  - **Suſcipiunt aerem profacienda tuſſi**
    - Eſt larynx [m] primnm, & principaliſsimū vocis inſtrumentū conſtans tribus cartilaginibus, [n] videlicet ſcutiformi, innominata, & arithenoide, quarum motibus deſeruiunt viginti muſculi, duodecim [n] proprij ipſius laryngis, & octo communes.
    - Aer exiſtens [o] intra laryngis cartilagines percuſſus ab aere validè, ac violenter, & inordinatè à pulmone emiſſo, facit in larynge ſonum, qui tuſſis dicitur. [o]
  - **Expurgantur per tuſſim**
    - Eſt Pulmo, [p q r] & thorax, vel potiùs aſpera arteria, vel aſperæ (vt inquit Gal. 7. aphor. 51.) arteriæ, quæ ſunt in pulmone, hæc enim ſunt, quæ propriè expurgantur per tuſſim, quemadmodum nares per ſternutamentum [r] ſed poſſunt affici aſperæ arteriæ, vel per ſe, & per eſſentiam, vel per conſenſum, qui conſenſus maximè eſt à pulmone, ac thorace.
  - **Cùm tuſſis (vt aſſerit Galenus ſecundo de ſympt. cauſ. 4. nihil aliud ſit, quàm vehemētiſſima quædam efflatio, quò plurimus ſimùl, celerrimeq; foràs actus ſpiritus attrahat, propellatq; ſuo impetu ea, quæ vias ſuas obſtruunt, non immeritò ad tuſſim faciendam laborant omnes muſculi thoracem contrahentes, & conſtringentes. Horū tamē muſculorū alij faciūt.**
    - **Expirationem naturalem, & non violentam**
      - Eſt naturalis [s] decidentia, vel ſubſidentia thoracis in ſeipſum, cum ab actione ceſſat ſeptum tranſuerſum, ſunt etiam muſculi abdominis. [t]
      - Dicit Galenus 4. de locis affectis cap. 6. vniuerſos muſculos contrahentes thoracem facere expirationem.
    - **Efflationem, vel exufflationem ſine ſtrepitu**
      - Hanc faciunt muſculi [s t T] intercoſtales interni quidē vſq; ad cartilagineas [u] coſtarum partes; externi verò ſecundum cartilagineas.
    - **Efflationem, vel exufflationem cū ſtrepitu, vel ſtrepentem.**
      - Hanc (vt ait Galenus 4. [T] de loc. affect. 6. faciunt muſculi, qui ſunt in faucibus; vel (vt idem inquit 2. de motu muſc. cap. 9.) muſculi, qui ad thoracem perueniunt ex ſcapulis, & collo, vel (vt de diſſect. muſc. 23.) muſculi, qui ſecundum coſtarum radices ſunt porrecti, &, qui vltimas coſtas detrahunt, & demùm omnes muſculi contrahentes thoracē

AVCTORITATES.

a Secundo de cauſ. ſympt.cap.primo.
b Secundo de cauſ. ſympt. 3.
c Secundo de cauſ. ſympt.4.
d Septimo aphor. 51.
e Secundo de cauſ.ſymp.5.pag.22.H
f Secundo de cauſ. ſympt. 6.
g Quinto de loc. affect.3.
h Io:Gramm.2.de anima tex. 88. 90.
i Secundo de cauſ. ſympt. 6.
  Quinto de loc. affect.3.
  Secũdo de cauſ.ſymp.5.pa.22.H
k Secundo de cauſ. ſympt. 3.
l Secundo de cauſ. ſympt. 1. 3. 4.
L De vocal.inſtrum.diſſect.3.4.
m Secundo prognoſt. 43.
n Secundo ſimplic. 17.
  Secundo de cauſ. ſympt.4. 5.
o Quarto meth. 7.
p Quarto aph.54. Secũdo 6.epi.24.
q Io:Gramm.2. de anima tex.88. 90.
r Secundo de cauſ.ſympt.4. 5.
s Quinto de art. medic.94.
  Quarto de loc.affect. 8.
t Quinto 6.epi.3. Quinto de lo.aff.3
u Tertio tertij epidem. 74.
x De cauſ.reſpir. Secundo ſimpl.17.
y Secundo prognoſt.43.

a Tertio acutor.2.
b Secundo de cauſ. ſympt. 4.
  Secundo ſimpl.17.
c Quarto de loc. affect.5.
d Quarto de loc.affect.8.
e Alex. lib.5.c.2. Paul.lib.3.c.28.
f Aetius lib.8.cap.54.
g Septimo de vſu part. 1. 9.
  Sexto de vſu part. 2.
h De cauſ.reſ. De motu thor.&pul.
i Secundo de cauſ.ſympt.3.4
k Septimo de vſu part. 3.4.
l Septimo de vſu part.4. 5.6.
m Octauo de vſu part. 1.
  Secundo de decr.Hipp.& Plat.4.
n Septimo de vſu part.11. 12. 13.
n De vocal. inſtr.diſſect.3.
o Io:Gramm. 2.de anima 88. 89.
p De opt. ſect.x. ⎧ Septimo aph. 8.
q De art.med.94. ⎩ Quarto aph. 2.
r Septimo aphor. 37. 51.
  Sexto aphor. 35.
s Secundo de mot. muſcul.9.
t De muſcul. diſſect.23.
t De cauſ. reſpir.
T Quarto de loc. affect.cap.6.
u De muſcul. diſſect.23.

ADNOTATIONES.

Tuſſis cùm ſit accidens per ſe, & propria laryngis paſſio, definienda eſt per ſubiectum, & per propriam cauſam, propter quam eſt in tali ſubiecto. Quarè (vt docet Ariſt.2. poſter. analyt. tex. 9. & x.) habebit triplicem definitionem, ſcilicet per ſubiectũ, per cauſam, & per vtrũq;.

Per ſubiectum autem, ſeu materiam, definitio, quæ materialis, & concluſio demonſtrationis vocatur, hæc eſt.

Tuſſis eſt percuſſio violenta, & inordinata aeris in larynge. {A}

Per cauſam verò definitio, quæ formalis, & principium demonſtrationis dicitur, eſt hæc.

Tuſſis eſt vehementiſſima efflatio à natura facta ad depellenda ea, quæ ſpiritus vias infeſtant. {B}

Mixta ex vtriſq; definitio, quæ demonſtratio poſitione differens appellatur, eſt hæc.

Tuſſis eſt percuſſio violenta, & inordinata aeris in larynge propter vehementiſſimam efflationem, à natura factam ad depellenda ea, quæ ſpiritus vias infeſtant.

Hæc, ſi tranſponantur verba, vel mutentur, fiet demonſtratio ſic.

Omnis vehementiſſima efflatio à natura facta ad depellenda ea, quæ ſpiritus vias infeſtant eſt pcuſſio violẽta, & inordinata aeris in larynge.

Omnis tuſſis eſt vehementiſſima efflatio à natura facta ad depellenda ea, quæ ſpiritus vias infeſtant {B} *ergo.*

Omnis tuſſis eſt percuſſio violenta, & inordinata aeris in larynge. {A}

Tuſſim præcedit Cerchnos, id eſt, exiguus quidã ad tuſſiendum impetus, quemadmodum nauſea præcedit vomitum.

Homo {C} *inter animalia plurimùm tuſſit, quia cerebrum habet frigidiſſimum, & humidiſſimum, & plurimùm fit tuſſis à pituita deſtillante, vel, quia in cæteris animalibus excrementa aliò feruntur.* {C}

A Io:Gramm. 2.de anima 88. 89.
B Secundo de cauſ. ſympt. 4.
C Ariſt. decimo probl. primo.

Tabula Decimatertia, Tussis differentiæ.

Tussis differentiæ sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa** — Hæc põt mouere tussim p se obstruendo gignendo intemperiem, & exasperando, potest etiam id facere per aliud, vt, cum excitat fluxiones, aut gignit superfluitates. Talis autem causa sunt Res
    - **Faciédæ** — Motus, & exercitatio vehementior, vigilia, ira, & cæteræ animi perturbationes fluxionem ad asperam arteriam excitãtes. Ita nimium otium gignens superfluitates ad asperam arteriam transmittendas, causæ tussis dici possunt.
    - **Assumédę, vel offerendæ, q̃ sunt alimenta, & medicamenta tùm liquida, tũ solida, quæ deferũt p asperã art.**
      - **Medium canalem [a c]** — Hæc, siue sint cibi [b] siue potiones, siue medicamenta semper mouent [a] tussim, quia sunt impedimento spiritui, ne liberè intrò, & extrà feratur.
      - **Tunicam, per quã ea, quæ feruntur, sunt**
        - **Mordacia [c]** — Vt piper, [c] synapi, oleum salitum — Hæc semper mouent tussim. [c]
        - **Nõ [c] mordacia, & talia sunt partium**
          - **Inæqualiũ** — Vt est mica panis, oleum nõ salitum, nec recens — Sẽp excitant [b] tussim, quia gignũt inæqualitatẽ in tunica. Quarè Gal. cõtrà Antiquos [c] mõstrat, nõ omne mouens tussĩ esse mordax, licet omne mordax moueat tussĩ.
          - **Æqualiũ, vt est vinũ, aqua, & similia, quę feruntur per tunicam asperæ arterię.**
            - Confertim, [c] & non paulatim — Semper mouent tussim.
            - Paulatim, adeò, vt [a] percolentur veluti aqua per murum. — Non faciunt tussim; & hoc pacto inter bibendum semper fertur [a] aliqua [c] portio [d] ipsius potionis ad Pulmonem.
    - **Excernendæ** — Vt, si retineantur in corpore superfluitates, facilè possunt excitare fluxiones ad asperam arteriam. Sic, si [e] sanguis, [f g h] pus, catharrus, grãdo, lapis, vel aliquid eiusmodi sit in asperis arterijs, semper facit tussim.
    - **Incidentes extrinsecùs**
      - **Aer ambiens**
        - Frigidior, vt in hieme, ideſt, [i] niue, glacie, flante aquilone — Mouet tussim; tùm, quia frigida [i] sunt inimica pectori; tùm, quia excitant fluxiones à capite, & fauces exasperant. [k]
        - Humidior, vt in hieme, [k l m] & verè, præsertim post austra lem statum, & sic etiam prægressa [n] æstate sicca, & aquilonia, Autumnus fuerit pluuiosus, & Australis — Huiusmodi ambientis natura mouet tussim, quia excitat destillationes.
      - **Fumus, [o] vel vapor acris, vel puluis** — Ab his etiam excitatur tussis; vel, quia mordicant; vel, quia exasperant.
  - **Interna q̃ est**
    - **Patiés, quæ est habilitas ad tussim ob**
      - **Temperationem**
        - Naturalem — Humidi, tùm ratione totius [p] corporis; tùm ratione capitis sunt obnoxij catharris, ac tussi.
        - Præternaturalem — Phthisici, empyematici, pleuritici, peripneumonici, catharro obnoxij sunt propensi ad tussim.
      - **Ætatem** — Infantes nuper [q] nati ob superfluam cerebri humiditatem tussi sunt obnoxij. Iuuenes [r] ob inordinatos motus, & victus rationem, sputos sanguinis, tabi, atq; ita tussi sunt obnoxij. Senes, [s] quia in ipsis partes ad caput attinentes refrigerantur, & multę superfluitates generantur, proni sunt ad tussim.
    - **Efficiens quæ est**
      - **Humor**
        - **Simplex**
          - Sanguis — Vt in sputo sanguinis. [t]
          - Bilis — Vt in pleuritide. [u]
          - Pituita [Vt in peripneumonia, [u] & plerumq; in catharris.
          - Humor melancholicus — Vt in scirrho pulmonis.
        - **Mixtus.**
      - **Alia substantia, quę est**
        - Vapor — Refertur ad humorem, à quo attollitur.
        - Pus [x] — Vt in empyemate, ac suppurata pleuritide, vel peripneumonia.
        - Grando, [x] lapis, [y] Ephelcis, [t] ideſt ramentum [x] ex aspera arteria, frustulum pulmonis. [t x]
        - **Vermes [a]** — Hi etiam ascendentes ad gulam tussim excitant, vt quidam asserunt, licet [a] Galenus dicat, eos, nec ratione, neq; experientia id probare posse. Dicit Gentiles [Y] ex Acarauio vermes similes muscilionibus gigni in pulmone tussim facientes.
- **Morbo q. est**
  - **Intéperies**
    - **Sine materia, quæ intemperies est**
      - **Æqualis [b]** — Intemperies ęqualis [b] cum sit natura acquisititia, vel ascititia, vt accidit in hectica, quando est in organis respirationis non facit tussim, quia eius noxa non sentitur, sola tamen siccitas, quamuis sit [c] æqualis, facit tussim non tamen per se; sed quatenus facit asperitatem, quapropter ratione tussis potius causa morbi, quàm morbus dici debet.
      - **Inæqualis quæ est**
        - **Simplex** — Calida. Frigida. Humida. Sicca.
        - **Composita, quæ est** — Calida humida. Calida sicca. Frigida humida. Frigida sicca.
        - Omnes istæ intemperies gignunt [d] tussim siccam, quidam tamẽ excipiunt intemperiem humidam. Sed Alexander [e] Trallianus ponit omnes. Inter cæteras maximè facit tussim intemperies [f] frigida.
    - **Cum materia** — De hac, siue sit humor simplex, vel mixtus, siue alia substantia superiùs est dictum.
  - **Mala cõpositio in**
    - **Conformatione**
      - **Meatuum** — Cum ipsi meatus respirationis .i. asperæ arterię sunt [g] obstructæ ab aliqua re, quę sit in medio canali; siue res illa sit solida, siue liquida, semper fit tussis. Eodem modo, si asperæ arteriæ sint [h] astrictæ, vt fit in tumoribus pulmonis, & aliarum partium comprimentiũ, fit tussis.
      - **Superficiei** — Cum in tunica, vel membrana asperę arteriæ adest [i] asperitas, vel inæqualitas à causa, vel externa, [g] vel interna, tussis excitatur.
    - **Magnitudine aucta** — In omni tumore partium [h] respirationi seruientium tussis adest. Ita etiam in tumore aliarum partium comprimentium organa respirationis, vt in tumore hepatis, [k] lienis, ventriculi, & abdominis in hydrope.
    - **Numero aucto [l]** — Cum os, festuca, [l] mica panis, vel quippiam eiusmodi intret asperam arteriam, fit vehemens tussis, ita quoq; si in Pulmone fit grando, [m] lapis, sanguis, pus, aut aliquis humor, vel destillatio ingrediatur in asperas arterias fit tussis.
  - **Solutio continui** — Cum in asperis arterijs adest vulnus, [n] vel vlcus à quacumq; causa siue externa, siue interna, adest tussis tum ratione solutionis continui, tùm ratione asperitatis, & inæqualitatis à solutione in asperis arterijs factæ.
- **Loco affecto** — Est autem in tussi locus affectus aspera arteria, quę est affecta.
  - **Per se, [o] per essentiã, & primariò** — Est, cùm causa, vel morbus faciens tussim per se, & primariò, est in ipsa aspera arteria, vt in illius intemperie, obstructione, asperitate, vlcere, aut alia continui solutione.
  - **Per consensum, vel p communitatem à**
    - **Toto** — Vt in febribus [p] vrentibus, vel pestilentibus, ita etiam cachexia, ideſt, prauo corporis habitu.
    - **Partibus**
      - Capite [q] — Vt in [q] catharro præcipuè vbi [r] cerebrum frigidum est, & humidum, atq; in ipso catharro materia [s] est acris, vel non acris, at pituitosa, & hęc, aut est liquida, aut cruda, & interdum tenuis.
      - Interno oris spatio, vt in angina, vua, antiadibus, ideſt, tonsillis, & similibus affectibus.
      - Auribus — Vt quando ex ipsis, dùm [t] scalpuntur, fluit aliquid in asperam arteriam.
      - Pulmone, [u] thorace, spatio intermedio, à quibus expelluntur materiæ in asperas [x] arterias.
      - Ventriculo, [y] hepate, liene, abdomine, comprimentibus septum transuersum, & sic pulmonem, & asperas arterias.
- **Fine ipsius tussis, ideſt ab expulsione, per tussim .n. expellitur**
  - **Nihil [B]** — Dicitẽ [B] tussis sicca, vel [CD] arida
    - Fit, vel ob debilitatem virtutis mouentis, [A] quæ nequit validè contrahere thoracem; vel ob asperæ [B] arteriæ [D] intẽperiem [D] sine materia, vel eiusdem asperitatem, vel, quia tussis est per consensum à parte, à qua nil potest in asperas arterias mitti; vt, cùm est per consensum ab hepate, liene, & similibus, vel [C] propter vermes mordentes ostiolum ventriculi, ad quod ascenderunt; vel ob ipsum humorem educendum, cum est nimium crassus, [D] vel nimium tenuis, vel malignus, [E] nam nimium crassus, ac tenax, cùm pertinaciter hæreat in tunicas, non potest ab aere educi, [D] & nimium tenuis, cum cedat aeri exeunti, fluatq; hinc inde, secèturque ab aere, similiter non educitur.
    - Crudus [E] quoq;, & malignus, qui est acris, & [F] erodens, vnde tussis maligna dicitur, expelli nequit.
  - **Aliquid [B]** — Dicitur tussis humida — In hac educitur nunc materia [G] defluens à capite, nunc sanguis, [H] aut alius humor, [I] nunc pus. Interdum aliqua particula Ephelcis dicta, quę est ramentum, vel frustulum asperæ arteriæ [I]. Aliquando etiam (vt ego vidi) frustulum pulmonis. Interdum [I] grando, vel etiam lapis [K]. Interdum quoq; educitur mica panis, [L] vinum, & eiusmodi, quod inter edendũ, vel bibendum illapsum est in asperam arteriam.
- **Symptomate**
  - Vt, cùm dicitur tussis [M] vehemens, debilis, magna, parua; crebra, rara; facilis, difficilis; recens, vetusta; continua, intermittens; multa, pauca, & eiusmodi, quę plures, & varię esse possunt, prout varia sunt symptomata, à quibus desumuntur.
  - Ad has differentias pertinet etiam tussis maligna, & non maligna, de qua interdum faciunt mentionem Galenus, & Hippocr. [N]. Tussis maligna, quę etiam Ferina dicitur, est quę, vel fit à materia tenui, [O] & acri à capite delabente; vel, quia est à maligno morbo; [P] vel, quia in ea ferarũ instar vngues curuantur; vel, quia est à vermibus ostiolum ventriculi mordentibus quod tamen Galenus non probat. [P]

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 7. pag. 29.
b Arist. 3. de part. animal. 3.
c Secundo simpl. 16. 17.
In introductorio vel medico. 11.
Aetius lib. 8. cap. 54.
Secundo sexti epidem. 24.
d Octauo de decret. Hipp. & Plat. 9.
e Septimo de vs. part. 8.
f Quarto de loc. affect. 5. 8.
g Oribas. 4. de Eunap. 77.
Paul. lib 3. cap. 28.
Secundo de temper. 6.
h Alex. lib. 5. c. 4. & lib. 6. c. 1.
i Quinto aph. 24. Tertio 6. epid. 4.
k Tertio aphor. 5.
l Tertio aphor. 23.
m Tertio aphor. 20.
De aere, aquis, & loc. 6.
n Tertio aphor. 13.
o Secundo sexti epidem. 24.
Secundo simpl. 17.
p Sexto aph. 2. Secundo de tēper. 6.
q Tertio aphor. 24.
r Tertio aphor. 29.
s Tertio aphor. 31.
t Quarto de loc. affect. 5.
Quinto meth. 6. 8.
u Quarto de caus. puls. 8. 12.
x Quarto de loc. affect. 8.
X Quinto meth. 12.
De medicin. art. constit. 16.
Y Gentiles super Auic. l. 3. f. x. tr. 3. c. 1

a Secundo sexti epid. 17. 24.
Aetius lib. 8. cap. 54.
b Secundo de caus. sympt. 5.
b Quarto de loc. affect. 8.
c Secundo primi epid. 78.
c Secundo sexti epid. 24.
d Secundo sexti epidem. 17. 24.
Secundo de caus. sympt. 4.
e Alex. lib. 5. cap. 1.
f Secundo de caus. sympt. 4.
Quinto meth. 13.

g Secundo simplic. 17.
h Quarto de loc. affect. 8.
i Secundo sexti epid. 24.
De differ. morb. 7.
k Quinto de loc. affect. 7.
Primo de difficult. respir. 11.
l Secundo simplic. 17.
Secundo de caus. sympt. 4.
m Quarto de loc. affect. 5. 8.
n Cels. lib. 4. cap. 4.
o Alex. lib. 5. cap. primo.
o Paul. lib 3. cap. 28.
p Auicen. lib. 3. f. 10. tr. 3. cap. primo.
q Oribas. 4. ad Eunap. 77.
r Secundo de temperam. 6.
s Paul. lib. 3. cap. 28.
t Arist. 32. sect. probl. 6.
u Tertio acut. 2. Quarto de loc. aff. 8.
x Primo primi epidem. 12.
y Sexto aphor. 16.
Secundo de loc. affect. in fine.

A Secundo prognostic. 43.
B Secundo simplic. 17.
Secundo de caus. sympt. 4.
Quarto de loc. affect. 8.
C Secundo sexti epidem. 17.
D Primo primi epid. 24.
E Secundo sexti epid. 24.
F Tertio sexti epidem. 18.
G Secundo de symptom. caus. 4.
H Quinto meth. 13. 14.
I Quarto de loc. affect. 8.
K Alex. lib. 5. cap. 4.
Paul. lib. 3. cap. 28.
L Secundo simplic. 7.
Secundo de caus. symptom. 4.
M Quarto de loc. affect. 8.
N Secundo sexti epidem. 17. 24.
N Tertio sexti epidem. 18.
O Tertio sexti epidem. 18.
P Secundo sexti epidem. 17. 24.

Signa

Tabula Decimaquarta, Signa Tussis.

Signa tussis sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægrotante. Et cum talia signa magis [b] faciant ad gloriam Medici, quàm ad ægri salutem, à nobis hic omittuntur.
- **Indicatiua à quibus monstrat**
  - **Causa**
    - **Externa** — Signa ostendentia causas externas sunt eædem causæ externæ, [c] quæ antecesserunt, vel etiam adsunt tussim facientes, vel augentes; vt mica panis, [d] vinum, & eiusmodi in asperam arteriam ingressa. Si sint incidentia extrinsecùs, vt ambientis frigiditas, aut caliditas; ita fumus, puluis, & similia; antecessit mora in tali ambiente, in quo mouetur tussis sicca [e] in ipsa inspiratione.
    - **Interna quæ est**
      - **Patiens, .i. habilitas ad tussim** — Infantes [f] ob nimiam humiditatem, & senes [g] ob frigiditatem, ac pituitosas superfluitates sunt ita proni ad tussim, vt plerúq; à tussi vexentur. Præditi quoq; humidiore têperatione [h] cerebri, ac totius corporis, habiles sunt ad tussim, [i] sic phthisici, empyematici, [k] peripneumoniaci, & catharris obnoxij. Cognoscitur etiam talis habilitas, quia tussis ex qualibet vel leuissima causa excitatur.
      - **Efficiens, idest, irritans ad tussiendũ quæ causa est**
        - **Humor qui è**
          - **Simplex qui è**
            - **Sanguis** — In bono corporis habitu, & adolescente in vere, antecessit moderatus vsus sex rerum non naturalium. Adest rubor [l] in facie, ac sputo, sentitur sapor dulcis. Si sit sanguis ex vase egressus [m] cum tussi, adest sputum sanguinis. Si verò adsit inflammatio, adsunt quoq; signa inflammationis, vt signa pleuritidis, vel peripneumoniæ.
            - **Bilis** — In temperatione [n] biliosa, iuuentute, sexu masculino, antecessit vsus causarum externarum gignentium bilem: veluti est multus motus, ira, vigilia, cibi biliosi, mora in aere calidiore, quæ causæ præsentes nocent, ac prosunt contrariæ. Adest color pallidus in facie, ac sputo. Sentitur amaritudo; &, si sit cum inflammatione adsunt signa erysipelæ. [o]
            - **Pituita** — In temperatione [p] pituitosa, ætate puerili ob voracitatem, & senili ob debilem calorem, antecessit multum otium, somnus, crapula, cibi pituitosi, mora in aere frigido, & humido, quæ causæ præsentes nocent, ac prosunt contrariæ. Adest in facie color albidus, aut plumbeus. Adest stertor, oscitatio, sentitur sapor insipidus.
            - **Humor melancholicus** — In temperatione [q] melancholica ætate consistentiæ, vel senectutis, antecesserunt causæ externæ humorem melancholicum procreantes, vt curæ, tristitiæ, timores, [r] cibi, & potiones melancholicæ, quæ causæ præsentes nocent, ac prosunt contrariæ. Adest nigredo in facie, ac sputo, & huiusmodi. Sed rarissimè ab hoc humore fit tussis.
          - **Mixtus** — Adsunt signa mixta.
        - **[Q] Alia substantia, quæ est**
          - **Pus [s]** — Adsunt signa, vel pleuritidis, vel peripneumoniæ suppuratæ, vel adsunt signa empyematis, aut phthisis, & pus, [s] cum tussi educitur.
          - **Grando [s]** — Cum tussi educitur [s].
          - **Lapis [t]** — Educitur cum tussi [t].
          - **Vermes, q. sunt in**
            - **Ore ventriculi, vel gula** — Quidam (quos reprobat [u] Gal.) putant fieri tussim à vermibus, &, si hoc fit verum, aderunt signa vermium.
            - **Pulmone [x]** — Refert gentiles [x] ex Azarauio vermes similes muscilionibus in pulmone gigni, ac tussim facere; qui cognoscuntur cum per tussim expelluntur.
  - **Morbus qui è**
    - **Intemperies**
      - **Sine materia quæ est**
        - **Simplex quæ è**
          - **Calida [y]** — In temperatione [y] calida, habitu gracili, ætate iuuenili, sexu masculino, antecesserunt causæ externæ calefacientes, quæ præsentes nocent, ac prosunt contrariæ. Adest calor, sitis, rubor [y]
          - **Frigida** — In temperatione [y] frigida, senectute, antecesserunt causæ [a] externæ refrigerantes, præcipuè frigidi aeris inspiratio, quæ causæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ præsertim calidi aeris inspiratio, & potio calidior. Sentitur frigiditas, non adest sitis, nares plerumq; sunt obstructæ. Color est albidus, aut plumbeus. Tussis est exigua [a] adeò, vt à spiritus cohibitione superetur.
          - **Humida** — In temperatione humidiore antecesserunt causæ madefacientes, quæ præsentes lædunt, & iuuant contrariæ. Rarissimè fit tussis [b] ab intemperie humida sine materia per se, veluti ab eadem non fit dolor. Sed ob superfluam, quam coaceruat, [c] materiam; hæc eadem intemperies persæpè facit tussim.
          - **Sicca [y]** — In temperatione sicca habitu gracili, & sexu masculino antecesserunt causæ exiccantes, quæ præsentes nocêt, prosuntq; contrariæ. Nocet fames, sitis, motus, ira, vigilia. Prodest cibus, somnus, quies. Adest insignis extenuatio; crebritas, & durities in pulsu.
        - **Composita** — Hanc ostendunt signa composita.
      - **Cum materia** — De hac, siue sit humor, siue alia substantia, dictum est suprà.
    - **Mala cõpositio in**
      - **Conformatione**
        - **Meatuũ obstructorum à causa**
          - **Externa** — Antecessit eiusmodi causa, quæ præsens facit tussim, [e] donec expellatur; vt est mica panis, vinum, medicamentum, & eiusmodi inter edendum, ac bibendum in asperam arteriam ingressa.
          - **Interna** — Hæc potest esse materia descendens à capite, quæ cognoscitur ex titillatione [d] quæ sentitur circa fauces, & vtramq; partem palati, ex alijs catharri signis. Potest etiam esse [e] sanguis, aut [d] alius humor; sic pus, grando, lapis, [f] quæ cognoscitur ex sputo.
        - **Superficiei inæqualis, & exaspera tæ à causa**
          - **Externa** — Vt ex assumptis alimentis, & medicamẽtis [g] acribus, acidis, astringẽtibus inæqualiũ partiũ: [b] Sic mora [i] ad fumũ, puluerẽ, & eiusmodi. — Antecesserũt tales causæ, & sẽtitur asperitas. Adest vox rauca, iuuant lenientia.
          - **Interna** — Vt est humor, [l] siue à capite, siue ab alia parte fluens ad asperam arteriã; siue et fit in asperis arterijs per essentiam. — Adsunt signa catharri, [k] vt titillatio iuxta vtraq; palati partẽ. Ita quoq; adsunt signa humoris redũdãtis, & partis affectæ. Vox est aspera, vel rauca. Iuuant emplastica. [m]
      - **Magnitudine aucta** — Adsunt signa tumoris præternaturam existentis in pulmone, thorace, septo transuerso, vel in partibus vicinis comprimentibus pulmonem.
      - **Numero aucto** — Vt, cum adest mica panis, vinum, grando, lapis — De quibus dictum est suprà.
    - **Solutio continui [n]** — Antecesserunt causæ externæ, vel internæ soluentes continuum. Adest sputum [e] sanguinis, vel puris, vel substantiæ vlceratæ, velu ti est ephelcis, vel frustulum pulmonis. Et hæc solutio continui, põtẽ dici causa tussis, [o] quatenus videlicet gignit asperitatem.
  - **Locus affect° .i. tunica interior asperæ arteriæ quæ est affecta per**
    - **Essentiã** — Absunt signa aliarum partium affectarum, & antecesserunt, vel etiam adsunt causæ gignentes obstructionẽ, [p] vel astrictionem, vel intemperiem, vel asperitatem in aspera arteria, vnde tussis excitatur [q] ad rem noxiam depellendam.
    - **Consensum à**
      - **Toto** — Adest (vt inquit Auic.) febris [r] æstuosa, vel pestilens, vel adsunt signa plenitudinis, aut cachochimiæ. [r]
      - **Partibus**
        - Capite — Sentitur titillatio in [s] faucibus, & ab vtraq; palati parte, & alia catharri signa.
        - Interno oris spatio — Adsunt signa anginæ, vel vuæ, aut paristhmiorum.
        - Pulmone, vt in peripneumonia, phthisi.
        - Thorace, vt in pleuritide Empyemate. [t]
        - Hepate, in illius forti [u] passione, vt est inflãmatio.
        - Liene, [x] ventriculo, renibus, vtero, intestinis, abdomine; vt in hydrope.
        - (for Thorace, Hepate, Liene) — Adsunt signa talium affectuum, & partium affectarũ; quæ, vel mittunt aliquid humoris in asperas arterias, vel illas comprimunt.
  - **Finis** — Est aũt finis tussis expulsio rei nocentis, quæ ex pulsio, an adsit, nec ne, sensu cognoscitur, quare non est opus signis. Per signa tamen cognosci tur causa, ob quã ipsa expulsio.
    - **Adest, & tũc tussis dicitur humida, quæ est talis ob**
      - **Robur [A]** validum facultatis mouentis thoracem — Cognoscitur ex vehementissima, & validissima tussi. [B]
      - **Qualitatẽ materiæ expellẽdæ, materia enim est**
        - Maligna, [C] & cruda — Nõ expellit, & adest erosio alicuius partis, & sic sputũ sanguinis, aut phthisis.
        - Crassa, [B] & glutinosa — Non expellitur, [B] quia adhæret pertinacissimè — Cognoscitur ex signis ostendentibus pituitam redundantem.
        - Tenuis [B] valdè — Non expellitur, quia diffecatur à spiritu, cui cedit.
        - Mediocris, & benigna — Facilè expellitur. [D]
    - **Nõ adest, i. nihil per sputũ educitur, & tũc dicitur tussis sicca, vel arida, q̃ est talis propter**
      - Debilitatem [A E] facultatis mouentis — Hæc non valens validè contrahere [E] thoracem nequit rem noxiam per tussim educere. — Cognoscitur ex debili, ac parua tussi.
      - Rem noxiam, quæ est inepta ad expulsionem, quæ res est
        - Morbus qui est
          - Intemperies sine materia. [F]
          - Asperitas, vel [G] inæqualitas tunicæ asperæ arteriæ
          - Solutio continui. [H]
          - — Horũ signa exposita sunt superius.
        - Causa, idest, ipsa materia, quæ est
          - Maligna, & cruda.
          - Crassa, & glutinosa.
          - Tenuis, & nimiũ fluxilis.
          - — Dictum est suprà, quarè non expellatur talis materia.
- **Prognostica** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Decimæquartæ.

- Prognostica per quæ præcognoscitur.
  - Euêtus vel exit⁹
    - Varius est exitus in tussi pro varietate causarum tussim facientium. Quarè diligenter perpendenda est vis ipsius morbi [I] vel causæ facientis tussim,& conferenda est cum vi naturę, nam si natura sit superior [k] sequetur salus, nisi committatur error ; si superet morbus mors est expectanda. In senibus tussis, [L] vsq; ad mortem perseuerat. Ex vlcere,& abscessu partium seruientium respirationi tussis plerumq; est læthalis. Ex Empyemate, [M] catharro acri,[N] vel salso ducit ad phthisim, & mortem. Ex hydrope [O] est læthalis. Tussis vehemēs, [P] & diuturna facit sputum sanguinis, In prægnante abortum gignit. Tussis permanens post febrem significat recidiuam. [P]
    - Si tussis humida perseuerante pectoris grauitate cesset prænuntiat febrem putridam, vel vlcus pulmonis. Eiusmodi causis exceptis, tussis ad salutem vergit.
  - Tempus
    - Est nunc longius, nunc breuius, prout debilior, aut fortior est morbus, & causa, sic prout vires sunt debiliores, aut valentiores. In senibus [Q] perdurat tussis vsq; ad mortem.
  - Modus
    - Si tussis fiat ab aliquo morbo acuto, vt phrenitide, vel peripneumonia, cum est ad salutem soluitur per crisim cum insigni aliqua vacuatione.
    - Si est ab aliquo diuturno affectu soluitur paulatim. E conuerso quando est ad mortem est per vim alicuius morbi vt per pleuritidem, per pneumoniam, sputum sanguinis, phthisim, & eiusmodi.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. puls. xi.
b Primo prognostic. 1. 4.
c De remed. parat. facil. primo.
d Secundo simpl. 17.
  Secundo de caus. sympt. 4.
e Secundo sexti epidem. 24.
f Tertio aphor. 24.
g Tertio aphor. 31.
h Sexto aphor. 2.
i Tertio acut. 2.
l Auic. lib. 3. f. x. tr. 3. cap. 1.
m Quarto de loc. affect. 5.
n Secundo de differ. febr. 1.
n Secundo de cris. 3.
o Quarto de loc. affect. 8.
p Primo ad Glaucon. 7.
  Secundo de differ. febr. 4.
  Secundo de cris. 5.
q Primo ad Glauc. 6.
  Secundo de cris. 4.
r Tertio de loc. affect. 7.
s Quarto de loc. affect. 8.
Q De medicin. art. constit. 16.
t Alex. lib. 5. cap. 4.
  Paul. lib. 3. cap. 28.
u Secundo sexti epidem. 17. 24.
x Gentiles sup. Auic. lib. 3. f. x. tr. 3. c. 1
y Alex. lib. 5. cap. 1.
y Auic. lib. 3. f. 10. tr. 3. cap. 2.

a Secundo de caus. symptom. 4.
b Secundo catatop. primo.
c Secundo de caus. sympt. 4.
c Secundo simpl. 17.
d Aetius lib. 8. cap. 54.
  Alex. lib. 5. cap. 1.
e Quarto de loc. affect. 8.
f Paul. lib. 3. cap. 28.
g Primo acut. 18.
h Secundo simplic. 17.
i Secundo sexti epidem. 24.
k Alex. lib. 5. cap. 1.
l Aetius lib. 8 cap. 54.
m Septimo catatop. primo.
n Auic. lib. 3. f. x. tr. 3. cap. 1. 2.
o Secundo simplic. 17.
p Secundo sexti epidem. 24.
q Secundo de caus. sympt. 4.
  Secundo simplic. 17.
r Auic. lib. 3. f. 10. tr. 3. cap. 2.
s Oribas. 4. ad Eunap. cap. 77.
s Aetius lib. 8. cap. 54.
  Alex. lib. 5. cap. 1.
t Quarto de loc. affect. 8.
u Sexto aphor. 16.
x Auic. lib. 3. f. x. tr. 3. cap. 1. 2.

A Secundo prognost. 43.
B Quarto de loc. affect. 8.
  Quinto de loc. affect. 3.
C Secundo sexti epidem. 24. 17.
  Tertio sexti epidem. 18.
D Secundo prognost. 43.
E Quinto de loc. affect. 3.
  Quarto de loc. affect. 8.
F Secundo de caus. sympt. 4. 5.
G Secundo simpl. 17.
H Cels. lib. 4. cap. 4.
I De medic. art. constit. 18.
K Secundo prognost. 6.
L Secundo aphor. 40.
M Quinto aphor. 15.
  Sexto aphor. 27.
N Quinto meth. 13. 14.
O Sexto aphor. 35.
  Septimo aphor. 47.
P Auic. lib. 3. f. 10. tr. 3. cap. 2.
Q Secundo aphor. 40.

Tabula Decimaquinta, Tussis curatio.

In curãda tussi opa, seu intentiones curatiuæ sumũtur à

- **Causa**
  - **Externa** — Ab hac, si abijt, [a] nihil indicatur. At, si adhuc adsit tussim fouens, vel augens, est amouenda, vt est motus, & cætera huiusmodi fluxionẽ ad asperam arteriam excitantia; & ob id tussim excitantia, ab illis est abstinendum. Sic etiam cauendum est, ne quid per medium spiritus [b] iter ingrediatur; quod fiet, si inter comedendum, & bibendum quis non loquatur nec rideat. Itaquoq; abstinendum est à rebus mordacibus, & inæqualium partium, [b] quæ vt plurimùm ab ipsa natura per tussim depelluntur. Ad eiusmodi tussim sedandam conferunt mollientia, vt loch de psillio, glycyrrhiza, [c] tragachanta paulatim per asperam arteriam percolata. Si tussis fiat ex aliqua retentione, vt mensium, hæmorrhoidarum, deiectionum; indicat talia vacuanda esse. Eadem ratione si tussis fiat ex ambiente calidiore, vel frigidiore, aut ex respiratione fumi, pulueris, vel alterius rei, ab illis cauendum esse indicat.
  - **Interna q̃ est**
    - **Habilitas, vel propensio ad tussim, quæ ẽ causa patiẽs** — Ab hac indicatur ablatio talis habilitatis: quæ, si fiat ob intemperiem humidam cum materia pituitosa, vt est in pueris; [d] indicatur vacuatio materiæ, & ablatio intemperiei per contraria. Sic, si fiat ob [e] cruditates, & multa excrementa pituitosa, vt in senibus vacuatio. Sed, si sit ob inordinatam motionem, & victus rationem, vt in Iuuenibus, [f] in quibus persæpè ob id franguntur vasa, & sanguis cum tussi expuitur; ab illis inordinatis motionibus abstinendum esse. Si ob catharrum, curandum esse catharrum, [g] vt infrà dicetur. Sic, si sit ob vlcus, vel ob inflammationem, talia esse rescindenda, & demum semper amouendam esse causam, à qua pendet habilitas ad tussiendum, vt dicetur inferius.
    - **Materia quæ est causa efficiens, quæ est**
      - **Humor qui ẽ causa**
        - **Antecedẽs contenta in**
          - **Toto corpore à qua indicatur**
            - Inhibitio, ne noua materia generetur per
              - Victus rationem — Debent esse alimenta boni [h] succi, in quantitate conuenienti, & in qualitate, quæ sit contraria humori tussim facienti.
              - Medicamenta roborantia naturalem ventriculi, & hepatis caliditatem.
            - Alteratio materiæ genitæ per contraria
              - Alimenta
              - Medicamenta. — Syrupos / Decocta vel aquas. / Antidotos.
            - Vacuatio per
              - Sanguinis missionem — In plenitudine, siue multitudine est optimum remedium.
              - Medicaměta — Lenientia / Soluentia — Indita p
                - Os — Vt sunt boli, potiones, pilulæ.
                - Anũ — Vt sũt clysteres, & balani, tũ mitiores, tũ acriores
          - **Partibus**
            - **Capite à quo fluẽs materia est**
              - **Tenuis acris, & calida à qua ĩdicatꝰ**
                - Inhibitio, ne noua materia generetur quę caput repleat; vnde postea ad asperas fluat arterias — Id prętat conueniens victus ratio, quæ sit boni [g] succi, in quantitate mediocri, & qualitate [h] madefaciente absolutè, atq; aliquo pacto refrigerante. Potus sit aqua hordei cum iuleb violaceo. Confert quoq; aqua decocta, & interdum vinũ pauciferum. Conuenit ptisana, lutea ouorum, [i] gallinarum alæ, testiculi gallorum, pisces duracarne prędìti. Inter olera, malua cocta, & non cocta, lactuca, intybus, conueniunt castaneæ, passulæ. [i] Aer sit frigidus, & humidus. Confert quies, somnus. Nocent vehementes animi perturbationes. Aluus irritetur clysteribus nunc mitioribus, nunc acrioribus, vt antè diximus. Facit quoq; ad inhibendum, ne noua materia generetur, si roboretnr ventriculus, & hepar cum oleo melino, rosaceo.
                - Alteratio genitæ materiæ, per
                  - Victus rationem — Confert dicta victus ratio non modo ad inhibendum, ne noua materia generetur, sed etiam ad genitam alterandam.
                  - Medicamenta
                    - Syrupos — Vt est syrupus de endiuia, de cichorio, de nenuphare, de papauere, [k] de psyllio, conserua de nenuphare.
                    - Decocta, vel aquas — Ex hordeo violis, lactuca intybo, nymphęa, lupulis, cichoreo, seminibus frigidis.
                    - Antidotos — Confert diacodion, [k] zaccarum violaceum, loch de papauere, de psyllio, conserua de nenuphare.
                - Vacuatio
                  - Vniuersalis p
                    - Sanguinis missionem — Si periculũ sit, ne frangatur, [l] vel erodatur vas aliquod, mittẽdus est sanguis ex media cubiti vena, nã ĩ tali casu sanguinẽ mittit Gal.
                    - Medicamẽta
                      - Lenientia — Facit cassia, mãna, syrupus violatus, & rosaceus solutiuus, diaprunis len.
                      - Soluentia — Conuenit rhabarbarũ, scãmonea, pil. aureæ Nic., sine q̃bus, de rhabarbaro, & quæ à Gal. [m] describuntur 5. meth. cap. 14.
                  - Particularis. i. respiciens ipsũ caput. Quę vacuatio præstatur per
                    - Chirurgiam — Secta [n] vena in fronte, angulis oculorũ, naribꝰ, & post aures. Affixis cucurbitulis cum scarificatione ad capitis cutem. Cauteriũ ad suturã coronalẽ, labdoidẽ, & occiput, teneatq; diũ apertũ [o]
                    - Medicamenta — Confert oleum anethinũ, camem. de costo de castoreo, de euphorbio. Sic cerata Gal. [p] ex stercore colũb., de thapsia, synapismꝰ. Cõfert ẽt cerotũ dictum de betonica.
                - Incrassatio, & siccatio, ne fluat ad asperas arterias — Confert ex Gal theriaca [l] recens, Ambrosia, [q] Athanasia, mithridatũ; [r] sed in hoc, & in cæteris reprehenditur à [r] Tralliano dicente potiùs conuenire, quæ refrigerant, quarè fortè melius esset [s] vsurpare diaspermaton, zacc. ros. cum bolo armeno, diacodion.
              - **Crassa, & glutinosa, à qua indicatur**
                - Inhibitio, ne de nouo generetꝰ p
                  - Victũ — Cõfert victꝰ extenuãs [t]
                  - Medicamẽ. adhibita [u]
                    - Interiùs — Facit diatrion pipereon, Aromaticum ros.
                    - Exteriùs — Cõfert oleũ nardinum, mastichinum, de absynthio, de nuce muscata ad ventriculum, & hepar adhibitum,
                - Alteratio p incidentia, & extenuãtia
                  - Alimẽta — Cõuenit victus dictus.
                  - Medicamenta
                    - Syrupos — De capillo ven. de bettonica, stechade, hyssopo, prassio, oximel simpl. compos. scylliticũ.
                    - Decocta, vel aquas — Ex hyssopo, stechade, saluia, betonica, prassio, origano, pulegio.
                    - Antidotos — Dianisum, diacyminũ, diacalamentum, diatrion, aromaticum, mithridatũ, athanasia.
                - Vacuatio
                  - Vniuersalis p
                    - Sanguinis missionem — Si adsit plenitudo, [X] & vires ferant, mittendus est sanguis ex interna, vel media cubiti vena.
                    - Medicamenta
                      - Leniẽtia — Cõfert biera [a] simplex Gal. diacatolicon Nic., diasena, mel rosatum solutiuum.
                      - Soluentia — Facit agaricus, colocynthi, turbith, elaterium, pil. cochiæ, de colocynthide, agarico.
                  - Particularis. i. respiciens caput, q̃ fit per
                    - Chirurgiam — Conuenit veluti dictum est in materia tenui, sectio venę in fronte angulis oculorum, post aures. Ita cucurbitulæ cum scarificatione ad cutem capitis. Sed nihil præstantius est cauterio ad suturam coronalem, labdoidem, & ad occiput.
                    - Medicamenta adhibita
                      - Interiùs q̃ sũt
                        - Errhina [b] — Facit succus betæ, sampluci, cyclamini. Sic piper synapi, castoreum per nares attractum, ex quibꝰ etiam possunt fieri suffimenta.
                        - Apophlegmatismata — Mandatur mastix, piper, synapi, staphisagria, pirethrũ. Conferunt ẽt gargarismata ex oximelle, melle ros. & aquis calidioribꝰ.
                      - Exteriùs — Confert ceratum ex stercore [c] columbino, thapsia, synap., sic olea calida, vt de costo, castoreo. Ita lotiones ex lixiuia, in qua ferbuerint plãtæ calidiores. Valdè cõfert Duccia ad bal. Corsenæ Luc. & S. Philippi in agro Sen.
            - **Larynge, pulmone, thorace spatio inter medio Ventriculo. Alijs partibus** — Sumuntur intentiones curatiuę ex affectibus dictarum partium in propria taliũ affectuum tractatione exponendis.
        - **Continens, & coniuncta, quæ est per se, & per essentiam in asperis arterijs** — Ab hac indicatur vacuatio pręstãda per bechica mouentia tussim, quæ conueniunt mitiora in materia tenui, & acri: in crassa verò, & glutinosa vehementiora. Talia debent semper esse [d] madefacientia, vt materiam faciliùs educant. Mitiora sunt vt syrupus de iuiubis, de glycirrhiza, de capillo veneris, loch de pino, loch sanum. Vehementiora, vt loch de pulmone vulpis, de prassio, de scylla.
      - **Alia substãtia vt**
        - Grando lapis — Vtitur Gal. [e] in talium curatione mithridato, ambrosia, athanasia, theriaca. Sed repræhenditur ab Alex. Tralliano, [f] quod nullo refrigerantiũ vti voluerit, sed hęc quidem vitarit, calidã aũt potiùs curãdi rõnẽ adhibuerit.
        - Vermes — Ab his indicantur ea, quæ ipsos enecent, atq; euacuent.
- **Morbo** ☞ Vide ex altera facie.
- **Symptomate** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Decimæquintæ.

- Morbo q. est
  - Intẽpies q̃ est
    - Sine materia q̃ intẽpies est
      - Calida, à qua indicatur refrigeratio per
        - Victus rõnem: Confert aqua frigida, [g] aqua hordei, ptisana, lactuca, endiuia, cucurbita, cucumis, pepo. Iuuat somnus, quies, vacatio ab animi perturbationibus; mora in aere frigido, & in balneo aquæ dulcis.
        - Medicaměta adhibita
          - Interiùs: Iuuat syrupus violatus, de nenuphare, diachodion, loch de psyllio, de papauere, [b] zaccarum violatum, conserua de nenuphare.
          - Exteriùs: Oleum violatum, de nenuphare, vnguentum populeon, refrigerans [i] Gal. balneum aquæ dulcis. [k]
      - Frigida, à qua indicatur calefactio per
        - Victus rõnem: Facit vinum antiquum generosum. Aromata, oua, carnis auium non aquatilium, hedorum, pistacia, nuces pineæ, caricæ. Iuuat mirabiliter spiritus [l] retentus, & inspiratio aeris calidi.
        - Medicaměta adhibita
          - Interiùs: Loch de pulmone vulpis, de prassio, de scylla, diatrion pipereon, diacalamentum, dianisum.
          - Exteriùs: Oleum liliaceum, de costo, de castoreo, euphorbio, sulphure. Maximè confert balneum sulphureũ, [k] salsum, alluminosum.
      - Humida à qua indicatur exiccatio per
        - Victus rõnem: Facit inedia, panis biscoctus, salsamenta, paucus potus, & is vini generosi. Confert motus, vigilia, vehementes animi passiones, vt ira. Confert mora in aere ficciore, ac balneis alluminosis.
        - Medicaměta adhibita
          - Interiùs: Conferunt medicamenta vacuantia tùm soluentia, tùm lenientia. Facit mithridatum, theriaca antiqua, diatrion.
          - Exteriùs: Oleum de Euphorbio, aqua ardens, balnea alluminosa, salsa, ex vitreolo.
      - Sicca, à qua indicatur madefactio per
        - Victus rõnem: Maximè prodest [m] lac, præcipuè humanum, deinde asininum, & bubulum. Confert ptisana, [m] oua sorbilia, pisces saxatiles, testiculi gallorum, malua, lactuca, aer humidus, quies, somnus.
        - Medicaměta adhibita
          - Interiùs: Diacodion, loch de psyllio, de papauere. Sic syrupus violatus, de papauere, de nenuphare.
          - Exteriùs: Mirabiliter facit balneum [n] aquæ dulcis, oleum violatum, de nenuphare, & refrigerans [r] Galeni.
    - Cum materia: De hac, siue sit humor, siue alia substantia dictum est suprà.
  - Mala compositio in
    - Conformatione
      - Meatuum clausorũ, à qua indicatur apertio: Hæc præstatur per ablationem, vel amotionem causæ claudentis; quæ si sit externa [o] pellitur ab ipsa natura per tussim; at, si sit interna, faciunt bechica tussim mouentia.
      - Superficiei exasperatæ: Ab hac [p] indicatur læuigatio, quæ præstatur ablata causa exasperante externa vel interna. Ad hoc etiam faciunt emplastica, vt est tragacantha, [q] amilum, gummi, samius aster, lac, oua sorbilia, nuces pineę, butyrum, [q] decoctum glycyrrhizæ, mulsa, [r] in qua buglossa ferbuerit.
    - Magnitudine aucta: Ab hac indicatur amotio talis magnitudinis, quam auferunt, quæ causam rescindunt, vt suprà diximus.
    - Numero aucto: Indicatur ablatio talis numeri, vt, si sit mica panis, vinum, pus, grando, talia sunt per tussim depellenda, vt superiùs est dictum.
  - Solutio continui: Ab hac indicatur vnio per siccantia, & astringentia, vt est semen plantaginis [s] puluis rosarum, mirtillorum, hypocistidis, citinorum, balaustiorum, [s] gallæ cum melle rosaceo paulatim per asperam arteriam percolata.
- Symptomate, .i., ab ipsa tussi, à qua indicatur lenitio [t] per bechica tussĩ sedãtia.
  - Emplastica, idest, læuigantia asperitates: Huiusmodi sunt, veluti dictum est tragachanta, t[o] amilum, gummi, samius [q] aster, glycyrrhiza, nuclei pinorum, vina dulcia, sic diacodion, loch de papauere, de psyllio, quæ potius morbũ .i. asperitatem, q̃ symptoma .i. tussim respiciunt.
  - Narcotica .i. stupefacientia quæ etiam somnum inducunt: Huiusmodi est opium, hyosciamus, papauer, semina lactucarum, & papaueris, quæ vsurpanda sunt mixta cum calidis; tùm, vt faciliùs penetrent, tùm ne materiam congelent. Conueniunt in tenui fluxione, & acri materia. His vtitur Gal. [u] ad vehementem tussim, & hæc propriè symptoma, idest, ipsam tussim respiciunt, vocanturq́; ob id bechica [x] idest tussi vlaria, & intelligunt ista narcotica [x] mixta cum calidis, ac tenuium partium.

AVCTORITATES.

- a Quarto meth. 3.
- b Secundo simpl. 17.
- c Quarto meth. 7.
- d Tertio aphor. 24.
- e Tertio aphor. 31.
- f Tertio aphor. 29.
- g Alex. lib. 5. cap. 4.
- h Aetius lib. 8. cap. 54.
- i Alex. lib. 5. cap. 4.
- i Septimo catatop. 1.
- k Oribas. 4. ad Eunap. 77. Alex. lib. 5. cap. 4.
- l Quinto meth. 13. 14.
- m Quinto meth. 14.
- n Sexto catatop. 3.
- o Mesue de ægritudinibus pector. 2.
- p Quinto meth. 14.
- q Quarto de loc. affect. 8.
- r Alex. lib. 5. cap. 4.
- s Septimo catatop. 5.
- t De extenuante vict. primo.
- u Or. bas. 4. ad Eunap. 77.
- x xi. meth. 4.

- a Septimo catatop. 6.
- b Secundo catatop. 2.
- c Quinto meth. 14.
- d Septimo catatop. sexto. Quarto meth. 7.
- e Quarto de loc. affect. 8. pag. 28. D.
- f Alex. lib. 5. cap. 4.
- g Septimo catatop. primo.
- h Septimo catatop. 3.
- i Decimo meth. 9.
- k Septimo catatop. 1. pag. 177. E.
- l Secundo de caus. sympt. 4.
- m Septimo meth. 6. x. meth. xi.
- n Decimo meth. x.
- o Secundo simpl. 17. Secundo de caus. sympt. 4.
- p Aetius lib. 8. cap. 54.
- q Septimo catatop. 1. pag. 177. H.
- r Sexto simplic. de buglossa.
- s Quarto meth. 7.
- t Quinto simplicium 20.
- u 12. meth. primo.
- x Septimo catatop. 3. Nono catat. 4

Respiratio

Tabula Decimasexta, Respirationis definitio, causæ.

Respiratio est motus dilatatiuus, & contractiuus thoracis, & pulmonis à facultate animali propter conseruationē caloris innati, & animalis spiritus nutritionem. Et eius causæ sunt.

- **Continentes, quæ ad ipsius respirationis generationem p. tinēt p se. Tales autē causæ continētes sūt**
  - **Efficiens, vel mouēs, quæ causa [b] est simi lis equiti, [b] qui habenarū motu equos impellit, habenæ [b] autem sunt ipsi nerui; equi [b] verò sunt musculi**
    - Causa efficiens respirationis [a] est facultas, vel virtus animalis, quæ à cerebro [b] per neruos ad thoracis musculos delata [c] mouet thoracem, ad cuius motum cum pulmo quoq; moueatur fit inspiratio, per quam attrahitur aer frigidior, fit etiam expiratio, per quam emittuntur fuligines in corde genitæ. Quare patet respirationem esse motum voluntarium; quod etiam probauit [d] Galenus exemplo illius serui, qui cohibita respiratione mortuus est. Verùm idem Gal. 8. de anatomic. [e] admin. 2. asserit respirationem esse motū naturalem, & 3. aphor. 33 dicit, [f] neminem posse cohibere respirationem. Ex quo videtur sibi ipsi contradicere. Sed soluitur ex eodem Galeno secundo de motu muscul. 6. hoc pacto.
    - Opera, quæ à motu voluntario [g] suppeditātur; alia sunt semper libera, & absq; impedimento, vt ire, alloqui; [h] alia inseruiunt affectibus corporis, vt retentio deiectionis, retentio vrinæ, inspiratio, expiratio, & hæc non perpetuo sunt libera, sed cum mensura. Quam obrem licet fiant beneficio musculorum, & ob id sint voluntaria, quatenus tamen à natura sunt instituta ad talem finem, qui est necessarius, si debet vita permanere videntur esse opera naturalia, & non posse cohiberi.
    - Auerrhoes [i] contra Gal. probat respirationem non esse motum voluntarium, quia respiramus quando dormimus. Præterea respiratio velut pulsus monstrat temperationem cordis, igitur non est motus voluntarius, sed naturalis, vel (vt dicunt alij Sapientes, & fortè intellexit Authorem [k] Introductorij) est motus mixtus ex naturali, & voluntario, vt accidit in deglutitione, & motu palpebrarū. Additq; pulmonem non moueri ad motum thoracis sex ex se.
    - At nos cum Galen. dicimus respirationem esse motum voluntarium, & ad rationes Auerrhois negamus consequentiam, quia licet respiremus quando dormimus, & respiratio monstret temperationem cordis, non tamen sequitur, ergo non est motus voluntarius, nam interdum cùm dormimus, surgimus, [l] ambulamus, & alia id genus facimus, quæ ad voluntarium motum pertinent. Et quamuis respiratio monstret temperationem cordis (vt dicit Auerrh. & nos concedimus) non tamen ob id est motus naturalis; quoniam si esset naturalis nullo pacto posset cohiberi, sed posse cohiberi demonstrauit ille seruus [l]. Monstrat autem cordis temperationem respiratio, quia, cum deseruiat calori fit in respiratione quædam consuetudo, & habitus, vt varietur respiratio ad variationem caloris. Attamen, siquis deliberet cessare, vt seruus ille, poterit. At in motu naturali, hoc [m] nequaquam licet, nam quamuis deliberet aliquis pulsum non pulsare, pulsabit tamen, nec variabitur ad libitum in magnitudine, celeritate, crebritateq;, vt respiratio, quæ est voluntaria. Quocirca falsa est sententia Auerrhois de respiratione, falsa est etiam illius opinio de motu pulmonis, quia, si ex se pulmo moueretur non statim (vt inquit Galenus) deperderetur perforato thorace, veluti non deperditur motus ipsius cordis, quamuis thoracis pars vtraq, fuerit perforata, & diuisa etiam sit membrana cor ipsum ambiens.
  - **Finis, vel vsus, .i. cuius gratia, qui ē veluti meta attingenda, & princeps respirōnis causa. Hic autem finis est**
    - **[n] Conseruatio caloris innati in corde**
      - Hic est vsus [n] primus, & maximus concessus etiam ab [o] Auerrhoe. Satisfit autem huic vsui dum per os, asperam arteriā, pulmones, & arteriam venosam attrahitur aer externus, ad cordis calorem refrigerandum, & dùm per arteriam venosam, pulmonem, asperam arteriam, & os depelluntur [p] à corde fuligines; nam attrahitur aer frigidior per inspirationem, depelluntur fuligines per expirationem. Et isti duo motus videlicet inspiratio, & expiratio sunt partes essentiales ipsius respirationis. Sed, cùm sint contrarij ex necessitate intercedunt, duæ quietes, vel cessationes, vel moræ, quæ sunt [q] partes respirationis per accidens, & non per se.
    - **Nutritio [n r] animalis spiritus in plexu retiformi**
      - Hic [r] est minor vsus, cui satisfacit sola inspiratio, [R] dùm scilicet per narium meatus aer ad plexū retiformem attrahitur.
      - Sed contrà Gal. sic instat [s] Auerrh. Nullum compositum nutritur ex simplici, Spiritus est compositus, aer simplex.
      - Præterea nutritionem antecedunt plures coctiones, hic aūt nulla antecedit coctio. Quarè spiritus in plexu nō nutritur aere.
      - Quę argumenta mihi videntur prorsus demonstrare. Quarè nisi intelligat Gal. cum dicit spiritū nutriri aere, quod ab aere attenuetur, ac temperetur (vt possit defendi) præcipuè cum solùm membra, quę sunt animata nutriantur.
  - **Materia quę est**
    - **Aer**
      - Hic est principiū [t] & causa inspirōnis veluti finis gratia cuius; nā deseruit vero fini, & vsui superiùs dicto. Attrahitur autem aer in inspiratione per
        - Os [u] — Sic aeris maior portio per asperam arteriam ad pulmonem fertur, vt cordis calor refrigeretur.
        - [u x] Nares — Sic aer minori ex parte ad cerebrū defertur ad animales spiritns in plexu retiformi nutriendos, vel potiùs temperandos
    - **Vapores fuliginosi**
      - Hi sunt [a] principium, & causa expirationis veluti finis, & gratia cuius, deseruit horum depulsio ad conseruandum calorem cordis, à quo dùm sanguis coquitur, ac perficitur fuligines gignuntur, quæ calorem obruerent, ac strangularēt, id, ne fieret, natura instituit, vt in expiratione istæ fuligines à corde per arteriam venosam, asperam arteriam, & os depellantur.
  - **Instrumēta facientia ad**
    - **[c] Suscipiēdum aerem**
      - Est pulmo proprium [b] respirationis instrumentum, qui circumsitus [c] est extrinsecus cordi ad cucurbitæ perforatæ similitudinem, & est veluti folliculus fistulæ substantiam habens laxam, & [d] raram, vt aere possit impleri. A [d e f] thoracis motu & non per se mouetur, vt sentit Auerrh. & propterea [f], vt cordi quidem est copulatus pulmo primum est respirandi organum, vt verò à thorace mouetur, secundum.
    - **Vehendū aerē**
      - Est aspera arteria, quæ velut longitudo fistulæ cum sit, facta est cartilaginosa, vt semper [g] sit aperta, & patens pro ipsius spiritus intrò, & extra latione.
      - Hæc quemadmodum aerem per os attractum ad pulmonem vehit; ita eumdem cum fuliginosis vaporibus ad os defert.
    - **Mouendum, & talia sūt**
      - **Mouentia & sunt musculi seruiētes**
        - **[K] Inspirōni**
          - Nāli, vel liberę, læni ac inuiolentæ — Est septū transuersum, [h] quod diaphragma, [i] & phrenes græcè dicitur, quodq; ob id proprium respirōnis instrumentum dicitur. — Ab hoc solo fieri naturalem inspirationem asserit Galenus secūdo 3. epidem. 4.
          - Violētę seu coactæ
            - Mediocriter — Sunt musculi intercostales [k] externi, licet oppositū habeatur in lib. de caus. resp.
            - Valdè — Sunt tres musculi à ceruice, [l] vel collo vtrimq; prouenientes [K] præcipuè, qui in simis scapularum est; secundo qui est ante hunc, tertio qui posterius.
        - **[K] Expirationi**
          - Naturali, seu liberæ, inuiolentę, ac læni — Fit à decidentia thoracis in seipsum [m] videlicet cū relaxatū est diaphragma, vel fit à musculis [n] oīb⁹ contrahentibus thoracē, vel ab ijs, [o] q̄ sūt circa abdomen.
          - Violentæ, seu coactę, quę exufflatio dicitur quæ est
            - Non strepens, & est violēta mediocriter, & opponitur inspirōni violentæ mediocriter — Fit à musculis intercostalibus internis, vt patet 2. de motu muscul. 9. At in lib. de caus. respir. dicitur fieri à musculis intercostalibus externis.
            - Strepens, q̄ est validissima efflatio, & opponitur inspirationi violentæ valdè. — Dicit [p] Gal. fieri strepētē efflationē à musculis q̄ sunt in faucib⁹. Idē [q] tū alibi, sic Oribal. dicit hāc facere eos musculos, q̄ spinalib⁹ sm̄ costarū radices sūt exporrecti; tū ad superiorē partē musculorū rectorū abdominis, ad hāc ēt cōducūt [r] alij abdominis musculi.
      - **Mota, vel mobilia**
        - Sunt ossa, videlicet 12. costæ cum suis vertebris, à quibus enascuntur, & os pectoris xiphoides vocatum.
        - Horum ossium, & sic ipsius thoracis in inspiratione, quædam partes deorsum, quædam sursum feruntur. Sic etiam in expiratione, sed contrario modo; nam, quæ feruntur deorsum in inspiratione, feruntur sursum in expiratione; & quæ in inspiratione feruntur sursum, in expiratione feruntur deorsum.
- **Alterantes, quæ non primò, & per se faciunt ad respirationis generōnem, sed solùm dicuntur respirōnem variare, quatenus variant aliquā ex causis cōtinentibus. Tales autem causę alterantes sunt Res**
  - Naturales
    - Temperatio
    - Habitus corporis
    - Aetas,
    - Sexus
  - Non naturales
    - Cibus, potus.
    - Somnus, vigilia.
    - Motus, quies.
    - Excreta, retenta.
    - Passiones animi.
    - Aer.
  - Præter naturales
    - Causa morbi.
    - Morbus.
    - Symptomata.

AVCTORITATES.

a Primo de difficult. respirat. 4.
De vsu puls. 6. 8.
Septimo de vsu part. 9.
b De caus. respir.
c Sexto de vsu part. 2.
d Secundo de motu muscul. 6.
e Octauo de anatom. 2.
f Tertio aphor. 23.
g Secundo de motu muscul. 6.
h Secundo de motu muscul. 6.
i Secundo collig. cap. 19.
x In Introduct. vel medico cap. 13.
l Secundo de motu muscul. 6.
m De vtilit. respirat. 5.
Sexto de vsu part. 3.
n Septimo de vsu part. 9.
Primo de difficult. respir. 4.
De vsu puls. 2. 3.
o Secundo collig. 19.
p De vsu puls. 6. De vtil. respir. 5.
q Primo de difficult. respir. 2. 3.
r Septimo de vsu part. 9.
r Sexto de vs. part. 2. De vsu puls. 2.
R De vtil. respir. 5. De vs. puls. 2. 3.
s Secundo collig. 19.
t De caus. respirat.
u Septimo de vsu part. nono.
x De vsu puls. primo, & vltimo.
De vtilit. respir. 5.

a De vs. puls. 3. 7.
De vtil. respir. 3. 5.
b Septimo de vsu part. 1. 9. 20.
c De vtilit. respir. 3.
Sexto de vsu part. x.
d Sexto de vsu part. x.
e De caus. respirat.
De motu thorac. & pulm.
f De vtilitat. respir. 5.
g Secundo de caus. symptom. 4.
primo de difficult. respir. 13.
h Secundo de motu muscul. 9.
i Quinto de anatom. admin. 3. 4. 5.
Secundo de decret. Hip. & Plat. 4.
x Secundo de motu muscul. 9.
K Septimo de vsu part. 20.
l De caus. respirat.
m Secundo de motu muscul. 9.
n Quarto de loc. affect. 6.
o De caus. respirat.
p Quarto de loc. affect. 6.
q De dissect. muscul. 24.
Oribas. lib. 25. cap. 47.
Quinto de anatom. 3.
r De dissect. muscul. 26.
De ossibus 13.

P Differentiæ

Tabula Decimaseptima, Respirationis differentiæ.

Differentiæ respirationis sumuntur à

- **Quantitate, à qua simplices omnes respirationis differétias desumpsit Galenus: quę ex [D] eodem primo de difficultate respir. sunt sex, scilicet, magna, parua; velox, tarda, frequens, rara; cũ suis mediocritatibus. Sunt autem tot, quia ratione quantitatis in respiratione, spectantur.**
  - **Distentio organorũ secũdum dimẽsioné**
    - **Vnã**
      - Longitudinem: vnde est respiratio
        - Longa § Superat naturalem longitudinem.
        - Moderata § Est naturalis.
        - Breuis § Est minor nãli in longitudine.
      - Latitudinem: vnde respiratio dicitur
        - Lata § Superat naturalem in latitudine.
        - Moderata § Est naturalis.
        - Angusta § Est minor naturali in latitudine.
      - Profunditatem: vnde respiratio dicitur
        - Alta § Superat naturalem in profunditate.
        - Moderata § Est naturalis.
        - Humilis § Est minor naturali in profunditate.

      Hæ respirationis differentiæ non ita diligenter expl[…] cantur à Galeno in respiratione, sicut ab eodẽ fueru[nt] tractatæ in pulsu; quia fortè non cognoscuntur in [re]spiratione, quæ non cognoscitur tactu, vt pulsus; se[d] visu, & auditu. Et, cum Galenus [a] agit de respira[tione] tione longa, & breui, per longam intelligit magnam & raram; per breuem verò frequentem, & pa[r]uam. Sed Auicenna [b] partim vt Galenus, par[tim] aliter.
    - **Plures**
      - Duas § Vt, cum superat, vel superatur in longitudine, & latitudine solùm: quæ differentiæ sunt innominatæ.
      - Omnes .s. tres. Vnde ẽ respirõ.
        - Magna § Superat naturalem in omnibus dimensionibus, idest, longitudine, latitudine, & profunditate.
          - Fit à [c] facultate valida, vsu aucto, & instrumentis aptis, & benè dispositis.
          - Est familiaris magis validæ facultatis, quàm aucti vsus.
        - Moderata § Est naturalis.
        - Parua § Est minor naturali in omnibus dimensionibus § Fit à facultate [d] languida, vsu imminuto, & malè affectis instrumentis; ita, vt a[d] faciendam paruam respirationem concurrant, vel omnes istæ tres causæ, ve[l] duæ, vel vna solùm.
  - **Tempus quod spectat in**
    - Motu, idest, in ipsa inspiratione, & expiratione, quæ sunt [e] partes essentiales, & per se ipsius respirõnis. Vnde respiratio dicitur.
      - Velox, vel celer § Est quando paruo tẽpore absoluit motus
        - Fit [f] ab vsu aucto, facultate valida, & benè dispositis instrumẽtis.
        - Dicitur familiaris magis vsus aucti, quàm virtutis validæ.
      - Moderata § Est, cum mediocri tempore absoluitur motus § Fit à causis [g] mediocritèr habentibus.
      - Tarda § Est, cũ multo tempore absoluitur motus § Fit ab vsu [g] imminuto, facultate debili, & malè affectis instrumẽtis, siue omnes causę malè habeant, siue duæ, siue vna tantùm.
    - Quiete, idest, in ipsa cessatione à motu, quę est pars respirationis [e] per accidens, non per se, & primò: nam, cum in respiratione sint duo motus contrarij, necessariò inter illos intercedunt duę quietes, vna post inspirationem ante expirationem: quę externa, & [M] supera dicitur: altera post expirationem, ante inspirationem, quæ interna, & infera dicitur. Ab his quietibus respiratio dicitur.
      - Frequens, vel densa, vel crebra § Est, qñ inter vnũ motum, & alterum parũ intercedit interualli § Fit [h] ab vsu aucto, ab instrumẽtis malè affectis, & à facultate debili: vel potiùs fit semper ob prioris actionis defectum, .s. ob imminutam magnitudinem, vel velocitatem.
      - Moderata § Est, quando mediocre intercedit interuallum § Fit à causis moderatis.
      - Rara § Est, quando inter vnũ motum, & alterum multum intercedit interualli § Fit abusu [i] imminuto, ab instrumentis benè affectis, & à facultate benè habente, q̃ nõ impedi[tur] neq; in magnitudine, neq; in velocitate.
- **Qualitate**
  - Roboris virtutis. Vnde respiratio dicitur
    - Vehemens § Est, cùm validè mouentur respirõnis organa § Fit à valida virtute aĩali.
    - Moderata § Est, cùm mediocriter mouentur organa § Fit à facultate mediocri.
    - Debilis § Est, cùm languidè, ac debiliter mouẽt organa § Fit à languida virtute aĩali.

    Cũ hæ differẽtiæ ponãt ab Auic. [k] & cũ ẽt à [l] Gal. ponãtur inter differẽtias pul[sus], ad cuius proportionẽ ẽt referri possũt in respiratione, hic eas posuimus.
  - Respirationis, idest, vtriusq; motus scilicet inspirationis, & expirationis. Vnde respiratio dicit
    - Facilis § Est, cùm facilè, idest, absq; labore, & dolore fit respiratio, & tunc dicitur naturalis.
    - Difficilis § Est, quã do [n] respiratio est cũ labore, & dolore: quarè p̃ternãlis vocatur, & hæc est
      - Simplex, quæ est ex Galeno: Magna parua; Velox tarda; Frequens rara § Hæ respirandi differentiæ, si fiant cum [L] labore, & dolore dicuntur simplices respirandi difficultates, & inter symptomata reponuntur. at, si fiant sine labore, ac dolore dicuntur opera, vel actiones secundum naturam: plerumq; tamen à Galeno accipiuntur vt sunt præter naturam, & dicuntur simplices respirandi difficultates.
      - Composita § Hæc ex Galeno, [m] vel est secundum motum tantùm, penes videlicet magnitudinem, & paruitatem, velocitatem, & tarditatem; quę, vel considerantur in vno [o] motu seorsum, vt in inspiratione, vel expiratione solùm; vel considerantur in vtrisq; comparando vnum ad alium scilicet inspirationem ad expirationem, & hinc est rhithmus. Vel considerantur in motu, [p] & quiete: vnde variæ species oriuntur, ex quibus quatuor [p] sunt, quæ à certa causa proficiscuntur, atq; ob id certum indicant, nam magna, [q] & rara respiratio indicat delirium parua, & rara extinctionem caloris. magna, & densa calorem valdè auctum. parua, & densa ostendit dolorem alicuius organi, quod cum respiratione mouetur, siue illud sit organum respirationis, siue simul moueatur cum organis respirationis, vt est stomachus, venter, hepar, lien, peritonæum, tenuia intestina, colum, & musculi abdominis. Auicenna [r] verò sub difficultate respirandi, quam ipse vocat malitiam anhelitus, comprehendit quinque scilicet difficultatem, constrictionem, duplationem, interfectionem, & præparationẽ anhelitus. [R] Difficultas ab eodem vocatur quælibet laboriosa exercitatio in respirando; constrictio [s] autem & meatus est strictus, per quem transit, vel in quo recipitur aer. Duplatio [S] verò est inæqualitas, in qua completur inspiratio, vel expiratio duobus motibus, & in pueris cum plorant. Interfectio, cum antè, quam absoluatur motus intercedit quies, vt in frequentibus suspirijs. Præparatio [T] aũt est respiratio, quę fit erecta ceruice, & dicitur orthopnæa. Sub constrictione anhelitus, comprehenditur asthma, quod etiam sæpè est sub orthopnæa.
  - Expirationis penes
    - Calorem. Vnde respiratio dicit
      - Calida [t] § Est, cum ab ipso ægrotante, vel assidentibus, vel medico sentitur expiratio valdè calida, nam calida mediocris est naturalis § Fit ab insigni [t] caliditate spiritalium, vt in illorum inflammatione, & febre.
      - Mediocris § Hæc (veluti dictum est) sentitur mediocriter calida naturaliter.
      - Frigida [t] § Est, cum frigida fit expiratio § Fit ab extinctione [A] caloris, vt accidit propè [t] mortem.
    - Odorem, vnde respiratio dicitur
      - Fætida § Est, cũ sentitur fætor § Fit ab humoribus putrefactis in [V] mẽbris respirõnis § Hęc differẽtia ponit ab Auic. [V]
      - Non fætida § Est naturalis.
- **Relatiuis quæ sunt**
  - Aequalitas, & inæqualitas in respiratione
    - Vna. Vnde respiratio dicitur
      - Aequalis § Est, cum eodem modo mouentur, & quiescunt omnes organorum partes § Fit ab æqualitate causarum.
      - Inæqualis § Est cum, [u] vel non mouentur, vel non quiescunt eodem modo omnes organorum partes § Fit ab inæqualitate causarum [B] in dictis partibus
    - Pluribus § Collectiua respiratio dicitur. Quę est
      - Aequalis § Est, cũ eodẽ modo se habent respirõnes § Aequaliter
      - Inæqualis § Est, cum sunt diuersæ respirationes § Inęqualiter

      Fiunt à similibus causis
  - Ordo, & inordinatio § Vnde respiratio dicitur
    - Ordinata [x] § Est, cum idem modus seruatur in circuitibus
    - Inordinata [x] § Est, cũ nõ seruat idẽ mod⁹ in respirõnib⁹ inæqualib⁹

    Fiunt à similibus causis § Hanc differentiã posuit Galenus [B] & innuit Auicenna [x]
  - Rhythmus [C] § Est modulus, [D] vel proportio in differentijs respirationis conueniens, vel non conueniens ætati, regioni, tempori anni, & similibus. Vnde respiratio dicitur.
    - Eurhythma § Est, quando seruat proportionem conuenientem ætati, [E] tempori, & similibus.
    - Arhythma § Est, quando non seruat proportionẽ, & tũc respiratio dicitur
      - Pararhythma
        - Est qñ adest proportio cõueniẽs [D] vicinæ ætati, vel tempori.
        - Vt, si in adolescente, fit respiratio iuuenis.

        Fiunt à diuersitate causarum.
      - Heterorhythma § Cuius ætatis proportionem [D] seruat excepta propria, & sibi conuenienti.
      - Ecrhythma § Nullius ætatis, & similium proportionem seruat. [D]

Tertio

AVCTORITATES.

a Tertio de difficultate respir. x.
b Auic. lib. 3. f. x. tr. 1. cap. 13. 14.
c Primo de difficul. respir. 6. 13.
Primo de vtilitat. respir. 4.
d Primo de difficult. respir. 6.
D Primo de difficult. respir. 7. 8. 18.
e Primo de difficult. respir. cap. 2. 3.
Primo de dignosc. puls. 10.
f) Primo de difficult. respir. 6. 5. 4.
g Primo de difficul. respir. 4. 5.
h Primo de difficult. respir. 7.
i Primo de difficul. respir. 7.
k Auic. lib. 3. f. 10. tr. 1. cap. 7. 10.
l Primo de differ. pulf. cap. 4.
M Primo de differ. puls. 8.
L Primo prognost. 25.
De difficult. respir. 3.
m Primo de difficult. respir. 15.
n Primo prognostic. 24.
o Primo de difficult. respir. 16.
p Primo de difficult. respir. 22.
q Primo de difficult. respir. 12.
r Auic. lib. 3. f. x. tr. 1. cap. 22.
R Auic. ibid. cap. 28.
s Idem cap. 23.
S Auic. ibidem cap. 26.
t Primo prognost. 24.
Tertio de difficult. respir. 8. 3.
T Auic. lib. 3. f. 10. tr. 1. cap. 29.
u Primo de difficult. respir. 17.
V Auic. lib. 3. f. 10. tr. 1. cap. 19.
x Auic. lib. 3. f. 10. tr. 1. cap. 25.
A Idem cap. 18.
B Primo de difficult. respir. 17.
C Primo de difficult. respir. 16. 21.
D Primo de differ. puls. 9.
E Primo de difficult. respir. 7. 16.

ADNOTATIONES.

Galenus [a] *agens de simplicibus differentijs respirationis ponit (vt dictum est) magnam, paruã; velocem, tardam; frequentem, & raram; quia sunt magis propriæ, & in rei veritate simplices differentiæ. Idem tamen in recensendis pulsuum differentijs, quibus vbiq; dicit esse similes eas, quæ sunt in ipsa respiratione, ponit eas differentias, quas posuimus in tabella; & easdem etiam tractat in respiratione.*

Differentia vacui, & pleni est in pulsu, & non in respiratione; quia in arterijs læuibus continetur sanguis spirituosus; at in asperis arterijs nihil nisi aer continetur.

Sic duri, & mollis differentia est in pulsu, sed non in respiratione, quia pulsus cognoscitur tactu, sed respiratio non tactu, verùm visu, & auditu percipitur. E conuerso differentia facilis, & difficilis [b] *est in respiratione, & non in pulsu, quia respiratio est à facultate animali, & cum sensu; pulsus autem à facultate vitali, & sine sensu.*

Auicenna inter differentias respirationis posuit fœtidam, quæ etiam non est in pulsu, qui non cognoscitur nisi tactu, at expiratio potest etiã cognosci olfactu ratione eius, quod expiratur.

a Primo de difficult. respir. 7. 8. 18.
b Primo de difficult. respir. 9.

Tabula Decimaoctaua, Asthmatis definitio, differentiæ.

Asthma [u] græce anhelatio[x] latine habens nomen [u] à symptomate propter coactam respirationē & orthopnœa [y] græce, recta respiratio latinè. Et difficultas respirandi, in qua valdè [z] creber est anhelitus cū sono, [x y] & à anhelatione, qualis currentibus, aut quouis alio modo [ζ] vehementer agitatis accidit. Cuius differentiæ sumuntur à

- **Causa**
  - **Externæ & sunt Res**
    - **Faciēdæ**: Cursus, & vehementiores exercitationes faciunt difficultatem respirandi, quam Aretæus [a] vocat asthma, velut etiam faciebant homines [b] tempore Galeni. Balneum, motus, & somnus post cibum, otium, & cętera pituitam gignentia faciunt asthma.
    - **Assumendæ**: Crapula, cibi, ac potiones pituitosæ, vaporosæq;, ac flatuosæ, fungi; venena, & eiusmodi gignunt asthma.
    - **Excernendæ**: Nisi excernatur pituita solita per deiectiones, vomitum, sputum, vel aliter depelli, potest asthma excitare.
    - **Incidentes extrinsecùs**
      - **Ambiens, siue aer, siue aqua propter qualitatem**
        - Frigidam præsertim inæqualitatem: Vt fit in Autumno, in quo tùm ob frigiditatem, [c] tùm ob humorum motum ad partes interiores persæpè fit asthma.
        - Humidam: Vt fit in hieme, & magis noctè, quàm die [d].
        - Venenosam: A prauo fumo, à vapore ex [e] metallicis, aut mineralibus elato gignitur asthma. Quarè tractantes metalla sæpè fiunt asthmatici.
      - **Cætera occursantia extrinsecùs**: Vt accidit in [b] ictibus, à quibus luxantur vertebræ.
  - **Interna quæ est**
    - **Patiens, quæ est habilitas ad asthma propter**
      - Temperationem: Frigidi humidi [f] habentes caput obnoxium fluxionibus, maximè propensi sunt ad asthma.
      - Aetatem: Senes, [f] consistentes, [g] ita etiam pueri [h] facilè in asthma incidunt.
      - Sexum: Vult Aretæus[a] magis fieri asthma in fœminis, quia sunt frigidæ, & humidę. Aurelianus, [d] & Mesue [e] in marib⁹.
      - Conformationem: Qui habent pectus angustum siue à natura, [i] siue ex luxatione vertebrarū valdè apti sunt ad asthma.
    - **Efficiēs .i. materia quæ est**
      - **Humor**
        - Sine tumore: Est pituita crassa, [k] tenax, & glutinosa, q obstruēs asperas pulmonis arterias inhibet, ne aer liberè intret, exeatq;. Atq; ab hac[m] plerūq; fit asthma propriè dictū. Materia[l] quoq; aquosa pōt asthma procreare.
        - Cum tumore: Non raro in pulmone procreatur tumor abscessui [k] similis, qui facit asthma. Tuberculum[m] ēt crudū à materia pituitosa, vel mixta facit asthma, vt Gal. dicit contigisse in Antipatro Medico [n].
      - **Flatus, [o] vel [l] vapor**: Hic etiam interdum facit asthma.
      - **Substantia solidior, vt [m n] grando, vel lapis [p]**: Hæc, & eiusmodi quale est pus, non modo tussim, sed etiam asthma (non tamen propriè dictum) interdum efficiunt.
- **Morbo quæ est**
  - **Intemperies**
    - **Sine materia, quæ intēperies ē**
      - Frigida[c]: Hæc refrigerans, & constringens pulmonem, & paulatim in eodem pituitam coaceruans facit asthma.
      - Sicca[o]: Partes pulmonis ob siccam intemperiem conniuentes faciunt asthma. Dicit Matthęus [q] Gradius socerum suum ob siccam intemperiem pulmonis, & calidam cordis fuisse asthmaticum.
      - Aliæ intemperies rarissimè, aut numquam faciunt asthma, & quæ intemperies absq; materia sunt non faciunt asthma propriè dictum.
    - **Cum materia**: De hac, siue sit humor, siue pus, siue flatus, vel vapor, vel lapis, vel grando dictum est.
  - **Mala cōpositio in**
    - **Conformatione meatuum**
      - **Obstructorū [r]**: Obstructio est proprius morbus, à quo pendet [s] asthma [u] propriè dictum: & eiusmodi obstructio est à pituita [s] crassa, tenaci, & glutinosa, siue sit genita in pulmone, siue ex capite vel alijs partibus ad pulmonem fluxerit, & hic affectus maximè propriè dicitur asthma à Galeno [s].
      - **Astrictorum**
        - Vt accidit in tumoribus pulmonis, qui sunt [s] similes abscessibus, vel ī tuberculo[t r] crudo ipsius pulmonis, à quibus ēt asthma fieri asserit Gal.; licet non ita propriè [s] dicatur asthma vt superior affectus.
          - Coarctatio [r] asperarum arteriarum à Gal. dicitur esse causa coniuncta orthopnęę, a[...]ta angustia. Sed, si talis coarctatio fit ab humoribus crassis, & glutinosis, [s] erit asthma proprijssimè dictum. Sed, [u] si à tumore abscessui simile, vel à tuberculo [r] erit quoq; asthma propriè dictū. Sed, si fit ob peripneumoniam, vel ob empyema, vel ob tumores vicinarum partium præmentes pulmonem non erit asthma propriè dictum.
        - Possunt quoq; astringi pulmonis meatus à peripneumonia, & à tumorib⁹ partiū comprimentiū pulmonē[r]. Sed affectus nō propriè dr̄ asthma.
    - **Magnitudine**
      - Aucta: Vt accidit in tumore pulmonis abscessui simile, vel in tuberculo crudo eiusdem pulmonis; & tunc affectus dicitur asthma, sed non proprijssimè. Idem potest accidere in peripneumonia, & in quolibet alio tumore partium vicinarum, cum tumor præmit pulmonem, vel per se, vel per septum transuersum. Ita, cū est oppleta regio inter thoracē, & pulmonē.
      - Imminuta: Vt in paruitate thoracis, siue ab ortu, siue postea, cum gibba fit spina propter ictum, vel casum ab alto, aut propter durum tuberculum, omnia enim hæc prohibent, ne thorax, & pulmo augeantur. Quarè angustatis respirationis organis fit asthma non propriè dictum.
    - **Situ[u]**: Vt accidit in luxatione [u] vertebrarum ab ictu, vel casu ab alto, vel à duro tuberculo.
- **Loco affecto, quæ est pulmo. Afficitur autem pulmo**
  - **Per se primariò, & per essentiam**: In asthmate [a b] propriè dicto locus per se, & primariò, vel per essentiam affectus est ipse pulmo. Sed [a b] affectus, vel morbus, à quo tamquam à causa coniuncta pendet asthma est (veluti dictum est) non quidem inflāmatio, [d] sed obstructio vel coarctatio, quæ est in ipsius pulmonis,
    - **Vasis, quæ vasa sunt**
      - Arteriæ
        - Asperæ [a]: Hæ, vel semper[a] vel vt plurimum sunt affectæ in asthmate.
        - Læues, & sunt arterię venosæ: Hæ raro afficiuntur in asthmatæ. Attamen interdum afficiuntur, [c] vt Gal. refert de Antipatro Medico.
      - Venę arteriosæ: Hęc rarissimè afficiuntur in asthmate.
    - **Carne rara, vel cauitatibus ipsius pulmonis**: In tali parte non raro excitatur affectus.
  - **Per consensum, [e] vel cōitatem**: Affectus tunc nō propriè dicitur asthma sed respirandi difficultas à talibus, vel talibus partibus orta, quia tunc consensus est à
    - **Toto [f]**: Vt accidit in plethora, & cacochimia, & in quibusdam febribus, in quibus materia transmittitur ad pulmonem.
    - **Partibus**
      - Capite [f]: Sæpissimè [f] ex destillatione à capite fit asthma verè dictum præsertim in pueris, [g h] & senibus.
      - Spina [h]: Ab ictu, vel casu, vel à tuberculo [i] luxata vertebra comprimit pulmonem.
      - [k] Ventriculo repleto à
        - Cibis
        - Humoribus
          - Sine inflammatione
          - Cum inflammatione.
      - Hepate [l]
        - Refrigerato
        - Tumefacto
      - Liene, [K] vtero, intestinis, hypochondrijs, peritonæo: Hæ omnes partes tumentes, vt in hydrope, cōprimentes diaphragma coarctant etiam, & præmunt pulmonem.
- **Symptomate**: Est autem symptoma in asthmate difficultas respirandi, immò ipsum asthma (velut indicat nomen) nil aliud est, quàm anhelatio, idest, respiratio valdè crebra, quę est symptoma actionis deprauatę, siue respiratio dicatur actio animalis motiua, cùm fiat à facultate animali, siue vitalis cum deseruiat vitali. Vtcumq; tamen hæc læsa respiratio est.
  - **Sine sono, [m] & anhelatione**: Hinc est affectus, qui dispnœa simpliciter, .i. difficultas respirandi appellatur.
  - **Cum sono, & anhelatione, & tunc respiratio est**
    - **Nō erecta [m] ceruice**
      - Asthma propriè [m] nominatur à Celso, quod plerumq; est sine febre ab humoribus [n] crassis, & glutinosis.
      - Potest tamen interdū esse cum febre, & esse à tuberculo, [n] vel tumore abscessui simile.
      - Hac ratione ponitur[m] asthma à Celso prout est species contradistincta ab orthopnæa.
      - Sed ab Aretæo [o] ponitur asthma vt genus ad asthma, & orthopnæam.
      - A Galeno [p] verò ponitur asthma, vt est species orthopneæ.
    - **Erecta [m] ceruice**
      - Orthopnæa, idest, recta respiratio vocatur [q] ab Hippo. & Galeno [q r]. In hac iacentes suffocantur, vt vix recto thorace sufficiant. Igitur contendunt exurgere, ac toto thorace externum aerem attrahere, nam quoties thoracem cum collo extendunt aspera arteria dilatatur.
      - Gal. 2. tertij epidem. 4. & quarto sexti epidem. 4. & alibi[r] accipit pro vno, & eodem asthma, & orthponæam.
      - Ab Aretęo ponitur orthohnęa, vt species asthmatis, à Celso, vt species contradistincta.
      - Et à Gal. 2. prorrhetic. 54. ponitur asthma, vt species orthopneæ.

Aretæus

AVCTORITATES.

a Aretæus primo diuturn. cap.xi.
b Sexto aphor. 46.
c Tertio aphor.22.
d Aurelian.lib.3.diuturn. cap.primo.
e Mesue de ægritudin.pect.& pulm.1
f Quinto de sanit.tuend.cap.8.
f Tertio aphor. 31.
g Tertio aphor.30.
h Tertio aphor. 26.
i Tertio de articul.7.8.9.
i Sexto aphor.46.
K Septimo catatop. 6.
x Quarto de loc. affect.8.
l Rases 4.continent.cap.1.
m Quarto de loc.aff.8.in princ.capitis.
n Quarto de loc. aff.8. in fine capitis.
o Auic.lib.3. f.x. tr.1. cap.38.
p Alex.lib.5.c.4. Paul.lib.3.c.28.
q Matthæus Gradius 9.ad Almansor. cap.50.
r Primo de difficult. respir. 11.
s Septimo catatop.6. Quarto 6.ep.6 Sexto aphor.46.
t Quarto de loc. affect. 8.
u Secundo 3. epid.4. Quarto sexti epidem. 4. Sexto aphor.46.
x Cornel.Cels. lib. 4. cap.4.
z Sexto aph.46. Tertio aph. 26.
y Secundo prorrhetic. 54. Septimo catatop.6.

a Sexto aph.46. Tertio de art.7. 8.9 Primo de difficult. respir.xi.
b Tertio de presag.ex puls.4.
c Quarto de loc.affect.8. in fine.
d Septimo catatop.6. Quarto de loc.affect.in fine.
e Primo de difficult. respir.11.
f Auic.lib.3.f.x.tr.1.cap.38.
g Tertio aphor. 26.
h Tertio aph.31.
i Sexto aph.46. Tertio de art.7.8.9
x Primo de difficult. respir. 11.
l Sexto aphor. 16.
m Cels. lib. 4. cap. 4.
n Septimo catatop. 6. Quarto de loc. affect.8.
o Primo diuturn, cap.xi.
p Secundo prorrhetic. 54.
q Tertio prognostic. 16.
r Quarto de caus. puls. 21.

ADNOTATIONES.

Vt patet ex tabella, Asthma, & Orthopnæa vario modo accipitur à varÿs auctoribus.

Celsus {a} *asserit dyspnæam, asthma, & orthopnæam differre inter se prout affectus se intendit, nam, dum modica est spirandi difficultas, neq; ex toto strangulat, dyspnæa dicitur; cum vehementior, asthma; cum vehementissima, vt æger nisi recta ceruice spiret, orthopnæa vocatur.*

Galenus {b} *persæpè accipit pro vno, & eodem asthma, & orthopnæam asserens esse affectum à crassis, & glutinosis humoribus, vel à crudo tuberculo.*

Sed in 2. prorrhetic.54. dicit non modo orthopnæam esse in asthmaticis affectibus, sed etiam in peripneumonia, & angina, & sic in plùs esse orthopnæam, quàm asthma.

Aretæus verò {c} *asserit latiùs patere asthma, & ita compræhendere orthopnæam, tamquam genus continet speciem.*

Asthma ex {d} *quorumdam Iuniorũ sententia tribus modis dicitur, primò pro qualibet constrictione anhelitus, siue cum febre, siue sine febre, siue cum apostemate, siue sine apostemate. Secundò pro qualibet difficultate respirandi siue cum constrictione, siue sine constrictione; qui modus est communior primo. Tertio proprÿssimè pro constrictione propter materias crassas, & glutinosas in pulmone: sed ex Gal.* {e} *addendum est, vel ex tuberculo.*

Alÿ (vt Gordonius, & Sauonarola) distinguunt penes inspirationem, & expirationem, & ponunt quædam carmina puerilia, & rudia, vt Gordonius.

Expirat latè, trahit ad se cum grauitate omnis anhelosus, è contra sangui sugosus.

Sauonarola, sic.

Dispnia se celat, canit asthma, malumq; reuelat
Orthopnæa quoq; morbo vexatur vtroq;.

Quæ prorsùs ridicula sunt. Quarè à nobis negligũtur.

Possunt quoq; alia symptomata, à quibus desumantur differentiæ asthmatis eadem methodo, qua alia cõmemorauimus, enumerari, vt quòd sit recens, vel vetustum humidum siccum, periculosum, vel non periculosum, & eiusmodi, quæ à nobis breuitatis gratia omittuntur.

a Celsus lib.4. cap.4.
b Sexto aphor. 46. Quarto de caus. puls. 21. Secundo tertÿ epidem. 4. Quatto sexti epidem. 4. Septimo catatop. 6.
c Aretæus primo diuturn. cap. xi.
d Centiles in 3. Auic. f. x. tr.1. cap.28.
e Sexto aphor. 46. Quarto de loc. affect.8.

Tabula Decimanona, Asthmatis signa.

Signa Asthmatis sunt

- **Memoratiua**: Sunt inuentio [a] causarum procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægro, & assidentibus; &, quę magis faciunt ad Medici [b] gloriam, quàm ad ægri salutem. Quare hic omittuntur.
- **Indicatiua, à quibus monstrat.**
  - **Causa**
    - **externa**: Signa ostendentia causas externas sunt [c] eædem causæ, quæ antecesserunt, vel sunt præsentes, & faciunt, fouent, vel augent asthma, vt nimius motus, [d] otium, balneum, somnus post cibum, crapulæ, cibi pituitosi, flatuosi, venena, retentio pituitæ, mora in aere frigido, & inæquali, vt in autumno, & hieme. Sic in locis humidis, antris; [e] cauernis, ac testudinibus recenter calce oblitis, tractatio metallorum, & mineralium, vt sulphuris, colophoniæ, picis, plumbi, argenti uiui: quarè inuncti ex Mercurio ob luem gallicam sæpè fiunt asthmatis. Ictus, vel casus (f) luxans vertebras est signum asthmatis ex luxatione vertebrarum.
    - **interna, q̃ est**
      - **Patiens .i. habilitas ad asthma**: Frigidi, [g] & humidi, qui habent thoracem angustum, & in [f] spina tuberculum. Ita ẽt, qui sunt fluxionibus obnoxij præsertim [g h i] senes, consistentes, & pueri. In sexu, vult Aretęus fœminas esse magis opportunas asthmati. Aurelianus, [l] & Mesues [e] mares. Ratio fauet Aretęo; Experientia vtrisq;. Sed (vt ego obseruaui) magis fauet Aureliano, & Mesue, nam plures vidi mares, quàm fœminas in asthma incidisse.
      - **Efficiẽs idest materia gignens asthma quæ materia est**
        - **Humor**
          - **Sine tumore**: Humor faciẽs asthma ꝑpriè dictũ est pituita crassa, & glutinosa. — In tẽperatione pituitosa, ætate [g] senili, consistentiæ, [h] vel puerili [i] obnoxia catharris, antecesserunt causæ pituitam procreantes, quę præsentes nocent, & prosunt cõtrariæ. Adest multa [m] tussis parùm iuuans, & paucam educens mãm. Adest stertor, [m] oscitatio, screatio, grauitas in thorace, color albidus, vel plumbeus in facie.
          - **Cum tumore**: Idest cum tuberculo, [m n] vel tumore simili abscessui, & tunc adsunt signa tuberculi, vel tumoris inferiùs ponenda.
        - **Substantia aquosa.** [m o]: Adest difficultas respirandi; tussis cum sputo tenui, & aquoso; [m] Febris læuis; [o] sentitur grauitas, & fluctuatio in thorace; tumor in extremitatibus; dispositio vt in hydrope, & Almelilethu .i. affectus, qui antecędit febrẽ.
        - **Flat⁹, vel vapor**: Antecessit vsus alimentorũ flatuosorũ, qui præsens nocet, ac prodest vsus rerũ dissipantiũ flatũ. Sẽtitur læuitas [m] in thorace, adest tussis sicca, &, si vapor sit venenosus antecessit mora in aere putrido, ac venenoso, [o] & adest febris.
        - **Substantia solidior, vt pus, [o] grando, [m] lapis [p]**: Talia per sputum reijciuntur.
      - **Intemperies**
        - **Sine materia, & tunc talis intemperies est**
          - **[q] Frigida**: Antecessit vsus rerum refrigerantium, & præsertim aeris frigidioris [r] inspiratio. Adest tussis cum pauco, aut nullo sputo, sit paulatim, & non confertim.
          - **Sicca [s]**: Antecesserunt causæ exiccantes. Adest [t] sitis, vox clara, sputum paucum, aut nullum, immò dicit Auic. [s] adesse omnino sputi priuationem.
          - **Calida**: Hæc facit quidem spirandi difficultatem, sed non asthma. [g h i]
        - **Cum materia**: De hac dictum est suprà.
  - **Morbus qui ẽ**
    - **Mala cõpositio in**
      - **Conformatione meatuũ**
        - **Obstructorũ**: Adsunt signa redundantis pituitæ [n] glutinosæ, quæ signa suprà sunt [m] exposita. Adest difficultas respirandi cum stertore; atq; ipsa respiratio est parua, celer, & valdè crebra. [y]
        - **Astrictorũ, vel compressorum**: Adsunt signa tuberculi, vel tumoris mollioris, aut durioris in pulmone, vel adsunt signa aliarum partium affectarum comprimentium pulmonem — Hæc signa inferiùs ponentur.
        - **Cum febre acuta [z]**: Adsunt signa [z] peripneumoniæ alibi exposita.
      - **Magnitudine**
        - **Aucta ab aliquo tumore q̃ est**
          - **Sine febre acuta, & tũc tumor ẽ**
            - **Mollis, [a] quià Gal. [b] dicitur esse similis abscessui**: Adest magna difficultas respirãdi [a] cũ saliua plurima, & humiditate in pectore absq; multa caliditate, & ĩ facie nõ ẽ rubor sed color plube⁹, & adest febris.
            - **Durus qui est**
              - **Magnus, qui ab Auic. [c] dicitur apostema durum. Sed à Galeno dicetur scyrrhus**: Adest difficultas [A] respirandi, in qua [d] valdè quidem dilatatur thorax, sed parùm aeris attrahitur. Sentitur grauitas in thorace. Adest magna tussis, paucum, aut nullum sputum, paucus calor in pectore.
              - **Paruus, qui ab [f] Auic. boothor, a [e] Gale. tuberculum crudum vocatur**: In bona [e] valetudine statim absq; febre oritur difficultas respirandi, q̃ in dies magis augetˀ, & est sine stertore & q̃uis in ea valdè dilatetˀ thorax; [d] attamẽ parũ ĩ aeris attrahitˀ. Sẽtitˀ grauitas ĩ thorace, & iterdũ [A] caliditas. Adest aliquando sputũ cruentum cũ multa tussi, interdum tñ non adest [e] tussis [A] nec difficultas respirandi à principio, quando scilicet tuberculum est in arterijs venosis, [e] vt accidit Antipatro Medico.
        - **Imminuta**: Cognoscitur paruitas pulmonis ex paruitate [g] thoracis, quæ est manifesta sensui, siue talis paruitas sit ab ortu, siue sit ex luxatione vertebrarum ob ictum, casum vel tuberculum. [g]
      - **Numero**
        - **Aucto**: Vt, cum in pulmone adest aqua, pus, vel grando, aut lapis, & eiusmodi — Adest tussis sicca, cum qua interdum expuitur talis substantia vt aqua, pus, [e] grando, lapis. [b]
        - **Imminuto**: Vt cum deest aliquis lobus pulmonis — Adsunt signa phthisis.
      - **Situ**: Vt in luxatione vertebrarum (i) qui morbus non propriè ad pulmonem, sed ad vertebras pertinet — Antecessit (g) ictus, vel casus, vel tuberculum, vt dictum est In Angina.
  - **Loc⁹ affectus q̃ est pulmo. Afficitur autẽ pulmo p̃**
    - **Essentiam**: Adest difficultas respirandi cum sono, & anhelatione absq; signis aliarum partium affectarum, & tunc affectus est in ipsius pulmonis.
      - **Arterijs**
        - **(k) Asperis**: Adest tussis magna difficultas respirandi, & cætera signa asthmatis, in quo plerumq; pituita est in asperis arterijs. Quarè adest anhelatio, stertor, tussis, & eiusmodi.
        - **(k) Leuib⁹, .i. arterijs venosis**: Adest magna inæqualitas tùm in vno, tùm in pluribus pulsibus (l). Pulsus est tremulus, & inordinatus. Adest sæpe cordis palpitatio, & syncopa: & interdum nulla difficultas respirandi, nec tussis, vt Gal. refert (l) accidisse Antipatro Medico. Cuiusmodi casum ego vidi in quo damnatissite Lucensi, & in Cosmo Philippi ex Ponte heræ, qui ambo perierunt cum tuberculum fuit absruptum. Eadem ferè adsunt signa, cum tuberculum est in venis arteriosis.
      - **Venis arteriosis (K)**: Læditur potiùs nutritio pulmonis, & generatio spirituum vitalium — Non (k) adest dolor, neq; magna respirandi difficultas.
      - **Carne, vel cauitatibus pulmonis**: Adest insignis anhelatio sine dolore.
    - **Consensũ à**
      - **Toto**: Adsunt febres, & signa cacochimiæ, vel plenitudinis.
      - **Partibus**
        - **Capite**
          - Statim ab (m) angustiæ sensu oritur difficultas respirandi in sanitate: (R) sentitur illa anhelatio cum sono, idest ipsũ asthma. Adest titillatio in faucibus, (n) & reliqua catharri signa.
          - Sæpissimè ex catharro fit asthma, (o) vt accidit in præceptore meo Victo Vidio, & alijs quos curaui.
        - **Spina**: Adsunt signa [p] vertebrę luxatæ, vt verbi causa, antecessit ictus, casus, aut tuberculum.
        - **Ventriculo [q] repleto**
          - **Cibis**: Antecessit crapula, & adsunt signa satietatis. Respiratio est parua, celer, crebra.
          - **Tumoribus cum inflammatione, & sine inflammatione**: Adsunt signa ventriculi affecti.
        - **Intestinis [q] tenuibus, colo, hepate, liene, vel refrigeratis, vel tumefactis**: Adsunt signa dictarum partium affectarum.
        - **Vtero**: Adsunt signa fœtus existentis in vtero; vel, [r] si adest inflammatio, flatus, praui humores, vel menses, aut semen retentum — Adsunt signa vteri affecti.
        - **Peritonęo**: Adsunt signa hydropis.
        - **Hypochondrijs**: Adsunt signa hypochondriacæ affectionis 3. de locis affect. 7.
  - **Symptoma**: Cognoscitur sensu, nam ipso auditu sentitur [s] dispnęa sine sono. Sic asthma cum sono, & anhelatione. Sic etiam sensu visus cognoscitur orthopnæa, videlicet ipsa recta respiratione.
- **Prognostica per quæ prę cognoscitur**
  - **Euentus vel exitus**
    - Asthma plerumq; ducit ad mortem præsertim senes, [t] in quibus hic affectus non sanatur. Interficit etiam pueros [u]. Cùm est vetustum, & antiquum [x] non sanatur, sic quando est à luxatione [x y] vertebrarum. Ita etiam quando est à catharro [x] cum capitis debilitate. Quando adest syncopa, vel pulsus tremulus, [A] tardus, & deficiens, casus est lethalis, cùm verò est creber, & languidus, mors est proxima. Hęc etiam (vt inquit [B] Aretæus) praua sunt signa, rubor in malis, & reliqua facie, pallor, oculorum prominentia, stertor in vigilia, & multo magis in somno, recta respiratio, & oris apertio præ aeris cupiditate, sudor circa frontem, & iugula, tussis aspera, & assidua cum sputo pauco, tenui, frigido; tumor colli; Reuulsio hypochondriorum; gracilitas crurum, &, si talia augeantur, epileptiæ instar suffocant: Interdum tamen cum vires sunt firmæ, & morbus, ac symptoma non sunt adeò grauia, æger euadit.
    - Ex Aretęo bona signa sunt, tussis rarior, & minor cum sputo sanioso multo, Deiectio aquosa, Vrina copiosa, licet sit sine sedimento, Vox clarior, somni longiores præcordia relaxata. Anhelitus rarus, lenisq;.
  - **Tempus**: Asthma suapte natura est diuturnum. Quarè, vel comitatur vsq: ad mortem, vel longo tempore terminatur. Quia tamen habet acutas [A] accessiones, vt epilepsia, & spasmus [C] interdum celerrime interficit.
  - **Modus ad**
    - **Mortem**: Est per strangulationem. Interdum etiam per syncopam, [D] & virium resolutionem, vt accidit in Antipatro Medico, est etiam interdum [C] per spasmum.
    - **Salutem**: Est per solutionem, quia paulatim coquitur, [C] & vacuatur materia faciens asthma. Est etiam interdum per abscessum [C] ad crura, & post aures.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulf. 11.
b Primo prognostic. 4.
c De remed. parat. fac. primo.
d Sexto aphor. 46. Tertio aphor. 22.
e Mesues de ægritud. pect. & pulm. 1.
f Sexto aph. 46. Tertio de art. 7. 8. 9.
g Tertio aphor. 21.
h Tertio aphor. 30.
i Tertio aphor. 26.
l Aurelian. lib. 3. chronion. cap. primo
m Quarto de loc. affect. 8.
n Septimo catatop. 6.
o Auic. lib. 3. f. 10. tr. 1. cap. 15.
p Alex. lib. 5. cap. 4.
Paul. lib. 3. cap. 28.
q Tertio aphor. 22. 31.
r De arte medicin. 65.
s Auic. lib. 3. f. 10. tr. 5. cap. 38. 35.
t De arte medic. 66.
u Tertio aphor. 31.
x Sexto aph. 46. Quarto de loc. aff. 8.
y Tertio aph. 26. Sexto aph. 46.
z Quarto de præsag. ex pulf. 2.

a Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 13.
b Septimo catatop. 6.
A Aetius lib. 8. cap. 57.
c Auic. cap. 12.

d Quarto de loc. affect. 7.
e Quarto de loc. affect. 8.
f Auic. cap. 14.
g Sexto aphor. 46.
h Alex. lib. 5. cap. 4.
Paulus lib. 3. cap. 25.
i Quarto de loc. affect. 3.
x Quarto de præsag. ex pulf. 2.
l Quarto de loc. affect. in fine.
m Quarto de loc. affect. cap. 8.
n Aetius lib. 8. cap. 54.
o Auic. lib. 3. f. 10. tr. 1. cap. 39.
p Quarto de loc. affect. 3.
Tertio de artic. 7. 8.
q Primo de difficult. respir. 11.
R Aetius lib. 8. cap. 57.
r Sexto de loc. affect. 5.
s Celsus lib. 4. cap. 4.
t Secundo aphor. 40.
Quinto de sanit. tuend. 8.
u Tertio aphor. 26.
x Mesue de ægritudin. pect. 1.
y Sexto aphor. 46.

A Quarto de cauf. pulf. 21.
B Areteus primo diutur. 11.
C Auic. lib. 3. f. 10. tr. 1. cap. 38.
D Quarto de loc. affect. in fine.

In

Tabula Vigesima, Asthmatis curatio.

In curando asthmate, opa, seu intentiones curatiuæ sumuntur à

- **Causa, quæ est**
  - **Externa**: Ab hac, si abijt, [a] nihil indicatur; at, si adsit fouens, vel augens asthma; indicatur amotio talis causæ, & vsurpatio contrariæ, vt, si nimius [b] motus faciat asthma, indicatur [c] quies: ita etiam balneum, otium, crapula, alimenta, & cætera gignentia pituitam, sunt vitanda. Sic aer [d] frigidus, inæqualis, aut venenosus, [e] & alia, quæ extrinsecùs incidentia faciũt, fouent, vel augent asthma, sunt fugienda.
  - **Patiens**: Ab habilitate penes temperationem, indicatur contrarietas; vt à frigiditate [f] calefactio; & ab humiditate, exiccatio. Sed habilitas penes conformationem, vt est angustia thoracis, & pulmonis curari non potest.
  - **Interna quæ est**
    - **Antecedens contenta in**
      - **Toto corpore, à qua indicatur**
        - **Inhibitione noua materia generetur per**
          - **Victus rationem**: Quantitas alimentorum sit mediocris, & in accessione tenuissima: Qualitas verò sit incidens, & [g] extenuans absq; insigni caliditate, & sit madefaciens. Abstinendum est ab ijs, quæ difficilè coquuntur, vt à carne suilla, & bubula. Sic etiam vitanda sunt, quæ succum, [e] prauum [h] generant, vt fungi, cucumeres. Conuenit [g] vinum album tenue copiosè bibitum; & in accessionibus mulsa præcipuè, si cum ea ebullierit saluia. Panis cum aniso, [i] cumino, fæniculo, præsertim biscoctus; Carnes auicularum montanarum; Pisces saxatiles, maximè saliti, vt helices. Conferunt cappares oximelle, vel aceto scillitico conditi, præcipuè ante cibum. Inter olera, petroselinum, fæniculũ, origanum, pulegiũ, calamentũ. Faciunt amigdalæ, anisa, pistachia, panis martius. Conueniunt (vt inquit Celsus) [k] sorbitiones, & lenes cibi. Aer sit calidus, & siccus, vt est in montibus, & in loco domus sublimi, caput [k] sublime est habendum. Iuuat mot⁹ ex tarditate ad celeritatẽ. Sic ambulatio [k] lenta vsq; ad lassitudinẽ, & frictio partiũ inferiorũ. Confert vigilia. Valdè nocet somnus meridianus. Iuuat ira, & vehementes perturbationes, quæ calorem augent. Aluus irritanda est clysteribus primo mitioribus, deinde acrioribus.
          - **Medicamẽta admota**
            - **Exteriùs**: Confert oleũ nardinũ, masticinũ, de absynthio, de nuce muscata. Cõferũt ẽt cerata, & vnguẽta ex dictis oleis, cariophillis, cĩnamomo, spica, nuce muscata, & similib' cõposita.
            - **Interiùs**: Facit Aromaticum rosatum, dianisum, diacalamentum, diatrion pipereon, diacoron, theriaca, [l] mithridatum, athanasia, ambrosia.
        - **Alteratio per incidentia & extenuantia**
          - **Alimenta**: Conuenit victus ratio exposita incidens, & extenuans, & madefaciens.
          - **Medicamẽta quæ sunt**
            - **Syrupi**: De glycirrhiza, de capilloueneris, de hyssopo, de stechade, de prassio, oximel simpl. & cõpositũ. Sed maximè confert oximel scylliticũ, quod oĩb⁹ antecellit ex Gal. 7. catatop. 6.
            - **Decocta, vel aquæ**: Ex hordeo, violis, iuiubis, sebesten, passulis, glicyrrhiza, capilloueneris, hyssopo, scylla, pulegio, thimo, origano, prassio, iride, calaminthe, aristolochia, helenio. Optimum est ius galli antiqui [m n] præcipuè, si cum eo ferueant aliquæ ex dictis plantis.
            - **Antidoti**: Vt est diatrionpipereon, dianisum, diaciminum, theriaca, & cætera superiùs dicta; quę simul prohibent, ne noua materia gignatur, & alterant genitam.
            - **Trochisci**: De capparibus, de eupatorio, de agarico, & similibus, ex quibus potest effingi pilula vna deuoranda cum syrupo.
        - **Vacuatio præstanda per**
          - **Sanguinis missionem**: Si vires, & cætera consentiant, inanita priùs per medicamentum leniens, vel per clyst[...] aluo, mittendus [k] est sanguis [n] ex interna cubiti vena à semi libra vsq; ad libram. Conferunt quoq; hirudines ano affixæ, ita cucurbitulæ cũ scarificatione ad totũ corpus, & thoracẽ. Et, si asthma sit ob aliquam cohibitam vacuationem, vt mensium, vel hemorrhoidum, [n] secetur vena in t[...]p.
          - **Medicamẽta adhibita per**
            - **Os, & tunc talia medicamẽta vacuant per**
              - **Vomitũ**: Maximè confert [o] vomitus [k] ex [i] oximelle cum decocto raphani, & [i] helleboro albo, si illius surculi insigantur in raphano, qui postea ijs ablatis comedatur, vel bibatur aqua, in qua talis raphanus ebullierit.
              - **Deiectiõis**: Mirabiliter prosunt iteratæ vacuationes tùm per lenientia, tùm per soluentia, [k] quæ pituitam [p] educunt. Facit agaricus, turbith, polipodiũ, epithimũ, colocynthis, euphorbiũ; optima est hiera ex colocynthide. Cõferũt pil. de agarico, [q] cochiæ de colocynthide, de eupatorio, diaphinicon, electuariũ indũ, hamech, dilutũ agarici.
            - **Anũ**: Conferunt clysteres [r] acriores, vt ex decocto (vt vocant) carminatiuo cũ hiera, melle, oleo liliaceo, rutaceo, ita cum castoreo colocynthide, agarico, diaphinic. benedicta, diasena, & similibus.
        - **Auersio cum vacuatione**
          - **Sẽsili, vel sensibili, idest, manifesta**: Faciunt ad auertendum dictæ [s] vacuationes per sanguinis missionem, & medicamenta, tùm per os, tùm per anum adhibita. Conferunt etiam cucurbitulæ cum scarificatione cruribus, coxis, dorso, & scapulis affixæ.
          - **Insensibili, vel immanifesta per**
            - **Frictiones [t]**: Post vniuersales vacuationes crura, brachia, scapulæ, ac dorsum sunt fricanda.
            - **Vĩcula**: Arctę [t] ligaturę ad articulos ante cibũ post vniuersales vacuationes adhibitæ valdè psũt.
            - **Cucurbitulas**: Hæ ad partes dictas absq; scarificatione admotæ valdè prosunt; sed post vniuersales [u] vacuationes, & non ante.
          - **Vniuersalis**: Hanc præstant sanguinis missio, & medicamenta sæpiùs iterata.
      - **Capite, à qua indicatur inhibitio, ne fluat ad pulmonem quod præstat**
        - **Vacuatio**
          - **Particularis, .i. respiciẽs caput quæ præstat per**
            - **Chirurgiã**: Faciunt cucurbitulæ tùm sine scarificatione ad occiput, sinciput, & verticẽ, sic ẽt frictiones cum panno aspero. Conferũt ẽt mirabiliter cauteria ad suturam coronalem, labdoidem, & post aures, &, si redundet sanguis, sectio venæ in fronte: &, si post aures, & naribus affigantur hirudines.
            - **Medicamẽta admota**
              - **Interiùs per**
                - **Os**: Apophlegmatismata [x y] valdè prosunt: vt si mandatur mastix, piper, pirethrum. nasturtium, synapi, castoreum, zinziber, cinnamomum, vitis alba. Conferunt etiam gargarismata ex oximelle, & eiusmodi.
                - **Nares**
                  - **Errhina**: Facit succus betæ, sampsuci, cyclamini, elateriũ, piper, synapi, nasturtium, sulphur.
                  - **Suffimẽta**: Ex pipere, synapi, nasturtio, sulphure cum [t] arsenico fiũt suffimenta, quæ attracta per nares, [t] & os mirabiliter psunt.
              - **Exteriùs**: Ceratum [a] ex stercore columbino, thapsia, & synapismus, si capiti admoueantur, mirabiliter conferunt. Faciunt ẽt lotiones ex lixiuio, qui cum ebullierit saluia, betonica, sthęcas, origanum, & huiusmodi plantę calidiores. Sed nihil præstantius est Ducia, vel embrocatione (vt vocant) hoc est, si caput supponatur Ducijs Corsenæ in agro Lucensi, vel Ducijs Sancti Philippi in agro Senensi, quæ certè mirabiles effectus faciunt tùm in alijs affectibus, tùm in asthmate ex catharto. Ab harum vsu liberatus fuit ab Asthmate Thomas Bardius Florentinus.
        - **Auersio**: Faciunt ad auertendam materiam, ne fluat ad pulmonem à capite, sanguinis missio, purgatio, frictiones, vincula, cucurbitulæ, vt suprà dictum est.
        - **Exiccatio, & incrassatio**: Prosunt hoc nomine trochisci [a] diaspermaton, [c] theriaca recens, bolus [b] armenus, qui in asthmate à catharro summoperè laudatur [b] ab Auicenna, & à me vsurpatur cum theriaca, & zaccaro rosato.
      - **Ventriculo, hepate, liene, vtero, & alijs partibus**: Indicatur vacuatio, auersio, repulsio, & huiusmodi alia opera, quę in curatione affectuum dictarum partium exponuntur.
    - **Efficiens vel agens quę ẽ**
      - **Continens vel coniuncta, à qua propriè indicatur extractio per**
        - **Os**: Id præstant bechica [d e] tussim mouentia, vt vrticæ semen, origanum, hyssopum, [d e] calaminthę, scylla, helenium, iris, myrrha, [e] smirnium, nasturtium, cyclaminus, aristolochia [a b] rotunda, sulphur, pulmo oium animalium [f] præcipuè vulpis, & ericij. Loch sanum, de pino, de pulmone vulpis, de prassio, de scylla, de caulibus, oximel. [d] & marrubio. Conferunt alimenta incidentia, & extenuantia, vox clara. Sic etiam post vniuersales vacuationes maximè conferunt suffimenta [g] ex sulphure, mirrha, costo, aristolochia; [h] arsenico. & eiusmodi.
        - **Externas thoracis partes, & tunc extractio fit**
          - **Insensibiliter, .i. immanifestè per**
            - **Medicamẽta [f]**: Cõfert oleum camemel. amigdal. liliaceũ, de costo, de castoreo, de euphorbio, de sulphure. Sic ẽt vnguẽtũ pectorale vocatũ, cataplasma ex rad. altheæ, farina sem. lini, lolij, & lupinorũ. [h]
            - **Chirurgiam**: Iuuant cucurbitulę sine scarificatione, frictiones cum manibus, & panno aspero; ita etiam cum sale, nitro. abrotano, & huiusmodi.
          - **Sensibiliter .i. manifestè per**
            - **Medicamenta caustica**: Confert thapsia, [h] euphorbium, synapi, vrtica, scylla, & ex his composita.
            - **Chirurgiam**: Faciunt cucurbitulæ cum scarificatione sæpiùs thoraci affixæ. Sed valentiùs id præstant vstiones ex [h] Aetio, & Paulo [t]. Duæ ad cõmissuram clauicularum vtrinq; vna, duæ iuxta carotidas paulò sub mento, vtrinque vna, duæ sub mãmillis inter tertiam, & quartã costam. Duæ retrorsum inter quintam, & sextam, vna in medio pectore, vna iuxta principium ossis xiphoidis supra os ventriculi, duæ inter octauam, & nonam costam, vtrinq; vna, tertia retrò quarum vna sit iuxta medium dorsi, vna, & duæ, ab vtraq; parte vertebrarum parùm infrà mediam dictam. Omnes autem infra collum mediocriter latæ sint, neq; valde in superficie, neq, nimium pro[f]undæ; & permittendum est, vt diù fluant.
- **Morbo** ☞ Vide ex altera facie.
- **Symptomate** ☞ Vide ex altera facie.
- **Loco** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Vigesimæ.

- Morbo qui est
  - Intemperies
    - Frigida[k] — Ab hac indicatur calefactio per alimenta, & medicamenta interiùs, & exteriùs admota. Maximè iuuat inspiratio aeris [k] calidi; ita suffimenta ex calidis medicamentis, & mora in balneo sulphureo est vtilissima.
    - Sicca[l] — Ab hac indicatur madefactio per ea, quæ per se id præstant, veluti est lac. [m] Conferunt etiam medicamenta, & præcipuè balneum aquæ dulcis.
  - Mala compositio in
    - Meatibus obstructis — Ab obstructione indicatur referatio, vel apertio, [n] quæ præstatur ablata causa obstruente per presidia priùs.
    - Magnitudine aucta, à tumore, vel tuberculo crudo — Curantur isti affectus, si priùs inhibeatur, ne noua materia generetur per victum [o] incidentem, & extenuantem, & siccantem cum copia aromatum, & paruo potu. Sic etiam si vacuetur materia per sanguinis missionem, & per plurima purgantia medicamenta, & demùm per bechica validiora.
    - Numero aucto, vt quando [p] grado lapis, vel eiusmodi, è ī pulmone — Galenus [p] curabat vt asthmaticos à tuberculo videlicet per incidentia, & extenuantia valdè ex siccantia, sed reprehenditur ab Alexandro [q] Tralliano, qui in talibus vtitur victu temperato, & potiùs madefaciente, & refrigerante mediocriter.
    - Situ — Vt in luxatione vertebrarum — Hic affectus est omninò insanabilis.
- Symptomate
  - Difficultate respirandi — Curatur difficultas respirandi ablata causa, & morbo per remedia eo modo vsurpata, quo suprà dictum est. Attamen, vt ęger possit faciliùs respirare, [s] collocandus est erecta ceruice, atq; affigendæ sunt cucurbitulæ inter scapulas, & sub mento: fricandæ sunt partes extremę, & arctè ligandę iuncturæ, cęteraq; id genus auertentia pręsidia sunt vsurpanda.
  - Syncopa — Hæc, quando adest, casus est lethalis, quarè solis prognosticis relinquendus est æger. Possunt tamen adhiberi boni [t] odores, panis in vino madefactus, frictiones, atq; huiusmodi alia excitantia, vel reficientia vires.
- Loco affecto, qui est pulmo. Afficitur autē ipse pulmo ī asthmate
  - Per essētiam — Quando pulmo per essentiam est affectus, vel quomodocumq; in eo est causa præter naturam, ratione societatis cum aspera [u] arteria indicatur per sputum cum tussi euacuandam esse materiam, quæ in ipso pręter naturam continetur, &, cum situs sit in partibus internis, ac remotis, opus esse valentioribus præsidijs, præcipuè, cum præditus sit obtuso sensu, ex quo acriora fert remedia.
  - Per consensum — Curandę sunt priùs partes, à quibus in consensum trahitur pulmo, deinde pulmoni ipsi consulendum.

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Sexto aphorismorum. 46.
c Secundo aphorismorum 48.
d Tertio aphorismorum 22.
e Auicena lib. 3. f. x. tr. p. cap. 40.
f Secundo Aphorismorum 22.
g Septimo catatop. 6.
h Quarto 6. epidem. 4.
i Aet. lib. 8. cap. 57.
k Cels. lib. 4. cap. 4.
l Quarto de loc. affect. 8.
m Oribas. tertio synops. in fine.
n Paul. lib. 3. cap. 29.
o Oribas. 9. synops. 5.
p Sexto aphorismorum 47.
q Auic. lib. 3. f. x. tr. primo cap. 40.
r Aet. lib. 8. cap. 57.
s Decimotertio meth. 11.
t Mes. de ægrit. pector. & pulm. cap. primo.
u Decimotertio meth. 19.
x Aetius lib. 8 cap. 57.
y Oribas. 8. ad Iulian. 11.

a Quinto meth. 14.
b Auic. lib. 3. f. x. tr. 1. cap. 40.
c Septimo catatop. 5.
d
e Septimo catatop. 6.
f Celius lib. 4. acut. cap. 4.
g Oribas. 8. ad Iulian. 12.
h Aetius lib. 8. cap. 57.
i Paul. lib. 6. cap. 44.
k Auic. lib. 3. f. x. tr. p. cap. 40.
l De arte medic. 65.
m Decimo meth. 11. de marcore 9.
n Decimo meth. x.
o Septimo catatop. 6.
p Quarto de loc. affect. 8.
q Alexand. lib. 5. cap. 4.
r Sexto aphoris. 46.
s Auic. lib. 3. f. x. tr. p. cap. 40.
t Decimosecundo meth. 3. 4.
u Septimo catatop. 4. 6.
u De art. medic. 94. 95.

ADNOTATIONES.

Aliæ respirandi difficultates, quæcunq; illæ sint, sanantur ablata illarum causa, tum antecedente, tum coniuncta, & amota per contraria intemperie, vel alio morbo, à quo proficiscuntur.

Quarè hac tractatione omissa ad alios pulmonis affectus, & priùs ad illum, qui fit à materia pulmonem inflammante, idest ad peripneumoniam pertransibimus.

Q Peripneumonia

Tabula Vigesimaprima, Peripneumoniæ definitio differentiæ.

- **Peripneumonia, vel pneumonia græcè Pulmonatia, vel pulmonia latinè. Peripleumonia Arabicè, vel potiùs Barbare, q̃ habet nomen à parte patiēte. Est inflammatio pulmonis ob putredinē alicuius humoris ibidem excitatam. Et eius differētiæ sumuntur à**
  - **Causa**
    - **Externa, & sunt Res**
      - Faciendæ
      - Assumendæ
      - Excernendæ
      - Incidentes extrinsecus
        - Hæ res non per se faciunt peripneumoniam, sed per accidens, vel per aliud videlicet quatenus gignunt humores facientes peripneumoniam, vel quatenus fluxionem ad pulmones excitant, veluti, multa exercitatio mouens fluxionem dicitur à Galeno [a] facere peripneumoniam, præcipuè in corpore [b] plethorico, vel cacochimo,
    - **Interna q̃ est**
      - **Patiens, quæ est**
        - Habilitas ad peripneumoniam ob [a] plenitudinem, vel cachochimiā, quando vsurpanda est aliqua [b] vehemens exercitatio vel ob pulmonem debilem ex aliqua intēperie [c]. In quo casu ad præseruandum secatur [d] vena præsertim in vere. [e]
      - **Efficiens quę ē humor q̃ humor est**
        - **Simplex quiē**
          - **Sanguis**
            - Intra vasa
              - Hinc est phlegmone pulmonis
                - Ex [f] Auerrhoe fit sæpissimè in pulmone apostema à sanguine, rariùs à bile, & pituita, nam bilis fluit; & pituita, cum ob humiditatem, fit similis pulmoni, raró in eodem putrescit. [f]
            - Extra vasa
              - In sputo sanguinis ex pulmone, vel thorace sanguis egressus è vasis, [g] nec per sputum eductus, putrescens in pulmone facit peripneumoniam.
          - **Bilis**
            - Erisipela pulmonis à Galeno, [h] & alijs Græcis dicitur [l]. Hinc ex Mesue est vera peripneumonia, [i] quia sępius fit ab hoc humore, nam ex eo alitur pulmo, qui est biliosæ temperationis [k]. Author quoq; introductorij dicit peripneumoniam fieri ab eodem humore à quo pleuritis, quæ fit ab ipsa bile [l].
          - **Pituita**
            - Oedema pulmonis cum febre acuta dicitur, ex Gal., [m] & Auicenna, [n] hinc sępissimè fit peripneumonia, quæ ob id vera peripneumonia vocatur. Fit enim sæpiùs à pituita, quàm à sanguine, vel bile, quia pituita facilè cohærescens cum viscere laxo, molli, & cauo, ipsum inflammat: bilis autem, quoniam fluit, non facilè cum pulmone cohærescit. Et ideò non ibi putrescit. Sanguis quoq; ob dictam causam, &, quia magis regitur à natura, non facilè facit peripneumoniam.
          - **Humor melancholicus**
            - Scirrhus, vel cancer pulmonis [o] dicitur cum febre acuta
              - Rarissimè ab humore melancholico fit peripneumonia.
        - **[p] Mixtus q̄ est**
          - **Sanguis cum**
            - Bile § Phlegmon erysipelatodes.
            - Pituita § Phlegmon œdematodes.
            - Humore melancholico § Phlegmon Scirrhodes.
          - **Bilis cum**
            - Sanguine § Erysipelas phlegmonodes
            - Pituita § Erisipelas œdematodes.
            - Humore melancholico § Erysipelas Scirrhodes.
          - **Pituita cum**
            - Sanguine § Oedema phlegmonodes
            - Bile § œdema erysipelatodes.
            - Humore melancholico § Oedema Scirrhodes.
          - **Humor melancholicus cum**
            - Sanguine § Scirrhus phlegmonodes.
            - Bile § Scirrhus erysipelatodes.
            - Pituita § Scirrhus œdematodes.
          - Hæ sunt species peripneumoniæ ab humore mixto, quæ accipiunt nomen ab humore prædominante, & denominationem ab alteto humore, qui est mixtus cum prædominante.
          - Has peripneumoniæ differentias attigit ipse Galenus libro 4. de præsag. expuls. capite secundo, & lib. 4. de locis affect. capite octauo. Easdem communiter in omnibus morbis exposuit libro secundo ad Glauc. capite secundo.
  - **Morbo**
    - Est autem morbus in peripneumonia ipsa inflammatio, quæ est morbus in magnitudine, idest, tumor præternaturam à quocumq; [q] humore fiat, modò fit cū febre acuta. Huius differentię, si assignētur ratione humoris, erunt eædem, quæ superiùs dictæ sunt, scilicet, phlegmone, erysipela, œdema, scirrhus, phlegmon erysipelatodes, & eiusmodi. Possunt etiā differentiæ huius inflāmationis assignari, prout inflāmatio est morbus in partib'
      - Simplicibus, [r] quæ similares dicuntur à Iunioribus.
        - Intemperies calida vocatur hac ratione ipsa peripneumonia.
      - Compositis, vel multiformibus, quę organicæ appellantur.
        - Tumor, [r] idest magnitudo aucta dicitur hac rōne peripneumonia. Potest ēt dicit obstructio, vel astrictio meatuum
      - Hæc tria morborum genera sunt in ipsa inflammatione.
      - Ideo inflammatio ab Auicenna [r] dicitur morbus compositus.
      - [r] Vtrisque
        - Solutio continui hac [r] ratione dicitur ipsa peripneumonia.
  - **Loco affecto**
    - Locus affectus in peripnenmonia [s] est ipse pulmo, à quo habet nomen, vt asserit [s] Galenus.
    - Verùm (vt dicit author [u] Introductorij) vocatur peripneumonia, idest, circa pulmonem; quia non pulmo inflammatur, sed loca vicina.
    - Secundum [y] Aurelianum dicitur non à parte, quę patitur, sed ab illa, quæ plus patitur.
    - Putamus verám esse [s] Gal. sententiam, & sic locum affectum, in peripneumonia esse pulmonem.
    - Sed in ea pulmo potest esse affectus.
      - Per essentiam, [r] vel primariò, vel per se
        - Est, cū peripneumonia ex nullo alio affectu alterius partis gignitur, sed fit soū ex pulmone affecto, siue materia in ipso paulatim fuerit congesta, siue aliunde fluxerit, vel fuerit attracta.
      - Per consensum à
        - Toto § Vt in febribus, plenitudine, [x] aut cacochimia.
        - Partibus
          - Capite [a] § Vt in catharris. [a]
          - Larynge [b] § Vt in angina. [b]
          - Membrana [c] succingente § Vt in pleuritide. [c]
          - Medio spatio inter thoracem, & pulmonem, vt in empyemate.
          - Hepate, [d] lienc, renibus, vesica.
          - Ventriculo intestinis, vtero, alijs partibus.
  - **Sympromate, vel accidente aliquo**
    - Hinc dicitur peripneumonia magna parua, periculosa, non periculosa, cruda, cocta, acuta, peracuta, & eiusmodi plurima.

AVCTORITATES.

a Quinto de ſanitate tuend. 12.
b Tertio aphoriſmorum 20.
c Tertio aphoriſmorum 23.
d De venę ſectione 7. 10.
e Sexto Aphoriſmorum. 47.
f Quarto colliget. 52.
g Quinto meth. 8. 15.
h Quarto de loc. affect. 8.
i Meſues. de ægrit. pect. & pulm. x.
x In introductorio 13.
l Quarto de cauſ. pulſ. 8. 12.
m Quarto de cauſ. pulſ. xij.
n Auic. lib. 3. fen. x. tr. 4. cap. x.
o Auic. lib. 3. fen. x. tr. 4. cap. primo.
Quarto de preſag. ex pulſ. 2.
p Quarto de loc. affect. 8.
Secundo ad Glauc. 2.
q Primo ad Glauc. in fine.
Secundo ad Glauc. primo.
r Auic. lib. primo f. ſecunda doct. pri. cap. 5.
s Secundo meth. 2.
t Primo de loc. affect. 6.
Secundo de loc. affect. ix.
u In Introduct., vel medico cap. 13.
x Tertio aph. 20.
Quinto de ſanit. tuend. 12.
y Aurelian. 2. acut. cap. 25.

a Quinto aph. 24.
Septimo aphoriſmorum 30. 38.
b Quinto aphoriſmorum x.
Paul. lib. 3. cap. 30.
c Septimo aphoriſmorum 11. Paul.
d Sexto aph. 12.

ADNOTATIONES.

Vt patet ex tabella, variæ ſunt opiniones de vera peripneumonia, vel de ea, quæ ſæpiùs fit.

Auerrhoes {e} *dicit eſſe à ſanguine. quia bilis fluit, & pituita ob ſuam humiditatem eſt aſſimilis pulmoni, quare non facilè in eo putreſcit.*

Meſue, {f}, *& Author* {g} *Introductorij dicunt eſſe à bile, quod ſit probat Meſue. Inflammatio fit ex humore, qui nutrit partes. Nutrit autem pulmonem bilis. Ergò A bile inflammabitur, & non à pituita, vt dicit Galenus 4. de cauſ. pulſ. cap. 12. nam Galenus* {h} *dicit magis fieri peripneumoniam à pituita. quia pituita cohæreſcit cum pulmone, atq; ob id facile, & crebrò in ipſo putreſcit; Bilis autem* {h} *fluit neq; cohæreſcit cum pulmone.*

Conciliator {i}, *vt ſedet controuerſiam inter Meſuem, & Galenum dicit, peripneumoniam fieri duobus modis, per congeſtionem, & per defluxum. Illa, quæ fit per congeſtionem eſt à bile, & de hac loquitur Meſue. Sed, quæ fit per defluxum, eſt à pituita. & de hac loquitur Gal. Nec vera eſt opinio dicentium, quod peripneumonia quædam eſt à nutrimento, ſcilicet, à bile, quædã à ſuperfluitate nutrimẽti ſcilicet à pituita. quia falsũ eſt pituitã eſſe ſuperfluitatẽ bilis.*

Atq; hæc eſt Conciliatoris opinio. quæ tamen (niſi fallor) non tollit controuerſiam. quia ratio Galeni eſt vniuerſalis, & concludit tàm de peripneumonia per defluxum, quàm de peripneumonia per congeſtionẽ. quia in vtroq; caſu pituita cohæreſcit cum pulmone, bilis autem fluit.

Neq; etiam vera eſt ſententia quorundam aliorum aſſerentium peripneumoniam dici tribus modis videlicet ratione inflammationis, ratione humoris, & ratione loci affecti. Si conſideretur ratione inflammationis, cum inflammatio ſit à ſanguine, peripneu. dicetur eſſe à ſanguine, & ſic bene Auerroes.

Si autẽ conſideretur ratione humoris, cùm hic plerũq; ſit pituita, erit à pituita; & ſic benè Galenus.

At ſi conſideretur ratione loci affecti; cũ locus affectus ſit pulmo, qui nutritur ſanguine biliοſo, peripneumonia erit à bile, & ſic benè Meſues.

Verùm hæc diſtinctio, & ſolutio non tollit controuerſiã; quia Gal. Auerroes, & Meſue conſiderant peripneu. vnico modo ſcilicet, ratione ipſius humoris à quo fit inflammatio, & talem humorem Gal. dicit eſſe pituitam, quia cohæreſcit cum pulmone, & nõ eſſe bilem, quia bilis fluit, neq; eſſe ſanguinem, tùm, quia fluit; tùm, quia magis regitur à natura. Auerroes autem dicit eſſe ſanguinem quia bilis fluit, & pituita, cùm ob humiditatem ſit ſimilis pulmoni, in illo nõ putreſcit. Sed Meſue dicit, quòd eſt bilis, quia eſt nutrimentum pulmonis.

Putamus veram eſſe Galeni ſententiam. & ad Auerrhoem dicimus falſum eſſe, quod pituita ob humiditatẽ non putreſcat, ſi diù retineatur in pulmone. Ad Meſuem verò dicimus, falſum eſſe quod inflammatio fiat ſemper, uel plerunq; à nutrimento; nam in caſu noſtro, quamuis pituita non nutriat, non tamen ob id in pulmone non putreſcit: quia ad hoc, vt putreſcat, debet cohæreſcere cum pulmone. verùm bilis, licet nutriat, quia tamẽ non cohæreſcit, quin potiùs fluit, & ob id non putreſcit.

e Quarto collig. 52.
f Meſue de ægrit. pect. & pulm. x.
g In Introductio vel Medico 13.
h Quarto de Cauſ. pulſ. 12.
i Conciliator differentia. 100.

Tabula Vigesimasecunda, Peripneumoniæ signa.

Signa Peripneumoniæ sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægrotante, & assidentibus; & quæ magis faciunt ad gloriam [b] Medici, quam ad ægri salutem. Quarè hic omittuntur.
- **Indicatiua, quæ sunt**
  - **Cōia omni peripneumoniæ, & sūt illa quīq; quæ reperiūtur ēt ī pleuritidē, & præterea rubor ī maxillis. Sūnt autē talia signa**
    1. **Dolor in**
       - Parte pectoris [c] anteriore s. ad os pectoris, & ad spinam, qui dolor est grauans, [c] tendensq; non pulsans, [d] nec pungens; [f] atq; ob id obtusus, vt dicat interdum Gal. [e] in peripneumonia non adesse dolorem, [e] per quem idem Gal. asserit differre peripneumoniam à pleuritide, nam in pleuritide est dolor pungens [f] non in peripneumonia.
       - Capite, [g] ob vapores ad ipsum ascendentes, qua de causa interdū [h] adest delirium præcipuè in febris vigore, ita etiam coma.
    2. Tussis, [H c] vel sicca, vel cum [i] sputo [c] spumoso, & magis pituitoso, quàm bilioso, & interdum cruento, & vehementer florido.
    3. Difficultas respirandi suffocans; ita [k] crebra, & magna, vt maxima, & creberrima dicatur à Galeno. Est etiam inęqualis, [l] cumq; sufficere [m] non possit maxima, celerrima, & creberrima: accedit ēt illa, quæ fit erecta ceruice orthopnæa dicta. Adest etiam [m] exufflatio, & calidi spiritus emissio. Orthopnæa verò, idest, recta respiratio (vt ēt dictum est in angina) vocatur ab Hippo. respiratio sublimis; siue, quod se homines [n] vt faciliùs respirent in sublime erigant; siue, quòd fiat sublimioribus thoracis partibus, siue, [o] quòd vsq; ad fauces ingrediatur aer, & non descendat ad thoracis profundum. Maior difficultas respirandi est in peripneumonia, quàm in pleuritide.
    4. Pulsus magnus, [p] vndosus, languidus, mollis, & inæqualis tùm in vno ictu, tùm in pluribus, quarè interdum intermittens, sępè intercurrēs existit, & per pulsum mollem [f] differt peripneumonia à pleuritide; nam in pleuritide est durus.
    5. Febris acuta [p] quæ licet per se fit morbus, in hoc tamen casu (vt ēt in inflammationibus aliarum partium) est veluti symptoma [q] in affectibus, & qualitatibus corporis tangibilibus. Quarè ab [q r] Antiquis, qui laborabant febre ex alicuius [r q] partis inflāmatione; non dicebātur febrientes, verū in casu proposito vocabātur peripneumonici, vt in pleuritide pleuritici, in phrenitide phrenitici; sic hepatici, & lienosi dicebātur.
    6. Rubor in [s] genis, vel malis, vel maxillis, quod est proprium signum, & sic patognomicum peripneumonię. Addit Aetius [t] esse ruborem in tota facie; ita etiam tumorem ob vapores ascendentes, qui tumor est quoq; non modò in facie, sed etiam in oculis cum venulis in eisdem oppletis, ac motus difficultate.

    Adest quoq; ex Aetio [t] tumor in collo, simitas in naso, plenitudo in venis temporum, deiecta appetentia.
  - **Propria vniuscuiusque speciei peripneumoniæ. A quibus signis ostēdit.**
    - **Morbus, quæ est**
      - **Causa quæ est**
        - **Externa** — Hæc per se ferè numquam facit peripneumoniam: præterea huius signum est eadem causa, [u] quæ antecessit.
        - **Interna quæ est**
          - **Patiens .i. habilitas ad peripneumoniā** — Adsunt signa intemperiei [x] pulmonis, quæ signa exposita fuerūt in alia tabella. Præterea cognoscitur, quia ęger facilè incidit in [y] peripneumoniā, vel similem affectū præcipuè in ętate [a] consistentię, & in hieme. [b]
          - **Efficiens .i. humor quæ est**
            - **Simplex qui ē**
              - **Sanguis**
                - **Extra venas** — Antecessit sputum [c] sanguinis ex pulmone.
                - **Intra vasa** — In bono habitu, ac temperatione sanguinea, ętate adolescentię, tempore veris, antecessit vsus multorum alimentorum boni succi; motus, quies; somnus, & vigilia, moderata: retentio sanguinis soliti per vterum, hæmorrhoidas, vel nares vacuari. Adest rubor in facie, ac sputo, in quo sentitur sapor dulcis, percipitur grauitas in thorace. Febris, & cætera symptomata sunt insignia. Pulsus durus, & hæc propriè dicitur phlegmone, quæ ex Auerrhoe fit sæpiùs.
              - **Bilis** — In temperatione [a] biliosa, in iuuētute, tempore ęstatis antecessit vsus rerum gignentium bilem, vt multus motus corporis, & animæ, alimenta, & medicamenta calida; retentio bilis solitæ per vomitum, deiectiones, sudores vel aliter excerni. Pulsus [e] est durior, quàm cum est à sanguine. Adest intolerabile incendium, calidissima expiratio vel potiùs [f] exufflatio, sitis vehemens, & cupiditas aeris frigidi, sputū est pallidum, vel flauum, facies est pallida, grauitatis, [d] & angustiæ sensus minor. Febris, & omnia symptomata sunt sæuissima, [d] talisq; peripneumonia erysipelas [d e] propriè dr, & ex Mesue fit sępissimè.
              - **Pituita** — In temperatione pituitosa in hieme, & constitutione humida, antecessit [g] ocium, balneum post cibū, crapula, & vsus alimentorum pituitam procreantium, sic retentio pituitæ solitæ per vomitus, deiectiones, vel aliter expelli, quę causæ pręsentes nocent, ac prosunt contrariæ. Sputum est album, [d e] Adest coma [h] sentitur grauitas [d] in thorace, adest stertor, pulsus est mollior, [e] quàm in vlla alia peripneumonia. Facies el albida, tumida. Febris, & alia omnia symptomata sunt mitiora, quàm in alijs peripneumonijs. Dicitur œdema, & ex Galeno [h] fit sępissimè.
              - **Humor melancholicus** — In temperatione [i] melancholica, ętate consistentiæ, in Autumno; antecesserunt curæ, tristitiæ, vsus vini nigri crassi, carnis bubalæ, læporis, cochlearum, brassicę, lentis, retentio humoris melancholici soliti per hæmorrhoidas, vel aliter vacuari, quę causæ præsentes nocent, ac prosunt contrariæ. Pulsus est durior, [e] quàm in vlla alia peripneumonia, sputū est nigrū. Adest in facie, & vniuerso corpore color niger, vel plumbeus. Rarissimè ab hoc humore fit peripneumonia, quæ scirrhus, vel cancer dici potest.
            - **Mixtus** — Adsunt signa mixta.
      - **Inflāmatio quę propriè est morbus in peripneumonia** — Hanc ostendunt signa [h] coīa priùs dicta, & proprie sunt quinque, veluti in pleuritide, scilicet [κ] Dolor, qui in peripneumonia est grauans, cū in pleuritide sit pungens; tussis, difficultas respirandi, pulsus inęqualis potiùs mollis, quàm in pleuritide est durus. Febris [κ] acuta; quibus adiungitur ex Gal. [l] dolor capitis ob vapores ascendentes, ob quod ēt adest comā, vel deliriū, præter illa, quæ sunt in pleuritide, adest in peripneumonia rubor [m] maxillarū. quibus adiungit Aetius [n] tumorē in collo, simitatē in naso, plenitudinē in uenis tēporū & cibi fastidiū. Signa verò propria cuiusq; speciei peripneumoniæ sunt, à quibus ostēditur propria causa peripneumoniæ vt sanguis, bilis, pituita, humor melancholicus, & humor mixtus, nā eadem signa, quæ ostendunt tales causas monstrant ēt pulmonis phlegmonē, erysipelam, œdema, scirrhum, ac tumorem mixtum, quæ signa supra dicta sunt.
      - **Febris** — Hæc in peripneumonia (velut asserit Gal. primo ad Glauc. cap. 3. in fine) est veluti symptoma, & cognoscitur ex pulsu, vrina, & eiusmodi.
    - **Locus affectus, quæ ē pulmo. Est aūt affectus pulmo**
      - **Per [q] se, primariò, & per essētiam** — Adest dolor grauans, tussis, difficultas respirandi pulsus inæqualis, febris acuta, rubor in maxillis, & absunt signa aliarum partiū [q] affectarū, & tūc affectus ē in ipsius pulmon.
        - **Vasis**
          - **Arterijs**
            - **[o] Asperis** — Adsūt signa prędicta, & maior tussis, at minor pulsus inæqualitas, & interdum per sputum ephelis educitur.
            - **[o] Venosis** — Adest maxima pulsus inęqualitas, nō modò in vno; sed ēt in pluribus pulsibus, adest quoq; ī pulsu durities, adest palpitatio, & interdū sync.
          - **Venis [o] arteriosis** — Adest maior grauitas, at nō tāta tussis, nec pulsus tāta inæqualitas.
        - **Carne, [o p] vel intercapedine** — Adest magna spirandi difficultas, [q] sputum est magis spumosum, & interdum per sputum educitur aliqua pulmonis pars.
      - **Per consensum, vel communitatem à**
        - **Toto** — Adsunt aliæ febres, præterea adsunt signa plenitudinis, vel cacochimiæ.
        - **Partibus**
          - **Capite [q r]** — Adsunt signa catharri, & titillatio in faucibus, & antecessit dolor, aut grauitas capitis. Soletq; affectus fieri subitò.
          - **Larynge [r s]** — Antecessit angina, [s] quæ postmodum versa est in peripneumoniam.
          - **Membrana [r t] succingente, ac reliquis thoracis partibus** — Antecessit pleuritis. [r t]
          - **Medio spatio [u] inter thoracem, & pulmonem** — Antecessit Empyema. [u]
          - **Hepate, liene, vtero, renibus, ventriculo, & similibus** — Antecesserunt signa dictarum partium affectarum.
    - **Symptoma** — Cognoscitur sensu, quare non indiget signis.
- **Prognostica per quæ prægnoscit**
  - **Euentus, vel exitus ad**
    - **Salutē** — Raró peripneumonia vergit ad salutem, nam suapte natura est læthalis, si tamen vires sint [x] validæ, facileq; [y] ferant morbum, fit facilis respiratio, febris, cæteraq; symptomata imminuātur, sputum vehementer permixtum, coctumq; [b] facilè [a] educatur, salus est expectanda, præcipuè, si vrinæ multæ, [b] & crassæ prodierint.
    - **Mortē ad quam plerumq; hic morbus vergit. Mortē aūt in peripneumonia pronūciant**
      - **Causæ** — Si peripneumonia est à bile [c] mors imminet ob humoris acrimoniam, &, quia medicamenta refrigerantia nec interiùs, neq; exteriùs adhibita multum opus afferre possunt, nā, si admoueantur [d] interius, illorū vis in lōgo itinere frangitur si exterius, [e] materiam in pulmonem compingunt, ac detrudunt, compelluntq;. Si est ab [f] angina interficit in septē diebus, vel ad empyema, & phthisim vergit. Si superuenit [g] pleuritidi est læthalis, ita ēt, si fiat [h] ab empyemate, &, si talis materia sit cruda cum praua febre, prauisq; symptomatis. Si vires etiam [x] sint debiles casus oīnò est læthalis.
      - **Effecta .i. symptomata.**
        - **Actiones læsę** — Perpetuum [i] delirium, idest, ipsa phrenitis, coma, vigiliæ, [k] vel somni breues, delirium, ac stuporem procreantes, cogitationes vanæ, atq; ignoratio imminentis periculi, contractio [l] narium, orthopnæa, [k] difficilè ferre [y] morbum, dolere, sitire vehementer.
        - **Excreta** — Sputum retentum, [m n] candidū, [p] tenax, cruentum, viride, nigrum, fuluum vehementer, valde spumans, fætidum, quodq; magno cum dolore, ac tussi vehementi educitur. Fluxio [q] alui absq; signis coctionis non assumptis multis cibis. Vrina [r] tenuis, & acris. Sudor circa ceruicem, & caput. [r]
        - **Affectus corporis** — Febris [k] insignis, frigus extremorū, liuor, & curuitas vnguium, grauedines, & sternutamenta.
  - **Tēpus** — Cum sit [t] morbus acutus soluitur, ac finitur plerumq; in 7. diebus [u] interdum in 14. aliquando in 20. & demùm citiùs, vel tardiùs, prout magis, vel minùs superat natura vel morbus. Dicit Aetius [h] peripneumoniam finiri quarto, vel ad summum septimo die. [k]
  - **Modus ad**
    - **Salutē per**
      - **Expulsionem materiæ per**
        - **Sputum** — Est proprijssima via, per quam plerumq; iudicatur peripneumonia. [x]
        - **Fluxionē sanguinis ex naribus.** — Rarius [A] quàm pleuritis soluitur peripnenmonia per hanc viā, quia materia est pituitosa, neq; adest consociatio vasorū, dicit tñ Aetius, quod, si ad salutem vergat, [B] sanguis ex naribus [f] abūdāter sequitur.
        - **Vrinas deiectiones** — Interdū per has vias [C] soluitur peripneumonia; vel quia est ab humoribus biliosis, vel, quia materia in pus conuersa [B] per ventrē, aut rēnes, ac vesicā pellitur, statimq; (vt inquit Aet.) ab oī molestia liberat.
      - **[D] Abscessum** — Per abscessum raró soluitur. Interdum tamen sic [D] soluitur, & tunc abscessus est ad
        - Aures [D] — Hinc fiunt parotides.
        - Crura [D]
    - **Mortē**
      - **Per se** — Peripneumonia, cum per se interficit, non statim strangulat veluti facit angina [E] verùm paulatim ab initio incrementum capiens vsq; ad propriam consistentiam, in qua suffocat, præcipuè iuuenes, [F] & adolescentes.
      - **Per aliud scilicet per**
        - Phrenitidem [G] — Id fit cum ipsa materia tentat cerebrum. [G]
        - Spasmum vel conuulsionem — Id contingit, cum transmittitur ad neruos.
        - Syncopam [H] — Est, cum materia ad cor ipsum fertur.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic. 4.
c Secundo de loc. affect. 9.
Aetius lib. 8. cap. 66.
d Secundo de loc. affect. 3.
e Tertio acut. 53.
f De ſubfig. empiric. 6.
g Quarto de cauſ. pulſ. 8. 12.
h Secũdo de loc. affe. ix. in fine capitis.
Quinto de loc. affect. 4.
i Secundo de loc. aff. cap. vltimo.
k Quarto de loc. affect. 4. pag. 25. A.
l Primo de diffic. reſpir. 17.
m Quarto de loc. aff. 7. pag. 26. H.
n Secundo tertij epid. 4.
o Tertio de diffic. reſpir. 11.
p De pulſibus ad Tiron. 11.
Quarto de cauſ. pulſ. 12.
q Primo ad Glauc. 3.
r Quarto aph. 73. Septimo aph. 42.
Tertio primi epidem. 4.
s Primo de loc. affect. 5.
t Aetius lib. 8. cap. 66.
Alex. lib. 5. cap. 2.
u De remedijs parat. facil. primo.
x Quarto de preſag. ex pulſ. 2.
y Quinto de ſanit. tuend. 12.

a Tertio aphor. 23.
b Tertio aphor. 30.
c Quinto meth. 8.
d Quarto de loc. affect. 8.
e Quarto de præſag. ex pulſ. 2.
f Quarto de loc. affect. 7.
g Secundo primi epidem. 7.
h Quarto de cauſ. pulſ. 8. 12.
i Tertio de loc. affect. 7.
k Secundo de loc. affect. 9.
l Quarto de cauſ. pulſ. 8. 12.
m Primo de loc. affect. 5.
n Aetius l. 8. cap. 66.

o Quarto de præſag. ex pulſ. 2.
p Quarto de loc. affect. 8.
q Septimo aphor. 30. 38.
r Paul. lib. 3. cap. 30.
s Quinto aphor. 10.
t Septimo aphor. 11.
u Alex. lib. 5. cap. 2.
x Decimo meth. 5.
y Secundo prognoſt. 56.

a Secundo prognoſt. 43.
b Quarto acut. 78.
c Auic. lib. 3. f. 10. tract. 4. cap. x.
d Septimo catatop. 4.
e Quinto meth. 6. Vndecimo met. 15
f Quinto aphor. 10.
g Septimo aphor. 11.
h Aretæus 2. acut. primo.
i Septimo aphor. 12.
k Aetius lib. 8. cap. 66.
l Secundo tertij epidem. 4.
m Primo tertij epid. 4. pag. 128. A.
n De totius morb. tempor. 6.
o Secundo prognoſt. 48. 51.
p Secundo prognoſt. 46. 47.
q Sexto aphor. 16.
r Quarto acutor. 78.
s Secundo prognoſt. 49.
t Primo acut. 8.
u Secundo aphor. 23.
x Tertio acut. 58. Secundo progn. 65

A Tertio de criſ. 3.
B Aetius lib. 8. cap. 66.
C Sexto de loc. affect. 4.
D Secundo prognoſt. 64. 65. 67.
E Quarto aphor. 34.
F Aretæus 2. acutor. 1.
G Septimo aphor. 12.
H Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 10.

Tabula Vigesimatertia, Peripneumoniæ curatio.

In curāda peripneumoniæ opera, seu intētiones curatiuæ sumūtur à

- **Causa q̄ est**
  - **Externa** — Ab hac, si abijt, [a] nihil indicatur; At, si adsit fouens, vel augens peripneumoniam, indicatur ablatio, & transitus ad causam contrariam.
  - **Interna q̄ est**
    - **Patiens .i. habilitas pulmonis ad peripneumoniā** — Ab hac indicatur amotio talis habilitatis, quæ præstatur ablata intemperie pulmonis. Et, si hoc non licet, ad præseruandum, ne quis in peripneumoniam incurrat, vere secanda est vena, [b c] vel corpus medicamento purgante vacuandum, vel scarificandi sunt malleoli, vel omnia hæc sunt præstanda.
    - **Efficiēs, & est humor simplex, vel mixtꝰ q. est causa**
      - **Antecedēs contenta in**
        - **Toto corpore, à qua materia indicatꝰ**
          - **Inhibitio, ne noua materia generetꝰ quæ peripneumoniam foueat, vel augeat**
            - Id præstat conueniens victus ratio, quæ in quantitate sit tenuis (morbus enim est [d] peracutus;) in qualitate verò refrigerans, & pectus ipsum leniens, hinc monet Celsus [e] vt abstineatur à salsis, acribus, amaris, & aluum astringentibus, & vsurpentur leuiora. Aretæus [d] è conuerso censet vsurpanda esse acria.
            - Ab initio non factis alijs præsidijs, ac vacuationibus, vt per sanguinis missionem, & medicamenta laudamus Celsum, sed post factas vacuationes probamus Aretęi sententiam, vt etiam probare videtur Aetius [f]. Potus sit mulsa, qua cū hyssopum, vel iris, vel ruta [e] ferbuerit, sitq; valdè diluta; quia meracioré [g] habet suspectā Hipp.
            - Conuenit ēt decoctum [f h] caricarum cum adianto, & hyssopo; sic aqua hordei cum iuleb violato. In declinatione verò conuenit vinum album [f] dulce, ac tenue, cuiusmodi est Burianum Lucense, ac Trebulanum.
            - Conuenit [d] ptissana [f] cum hyssopo, [b] vel pauco nitro, Amigdalatum (vt vocant) ac panis in aqua decoctus. Ouum [e i] sorbile, porrum bis coctum dat Aetius. Atq; his ex Celsi, & Aureliani sententia alternis diebus est vtendum, & in statu ab omnibus, quantùm fieri potest, abstineatur, ita, vt etiam [e] potus sit exiguus. nam humiditas noxia est pulmoni. [d f b]
            - Aer sit frigidus ex Celso, claudendæq; sunt fenestræ, & per interualla sunt aperiendæ, vt vapores exeant. Laudat Aurelianus, aerem mediocriter lucidum, & calidum.
            - Somnus confert moderatus. Conuenit quies corporis, & animæ. Laudat Celsus gestationē, aut saltē intra domū dimotionem.
            - Aluus irritetur clysteribus acrioribus inferiùs dicendis.
          - **Alteratio p**
            - **Victus rationem** — Facit dicta victus ratio, sed magis refrigerans in biliosa peripneumonia: e conuerso incidēs, & extenuans in pituitosa.
            - **Medicamenta**
              - Syrupos — Ex violis, iuiubis, endiuia, hyssopo, capilloueneris, confert etiam mulsa [g]
              - Decocta, vel aquas — Ex violis, malua, hordeo, adiantho, glycyrrhiza.
              - Antidotos — Vt est zaccarum violaceum, diapenidion, loch de psillio.
          - **Vacuatio p**
            - **Sanguinis missionem**
              - Si vires, & cætera consentiant, lenita priùs aluo, mittatur [k] sanguis ex interna cubiti vena [l] è directo loci patientis, vel potiùs ex vtroq; [m] brachio, non vsq; ad animi defectum, sed fiat iteratio, mittaturq; parciùs in peripneumonia ex alio affectu orta, præcipuè, si antea fuit missus.
              - Nisi mitti possit, affigit cucurbitulam sine ferro præcordijs Celsus. Aretęus verò acri vtitur clystere, & cucurbitulis inanibus tergo, dorso, & præcordijs.
            - **Medicamēta adhibita per**
              - **Os** — Exhibet Author 4. de ratione victus helleborum [n] cum pipere, quarè nos ēt priusquàm cōfirmetur [o] materia in pulmone, possumus dare medicamentum quod humorem noxium educat, veluti in erysipelate dilutum rhabarbari cum manna, diaprunis solutiuum; in œdemate verò diaphinic., pilulas cochias, de agarico: at in scirrho, electuariū indum, hamech. Et in omnibus tutò poterimus vti lenientibus, vt cassia, manna, syrupo violato, vel rosato solutiuis, sed præcipuè oleo ex amigdalis dulcibus. Et, si natura tentet materiam educere per vias vrinæ, adhibenda sunt diuretica, nam ea, quæ in thorace continentur [p] non modò per sputum, sed ēt interdum per deiectiones, & vrinas depelluntur, vt patet 6. de loc. affect. 4. & 7. aphor. 30.
              - **Anū** — Faciūt clysteres acriores, vt ex decocto hyssopi, [l m] rutæ, colocynthidis, ex melle, sale, nitro. Profunt etiam glandes ex melle cum cymino, ruta, & nitro, præsertim (vt inquit Aretæus, & [m] Aetius) nisi sanguis mitti potuit.
          - **Auersio**
            - Faciunt ad auertendam materiā à pulmone dictæ [q] vacuationes, nam tunc fit auersio cū vacuatione manifesta.
            - Conferunt etiam cucurbitulæ ad crura, brachia, nates, dorsum, scapulas, & cæteras externas corporis partes, tū cum scarificatione, & erit vacuatio manifesta; tùm sine scarificatione, quæ erit immanifesta vacuatio.
            - Conueniunt quoq; vincūla & frictiones, quibus vtitur Celsus diutissimè priùs in scapulis, proximè in brachijs, & pedibus cruribus leuiter contra pulmonem, idq; facit bis in die.
        - **Partibus**
          - **Capite, à qua materia indicatur**
            - **Vacuatio**
              - Vniuersalis — Facit sanguinis missio, & purgatio maximè veluti supra dictum est.
              - Particularis per
                - Errhina [r] — Ista non conueniunt, quia mouent sternutamentū, [r] quod nocet pulmoni.
                - Apophlegmatismata [s] — Ista etiam sunt suspecta, minùs tamen, quàm superiora.
                - Adhibita exteriùs — Vt est ceratum ex stercore [t] columbino thapsia, [t] synapismus, lotiones, & similia, cauterium. — Ista etiam sunt suspecta, quia fluxionem fortè ad pulmonem excitarent.
            - **Incrassatio, & siccatio humoris fluentis, ne ampliùs fluat** — Facit [t] diaspermaton, diacodion, pilulæ de cinoglossa, mirabiliter quoq; confert zuccarum rosatum cum bolo armeno.
          - **Laringe, membrana succingente, medio spatio inter thoracem, & pulmonem. alijs partibus** — Petuntur intentiones curatiuæ ex affectibus dictarum partium.
      - **Cōtinens vel cōiuncta, à qua indicatꝰ**
        - **Retrocessꝰ per**
          - **[u] Auersionē**
            - Maximè confert auersio non modo ratione causę antecedentis (vt superiùs est dictum) sed etiam ratione causæ [u] continentis, idest, conuenit auersio tùm ratione materiæ fluentis, vel aptæ ad fluxionem; tùm ratione materiæ, quæ ad pulmonem fluxit. Facit igitur missio sanguinis ex interna cubiti vena, scarificatio cum cucurbitulis malleolo adhibitis, & demum confert sanguis ex quacumq; corporis parte, & quomodocumq; extractus. Conferunt etiam cucurbitulæ sine scarificatione ad crura, coxas, nates, dorsum, brachia, scapulas.
            - Ita quoq; frictiones bis in die (vt dictum est) adhibitæ. Profunt ēt vincula supra iuncturas.
            - Sic vacuationes per medicamenta lenientia, & soluentia per os, & anum indita. — Veluti superiùs est dictum.
          - **Repulsionē vel repercussionem** — Vtuntur ferè omnes latini Iuniores, & Arabes repellentibus ad externas pectoris partes adhibitis. Verùm, cùm intrò materiam compellant, & ob id pulmonis venas impleant, Galenus [x] monet, non temerè illis vtendum esse; & fortè melius esset ab illis abstinere, idem tamen vtitur [y] melino, & rof., sic & Paulus [a] sed post factas vacuationes, & auersiones.
        - **Extractio per**
          - **Os** — Hæc est proprijssima via educendi ea [b] quę in pulmone continentur. Ad talem vacuationem faciunt bechica tussim [c] mouentia, quæ sunt vsurpanda post alias vacuationes & in declinatione. Huiusmodi est hyssopum, origanum, thymum, prassium, abrotanum, iris, nitrum, synapi. Sunt etiam medicamenta composita ad pharmacopolas loch ab Arabibus, quæ à quibusdam græcis electa, [d] siue elecmata dicuntur, quæ sunt optima, vt loch de pino, prassio, scylla, de pulmone vulpis. Dat [d] Hippocrates galbanum cum fructu pini ex melle, sic abrotanum, oximel, optimè facit mulsa [e] cum hyssopo & iride.
          - **Vrinas Deiectiones** — Quia interdum natura [E] per has vias vacuat, iuuandus est illius motus.
          - **Externas partes.**
            - **Thoracis** — Facit oleum camem., amigdal., [d] rutaceum, [f] quæ, vel curant, vel docent quomodò sit curandū, nam si pauca sit materia, affectū [g] sanant; si verò multa, morbum augent; atq; ita docent opus esse sanguinis missione, & alijs remedijs. Conueniunt demum valentiora, vt oleum irinum, de costo, de euphorbio, nitrum; [b] sal, synapi, & ipse synapismus, & ceratum ex thapsia, quia foras [i] trahere debemus, quando factæ sunt vniuersales vacuationes, & ideò mirabiliter etiam conferunt cucurbitulæ [b] sine scarificatione, & cum [f] scarificatione ad pectus latera, & ad dorsum.
            - **Totius corporis** — Maximè laudat Hipp. & Gal. [k] balneū aquæ dulcis, nā lenit dolorē, sputū maturū reddit, educitq; ac faciliorē reddit spirōnem. Ad hac māx p halitū discutit. Factis igit alijs vacuationibꝰ, nisi [l] adsit alui fluxio, vel profusio sangu. ex naribꝰ, cibi fastidiū, aut vires nimiū sint debiles, vsurpādū ē balneū.
- **Morbo .i. ab ipsa inflāmatione** — Ab inflammatione quatenus est intemperies calida, indicatur refrigeratio per victus rationem, & medicamenta refrigerantia. Refrigerat etiam per accidens inedia, missio sanguinis, & purgatio, quę superiùs sunt exposita, sed quatenus est magnitudo aucta, indicatur imminutio dictæ magnitudinis quæ præstabitur ablata causa continente, vt supra est ostensum. Et hac amota tolletur angustia, & obstructio, sic etiam sanabitur solutio continui, quæ ab hac eadem causa pendet.
- **Symptomate**
  - **Difficultate spirandi** — Huic occurrunt remedia priùs dicta præcipuè auersiones per cucurbitulas tergo, dorso, ceruici, hypochondrijs, pectori, & demùm vniuerso corpori affixas, stet æger erecto thorace, & collo distento.
  - **Tussi** — Ab hac indicatur lenitio per bechica tussim sedantia, [m] vt per tragacantham, amylum, glycyrrhizam; facit loch de psillio, diacodion.
  - **Fluxione [n] alui** — Ab hac indicatur sedatio talis fluxionis. Confert aqua chalibeata, & hoc medicamentum Rasis, ℞. gummi Arabici, seminis myrthi, spodij, boli armeni an. drach. j. fiat puluis, de quo dentur in die drach. iij. cum syrupo de papauere, vel myrthino.
  - **Delirio** — Faciunt dictæ vacuationes, & auersiones. Ita etiam oxyrhodinum ad futuram coronalem.
  - **Vigilia** — Ab hac indicatur somnus per alimenta & medicamenta soporifera interiùs, & exteriùs admota.
  - **Siti** — Hanc sedat aqua hordei, ptisana, diacodion, loch de psillio, & similia. Sed ex Celso, Aretæo, & Aetio, non multum est bibendum, quia humiditas (vt diximus) noxia est pulmoni.

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Quinto de sanitate tuend. 12.
c De venæ sectione 7. 10.
d Aretæus 2. acut. cap. primo.
e Cels. lib. 4. cap. 7.
f Aetius lib. 8. cap. 56.
g Tertio acutorum 13.
h Paul. lib. 3. cap. 30.
i Aurelianus 2. acutorum. 29.
k Aduersus Erasistr. 6.
de venæ sectione 7. x.
l Aretæus lib. 2. acut. primo.
m Aetius lib. 8. cap. 66.
n Quarto acutorum 79.
o Quarto acutorum 76.
p Sexto de loc. affect. 4.
Septimo aph. 30.
q Decimotertio meth. 9.
de art. medicin.
r Septimo catatop. 3.
Secundo prognostic. 49.
s Secundo catatop. 2. pag. 139. A.
t Quinto meth. 14.
u Decimotertio meth. 9.
de art. medicin. 95.
x Quinto meth. 6.
xi. meth. 17.
y Quinto meth. 8.

a Paul. lib. 3. cap. 31.
b Septimo catatop. 3.
c Decimo simplic. cap. de butyro.
d Quarto acutorum 79.
e Aetius lib. 8. cap. 66.
f Paul. l. 3. cap. 30.
E Sexto de loc. affect. 4.
g Sexto aph. 31.
h Aretæus 2. acut. primo.
i xi. meth. 17.
k Tertio acutorum 58. 59.
l Tertio acutorum 62.
xi. meth. xx.
m Quinto simplic. xx.
n Sexto aphorismorum 16.

ADNOTATIONES.

A rebus etiam naturalibus desumuntur intentiones, vt à Temperatione {o} pulmonis, & minimo sensu, indicatur posse adhiberi valida medicamenta: sic ab ipsius conformatione ratione meatuum, indicatur vacuandum esse pulmonem per asperam arteriam. Sic à situ eiusdẽ {p} interno non esse adhibenda exteriùs reprimentia, & interiùs adhibenda, quia virtus in longo itinere euanescit, {q} vehementiora, & cũ refrigerantibus miscenda esse calida ad penetrandum. A situ quoq́ secundum {o} {p} societatem monstratur vacuari posse materiã pulmonis per asperam {r} arteriam præcipuè. posse etiam, licet rarò, vacuari per vrinas, & deiectiones {s t}.

A rebus quoq́ non naturalibus idest ab ipso {u} aere ambiente sumuntur indicationes nam hic, si sit calidior {x} indicat esse refrigerandum per medicamenta, & alimenta valentiora, & non modo per aerem frigidiorem.

o Secundo ad Glauc. 2. 7. meth. 13.
p Quinto meth. 13.
q Septimo catatop. 4.
r Septimo catatop. 3.
s Sexto de loc. aff. 4. in fine capitis.
t Septimo aphorismorum. 30.
u Nono meth. 14.
x Tertio meth. 3.

Sanguinis

Tabula Vigesimaquarta, Sputi sanguinis definitio, differentiæ.

Sanguinis sputum, .i. reiectio, vel eductio sanguinis per os est symptoma ī excretis p̄ternaturam tota substantia. Cuius differentiæ sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa, q̄ potest facere sputū sanguinis, vel per se rumpendo vasa vt cursus, saltus; vel per aliud, videlicet gignendo cacochimiā, aut plenitudinem, à q. bus aperiūtur, vel eroduntur vasa. Talis autem causa externa sunt res.**
    - **Faciēdę**: Motus vehementior siue corporis, siue animæ per se facit sputum sanguinis, vt accidit in cursu,[a] saltu, sublatione magni pōderis, casu ab alto, magno, & acuto clamore, ingenti tussi, ira, rixa, nimia venere. Sed etiam motus, quies, somnus, vigilia, & animi passiones moderatæ, gignendo plenitudinem dici possunt causæ sputi sanguinis. Ita quoq; eædem res, cum sunt immoderatæ gignendo cacochimiam, vt est timor, [b] & angustia sanguinem acrem, vel salsum, vel flatuosum efficiendo, sputum sanguinis procreant.
    - **Assumēdę**
      - Hirudo in bibenda palustri [c] vel cænosa aqua in os, gulam, ventriculum, aut nares ingressa per se facit sputum sanguinis.
      - Alimenta boni succi gignentia plenitudinem, ebrietas, satietas, [d] cibi acres, flatuosi, & salsi, vt allia, cæpæ, [e] salsamenta, & similia gignentia humores acres, salsos, & flatuosos; ita etiam medicamenta acria sputum sanguinis gignunt.
    - **Excernēdę**: Vomitus vehemens, ac difficilis ob magnum, & laboriosum motum per se rumpit venam, sic sanguis solitus per vterum, [d] hæmorrhoidas, nares, vel aliter excerni retentus, ita etiam, si retineatur bilis, aut pituita salsa facit sputum sanguinis.
    - **Incidentes extrinsecus**
      - Ambiens, siue aer, siue aqua, frigidus [f] constringendo, vt niue [g] glacie; calidus, dissoluendo: siccus cogendo; humidus molliendo venas frangit. Sed calidus etiam aperiendo orificia facit sputum sanguinis.
      - Cætera violenter extrinsecùs occursantia, quæ vulnerant, [h i] contundunt rumpunt, vel erodunt, quia non modo humores, ac res. qui sunt in corpore possunt erodere, sed etiam quædam extrinsecùs incidentia, vt thapsia, synapi, & cætera caustica.
  - **Interna quæ est**
    - **Patiēs, quæ est habilitas ad sputum sanguinis penes,**
      - **Habitū**
        - **Totius corporis**: Graciles, ac biliosi valdè propensi sunt ad sputum sanguinis.
        - **Partium**
          - **Externarū**: Qui habent paruum [k] thoracem, & scapulas in modum alarum prominentes (vnde vocantur pterigodeis, idest alati) sunt valdè propensi ad sputum sanguinis, præsertim si sint obnoxij catharro. [k]
          - **Internarū quæ partes sunt**
            - **Continētes, & sunt ipsa vasa, quæ sunt**
              - Mollia ob humiditatem: Facilè aperiuntur, franguntur, & eroduntur.
              - Dura ob siccitatem: Cum nequeant extendi [l] facilè à contundentibus, ac rumpentibus franguntur, sed erodentibus, & aperientibus resistunt.
              - Tenuia ob atrophiam: Facillimè à causa tùm externa, tùm interna aperiuntur, & eroduntur. [l]
            - **Contentæ**
              - Qui habent [l] multum sanguinem, vel sanguinem acrem, aut flatuosum sunt valdè propensi ad sputum sanguinis.
              - Sed hæc est potiùs causa efficiens, & materia; de qua dicetur inferiùs.
      - **Ætatem**: Iuuenes [m] ob vehementes motiones, & incontinentiā, pueri ob mollitiem vasorū propensi sunt ad sputū sangu.
      - **Sexum**: Mares [n] ob motiones; fœminæ ob mollitiem vasorum, aptæ sunt ad sputum sanguinis.
    - **Efficiens, idest, materia aperiēs, erodēs, vel frangens vasa ob**
      - **Quātitatē**: In plenitudine, vel multitudine quò ad vasa, quæ plethora [o] propriè nominatur, materia partem aliquam principalem occupans, aut calorem naturalem [p] strangulans, repentinam mortem affert, sic sæpè vasa ipsa [q] distendens, vel illa rumpit, vel ipsorum orificia aperit. Vnde sputum sanguinis exoritur.
      - **Qualitatē**
        - **Distendentem [r]**: Id fit, cum humoribus admixtus est flatus; siue humores peccent in sola quantitate, siue in vtraq; nam vbiq; flatus [r] distendit, atq; ita aperit, & rumpit.
        - **Erodentem propter bilem, aut pituitam salsā.**: Sępè à materia [s] acri, vel salsa aperiuntur, vel eroduntur tunicę vasorum cùm in alijs partib⁹, tùm in pulmone, & thorace, vnde sequitur sputum sanguinis valdè periculosum; siue talis materia contineatur in loco affecto per essentiam, siue per consensum à toto corpore, vel parte, vt à capite, [t] & sputum sanguinis ex pulmone est, de quo agimus primò, & huius gratia secūndo de sputo sanguinis ex thorace, & demùm ex alijs partibus.
- **Morbo q. est**
  - **Mala conformatio ī dilatato p̄ter naturā orificio vasis, quod vas est**
    - **Magnū & insigne**: Anastomosis [u] propriè dicitur à Græcis, vt ēt testatur Celsus, [x] à quo hæc ponitur tertia species; at à græcis ponitur prima. A Latinis dicitur apertio, reclusio, & reseruatio, & ab Aureliano osculatio. Fit autem hæc apertio à
      - **Facultate, [z] vel virtute ipsa vas aperiēte.**: Vt accidit in menstruis fluentibus, vel in fluxu sanguinis ex naribus, vel ex hæmorrhoidibus, & hic est motus criticus, qua rè potiùs dici debet opus naturæ, quàm symptoma, potest tamen dici symptoma genericè. [y]
      - **Sanguine [z] vitioso affecto ob**
        - Quantitatem [z]: Vt in plethora.
        - Qualitatē [z]
          - Distendentem: Vt, cum adest flatus.
          - Erodētē: Vt in redūdātia bilis, vel pituitę salsę.
      - **Vasis [z] prauè affectis ob**
        - Mollitiem [z] ex humiditate.
        - Duritiem ex siccitate. [z]
        - Tenuitatem ex atrophia, quia non nutriuntur. [z]
    - **Paruum & gracile**: Diapedesis vocatur à græcis Transcolatio, vel resudatio ab ipsis latinis, & ēt expressio ab Aureliano. [A]
      - Hæc interdū à Gal. ponit̄ vt species contradistincta ab alijs, vt 5. meth. c. 2. Interdum (vt 3. de caus. sympt. c. 2.) illam reducit ad anastomasim, ac solutionem cōtinui, & negat esse speciem, contradistinctam ab alijs.
      - Fit aūt diapedesis hæc .i. apertio paruorū, & graciliū vasorū, vel quia orificia ipsa nimiū mollia, & debilia sunt; vel, quia sāguis in illis paruis vasis contentus est nimiū tenuis.
  - **Solutio cōtinui q̄ est**
    - **Sensibilis**: Hanc solutionem continui in ipsis vasis [a] Gal. 5. meth. 2. vocat diuisionem tunicæ illamq; ponit vnam speciem, quam dicit accidere ex vulneratione, contusione, ruptione, & erosione. Sed 7. catatop. 4. ponit [b] duas species quæ sunt
      - **Regma, [a] vel Rexis, q̄ à Celso [B] regmochasmos vocatur, & à Latinis Ruptio, vel scissio, quæ fit à causa**
        - **Externa**
          - Vulnerante: Vt gladio.
          - Contundente: Vt lapide, & alijs rebus duris, & grauibus.
          - Tendente, & sic rumpente
            - Vt in casu ab alto.
            - Sublatione magni ponderis.
            - Cursu, vociferatione, ira, rixa.
        - **Interna tendente**: Vt plenitudine, vel flatu.
      - **Diabrosis, idest, erosio, quæ ponitur, & à Gal. [b] & à Celso [B] species contradistincta à ruptione, quia diuersam exigit curationem. Fit autem hæc diabrosis, idest, erosio à causa.**
        - Externa: Vt sunt alimenta, & medicamenta nimis acria.
        - Interna: Vt est humor acris, vel salsus.
    - **Insensibilis**: Diapedesis, [c] idest, transcolatio, expressio, vel resudatio [B] dicitur, in qua exit potiùs serum, quàm sanguis, non ex ore vasis sed ex tunicis. In hac exit sanguis ob
      - Rarefactionem [c] nimiam tunicę ipsius vasis, videlicet venæ, vel arteriæ.
      - Tenuitatem [c] nimiam ipsius sanguinis.
- **Loco affecto, q. est**
  - **Pulmo [g]**: Huius causa à nobis primò tractatur sputum sanguinis, in quo quando est a pulmone, pulmo ipse affectus est per
    - **Essentiā, [d] vel per se, & primariò, ac primogenio**: Pōt ex affecto pulmone expui sanguis, vel ob tumorem vt in peripneumonia; vel ob solutionē continui seu apertionem alicuius vasis, & tūc affectus est in pulmonis.
      - Substantia, vel carne, quæ Parenchima vocatur.
      - Vasis
        - Arterijs
          - Asperis. [e]
          - Læuibus, vel lænibus, idest arterijs venosis.
        - Venis arteriosis.
    - **Consensū [d] à**
      - Toto: Vt in febribus præsertim malignis, & in plenitudine, atq; cacochimia.
      - Partib⁹: Vt à [f] capite in catharris acribus, vel salsis. Ita à ventriculo, intestinis, hepate, liene, vtero, & alijs partibus, à quib⁹ primariò affectis interdum fertur materiam ad pulmonem.
  - **[d g] Thorax**: Eodem modo se habet, nam sanguis ex thorace egressus transumitur in pulmonem, & sic per sputum cum tussi expuitur, sed in minore quantitate, & cum dolore partis primariò affectæ, vt dicetur in signis.
  - **Aspera [d g] arteria, caput, gingiuę, fauces, gula, ventriculus, intestina, hepar, lien**: Ex ore interdum sanguis copiosè exit sine tussi, sine vlcere, sine gingiuarum vllo vitio; ita, vt nihil excreetur, verum vt ex naribus, sic ex ore aliquando prorumpit.
- **Symptomate**: Hinc variæ sumuntur differentiæ: Vt sputum magnum, paruum, periculosum, non periculosum; ordinatum, inordinatum; nocturnum, diurnum, æstiuum, vernum, hiemale, & id genus plurima.

Tertio

AVCTORITATES.

a Tertio aph.29.
 Quinto meth.2.
 Aetius lib.8.cap.59.
b Auic.l.3.f.x.tr.3.cap.4.
c Quarto de loc.affect.5.
d De venæ ſectione aduerſus Eraſiſtr.6.
e Auic.lib.3.f.x.tr.3.cap.4.
f Tertio aphoriſmorum 16. 29.
g Quinto aphoriſmorum 24.
h Quinto meth.2.
 Tertio de cauſ.ſympt.2.
i De art.medic.80.
k Primo primi epid.18.
 Quarto aph.8.
l Tertio de cauſ.ſympt.2.
m Tertio aphoriſmorum 29.
n De multitudine 3.7. 10. 12.
o De venæ ſectione 4. 5.6.
p Primo aphor.3.de uenæ ſectione 5.
q Quinto meth.2.
 Tertio de cauſ.ſymptom. 2.
r De multitudine 8.
s Quinto meth.2. 6.8.13.14.
 Tertio de cauſ. ſymptom.2.
t Aetius lib.8.cap.59.
u Quinto meth.2.
 Secundo de cauſ. ſympt.2.
x Celſ.lib.4.cap.4.
y De differ.ſympt.6.
z Tertio de cauſ. ſympt. ſecundo.

A Aurelianus lib. 2. tardarum paſſ. cap.x.
a Quinto meth.2.
B Celſ.lib.4.cap.4.
b Septimo catatop.4.
c Tertio de ſymptom. cauſ. 2.
 Quinto meth.2.
d Quarto de loc.affect.5.8.
e Quinto meth.8.
f Quinto meth.13.14.
 Aetius lib.8.cap.59.
g Celſ.lib.4.cap.4.

ADNOTATIONES.

Galenus interdum ponit duas { A } *ſpecies ſputi ſanguinis à morbo deſumptas, interdum* {B} *tres, & interdum videtur ponere quatuor* {C} *nam 5.meth.cap ſecundo dicit ſanguinem exire aut reſerato vaſis ore, aut vaſe ipſo diuiſo, & ſic ponit duas ſpecies. Verùm lib.7.de medicam* {B} *ſecundum locos cap. 4. ponit tres ſpecies, videlicet Apertionem, Ruptionem, & Eroſionem, ſic etiam 3.de cauſ.ſymptom.cap. 2. ita etiam & Celſus. Sed videtur etiã Galenus afferre quartam ſpeciem in eodem 5.de methodo medendi cap. ſecundo, enumerans diapedeſim* { A } *tamquam ſpeciem contradiſtinctam ab aliis quam tamen non eſſe* { C } *diſtinctam ſpeciẽ aſſerit 3. de cauſ. ſymp. cap. 2. ſed eſſe, vel apertionem exilium vaſorum, vel in ea non exire ſanguinem, ſed ſerum ſanguinis.*

Addit quoq; in lib. de differ. ſymptom. cap.6. vulnerationem { D } *q̃ alijs in locis omiſerat, vt quæ in ruptione continetur. Soluitur hoc pacto. Ex rei natura ſunt duæ ſpecies tantùm, nempe apertio, & ruptio. Sed ex varia curandi ratione ſunt tres videlicet Apertio, Ruptio, & Eroſio; quia differt curatio eroſionis à curatione* { B } *ruptionis, vt patet 7. de medicamen. 2. loc. cap. 4. Et Diapedeſis differt quidem ſecundum apparentiam à dictis tribus ſpeciebus. ſed ſecundum rem ipſam, & veritatem non differt.*

Aretæus ponit tres {E} *ſpecies ſputi ſanguinis videlicet ruptionem, eroſionem, & rarefactionem; atq; ita omittit apertionem. Sed alij* {F} *Greci omittunt diapedeſim, & ponunt apertionem, ruptionem, eroſionem. Sic etiam facit Cornel. Celſ.lib.4. cap.4.*

Aurelianus {G} *ex opinione variorũ Authorum, & vnam, & duas, & tres, & quatuor differẽtias ſputi ſanguinis, quod ab ipſo fluor ſanguinis vocatur, cum poſuiſſet. demùm ponit propriam ſententiam iuxta Sorani iudicium dicens tres eſſe differentias fluoris ſanguinis, vnam eruptionis, alteram vulnerationis, tertiã putredinis, vel lacerationis. In qua enumeratione omiſit Anaſtomoſim, quæ eſt neceſſaria, & addidit vulnerationem, quæ continetur in ruptione.*

A Quinto meth.2.
B Septimo Catatop.4.
C Tertio de cauſ.ſympt.2.
D De differ. ſymptom.6.
E Aretæus 2.acut.cap.2.
F Aetius lib.8.cap.59.
 Alex.lib.7.cap.primo.
 Paul.lib.3.cap.31.
G Aurel.lib.tard.paſſ.cap x.

Tabula Vigesimaquinta, Signa sputi sanguinis.

Signa sputi sanguinis sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægro, & assidentibus, quæue magis faciunt ad medici [b] gloriam, quàm ad ægri salutem, quare hic omittuntur.
- **Indicatiua à quibus monstratur**
  - **Causa**
    - **Externa** — Signa ostendentia causas externas, sunt eædem causæ quæ antecesserunt vt cursus, clamor, casus ab alto, ictus, ira, venus. [c] At, si causa sit hirudo alicui parti adhærens, antecessit potus, [d] vel mora in paludibus, stagnis, & aquis cænosis, & si æger opponatur solis radijs, non raro apparet hirudo, [d] ex cuius morsu exit sanguis paucus, tenuis, & serosus.
    - **Interna**
      - **Patiens, .i. habilitas ad sputum sanguinis** — Apparet sensui gracilitas totius [e] corporis, ita paruitas, & angustia thoracis, & per consequens ipsius pulmonis. Scapulæ sunt in modum alarum, prominentes, longum collum, quæ omnia videtur. Sic ætas [f] iuuenilis, & puerilis. Conijcimus ét vasa esse debilia; nam à qualibet leui causa afficiuntur, vt mollia [g] à frangentibus, erodentibus, & aperientibus; dura à tendentibus, & contundentibus; Tenuia [g] facillimè à qualibet externa, & interna causa vitiantur.
      - **Efficiens, .i. materia frangens, erodes, vel aperiens vasa ob**
        - **Quantitatē [h]** — In adolescente boni habitus [h] in vere antecessit vsus causarum sanguinem gignentium, suppressæq; fuerunt vacuationes per fluxum sanguinis [i] ex naribus, & hæmorrhoidibus, mensibus: ita etiam omissæ sunt solitæ exercitationes, quæ causæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ. Adest color [l] roseus; venę plenæ sanguine, & cætera plethoræ signa.
        - **Qualitatem**
          - **Distendentem [m]** — Antecesserunt causæ externę gignentes flatū; qui etiam ab ægro sentitur. Adest strepitus, murmur. Adsunt etiam signa ostendentia debilem calorem, à quo fit flatus. [n]
          - **Erodentem** — Non antecesserunt [o] causæ aperientes, orificia, aut rumpentes tunicas, sed eæ, quæ bilē, aut pituitā salsam genuerunt, & ab initio eductus fuit sanguis [P p] modicus, & in progressu copiosior, cum quo sæpè [o p] carnosæ, vel membranosæ, aut chartilaginosæ particulæ reiectæ fuerunt.
  - **Morbus q. est**
    - **Mala [s] cōformatio ī aperto præternām orificio vasis**
      - **Magni, q̄ apertio dicitur [s] Anastomosis à grecis** — Antecesserunt causę externę [Q] calefacientes, [p q] & madefacientes, vt mora multa in aere, vel balneis calidis, [P] & humidis; cibi, & potus calidi humidi; multus motus; vel antecessit vsus medicamentorū, quæ anastomica [r] .i. aperientia, vel recludentia vocantur cuiusmodi sunt acria, & terrena, vt cyclaminum, allia, cępæ. Sanguis expuitur [t] modicus, & per interualla, & plerumq; sine dolore, fitq; in ijs, qui habent vasa debilia, ex quo facilè afficiuntur à nocentibus tùm quantitate, tùm qualitate.
      - **Parui, [u] & tunc affectus dicitur diapedesis .i. resudatio** — Antecesserunt causæ superius [u] dictæ, sed leuiores. Reijcitur sanguis longè albidior, tenuiorq; & in minori quantitate.
    - **[s] Solutio continui**
      - **Sēsibilis, & est**
        - **Regma, vel rexis, .i. ruptio à causa** (In ruptione copiosus expurgatur sanguis [y])
          - **Externa** — Antecessit talis causa vt [x u] ict⁹, casus ab alto, vociferatio, cursus, ira, sublatio magni pōderis, cubile durum, & demum quælibet vulnerantia, rumpentia, contundentia.
          - **Interna** — Adsunt signa plethoræ, flatus, vel acrimoniæ superiùs exposita, & non antecessit vlla causa externa vulnerans, rumpens, vel contundens.
        - **Diabrosis, [a] vel anabrosis, [b] .i. erosio** — Antecessit vsus acrium alimentorum, vel medicamentorum, Sic antecesserunt causæ externæ gignentes humores acres, aut salsos, vt est ira, inedia, vigilia, curæ, tristitiæ, vel antecessit aeris, aut salsa destillatio à capite, neq, antecesserunt causæ rumpentes vasa. Adest plerumq; dolor [c] sanguis ab initio reijcitur [d] paucus, & paulatim, vel per interualla, sed postea facta maiori erosione reijcitur copiosior, [d] cum quo sæpè excernuntur carnosæ, membranosæ vel chartilaginosæ particulę.
      - **Insensibilis** — Hæc est Diapedesis .i. transcolatio vel resudatio, quæ fit non modò ex apertione vasorum (vt suprà dictum est) sed ét ex rarefactione tunicæ ipsorum vasorum, & sanguine tenuiore
        - Expuitur sanguis paucus, & admodū tenuis, & parum coloratus; adeò, vt potiùs serū, [e] q̄ sanguis videatur, cuiusmodi ex hepatis, & renum imbecillitate sæpè mingitur, &, si id fit ob tenuitatem ipsius sanguinis, adsunt signa redūdantis sanguinis biliosi, ac tenuis.
        - At, si fit ex rarefactione tunicæ [f] adsunt dicta signa, & plerūq; inflāmatio, à qua ob caliditatē rarefactis [g] vasorū tunicis, aut osculis aptis seros⁹ sanguis in loca vacua resudat.
  - **Loc⁹ affectus qui ē**
    - **Pulmo, ob quē potissimū agimus de sputo sāguinis** — Cum sanguis ex puitur ex pulmone reijcitur cum tussi in magna copia, & ē rubēs [m] & floridus, ac plerumq; [K] spumosus [n] absque dolore, sed cū grauitate in thorace, & rubore in facie. Et tunc pulmo afficitur per
      - **Essētiam** — Absunt signa aliarum partium affectarum, & adsunt signa affecti pulmonis dicta, & tunc affectus est in ipsius pulmonis
        - **Substantia, vel carne** — Sanguis est valdè [h] spumosus ob multū motū, & est vergens ad albedinē, vt pulmo. Educitur sine dolore, & cū eo sæpè reijcitur frustulū pulmonis.
        - **Vasis**
          - **Arterijs**
            - **Aspis** — Adest vehemēs [i] tussis, cū qua educūt ephelcides mixtę cū sanguine.
            - **Venosis** — Sanguis est valdè spirituosus, tenuis, florens, ac spumosus. Adest [l] in pulsu varia inęqualitas. Adest palpitatio cordis, & syncopa non raro.
          - **Venis arteriosis** — Sanguis est nigrior, & crassior, ac in maiori copia, quàm ex alijs pulmonis partibus, adest pauca vel nulla spuma. Sic sanguinem per 15. annos expuit Archipresbyter Pisanus.
      - **Cōsēsū à**
        - **Toto** — Adsunt febres malignæ, & pestilentes: vel adsunt signa plenitudinis, aut cacochimiæ.
        - **Partibus**
          - **Capite** — Antecessit dolor [K] aut grauitas capitis. Adest tensio venarum in fronte, & interdum fluit [l] sanguis ex naribus. Sentitur titillatio [l] & morsus in faucibus, & sputum est veluti salsilago [L] aut admodum acre, &, si inspiciatur palatum, apparebit sordidum, vlcerosum, cruentum. Prius expuitur sanguis paucus, floridus, deinde copiosior cum aliquo ramento pulmonis, vt sępè vidi in Alex. Bonannio Archipręsbytero Pisano, qui præter spem ab eo morbo euasit, & tertio ab hinc anno ex pleuritico factus empyematicus obijt.
          - **Ventriculo, hepate,** [M] à quo interdum pellitur multitudo sanguinis ad pulmonem faciens sputum sanguinis, & phthisim.
          - **Liene, vtero** — Sæpè enim in retentis mensibus pellitur materia ad pulmonem gignens copiosum sputum sanguinis
          - **Renibus, & alijs partibus** — Cum sputo sanguinis adsunt signa dictarum partium affectarum.
    - **Thorax membrana succingēs, Diaphragma, Costa collisa** — Educitur cum tussi sanguis nigrior, & in pauca [n] quantitate cum insigni dolore, qui sentitur in ipsa [m] parte affecta, præterea antecesserunt causæ, quæ vas in dictis partibus fregerunt, vel eroserunt, aut aperuerunt, &, si sputum sanguinis est à pleuritide, adsunt signa pleuritidis.
    - **Aspera [n] arteria** — Expuitur cum tussi sanguis [o O] paucus, flauus, & sentitur dolor in parte affecta.
    - **Larynx, [N n] fauces, gurgulio** — Hinc educitur sanguis paucus non spumosus [n] cum screatu, qui rascatio dicitur à Iunioribus, & sentitur dolor in loco affecto.
    - **Palatū [n] gingiuæ, ac reliquæ partes capitis** — Sanguis ex his partibus reijcitur per simplicem expuitionem sine tussi, sine screatu, & sine vomitu, sed, quia sanguis à capite fluens potest per asperam [n] arteriam, & per gulam ferri; atq; ita tussim, vel vomitū [p] excitare ne decipiamur, hæc signa sunt animaduertenda. Adest [o] capitis grauitas, ac dolor; Aurium sonitus, rubor faciei; venę frontis emicant; vertigines adsunt, sentitur titillatio irritatio ad tussim, frequens screatus, parum materiæ reijcitur.
    - **Gula [n] ventriculus** — Reijcitur sanguis per [n] vomitum, nunc solus, nunc mixtus cum cibis. [q] Adest plerumq; animi fastidium, & timor; &, si deuorētur acria, vel acida, vel acerba sentitur morsus ac dolor.
    - **Hepar** — Reijcitur sanguis per vomitum satis coloratus: in dextro hypochondrio sentitur tumor, ac dolor, cæteraq; adsunt signa hepatis affecti.
    - **Lien** — Educitur per vomitum sanguis niger, & gummosus: adest tumor in liene; Huiusmodi sanguinis magnam copiam vidi per vomitum reiectū à Bartholomæo Manninio Arretino, qui postridie obijt: sic à quodam Vicario Vici Pisani, qui tres menses vixit; atq; tribus ab hinc annis vidi à Siluagia Botticellia Hieronymi Vezzij coniuge reiectas circiter 20. libras, quæ ét circiter duos menses superuixit.
    - **Vterus** — In mulieribus à 13. vel 14. anno vsq; ad 45. vel 50. nisi gerant vtero, vel lacte alant infantes educitur sanguis per vterum singulo mense, quod si clausum sit os vteri, solet sanguis ille in vtero putrescere, ac inflammationem cum prauis symptomatis excitare. Interdum [r] tamen ad pulmonem regurgitans facit sputum sanguinis copiosū; aliquando etiam ad intestina, vel ventriculum delatus, nunc per deiectiones, nunc per vomitum reijcitur. Sed hoc rariùs contingit.
  - **Symptoma** — Ipsa symptomata sensu cognoscuntur. Quare non opus est signis ad illa dignoscenda.
- **Prognostica, per quæ pręcognoscitur**
  - **Euētus vel exitus**
    - Sputum sanguinis ex pulmone plerumq; mortem [t] affert, nam, vel interficit dum sanguis egreditur ob nimiam quantitatem, à qua vires ipsæ resoluuntur; ex quo dixit Poeta, & vitā multo cum sanguine fudit, vel confertim exiens strangulat; [t] vel, si id non facit, in hydropem tandē conuertitur; [s] quę dum fluit sanguis incidere consueuerunt. Sed postquam suppressus est, vel, qui est in pulmone extra vasa putrescens facit peripneumoniam, [u] aut vlcus, & phthisim [u x] procreat. Ex thorace ét cum exit sanguis eadem imminent pericula, sed leuiora; quia in thorace sunt vasa minora, & sanguis in spatium [y] interius effluit, præterea thorax est magis carnosus [y] quare longè faciliùs curatur. [y]
    - Valdè periculosum est cum ex thorace, tùm ex pulmone sputum sangu. ab erosione; pręcipuè, cum est à catharro acri, vel salso. [x]
    - Quando expuitur sanguis ex capite, [z] & à capitis partibus vt gingiuis, dentibus, palato, res est sine periculo, nisi in cerebro prauus sit affectus, vel sanguis à capite ad pulmonem deferatur, & ibi soluat continuū. At, si per vomitum reijciatur si id quidem [&] fit sine febre caret periculo, si vero cum febre est valdè periculosum. Quare perpendendi sunt affectus ventriculi, hepatis, & lienis ex proprijs signis, nam interdum in inflāmationibus dictarū partiū ob debilitatem facultatis retētricis, & robur expultricis multus vomitur sanguis, quē mors repentina sequtur.
  - **Tempus** — Hoc nunc breuius est, nunc longius, pro varia natura morbi, & causæ, nec non pro vario robore virium.
  - **Modus ad**
    - **Mortem** — Est per strangulationem, [A] aut syncopam, [B] & viriū resolutionem Interdū per hydropem, [C] sępissimè per phthisim. [A D]
    - **Salutē** — Quando est ex apertione sanatur p [E] obturationem. At, si fit ex erosione per renutritionem erosorum. [E] Si verò ex ruptione per conglutinationē, & vnionem solutę continuitatis. Sed si fit ex diapedesi .i. resudatione, vel trascolatione, siquidem id fiat ob sanguinis tenuitatē, per eiusdem incrassationem, at, si ob vasorū raritatem, per eorūdem condensationē, vel cōstipationē.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. xi.
b De arte medicin. 7. pri. prognoſt.4.
c Quinto meth. 2.
d Quarto de loc.affect. 5.
Aetius lib.8.cap.59.
e Primo primi epidem. 18.
f Tertio aphoriſmorum.29.
g Tertio de cauſ.ſympt.2.
h De multitudine x. xi. pri. aphor. 3.
i Paul.lib.3. cap.31.
l De multitudine xi.
m Quinto meth. 2.
n Tertio de cauſ.ſympt.2.
o Aetius lib.8.cap. 59.
P Quarto de loc.affect.8.
p Alex.lib.7.cap.primo.
Q Secundo acutorum 2.
q Aretæus 2.acutorum cap.2.
r Quinto ſimplic. 14.
s De differ. ſympt.6.
t Paul.lib.3.cap.31.
u Tertio de cauſ.ſymptom.2.
x Quinto meth. 2.
y Quarto de loc.affect.8.

a Septimo catatop.4.
b Quarto meth.pri.
c Quinto meth.6. Alex. lib.7. cap.pri.
d Quarto de loc.aff. 5.
e Quinto meth.2.3. de cauſ. ſympt.2.
f Quinto meth.2.
g Quarto de loc.affect.8.
h Quarto de loc.affect.5.

i Quarto de loc.affect. 8.
I Aetius lib.8.cap.59.
Paul.lib.3.cap.31.
K Aetius lib.8.cap.59.
k Quinto aph. 13.
L Quinto meth.14.
l Oribas. ad Eunap.77.
Aurelian.2.tard.paſſ.xi.
m Quinto meth.8.
M Sexto aphoriſmorum.12.
n Quarto de loc.affect.5.
N Celſ.lib.4.cap.4.
O Aret. lib.2.acut.cap.2.
o Aetius lib.8.cap.59.
o Oribaſ.4.ad Eunap.77.
p Celſus lib.4.cap.4.
q Aurelian.lib.2.tard.paſſ.xi.
r Celſ.lib.4. cap.4.
s Secundo de natural.facult.8.
t Septimo aphor.15.
t Septimo catatop.4. Alex. lib.7.cap.p.
u Sexto aph.12.5.meth. 8.
Alex.lib.7.cap.pri.
x Septimo aph.15.
x Quinto meth.12.13.14.
y Quinto meth.8.
z Alex.lib.7.cap.pri.
& Septimo apho.37.
A Alex.lib.8.cap.pri.
B Septimo catatop.4.
C Secũdo de natur.facult.8.6.aph.12.
D Quinto meth. 14.
E Septimo catatop.4

Tabula Vigesimasexta, Sputi sanguinis curatio.

In curatione sputi sanguinis, intentiones curatiuæ sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa**: Si abijt, [a] nihil indicat. Sed, quia, vel per se, vel per aliud sputum sanguinis facere, fouere, vel augere persępè solet; in casu hoc plerumq́, solet indicare. Quamobrem dicit Gal. [b] exercitia, & supercalefactiones vitãdas esse ei, cui de sputo sanguinis imminet periculum, & ægrum in omni quiete seruandum [c] monet, ne aliqua detur ansa ad sanguinem expuendũ. Qua de causa abstinendum est à quolibet insigni [d] motu corporis, & animæ, à vociferatione, à magna [c] respiratione, [b d] à tussi, à cibis multis, & praui succi, à vino, [c D] Venere, à mora in aere calidiore, vel frigidiore, & cæteris huiusmodi. De Hirudine amouenda dictum est in tractatione morborum infestantium internas oris partes.
  - **Interna, q̃ est**
    - **Patiens, idest habilitas ad sputũ sanguinis**: Si sit ob angustiam thoracis, [e] & paruitatem pulmonis est insanabilis. At, si sit ex gracilitate [f] corporis, & vasorũ, indicat opus esse incrassatione per victus rationem, præcipuè per vsum lactis sic durities, & mollities per contraria est curanda. Quomodo aũt pugnandũ sit aduersus humores [g] quantitate, vel qualitate lædentes, dicetur inferiùs, vbi de causa efficiẽte disseretur.
    - **Efficiens, i. materia, quę causa**
      - **Antecedés cótéta in**
        - **Toto corpore q̃ materia nocet ob**
          - **Quantitaté, & tunc affectus est, qui plethora dicit', à qua indicatur**
            - **Inhibitio, ne noua materia generetur**: Id præstat conueniens victus ratio, quæ in affectu proposito debet esse tenuissima [h] in extremo. Quamobrem, aut nihil est dandum, aut sola aqua chalibeata, & hic victus ẽt cõfert, quia vacuat, [i] & auertit per accidens. Confert inspiratus aer [d] frigidior.
            - **Vacuatio**: Sanguinis missio ex interna cubiti vena est proprium, & principalissimum remedium, vbi ex humorũ redundantia sanguis expuitur. Sed non debet mitti vsq; ad animi defectũ [k] vt vires [l] possint pdurare, & pferre [k] auersiones, [l] inediam, & eiusmodi alia, sed potius iteranda est bis, ter, quater, & pluries missio ex vtroq; brachio, ex manib⁹, ex talo. Atq; ad preseruãdũ secãda ẽ vena in vere. [m]
            - **Auersio cũ vacuatione**
              - **Sensibili**: Conuenit sanguinis missio ex vtroq; brachio, [n] manibus, poplite, talo, sic ẽt ex cute affixis cucurbitulis cum scarificatione, vel admotis medicamentis causticis. Confert etiam [o] acer clyster.
              - **Insensibili per**
                - **Frictiones**: Artus omnes [p] pluries in die sunt fricandi, & interdum in aqua [P] calida tenendi præcipuè manus.
                - **Vincula**: Vinciendi sunt artus lata [q Q] fascia, & valdè constringendi supra malleolos, & genua, sic supra brachiale, & cubitum.
                - **Cucurbitulas sine scarificatione**: Affigendæ sunt cucurbitulæ [Q] cruribus, coxis, naibus, scapulis, dorso, brachijs.
          - **Qualitaté**
            - **Acrem, & mordacem, & tunc affectus dicitur cacochimia, à qua indicatur**
              - **Inhibitio, ne noua materia generetur per**
                - **Victus rõnem**: Confert victus [q] temperatus, & boni succi, [r] atq; aliquo pacto refrigerans, & astringens. Potus sit aqua hordei [r] chalibeata cũ iulepo rosaceo. Cibus ptisana cũ succo punicorũ dissoluta, pisces saxatiles; oua sorbilia, lac, caseus [r] recẽs nõ salit', sed lac [s] summopere cõmendat Gal. Quies corporis, & animi, clysteres molliores.
                - **Medicamenta ventriculum, & hepar roborantia**: Conuenit inunctio ex oleo melino, mirthino, de absinthio, nardino, & eiusmodi.
              - **Alteratio genitæ per**
                - **Victus rationem**: Confert dicta victus ratio, & prę́sertim vsus lactis [s] non modò ad inhibendum, ne noua materia generetur, sed etiam ad alterandam genitam.
                - **Meditaméta adhibita**
                  - **Interiùs**: Confert syrupus de endiuia, de cichoreo, de capilloueneris. Aqua hordei, endiuiæ, cichorei, de capilloueneris. Zaccarũ violatũ, sed oĩum maximè zaccarũ ros. [t] vt asserit Auic. [u]
                  - **Exteriùs**: Maximè confert balneũ aquæ dulcis [q] tepidũ.
              - **Vacuatio per**
                - **Sanguinis missionem**: Si vires ferãt, statĩ mittẽdus ẽ sãguis. [x] At, si sint infirmæ, priùs sunt reficiẽdę. Si suppressi menses fuerint, ita etiam hæmorrhoides, vena in [q] talo incidatur.
                - **Medicamenta adhibita per**
                  - **Os**: Faciunt pilulæ Gal. [a] ex Aloe, scammonea, colocynthide, agarico, bdellio, & gũmi. Laudat [t] Auic. pilulas cochias, & de agarico. Conferũt ẽt rhabarbarũ, hiera, pil. de rhabar. Maximè iuuant aquæ minerales, vt aqua Ficocellæ in agro Senẽsi. & Villæ in agro Lucẽsi.
                  - **Anum**: Faciunt mirabiliter clysteres acriores. [b]
              - **Auersio**: Confert veluti suprà dictum est.
            - **Distendété ob flatũ, à quo indicatur**
              - **Inhibitio, ne nouus flatus generetur**: Facit ad hoc victus ratio; vt, si vsurpentur alimenta flatus expertia, & vitentur cibi flatuosi vt sunt legumina, [f] cæpæ, allia, castaneæ, & huiusmodi. Conferunt etiam medicamenta ventriculum, & hepar roborantia interiùs, & exteriùs admota. Interius quidem, vt diarrhodon Abbatis, Triasandali, zaccarum rosatum, diacitoniten. Exterius oleum melinum, lentiscinum, de absinthio, quæ omnia respiciunt causam agentem, quæ est imbecillitas ipsius caloris, quem dicta medicamenta roborant.
              - **Dissipatio geniti flatus**: Prosunt coriandra præsertim, si cũ zaccaro fuerint parata, sic clysteres ex oleo camemelino, anethino, & ex decocto camemeli, fœniculi anethi cum hiera, & castoreo.
        - **Partibus**
          - **Capite, à quo indicat'**
            - **Vacuatio**
              - **Vniuersalis per**
                - **Sanguinis missionem**: Si vires firmæ [c] sint, statim est mittendus sanguis non modò [d] semel, sed bis, terq;. At, si sint infirmæ, priùs reficiantur, postea vena secetur, iterumq; reficiantur vires, ac sanguis mittatur. [e]
                - **Medicamenta**: Faciunt prædictæ pilulæ [c] Galeni, sic etiam clysteres acriores. Confert etiam prædicta victus ratio.
              - **Particularis .i. respiciés caput**: Vtitur Gal. [e] ad vacuandam materiam existentem in capite acribus medicamentis videlicet cerato ex stercore columbino, thapsia, & synapismo. Sed reprehenditur à [f] Trallia no dicente talia magis nocere, cum augeant intemperiem, & materiam reddant acriorem. Pro Gal. dicendum est talia magis prodesse, nam vacuant, & auertunt materiã, à qua maximũ imminet periculum, & ob id, non modò ista; sed ẽt cauteria conueniũt, q̃ [f] vsurpantur à Tralliano in materia frigida. Confert sanguis per hyrudines affixas naribus, & post aures. Errhina, & apophlegmatismata non conueniunt, quia mouent sternutamentum, & excitant fluxionem ad pulmonem.
            - **Exiccatio, & incrassatio ne fluat ad pulmonem**: Facit mirabiliter diaspermaton [g] quod etiam habet vim repellendi. Ex huius medicamenti drachma quinq; pilulę effingi possunt, quarum vna, vel duæ dentur post cibum per vnã, aut duas horas Vtitur Gal. [h] theriaca recenti ad fabæ magnitudinem, vtitur etiam Athanasia, [i] & mithridato, quæ sunt suspecta Tralliano reprehendente ob id Galenum, quia (vt ipse inquit) acriorem facerent materiam. Conferunt tamen exiccando, sed tutius est vti hæmatite, lapide armeno, terra lemnia, corallijs; mirabiles sunt trochisci de charabe. [K] Ego ad siccandũ post alias vacuationes persæpè maximo cũ adiumento vsus sũ suffitu ex puluere ros. mirthi, balaustiorũ, rhois, & furfur.
          - **Alijs partibus**: Petuntur intentiones curatiuæ ex talium partium affectibus.
      - **Continens, & coniuncta, q̃ est**
        - **Humor nocens quantitate, vel qualitate, & sic faciens sputum sanguinis. A tali humore indicat'**
          - **Retrocessus per**
            - **Repulsioné**: Reprimentia valida exteriùs admota non conueniunt; [l] quia materiam magis reprimunt, & compingunt in pulmonem. Vtitur Galenus [l] melino, & rosaceo. Paulus adhibet spongiam imbutam posca. [K]
            - **Auersionem**: Valdè conferunt auertentia, veluti supra dictum est.
          - **Extractio**: Deberet materia propriè per tussim, & sputum vacuari, sed tùm acria medicamenta, tùm ipsa [m] tussis lacerantia pulmonem sputum sanguinis excitant. Quarè potiùs auertentibus est vtendum, & si vlla adhibenda est vacuatio, ea confert, quæ fit per externas thoracis partes affixis cucurbitulis cum scarificatione vel admoto vniuerso thoraci synapismo, vt facit [n] Gal. qui potius videtur synapismo esse vsus propter tollendam intemperiem frigidam, facit etiam ad extrahendam materiam, & magis quàm synapismus, si thorax quindecim cauterijs inuratur, vt præcipit Aetius, [o] & Paulus. [p]
        - **Sanguis ex vasis aptis ruptis, vel erosis egressus**: A sanguine ex vasis egresso, ne putrescens faciat peripneumoniam, indicatur vacuatio, quæ præstabitur, si sanguis ille concretus liquefiat. Vtitur Galenus, [q] & alij Græci [r] posca tepida absorbenda per interualla paulatim, idest, ternis horis ter, vel quater. Sed poscam habet suspectam Auer. [s] propter acetum. Confert mirabiliter coagulum leporis, vel hædi dissolutum in aqua chalibeata. Facit thymus, [t] satureia, cinis ficulnus, zaccarum rosatum cum aqua chalibeata, cum qua ferbuerint glandes, & cauda equina.
- **Morbo** ☞ Vide ex altera facie.
- **Symptomate** ☞ Vide ex altera facie.
- **Loco** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Vigesimesextæ.

- **Morbo q. est**
  - Mala conformatio in aperto præternam vasis orificio — Ab anastomosi, [u] .i. ab apertione indicatur clausio [ua] per astringentia sine acrimonia, [x] vt sūt acerba [y]
    - Alimēta — Aqua chalibeata [u] cum miua cidoniorum, cotonea, mespila, sorba, pira, cerasia, ribes, portulaca, vuaacerba, .i. ipsum omphacium plurima mala immatura, & præsertim pira acerba.
    - Medicamenta — Mirabilis est [z] succus portulacæ, & ipsa portulaca comesta, sic poligonum, plantago, rosę, balaustia, rhus, lapis hæmatitis, terra lemnia bolus armenus, corallia, charabe, trochisci de charabe, de rosis, de terra sigillata, quibus, vt ad pulmonem possint penetrare [u] miscenda sunt calida, & partium tenuium, vt est mirrha, crocus, cinnamomum, piper, mel. [u]
  - Solutio cōtinui quę est
    - Manifesta quæ est
      - Erosio, [a] à qua indicat renutritio erosorum per
        - Alimēta — Conferunt alimenta boni succi refrigerantia, & astringentia, vt est ptisana dissoluta cum omphacio, vel succo punicorum; pisces saxatiles, pedes vitulorum, porcorum, agnorum, hædorum, testiculi gallorum, auiculæ montanæ, cum quibus misceatur omphacium. Conferunt oua sorbilia, caseus recens non salitus, & is, qui vulgo recocta dicitur.
        - Medicamēta — Conuenit manna thuris, iris, aristolochia, lac bubulum, in quo extincti lapides fluuiatiles, aut frustula chalibis.
      - Ruptio, [a] à qua indicatur glutinatio per
        - Alimēta — Confert aqua chalibeata, cū qua ferbuerit hordeū tostū, portulaca, poligonū mixtū cum aqua, iulep rosaceo, ptisana cū amilo dissoluta cum succo punicorū; panis cū coriandris, glycirrhiza, lactuca, endiu. pira, cotonea.
        - Medicamēta — Facit succus portulacæ, poligoni: sic rosæ, balaustia, [A] thus, trochisci de carabe, cum amilo, tragachanta, oriza, & eiusmodi, [A] ita etiam astringentia exteriùs admota.
    - Immanifesta, & est Diapedesis
      - Raritate [A] tunicarū — Indicatur densatio p astringentia, & refrigerantia leuiora, [A] vt est aqua frigida, portulaca, lenticula palustris.
      - Tenuitate [A] sanguinis — Indicatur incrassatio [b] per alimenta. Confert oriza, lachana, amilum, pedes, [b] viscera, & cerebra quadrupedum, sic lactuca, vinum nigrum, dulce crassum. [l c]
- **Symptomate**
  - Fluxu sā guinis
    - Ab hoc indicatur inhibitio ne fluat, non autē fluet si habeatur ratio.
      - Materię fluentis à qua, ne fluat indicatur inhibitio ne
        - Generetur — Id præstabitur per inediam absolutam, idest, si nihil detur. [c]
        - Feratur [c] ad locum affectum p
          - Vacuantia — Ab ipsa redundantia [c] indicatur quàm primùm vacuatio.
          - Auertentia — Auersiones tùm cum vacuatione sensibili, tùm sine [c] vacuatione sensibili ducētes materias ad partes oppositas valdè conferunt.
          - Deriuātia [c] — Quæ ducunt ad partes vicinas etiam conueniunt — Deliquium animi auertendo, [d] & deriuando sistit sanguinem.
          - Repellentia [dc] — Ad thoracem admouenda sunt mitiora reprimentia, [d] quæ etiam refrigerant, & sic inhibent attractionem.
          - Anodina — Hæc non sunt vsurpanda in pulmone, quia caret sensu.
      - Loci, à quo exit. A quo indicātur
        - Obturantia [d] vt sunt emplastica in apertione.
        - Astringentia, [d] & emplastica in ruptione.
        - Renutrientia, & sarcotica in erosione.
  - Syncopa — Ab hac indicatur refectio per ea, quæ reficiunt ipsos spiritus.
- **Loco affecto, qui est**
  - Pulmo, quem tradita superiùs curatio propriè respicit — A pulmone ob situm in partibus internis valdè remotis, [A] indicatur esse miscenda cum astringentibus calida, & tenuium partium, vt possint penetrare, & opus esse validioribus præsidijs, ne illorum vis in longo itinere frangatur. Sic non esse vtendum temerè [e] reprimentibus, ne materia in pulmonem compingatur.
  - Thorax [c] — Eodem modo curatur sputum sanguinis ex thorace, vt dictum est de pulmone, & maximè confert [f] vsus lactis.
  - Aspera [f] arteria — Lac, & cætera superius dicta conueniunt in curatione sputi sanguinis ab aspera arteria, cui adhibenda sunt exteriùs exiccantia, & astringentia, & medicamenta astringentia mixta cum melle rosato, sunt per ipsam percolanda.
  - Caput, & gingiuæ — Auertendus est sanguis ac deriuandus, & vsurpanda sunt astringentia moderata.
  - Ventriculus [g] hepar, lien — Nisi adsit febris sufficiunt astringentia videlicet acerba, & refrigerantia. Si adsit febis conuenit sanguinis missio, & alia præsidia ab affectibus dictarum partium indicata.

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Aduers. Erasistrat. 9.
c Quinto meth. 3. 8.
d Areteus 2. acut. 2.
D Aure. l. lib. 2. tard. pass. xi. 13.
e Primo primi epid. 18.
f Tertio de caus. sympt. 2.
g Quinto meth. 3. 8. 14.
h Primo aph. 6. 7. 2. aphoris. 22.
i Quarto aphorismorum 2.
k Quinto meth. 3. 8.
l Aetius lib. 8. cap. 62.
m Sexto aphorismorum. 47. de venæ sectione x.
n Quinto meth. 3. 5. 8.
o Quinto meth. 13.
p Quinto meth. 8. 13.
P Paul. lib. 3. cap. 27.
q Alex. l. 7. cap. primo.
Q Aretæus 2. de Curatione acutor. 2.
r Quinto meth. 13.
s Quinto meth. 12. 13.
t Auic. l. 3. f. x. tr. 3. cap. 6.
u Auic. l. 3. f. x. tr. 5. cap. 5.
x Quinto meth. 13.

a Quinto meth. 14.
b Quinto meth. 13.
c Quinto meth. 14.
d Aetius lib. 8. cap. 60. 62.
e Quinto meth. 13.
f Alex. lib. 7. cap. primo.
g Septimo catatop. 5.
Quinto meth. 14.
h Quinto meth. 13.
i Quarto de loc. affect. 8.
k Paul. lib. 3. cap. 31.
l Quinto meth. 6. xi. meth. 17.
m Quinto meth. 8.
n Quinto meth. 13.
o Aetius lib. 8. cap. 57.
p Paulus l. vi. cap. 44.
q Quinto meth. 8.
r Aetius lib. 8. cap. 62. Paul. lib. 3. cap 31.
r Alex. lib. 7. cap. primo.
s Septimo collig. cap. 34.
t Cels. lib. 4. cap. 4.
u Septimo catatop. 4.
x Quinto simplic. 14.
y Quarto simplic. 7.
z Paul. lib. 3. cap. 31.

a Oribas. 9. ad Eustac. 2.
a Aetius lib. 8. cap. 60. Septimo catatop. 4.
A Quinto meth. 5.
b Quinto meth. 6.
c Quinto meth. 3. 5. 8.
c Quinto meth. 8.
d Septimo catatop. 4.
e Quinto meth. 6. xi. meth. 17.
f Secundo meth. xij.
g Septimo aph. 32.

Tabula Vigesimaseptima, Phthisis significatio, differentiæ.

Phthisis græcè, Tabes latinè, é consumptio, vel diminutio

- **Totius corporis ob**
  - **Vlcus pulmonis** — Hinc ē [r] affectus, q. à Græcis, & maximè ab Atheniensib⁹ [r] vocatur phthoe, & ab Hippoc. phthisis, & hinc dicuntur phthinodeis, q. habent vlcus in pulmone, vel ad id sūt sunt habiles. Phthisis igit vera, & propriè dicta est consumptio, vel diminutio toti⁹ corporis cū parua, & lenta, sed maligna febricula. Cui⁹ differentiæ sumuntur à
    - **Causa**
      - **Externa** — Hæc vlcus ī pulmone excitat, quatenus in eodem soluit continuum, id autē facit (veluti dictum est in sputo sanguinis) p se, vel per aliud rumpendo, vel erodendo aliqd in pulmone. Talis autem causa sunt Res
        - **Faciendæ**: Motus [a] corporis, vel aīæ vehementior vas per se rumpens, vt in Iuuenibus persępè accidit. Assiduum rei alicuius studium, & tristitia. Sic [b] reliqua gignentia plenitudinem, vel cacochymiam, phthisim procreant.
        - **Assumendæ**: Alimenta nimios [a b] humores, vel acres, vel salsos gignentia, vel caput fluxionibus obnoxium reddentia; [c d] lepus marinus; [d] medicamenta acria sputum sanguinis mouentia phthisim quoq; faciunt.
        - **Excernendę**: Si retineantur, quæ solita sunt per deiectiones, vrinas, menses, [e] hęmorrhoidas, vel aliter excerni, possunt vas in pulmone frangi, & vlcus excitare. Id quod etiam per se ob motus violentiam non rarò facit ipse vomitus.
        - **Incidentes extrinsecùs**: Ambiens aer calidus [f] humidus caput implens, quòd mittit ad pulmonem fluxiones. Frigidus [f] vas abrumpens: Inequalis vt in Autumno tabē faciens, & patefaciēs. [g] Rex extrinsecùs occursantes vt gladius, [h] lapis, & id genus cætera vulnerantia, & contundentia [i] phthisim gignunt.
      - **Interna q̄ est**
        - **Patiens, & est habilitas ad phthisim pennes**
          - **Tēperamentū**: Dicit [k] Hippoc. fieri phthisim in frigido, & humido temperamento ob humorum prauitatē, [k] & natiui caloris debilitatem. Tales autem sunt glabri. Sed etiam in biliosis facilè fit, quia facilè in ijs, & frangūntur, & eroduntur vasa.
          - **Habitum corporis**: Ex [k] Hipp. habitus obæsus, & debilis est propensus ad phthisim. Sed Aretæus [l] vult graciles esse magis aptos. Omnes [m] conueniunt eos esse maximè habiles ad phthisim, quibus pulmo, & thorax est angustus, & scapulæ in modum alarum prominent. Vnde vocantur pterigodeis, ideſt, alati; & tales [n] vocantur etiam phthinodeis, ideſt phthisici, vt illi, qui habent vlcus in pulmone. Sunt etiam apti ad phthisim, qui laborant catharro.
          - **Aetatem** [l]: Ex Hippo. [o] à decimoctauo vsq; ad 35. fit phthisis, ex [p] Celso à 18. ad 35.
          - **Sexum**: Fœminæ [l] sæpiùs ex Aretæo incidunt in phthisim. Ex Conciliatore [q] viri, & ex eodem est morbus [p] hereditarius.
        - **Efficiens, .i. materia faciens, vel fouens vlcus, quæ materia est**
          - Sanguis [s] ex vase in pulmone fracto, vel eroso, vel aperto egressus, & putrefactus.
          - Pus in [t] peripneumonia, pleuritide, [u] empyemate.
          - Catharrus [x y] acris, vel salsus à capite ī pulmone destillans: Hinc adeò sæpè fit phthisis, vt illam à capite ferè oriri asserat Celsus, [a] & Gal. [b] vnam maximam statuat [x] Tabis .i. phthisis differentiam, q̄ constat ex illis, quos caput demittit, fluxibus.
          - Potest etiam esse alia materia, quæ vel fit [c] in pulmone per se, vt in asthmate, aut abscessu pulmonis ipsius, vel ab alijs [c] partibus ad pulmonem deferatur & non ex capite.
    - **Morbo q. est**
      - **Vlc⁹** — Est [d] propriissimus, & legitimus morbus in phthisi vera, [a] & propriè dicta vlcus ipsum: quod vlcus licet interdum capiatur pro omni morbo, vt in lib. de inæquali intemperie cap. 6.: hic tamen accipitur pro solutione continui, quæ non fit recens, sed pertransierit tres, aut quatuor dies, vel diutius inueterauerit, & tunc propriè vocatur vlcus. Cuius differentiæ sumuntur ab ipsius vlceris
        - **Essentia**: Hinc dicitur vlcus magnum, paruum, [e] profundum, superficiale, & aliæ similes assignantur differentiæ sumptæ à figura, magnitudine, æqualitate, & sic ab essentia, & substantia vlceris, neq; assignātur differentiæ particulares, vt cancer, herpes, [e] chironium, telephium, & eiusmodi, neq; et plures ex generalibus, quia vlcera pulmonis non patent sensui visus.
        - **Accidente aliquo**: Vt, cum vlcus dicitur esse in hac, vel illa parte pulmonis, licet hæc differentia sit sumpta à loco affecto. Ita, cum dicit vlcus esse sordidum, inflammatum, vel cauum, non est differentia essentialis vlceris, at explicatur alter affectus cum vlcere copulatus. Si verò dicatur vlcus recens, vel vetustū erit differentia sumpta à tempore, & cum dicitur vlcus recens intelligitur per comparationem ad vlcus quod ad menses, & annos durauit, atq; ita inueterauit.
      - **Macies**: Hæc, nisi tanta sit, vt lædat actiones, dicitur esse symptoma in affectibus, & qualitatibus corporis visibilibus vel tangibilibus. At, si lædat actiones est morbus in magnitudine corporis imminuta.
      - **Febris** — Hæc, licet rōne vlceris sit veluti symptoma, tamen in se est morbus. Talis autem febris in phthisi est
        - **Hectica**: Sunt [f] quidam, qui putant in phthisi non esse febrem hecticam, quibus videtur fauere Gal. [g] in lib. de marcore c. 7. vbi dicit febrem hecticam non oriri ex pulmone, quia est humidus [g] & per respirōnem refrigeratur. Atq; idem primo aph. 12. dicit [h] Tabi (& intelligit phthisim) quotidie, & magis ad noctem accessiones fieri. Quarè in phthisi non est febris hectica. Sed hoc est contra Gal. multis in locis vt 4. de caus. puls. 11. & 3. primi epidem. 9. vbi apertissimè dicit in phthisi esse febrem hecticam. Quamobrem asserendum est adesse phthisi hecticam, & ad locū Gal. de marasmo dicēdū ē, quod ibi loquebatur de hectica marasmode & 12. aph. 1. lib. respōdendū est ibi Gal. asserere in phthisi esse febrē quotidianā, nō tñ negare adesse ēt hecticā.
        - **Putrida**: Testatur Gal. [i] se vidisse in tabidis mixtam hecticæ aliquā ex circularibus, aut tertio quoq; die inuadentibus, aut quotidie; & (vt Hipp. ait) infestatur tabidi ēt quintana. [i]
    - **Loco affecto q. est**
      - **Pulmo** [r] — Hic afficit' in phthisi vera, & propriè dicta q̄ est vlcus pulmonis. Afficitur autem pulmo
        - **Per essētiā**: Est, cum causa faciens vel fouens vlcus non fluxit aliunde, sed per se est in pulmone, siue fit in pulmonis carne, siue in arterijs, & his aut asperis aut leuibus, siue in venis arteriosis.
        - **Consensū à**
          - **Toto**: Vt in febribus præsertim pestilentibus, & malignis.
          - **Partibus**
            - **Capite**: Hinc sæpissimè fit phthisis, immò vt dicit Celsus [k] (oritur phthisis ferè à capite, & [l] Gal. hanc ponit maximam phthisis differentiam, & affert, phthisim cū multas [m] alias causas, & corporis status, tūm pręcipuè capitis destillationē consequi, nam persæpè à capite ad pulmonem transmittitur materia [n] acris, vel salsa, quę eumdem exulcerat.
            - Larynge [o] in Angina.
            - Membrana [o] succingente in pleuritide.
            - Spatio intermedio inter thoracem, & pulmonem, vt in Empyemate. [o]
            - Pulmone ipso, [o] vt in peripneumonia asthmate, abscessu, tuberculo pulmonis.
            - Ventriculo, intestinis, hepate, [p] liene, [q] vtero: Ab his etiam partibus interdum transmittitur materia ad pulmonem fouens continuū, atq; ita phthisim procreans.
      - **Thorax**: Vlcus in thorace vocatur etiam phthisis. [r]
      - **Aspera arteria** [s]: In hac etiam [p] excitatum vlcus dicitur phthisis. Addit Author definitionum medicarum etiam fauces, sed fortè per fauces intellexit asperam arteriam.
    - **Symptomate**
      - **Macie** [t]: Macies, nisi lædat actiones, est (veluti dictum est) symptoma in affectibus, & qualitatibus corporis visibilibus, & tangibilibus.
      - **Febre**
        - **Hæctica**: Hęc sæpe est in vera phthisi, q. eq̄d dicat Gorrhæus, & alij
        - **Putrida**: Hæc etiam persæpè reperitur in phthisi
        - Febris in phthisi dr esse symptoma in affectibus corporis tangibilibus.
  - **Quālibet aliā causam** [r] — Gal. secundo primi de morbis [t] vulgarib' com. 10. loquens de Hippo. inquit. At quos tabidos [r] dixerit parūm constat, nam solet eos, quorum quocumq; modo extenuantur, & tabescunt corpora illo vocare nomine, nedum eos quibus ob pulmonis exulcerationem totum liquescit corpus. At ex [u] Celso tabes, quæ non est ex vlcere pulmonis est
    - [u] **Atrophia**: In hac ex Celso [u] corpus non alitur, & naliter semper aliquibus decedentibus nullis verò in eorum loco subeuntibus summa macies oritur. Atropia hæc ideſt innutritio duabus de causis (vt inquit ille) incidit, tum ob pauciorem, tum ob pleniorem victum. Ita, vel quod deest infirmat, vel quod superat corrumpitur. A Gal. [x] & alijs in phthisi non reponitur, sed dicitur esse illi similis, & à pluribus causis fieri.
    - [u] **Cachexia**: In hac ob malum corporis habitum, alimenta corrumpuntur, siue malus ille habitus ex longo morbo, siue ex prauis medicamentis, siue ex prauis, & inutilibus cibis ob penuriam vsurpatis, contractus fuerit. In hoc affectu præter tabem accidunt in superficie pustulæ, vel in aliquibus corporis partibus tumores. Hanc cachexiam Gal. [y] videtur ponere in atrophia. Fortè etiam per tabem. primo ad Glauc. 9. intelligi hanc cachexiam, cum dicit quemdam corrupto iudicio vsum balneis calefacientibus in tertiana, siccantibusq; extenuato corporis habitu tabe consumptum fuisse.
    - **Phthisis**: De hac dictum est supra, quam idem Celsus dicit esse exulcerationem pulmonis, & oriri ex capite.
- **Partium** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Vigeſimæſeptimæ.

- Partium
  - Pupillæ
    - Galenus 10. [A] de vſu partium cap. 5. inquit. Affectus autem, quæ phthiſim, ideſt, tabem appellant [A] ſolius eſt imminutæ pupillæ corrugatio. Et tertio aphor. [B] 16. dicit. Quarè mihi videntur nonnulli fuiſſe coacti de oculis tabitudines intelligere ita, vt in ſiccitatibus fiant lippitudines tabidę. i. ad tabem oculorum terminantes. Atq; ita ipſa tabes, ideſt, phthiſis eſt, ex qua [A] oculi fiunt extenuati facta ſimul [C] & ipſa pupilla anguſtiore.
  - Renum
    - Hippocrates in libro de internis affectionibus [D] dicit quoſdam ex renibus ſuppuratis incidiſſe in phthiſim renalem. Hæc, eadem [E] Author Introductorij de ipſo Hippocr. refert.
  - Coxendicis
    - Ideo Hippocrates [F] Coacis prenotionibus dicit. Tabes coxendicum leuiter accedit quibus ſæpè recidiua contingit, ſi ſemeſtre tempus tráſmiſerint, & in contextu græco eſt phthiſis.
    - Hoc idem refert Author introductorij de Hippocrate.

AVCTORITATES.

a Tertio aphor. 29.
b Quinto meth. 2.
c Auic. lib. 3. f. x. tr. 3. cap. 4.
d De Theriaca ad Piſon. 4.
Primo de medic. Sm̃ genera c. 1.
e De venę ſect. aduerſ. Eraſiſtr. cap. 6.
f Tertio aphor. 16.
f Tertio tertij epidem. 66.
g Tertio aphor. 22.
h Quinto meth. 2.
i Quinto aph. 13.
Tertio de cauſ. ſympt. 2.
k Tertio tertij epidem. 70.
Tertio ſexti epidem. 18.
l Aretæus lib. 1. diuturn. cap. 8.
m Tertio aphor. 13.
Primo primi epidem. 18.
n Quarto aphor. 8.
Primo primi epidem. 18.
o Quinto aph. 9. Tertio aph. 29.
p Celſ. lib. 3. cap. 22.
q Conciliat. differ. 193.
r Septimo aph. 16. Quinto aph. 11.
Primo aphor. 12.
De cauſ. morb. 7.
Sexto de ſanit. tuend. 9.
Aurelianus 2. tard. paſſ. cap. 14.
s Quinto meth. 9. 13. 14.
t Quinto meth. 8.
u Quinto aphor. 15.
x Tertio tertij epidem. 32.
y Quinto meth. 13. 14.

a Celſus lib. 3. cap. 22.
b Primo primi epidem. 17. 18.
c Primo primi epidem. 17.
d Septimo aphor. 16.
e Tertio meth. x.
f Gorrhæus in defin. medic. de phthiſi
Fernel. lib. 4. de Febrib. cap. 8.
g De maraſmo 7.
h Primo aphor. 12.
i Tertio primi epidem. 9.
k Celſus lib. 3. cap. 22.
l Primo primi epidem. 17. 18.
m Tertio 3. epid. 32. 5. met. 13. 14.
n Quinto meth. 13. 14.
o Secundo de præſag. ex pulſ. primo.
p Sexto aphor. 12.
q Celſus lib. 4. cap. 4.
r In definitionibus medicis.
s Quinto meth. 12.
t Secũdo 1. epid. 13. Tertio aph. 10.
t In definitionibus medicis.
u Celſus lib. 3. cap. 22.
x 14. meth. 15. De diff. ſympt. 4.
y 12. meth. 5.
z Primo ad Glauc. 9.

A Decimo de vſu part. cap. 5.
B Tertio aphor. 16.
C In introductorio, vel medico 15.
D Hipp. de internis affect. pag. 266.
E In introductorio cap. 13.
F In coacis. prænotion. pag. 567.

Signa

Tabula Vigesimaoctaua, Phthisis signa.

Signa phthisis propriè dictæ sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio [a] causarum procatarcticarum, quæ haberi possunt ex ægrotante, & assidentibus, & magis faciunt ad comparandam Medico gloriam, quàm spectent ad ægri salutem, & ideò sponte hic omittuntur.
- **Indicatiua quæ monstrant**
  - **Causam**
    - **Externam** — Indicia monstrantia [b] causas externas sunt eædem ipsæ [c] causæ, quæ antecesserunt, vt motus vehementior, casus, ictus, quæ vas pulmonis fregerunt, sic assumptio cibi, vel medicamenti acris, vel habentis vim exulcerandi pulmonem, vt est lepus [D] marinũ.
    - **Internam quæ est**
      - **Habilitas subiecti ad phthisim ratione**
        - **Passi, vel patientis apti ad phthisim ob**
          - **Temperationẽ** — Pituitosi, [d] & glabri ob frigiditatem, & prauos humores. Biliosi ob aptitudinem ad frangenda vasa aptiores sunt ad phthisim, & cognoscuntur ipso sensu visus.
          - **Habitũ corporis** — Apparent scapulæ [d e] prominentes in [f] modum alarum; collum est longum cum prominente gutture. Thorax cernitur angustus, & plerumq; adest totius corporis gracilitas.
          - **Ætatem** — Ab anno 18. vsq; ad 35. ex Hippocr. 5. aphor. 9, ex Celso [g] à 12. ad 30.
          - **Sexum** — Mulieres ex Hippo. & Galeno tertio tertij epidem. 70. aptiores sunt ad phthisim, sed ex [h] nonnullis mares ipsi.
        - **Agentis** — Sunt proni ad phthisim ratione [i] agentis illi, quibus acris, vel salsus humor destillat à capite ad pulmonem, si sentiunt sputum veluti salsilaginem, & illorum facilè caput impletur. Vnde, si istę duæ causæ [k] coeant, scilicet dispositio patientis ob thoracis angustiam, robur agentis, videlicet acris à capite ad pulmonem fluxio, tales ad tabem sunt maximè proni.
      - **Materia fouens vel faciens vlcus, quæ est in pulmone per**
        - **Essentiã, & talis materia est**
          - **Sanguis ex vase in pulmone fracto, vel aperto egressus** — Antecesserunt [l] causæ facientes sputum sanguinis, & etiam antecessit sputum sanguinis ex pulmone.
          - **Pus in Peripneumonia / Pleuritide** — Antecessit [m] peripneumonia, quæ suppurauit, sic antecessit pleuritis. [m]
          - **Asthma, abscessus pulmonem sua propria qualitate exulcerans** — Antecesserunt [m] in pulmone tales affectus, & adsunt signa phthisis inferiùs ponenda.
        - **Consensum** — Huius signa ponentur inferiùs.
  - **Morbũ, .i. ipsum vlc⁹ pulmonis, quod monstrant**
    - **Causæ** — Antecesserunt causæ externę [n] aptæ ad frangendum vas, & vlcus procreandum. Adest habilitas ad phthisim, catharrus acris, vel salsus, solutio continui, quæ non fuit conglutinata primis duobus, aut tribus diebus. Empyema non repurgatum in quadraginta diebus, & similia.
    - **Effecta .i. symptomata, quæ sũt**
      - **Affect⁹, & qualitates corporis, quæ visu, auditu, olfactu, & tactu cognoscũtur** — Istæ [o] qualitates corporis ante alia symptomata ponuntur, quia magis significant phthisim quàm alia. Adest extenuatio totius corporis, vnde nares sunt acutę, & [p] resimę, oculi concaui, collapsa tempora, scapulæ in modum alarum prominentes, costæ optimè [q] numerari possunt, apparent insertiones cum vertebris, & demùm pellis tantùm, & ossa sunt in phthisico; ita, vt digiti tenues, & articuli sint crassi, vngues curui & ventris, aut intestinorum appareat vestigium. Adest color plumbeus in toto corpore, & etiam in facie à principio, sed postea genæ fiunt rubentes; apparent hypochondria [r] inania, retracta, & spinæ adhærentia; tumor in extremitatibus; Vox [s] est rauca, & interdum plorosa, & clangosa ob siccitatem. Sentitur flatus in ventre, & difficultas respirandi, fœtor in sputu, & anhelitu, vnde phthisicorum consuetudo non est secura. Adest febricula [t] lenis & hectica, interdiù leuior, & noctu grauior, cuius calor non sentitur ab ægrotante, nisi post ingestum cibum; veluti non sentitur calor calcis, priùs, quàm in ea inijciatur aqua, & cum febre hectica in phthisi non [u] rarò coniuncta est putrida, vt quotidiana, tertiana, quartana, quintana.
      - **Excreta** — Sputum est [a] purulentum, [b] fætens, præsertim si ponatur in carbonibus, & petens fundum in aqua, lentum, rotundũ, mixtum cum crustis varijs pulmonis, & vasorum. Interdum est vt grando, [C] vel lapis colore infectũ est nunc [c] albo, nunc viridi, nunc liuido, nunc atro, & interdum retinetur. Vrina est oleosa & furfuracea, & squamosa ob colliquationem solidarum partium, in cæteris autem conditionibus non est dissimilis naturali. Deiectiones plerumq; sunt similes naturalibus, at propè mortem adest diarrhea, [d] vel lienteria, adest [e] sæpè sudor circa frontem, & in collo, vsq; ad pectus, nam à calore præter naturali dissoluitur humidum quod nutrire debebat.
      - **Actiones læsæ** — Sentitur [f] grauitas in thorace, & si vlcus ad membranam pertingat, dolor scapulę vsq; ad humerum. Adest vigilia, sitis, appetentia prostrata. Tussis sępè infestat, & præsertim in aurora. Rigor interdum superuenit. Pulsus est paruus [g] languidus, mollis, hecticus, & modicè velox. Respiratio parua, frequens, læsa est attractio, retentio, coctio, expulsio, & nutritio.
  - **Locum affectum, qui licet (vt quidam volunt,) possit esse thorax, & aspera arteria, & tunc sentitur dolor in parte affecta, tamen in phthisi propriè dicta plerũq;, vel semper est pulmo, qui in Phthisi afficitur per**
    - **Essentiã** — Antecesserunt, & adsunt nunc plures, nunc pauciores ex causis phthisis, quas suprà exposuimus, & adsunt symptomata prædicta, præsertim macies, tussis, & hectica absq; signis aliarum partium affectarũ, & tũc vlcus est in pulmonis.
      - **Substantia, vel carne** — Non adest dolor, sed magna [h] difficultas respirandi, & non rarò [i] per sputum talis substantia educitur.
      - **Arterijs**
        - **Asperis** — Adest magna difficultas respirandi, & sępè anulosa bronchi substantia expuitur. [k]
        - **Leuibus** — Adest magna inæqualitas, & inordinatio in pulsu, & sæpè cordis tremor, & syncopa.
      - **Venis arteriosis** — Adsunt palpitatio, [l] syncopa, & pulsus inæqualis & sæpè lacerato vlcere expuitur sanguis.
    - **Cõsensũ à**
      - **Toto** — Adsunt febres malignæ, & pestilentes, vel cacochimia.
      - **Partib⁹**
        - **Capite** — Sępissimè à destillatione acri vel salsa fit phthisis. Adsunt signa [m] catharri, sentitur veluti salsilago in sputo, titillatio in faucibus, quæ sæpè à tali catharro exulcerantur, Adest capitis grauitas, vel dolor, aurium sonitus, vertigines, & similia ostendentia caput ipsum [n] esse affectum.
        - **Ventriculo, liene, vtero, hepate, larynge, pleura, spatio intermedio** — Adsunt [o] signa dictarum partium affectarum.
  - **Symptoma** — Ad cognoscendum symptoma, vt extenuationem corporis, tussim, sputum purulentum, & similia non est opus signis, cum illa pateant ad sensum, sed hectica cognoscitur ex calore, qui sentitur post assumptum cibum.
- **Prognostica quæ spectant ad phthisĩ**
  - **Futurã**
    - **Pronunciant phthisim futuram**
      - **Habilitas, vel dispositio patientis** — Thorax angustus, [p] scapulæ in modum alarum prominentes, collũ longum cum prominenti gutture, grauitas corporis ita significant phthisim, vt tales dicantur phthisici.
      - **Robur agentis** — Acris, vel salsa [q] materia ad pulmonem destillans; Empyema [r] non [s] repurgatum in quadraginta diebus; Sanguis [Q r] ex vase rupto, aut aperto in pulmonem profectus significant futuram phthisim.
  - **Factã, & tunc per signa prognostica præcognoscit**
    - **Euẽtus** — Exitus in phthisi plerumq; est ad mortem, immò dicunt multi [t] phthisim esse prorsus insanabilem. Causa; cur non possit sanari phthisis, non est (vt Antiqui credebant) ob perennem motum pulmonis, quia mouetur etiam thorax, & septum; in quibus tamen vlcera sanantur, sed, quia non potest vlcus repurgari, nisi per tussim, & hæc lacerans pulmonem dilatat vlcus, & ad ipsum attrahit materiam. Præterea [u] non adest caro, quæ iuuet ad conglutinandum. Adhæc sunt magna vasa in pulmone, quę dum vlcus repurgatur, emittunt multum sanguinis, qui putrescens, renouat, & auget vlcus, Adhęc [x] medicamenta siccantia, & astringentia nõ possunt peruenire ad vlcus pulmonis, nisi cum ijs misceantur calida. quæ vlceri, & febri nocent. Ex his & huiusmodi causis asserendum videtur phthisim nullo pacto sanari posse. Fatemur nos [y] cum Hipp. phthisim [z] esse læthalem cum capilli à capite defluunt, vel superuenit alui fluxus; &, si sputum iniectum carbonibus malè oleat; aut, si retineatur [&]. Et dicimus cũ Gal. [z] facilè mori eos phthisicos, qui pectus habent angustum, non tamen existimamus phthisim numquam posse persanari; sed, si vires sint validæ, & ęger dicto sit audiens, & omnia ex arte fiant, putamus phthisim curari posse, & nos quatuor sanauimus.
    - **Tẽpus** — Hic morbus [A] sua natura est longus, vnde non rarò viuunt phthisici, octo, decem, & duodecim annos; immò refert Auię. se vidisse mulierem vixisse in phthisi 23. annos. Intereunt tamen interdum citò ob febres malignas phthisi annexas.
    - **Modus ad**
      - **Mortẽ** — Est plerumq; per suffocationem, [B] quia eousq; extenuati viuunt, donec ex tussi, & per ea, quæ expuunt possunt pulmonẽ expurgare: interdum etiam syncopa correpti intereũt, & per viriũ resolutionẽ, & veluti marcorẽ ob alimẽti defectũ.
      - **Salutẽ** — Id rarò fit, &, si fit est per solutionem, & non per crisim, nam vacuata materia, & paulatim deterso, & glutinato vlcere sanantur, interdum etiam vlceri callus inducitur & ita vitam prorogant, & hęc curatio ab Auicenna [C] dicitur blandiens, & ab alijs palliatiua.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag.expulſ. 11.
b Primo prognoſtic.4.
de art.medic.7.
c De remed. parat.facil. cap. primo.
D De theriac.ad Piſon.cap.4.
primo de Compoſit. medicam.
per genera. cap.pri.
d Tertio tertij epid.70.
Conciliator differentia.193.
e Auic.lib.3.f.10.tr.4.cap.20.
Tertio aphoriſmorum 29.
f Primo primi epidem.18.
Tertio 6.epidem.18.
g Celſ.lib.3.cap.22.
h Aretæus lib.pri.diuturn. cap.8.
i Tertio tertij epidem. 19.32.66.
x Primo primi epidem.18.
Tertio aphoriſmor.13.
l Quinto meth.12.
m Auic.lib.3.f.10.tr.4.cap.19.
Quinto meth.2.8. 12.
n Primo primi epidem.18.
Quinto aphoriſmorum 15.
o Auic.lib.3. f.x.tr.4.cap.22.
p De cauſ.morb.7.
q Arєteus lib.p.cap.8.
r Aretæus lib.primo cap.8.
s Paulus lib.3.cap. 32.
t De cauſ.pulſ.xi.
u Tertio in primum epid.9.

a Quinto aphoriſm.xi.
b Septimo aph.15.16.
c Aretæus lib.primo cap.8.
C Alexand.lib.5.cap.4.
d Quinto aphoriſ.12.14.
e Tertio de cauſ.ſymptom. 2.
Auic.lib.3.f.x.tr.4.cap.22.
Secundo prognoſt.60.
f Aretæus vbi ſuprà.
g Quarto de cauſ.pulſ.xi.
de pulſ. ad Tiron.xi.
h Quarto de loc. affect.8.
i Auic.lib.3. f.x.tr.pri.cap. 39.
x Quarto de loc.affect.3.
Quinto de loc.affect.3.
l Quinto meth.12.
m Quinto meth.2.xii.xiiii.
n Aetius lib.8. cap.59.
o Paul.lib.3.cap.31.
p Primo primi epidem.18.
p Quarto aphoriſ.8.
Q Tertio aphor.30
q Primo primi epidem.18.
Secundo Aphoriſmor.34.
r s Quinto aphoriſmor.15.
t Quinto meth.8.11.12.13.14.
Conciliator differentia.193.
u Quinto meth.xi.8.
x Septimo catatop.4.
y Quinto aph.xi.xii.xiii.
& Septimo aphoriſ. 16.
z Secundo aphoriſmorum 34.
primo aphoriſ.12.

A Auic.lib.4.f.x.tr.4.cap.18.
Primo primi epidem.19. 20.
B Septimo aphoriſmorum 16.
Primo primi epid. 19.20.
C Auic.lib.3.f.x.tr.5.cap.5.

Tabula Vigesimanona, Phthisis curatio.

In curanda phthisi, operæ, seu intentiones curatiuæ sumuntur à

- **Causa**
  - **externa**
    - Hec, si abijt, [a] nihil indicat. At, si adsit morbum fouens, vel augens, statim est amouenda, & vsurpanda causa contraria.
    - Vt ambiens humidus, cum augeat putredinem in vlcere pulmonis est vitãdus, & eligendus siccus, vt est inter Neapolim, & Surrentiũ [b] Tabijs.
    - Ita vitanda tristitia, & cæteræ curæ, alimenta praui succi, & similia vlcus fouentia, vel augentia.
  - **Interna q̃ est**
    - **Habilitas ad phthisĩ**
      - Thoracis angustia curari non potest, gracilitas quoq; difficilè potest remoueri; & ab ea [c] indicatur refectio per victus rationem, & medicamenta veluti dicetur inferius.
    - **Materia ipsa, q̃ ē causa**
      - **Antecedẽs côtẽtain**
        - **Toto corpore, q̃ est**
          - Plethora, vel multitudo, aut plenitudo quoad vasa, quę rũpens, aut aperiens vasa, põt vlcus in pulmone facere, & conseruare, vel fouere, aut augere.
            - Ab hac indicatur [d] paucitas, vel vacuitas, tũ per sanguinis missionẽ, quæ per se vacuat; tùm per [e] inediam, quę vacuat per accidens.
            - Conuenit, & reuulsio, & cætera dicta in sputo sanguinis.
          - **Inhibitio, ne noua materia generetur**
            - Id præstat conueniens [g] victus ratio, quantitate quidem mediocris, substantia verò boni succi; in qualitate verò ratione humoris conuenit frigida, & humida, at ratione vlceris temperata in actiuis, & sicca in passiuis.
            - Potus sit aqua hordei cum iulep violaceo, vel vinum album tenue. Celsus laudat austerum. [f]
            - Cibus sit ptisana, [h] carnes auium non aquatilium, hædorum, pisces saxatiles. Aer ratione humoris (vt dictũ est de victu) confert frigidus & humidus, sed ratione vlceris [H] siccus. Facit quies, somnus, & vacatio ab animi perturbationibus. Aluus irritanda est clysteribus nunc mollioribus, nunc acrioribus.
            - Inhibebitur quoq; ne noua materia generetur, si robur addatur partibus coctioni seruientibus, vt ventriculo, & hepati per medicamenta refrigerantia, & astringentia.
          - **Cacochimia. i. humorũ prauitas à qua ĩdicat**
            - **Alteratio genitę materiæ per**
              - Victus rationem ― Confert dicta victus ratio.
              - Medicamenta
                - Syrupos ― Facit syrup. de endiuia, violatus, de capillo veneris, de liquiritia, de hyssopo, de prassio.
                - Decocta, vel aquas ― Ex hordeo, endiuia, cichorio, violis, cap. veneris, hyssopo, prassio
                - Antidotos ― Confert zaccarum violaceum, & rosaceum [i] est optimum.
            - **Vacuatio p**
              - Sanguinis missionem ― Si vires, & cætera consentiant, mittendus est [k] sanguis ex interiore cubiti vena, præsertim si sit limosus, & crassus. At, [l] si vires sint infirmæ priùs sunt reficiendæ, postea mittendus est sanguis.
              - Medicamẽta indita p
                - Os ― Faciunt pilulæ Gal. ex aloe, [l m] scammonea, colocynthide, agarico, bdellio, gummi, sic pil. cochiæ, aureæ, aggregatiuæ quibus, & similibus per interualla vtendũ [l]. Conferunt ẽt aquæ thermales ferreæ, & alluminosæ, quæ ẽt alterant materiam, & ventriculum, & hepar corroborant, & ego sæpè sum expertus.
                - Anum ― Conferunt [n] clysteres acriores.
            - **Reuulsio** ― Reuellunt dicta euacuationes, tùm cucurbitulæ frictiones, & vincula.
        - **Partibus**
          - **Capite, à qua ĩdicat**
            - **Vacuatio**
              - Vniuersalis, idest, respiciens totũ corpus ― Conuenit sanguinis missio, [o] & purgatio, veluti supra est dictũ.
              - Particularis, .i. respiciẽs ipsum caput per admota
                - Interiùs
                  - Mouentia [p] sternutamentum nocent pulmoni, si tamen corpus sit benè purgatum, conferunt errhina, & apophlegmatismata.
                  - Mirabiliter facit suffitus ex puluere rosarum, mirthi, furfuris, thuris.
                - Exteriùs
                  - Conferunt decocta siccantia, & Ducię, vt Sancti Philippi, Corsinæ, sic cerata ex stercore [q] columbino, thapsia, ita synapismus puluis capitalis. Facit sanguis missus ex fronte, naribus, post aures.
                  - Ita cauteria ad suturam coronalem, labdoidem, & primam ceruicis vertebram.
            - **Inhibitio, ne ferat ad pulmonem per**
              - Auersionẽ ― Hanc præstat vacuationes [o q] dictæ tùm vniuersales, tùm particulares, ita frictiones, vincula, cucurbitulæ. [r]
              - Siccationẽ, vel incrassationem catharri ― Hanc præstant Theriaca [s] recens, Mithridatum, Athanasia, [t] trocisci diaspermaton, [T] bolus armenus, faciunt, & suffitus ex puluere thuris, rosarum, myrthi, furfuris.
          - **Larynge, thorace, atq; alijs partibus** ― Petuntur intentiones curatiuæ ab affectibus dictarum partium. [u]
      - **Continẽs, vel coniuncta, à qua indicatur extractio p**
        - **Os** ― Hæc est propria via ad ea [u] vacuanda, quæ in pulmone continentur, & ad hoc faciunt bechica tussim [x] mouentia, quæ nocent vlceri ipsum dilatando, ac lacerando necessaria tamen sunt ad illud detergendum. Facit syrupus de hyssopo, de prassio, de scylla, iris, hyssopum, scylla, & similia.
        - **Externas thoracis partes per**
          - Medicamẽta ― Facit oleum camemelinum, amigdalarum dulcium, vnguentum pectorale, ceratum ex stercore caprino, columbino, [a] thapsia, synapismus.
          - Chirurgiam
            - Conferunt frictiones cum panno aspero ad thoracem, cucurbitulę tùm sine scarificatione, tùm cũ scarificatione, præsertim si sępiùs affigantur.
            - Laudat Celsus [b d] sex cauteria vnum sub mento, alterum in gutture, duo ad mammas. Item duo sub imis ossibus scapularum.
            - Aetius [c] etiam laudat cauteria, quæ proposuit in asthmaticis, & sunt 15. vt dictum est in curatione asthmatis.
- **Morbo**
  - Est autem morbus ipsum vlcus, à quo, quatenus est sordidum indicatur detersio, quatenus cauum, applanatio per sarcotica, sed quatenus vlcus indicatur glutinatio, idest, vnio solutæ continuitatis per
    - **Exiccationem quæ fit per**
      - Victus rõnem ― Conuenit panis bis coctus carnes auicularum montanarum, cancri fluuiatiles, amigdalæ, zaccarum rosaceum recens, cuius incredibilem quantitatem dicit [e] Auicen. comedisse mulierem, quæ, cum morti esset proxima reuixit per zaccarum rosatum. Ego sum vsus interdum decocto ligni Indici cum victu siccante, qui in eo exhibendo vsurpatur, & maximè contulit, vt ẽt refert Philippus Ingarsia. Facit aer [f] siccus vt est Thabijs.
      - Medicamẽta admota
        - Interiùs
          - Confert Theriaca [g] antiqua, Mithridatum, Athanasia, diacyminum, diaspermaton, bolus armenus, terra lemnia, samia.
          - Facit etiam aqua thermalis ferrea, & alluminosa, si in ea sæpè extinctus sit chalibs.
        - Exteriùs ― Facit ceratum ex stercore columbino, thapsia, & synapismus ad thoracem.
    - **Astrictionem per**
      - Victus rationem ― Conuenit lac [h] bubulum ex vaccis nutritis poligono, lentisco, arbuto, rubo, hedera, cythiso. Facit aqua hordei tosti. aqua pluuia chalibeata zaccarum [i] rosatum, omphacium, oriza, amilum, ptisana cum omphacio admixto zaccaro rosaceo, & bolo armeno.
      - Medicamenta
        - Facit mirabiliter bolus armenus, [k] terra lemnia, samia, lapis hæmatites, corallium, hypocisthis [l] balaustium, quæ sunt excipienda melle cum aliqua portione cynnamomi, croci, vel mirrhæ, vt faciliùs penetrent ad pulmonem. [l]
        - Conferunt trocisci de charabe, de terra sigillata, de spodio, de rosis excepti melle.
        - Mirabiliter etiam confert aqua ferrea, & sulphurea, vt de villa, & de Ficõcella, si in ea sæpiùs extinctus sit chalibs.
- **Symptomate** ☞ Vide ex altera facie.
- **Loco affecto** ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Vigesimænonæ.

- Affectu corporis
  - Febre, quæ licet in se sit morbus, hic tamen consideratur vt symptoma, & hæc febris est
    - Putrida, à qua indicatur
      - Inhibitio, ne noua materia generetur — Id præstabit, si abstineatur à lacte, & vsurpetur ptisana. [m]
      - Alteratio genitę materiæ per victum, & medicamenta.
      - Vacuatio per medicamenta indita per os, & anum.
    - Hectica, à qua indicatur refrigeratio, & humectatio per
      - Victus rōnem — Tres res maximè faciunt aduersus hæcticam, quę intus assumuntur. Cibus, [n] potus, & aer inspiratus. Ciborum optimum est lac [o] maximè asininum. Potionum, aqua frigida. [p] Aer ēt subterraneus, vel alteratus per irrorationē pauimenti ex aqua frigida, & sparsionem frondiū frigidiorū.
      - Medicamēta — Tria ēt exteri⁹ admota mirabiliter cōferūt, [q] Aer dict', Balneū [r] aquæ dulcis, & refrigerās Gal.
  - Extenuatione, vel macie totius corporis, à qua indicatur refectio, quam præstat
    - Cibus aptus ad nutriendum
      - Cum lac facilè coqui, & à partibus attrahi, atq; illas non mediocriter nutrire valeat, nihil est lacte præstantius. Nisi igitur [t] adsit capitis dolor, febris putrida, murmur, & suspensio in hypochondrijs, sitis, alui fluxus, assumatur ante cibū à duabus ad 8. vncias, à mammis haustum, vel statim mulctum, & abstineatur à somno, & valido motu. Optimum [A] est muliebre, asininum magis detergit, bubulum magis nutrit, medium est caprinum.
      - Confert lac non modo extenuationi, sed etiam febri hecticæ, & vlceri detergendo, [u] & glutinando. Vnde nihil est lacte præstantius. Facit caro testudinum, cochlearū, cancri fluuiatiles, contusum pulli, destillatū ex pullo, testudine, cochleis.
    - Robur additū partibus nutriendis — Cum partes ob siccitatem non attrahant, indicat opus esse madefactione. Vndè maximè confert [A] balneū aquæ dulcis tepidæ vsurpandum per horam ante lac, vel cibum, inuncto post balneum corpore cum oleo aliquo astringente. Confert balneum extenuationi, & hecticæ, sed phthisicis nocere dicit Celsus.
- Symptomate
  - Actione læsa, .i. à tussi — Cum tussis maximè noceat [D] vlceri dilatando, ac lacerando; illi occurrendum est per bechica tussim sedantia, vt est amilum, tragacanta, glycirrhiza, quibus interdum miscenda sunt narcotica. At, si in pulmone contineatur sanguis, vel pus, à quo immineat inflammatio, vel vlceris dilatatio, tunc ad ipsam materiam per sputum educendā vsurpandam sunt bechica tussim mouentia.
  - Excretis, .i. à fluxu alui
    - Ab hoc indicatur inhibitio fluxus per astringentia, ad quod facit mirabiliter medicamentum hoc Rasis. [B]
    - ℞. Gummi arabici, spod. j, boli armeni, pulueris myrthi an. drach. iij. cum syr. de papauere, vel myrthino exhibeatur quotidie drach. iij.
- Loco affecto
  - Pulmone, qui propriè afficitur in phthisi — Ab hoc cum sit præditus hebeti sensu, indicatur posse vsurpari validiora medicamenta præsertim cum iter sit longum. Indicatur etiam cū astringentibus [C] miscenda esse calida, & tenuium partium, vt possint ad pulmonem peruenire, & ob id cum bolo armeno, [E] hæmatite, corallio, & eiusmodi miscendum esse mel, piper, mirrham, crocum, & similia.
  - Thorace — Eadem curatione vtendum est in sanando vlcere thoracis, vt dictum est superius de pulmone. Sanatur autem facilius vlcus thoracis ob has tres rationes, [F] prima est, quia thorax est magis carnosus, secunda quia habet venas minores, tertia, quia non ita, vt pulmo læditur à tussi.
  - Asperæ arteriæ — Facilè sanantur vlcera asperæ arteriæ [G] per medicamenta admota
    - Interiùs — Ab ægro supinè iacente paulatim attrahatur per asperam arteriam mel rosaceum cum puluere ex trociscis de charabe, aut bolo armeno.
    - Exteriùs — Facit bolus armenus, sanguis draconis, & eiusmodi in aceto dissoluta, & parti affectę admota.

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Quinto meth. 12.
c Sexto de sanit. tuend. 8. Oribasius ad Eustat. lib. 5. 41.
d Secundo aphor. 22. Primo aphor. 3.
e Quarto aphor. 2.
f Cels. lib. 3. cap. 22.
g Auic. lib. 3. f. x. tr. 5. cap. 5.
h Quinto meth. 14.
H Quinto meth. 12.
i Auic. lib. 3. f. x. tr. 5. cap. 5.
k Quinto meth. 14.
l Nono meth. 13.
l m Quinto meth. 14.
n Quinto meth. 13.
o Quinto meth. 13. 14.
p Oribas. 8. ad Iulian. cap. 12.
q Quinto meth. 14.
r In introductorio cap. 18.
s Quinto meth. 13.

t Quarto de loc. affect. 8.
T Quinto meth. 13.
u Quinto meth. 8.
x Quinto meth. 8. De remed. parat. facil. 14. Septimo catatop. 3. 4.
a Aetius lib. 8. cap. 57. & 65.
b Corn. Cels. lib. 3. cap. 22.
c Aetius lib. 8. cap. 57. 65. 67.
d Celsus lib. 3. cap. 22.
e Auic. lib. 3. f. 10. tr. 5. cap. 5.
f Quinto meth. 12.
g Primo de antidotis 6.
g De theriaca ad Pison. 6.
h Septimo meth. 6.
i Auic. lib. 3. f. 10. tr. 5. cap. 5.
k Alex. lib. 7. cap. primo
l Septimo catatop. 4.
m Nono ad Almans. 54.
m Decimo meth. 11.
n Decimo meth. 7.

o Decimo meth. 11.
p Decimo meth. 8.
q Decimo meth. 8.
r Decimo meth. 10.
s Decimo meth. 9. Quinto meth. 12. Septimo meth. 6.
t Quinto aphor. 64.
u Tertio de aliment. fac. 16.

A De marcore nono. X. meth. x. Quinto meth. 8. Septimo meth. 6.
B Rasis 9. ad Almans. 54.
C Septimo catatop. 4.
D Quinto meth. 8.
E Quarto meth. 7.
F Quinto meth. 8.
G Quinto meth. 12.

ADNOTATIONES.

Aquæ thormales (H) *alluminosæ, & ferreæ, vt de Villa, & de Ficoncella, si in eis extinguatur plu ries chalibs ignitus, conueniunt ratione causæ antecedentis alterando, & vacuando,* (I) *nec non etiam inhibendo per corroborationem ventriculi, & hepatis, ne noua materia generetur. Conue niunt etiam ratione causæ coniunctæ detergendo vlcus. Conueniunt demùm ratione vlceris siccando, & astringendo, & ego sæpè in hoc casu sum illis vsus mirabili cum successu. Decoctum etiam ligni Indici omnibus dictis ob easdem rationes confert, & ego quoque, vt Philippus Ingarsia interdum sum vsus.*

Tabula Trigesima, Empyematis, ideſt, ſuppurationis, vel purulentiæ ſignificatio, definitio, differentiæ.

Empyema, vel echpyeſis, vel diapyema, & diapyeſis græcè, ſuppuratio latinè eſt mutatio materię, vel humoris in pus, quę mutatio fit in

- **[a] Qualibet parte corporis ſiue externa, ſiue interna.**
  - Hac ſignificatione omnis tranſmutatio [a] ad pus, Empyema communi vocabulo nominatur. Fiunt enim in animalis corpore (vt Gal. aſſerit [b] lib. 5. de ſimplicium medicamentorum facultatibus cap. 6. & [c] 2. aphor. 47.) tres alterationes, vel tranſmutationes. Vna à calore ſolùm naturali in ventriculo, hepate, ac partibus ſimplicibus, quæ ſimpliciter optima tranſmutatio dicitur, & ſecundum naturam. Altera à calore ſolùm [c] præternaturali in putreſcentibus, quæ tranſmutatio mala ſimpliciter vocatur, & contra naturam. Tertia ex vtriſq; eſt mixta, & medium inter has locum obtinet, neq; à ſolo calore ſecundum naturam, neq; à præternaturali facta, quarè ſemimala dicitur tranſmutatio.
  - In hac tertia continetur Empyema, nam fit quidem à calore innato, ex quo vnum ex naturalibus operibus vocatur à Galeno; [d] non tamen à ſolo fit calore [c] ſecundum naturam, ſed etiam ab eo, qui eſt præternaturam. Quarè mixtus quodammodo ex vtriſq; eſt calor, [c] quorum naturalis [e] quidem concoquit, pręternaturalis verò corrumpit; hac de cauſa pus, quod ex tali alteratione gignitur, neque aptum eſt, vt aſſimiletur parti tranſmutanti, neq; omninò eſt putrefactum quoddam, ſed medium inter iſta, magis tamen ad hoc, vel illud accedens, prout in tranſmutatione hic, vel ille calor magis, vel minùs ſuperauit. Præſefert autem [e] pus indicia caloris, qui in tranſmutatione ſuperauit ex colore, conſiſtentia, vel habitu, odore, & eiuſmodi. Quoniam, vbi calor naturalis abſolutè vicit, pus [e] eſt album, læue, æquale, & quamminimè fætidum: vbi vero abſolutè vicit calor præternaturalis, pus in omnibus dictis, conditionibus habet oppoſito modo. Vbi partim hic, partim ille ſuperat, mixtum pus gignitur, & quamuis conuerſio in pus opus naturale fit Gal. [d] teſte, pus tamen ipſum eſt toto genere præternaturam, tùm vt morbus, tùm vt excretum, nam ab eodem Gal. in lib. de morborum [f] differ. cap. 8. dicitur eſſe morbus in numero aucto toto genere præternaturam, vt excretum quoq; eſt toto [g] genere, vel tota ſubſtantia præternaturam.
  - Eſt autem pus [h] veluti cinis quidam, nam veluti relinquitur cinis ex vſtione lignorum, ita pus oritur ex vſtione ſanguinis, & humorum.
  - Reſpondet pus proportione [h] humori in vrinis ſubſidenti, & gignitur [i] in magnis inflammationibus præcipuè in illarum vigore, ex quo potiſſimũ duo illius indicia ponũtur ab Hip. [k] dicente, *Dum pus conficitur dolores, & febres magis accidunt, quàm iam confecto.* Sumuntur quoq; differentiæ tranſmutationum ex materia, [h] quę tranſmutatur, nam in optima tranſmutatione materia eſt prorſus benigna, in mala ſimpliciter materia ad nihil eſt vtilis: in media materia eſt, quæ neq; eſt prorſus benigna, neq; omninò aliena. [h]
- **Vno [l] ex viſceribus.**
  - Cùm in hepate, liene, aut alio viſcere materia præternaturam contenta in pus vertitur, talis conuerſio, vel mutatio empyema nominatur.
- **[a] Medio ſpatio inter thoracem, & pulmonem, qui affectus maximè propriè dicitur empyema, ideſt, ſuppuratio; &, q̃ hunc affectum habent, dicũtur Empij, & Empirici, ideſt, ſuppurati. Et hic eſt affectus, de quo agim⁹. Cuius differentiæ ſumuntur à**
  - **Cauſa**
    - **Externa**: Vt à plaga, [m] frigore, cruditate, ac demum ab omnibus rebus faciendis, aſſumendis, excernendis, vel incidentibus extrinſecùs; quæ, vel per ſe, vel per aliud, vt per pleuritidem, peripneumoniam, ſputum ſanguinis, & ſimilia, empyema faciunt.
    - **Interna q̃ eſt**
      - **Patiens quę eſt habilitas ad empyema**: Eſt in ijs, qui habent cauitatem illam, [n] ad eſt, ſpatium intermedium thoracis, & pulmonis, ſiue à natura, ſiue ab ictu, vel vulnere debile, & ſic aptum ad fluxiones excipiendas.
      - **Agens, vel efficiens, q̃ cauſa ẽ materia, à qua fit empyema, quæ materia ẽ,**
        - Sanguis [o p] ex vaſe in pulmone, thorace, aut alia parte rupto, vel aperto, vel eroſo egreſſus, & in thoracis vacuum effuſus, vbi (vt inquit Hippocrates [o] (neceſſe eſt ſuppurari. Hoc fit rarò.
        - **Pus ad Thoracis cauum tranſmiſſum**
          - Larynge [q]: Ab angina [q] interdum fit Empyema tranſmiſſo pure ad pulmonem, & inde ad thoracis cauum.
          - Pulmone [r]: In peripneumonia [r] interdum tranſmittitur pus ad vacuum thoracis, & fit empyema.
          - Thorace
            - Membrana ſuccingente: Sæpiſſimè fit Empyema ex pleuritide, [r] quæ non repurgatur in 14. [s] diebus.
            - Coſta colliſa: Quemadmodum (vt aſſerit [t] Hippocrates) eſt coſta colliſa ſanguis expuitur effuſus videlicet ad thoracis cauum, ita etiam pus effundi, & expui poteſt.
        - **Seroſus, [u] vel pituitoſus humor ad cauitatem thoracis tráſmiſſus à**
          - Toto corpore [u x]: Aſſerit Aetius [x] ſe nouiſſe quoſdam citrà febrem ſuppuratos ex ſeroſo, aut pituitoſo humore ex reliquo corpore in vacuum thoracis delapſo ibiq; putrefacto.
          - Capite [y]: Dicit Paulus ex fluxione [p] à capite fieri interdum Empyema, & hoc idem videtur aſſerere Hippocrates. [y]
  - **Morbo**
    - Quamuis in Empyemate morbus ſit vnus, diuerſa tamen ratione conſideratus dici poteſt obſtructio, morbus in numero, tumor præter naturam, & etiam intemperies. Poteſt enim conſiderari, vt eſt in partibus
      - **Simplicibus**: Hac ratione conſideratum Empyema dicetur eſſe intemperies calida thoracis cum materia purulenta, ſiue pus aliunde fluxerit, ſiue in thorace ex ſanguine extra venas egreſſo, vel ex materia ſeroſa, aut pituitoſa genitum fuerit.
      - **Multiformibus, vel inſtrumentarijs**
        - Hinc Empiema dicitur eſſe mala compoſitio, quæ eſt in
          - Conformatione
            - Meatuum obſtructorum.
            - Cauitatis præternaturam repletæ: Hinc Empyema dicitur eſſe obſtructio.
          - Magnitudine aucta: Hinc à Galen. [a] Empyema reponitur inter tumores præter naturam.
          - Numero aucto: Hinc, à Gal. [b] Empyema enumeratur inter morbos, qui ad numerum pertinent, & dicitur [b] eſſe morbus in numero toto genere præternaturam.
      - Poteſt quoq; dici Empyema morbus in ſolutione continui, quæ fit in thorace à pure erodente.
  - **Loco affecto**
    - Eſt autem in Empyemate propriè dicto locus affectus ſpatium intermedium inter thoracem, & pulmonem. Qui locus eſt affectus
      - **Per eſſentiam, & tunc affectus eſt per ſe, excitatus in thoracis latere**
        - Dextro [c]
        - Siniſtro. [c]
        - Vtroq; videlicet in dextro, & ſiniſtro latere.
      - **Per cõsẽsũ**: Siue afficiatur cauitas thoracis ĩ latere dextro, ſiue ĩ ſiniſtro, ſiue in vtroq; qñ afficitur per cõſenſum talis cõſenſus eſt à
        - Toto: Vt quando tranſmittuntur ſeroſitates ab vniuerſo corpore ad cauum thoracis. [d]
        - Partibus
          - Capite [e]: Interdum à capite deſtillat materia [e] ad thoracis cauum, quę ſuppuratur in 20. diebus.
          - Larynge [f]: In Angina [f] interdum tranſmittitur materia ad pulmonẽ, quæ niſi interficiat in 7. diebus facit Empyema.
          - Pulmone [g]: In peripneumonia, [g] & phthiſi ſæpè tranſmittitur pus ad thoracis cauum.
          - Mẽbrana [h] ſuccingente: Pleuritis, quæ non repurgatur in 14. diebus in empyema tranſmutatur. Hinc ſæpiſſimè fit Empyema [h] non exhalante [i] inflammatione, ſed in pus tranſeunte, & in thoracis cauum introeunte.
          - Coſta [l] colliſa: Hinc etiam trãſmittitur [i l] ſanguis, vel pus ad thoracis cauũ.
  - **Symptomate**: Hinc variæ ſumuntur differentiæ, vt magnum paruum; periculoſum, non periculoſum; cum multo, vel pauco, vel nullo ſputo: cum multa, vel pauca tuſſi; cum ſiti, vel ſine ſiti; cum ſono, & anhelatione, vel ſine ſono, & anhelatione, & eiuſmodi, nam ferè innumeræ ſunt differentiæ, quæ à ſymptomatis deſumi poſſunt.

Quinto

AVCTORITATES.

a Quinto aphor. 8.
Septimo aphor. 44.
Secundo progn. 57. 58. 59. 61.
b Quinto simplic. 6.
c Secundo aphor. 47.
d Quinto simplic. 9.
e Primo prognost. 42.
f De morb. differ. 8.
g De differ. sympt. 6.
h Primo de differ. febr. 6.
i Secundo de loc. affect. 3.
k Secundo aphor. 47.
l Septimo aphor. 45.
Quarto de caus. puls. 9.
l De tumoribus pręt. nat. 3.
m Aretæus lib. primo diuturn. cap. 9.
n Quinto meth. 8.
o Sexto aphor. 20.
p Paul. lib. 3. cap. 32.
q Quinto aphor. 10.
r Quarto de caus. puls. 9.
s Quinto aphor. 15. 8.
t Tertio de artic. 58.
u Quarto de loc. affect. 8.
pag. 27. G.
x Aetius lib. 8. cap. 65.
y Septimo aphor. 38.

a De tumor præt. natur. 3.
b De differ. morb. 8.
c Secundo prognost. 59.
d Quarto de loc. affect. 8.
pag. 27. G.
e Septimo aphor. 38.
f Quinto aphor. 10.
g Secundo prognost. 52. 58.
h Quinto aphor. 8.
Quarto de caus. puls. 9.
i Secundo acut. 9.
l Tertio de articulis 58.

ADNOTATIONES.

Vt patet ex hac tabella, & ex Gal. in lib. (A) *de tumoribus præt. naturam cap. 3. & in expositione* (B) *aphor. 44. septimi libri, & alibi, Empyema dicitur tribus modis.*
Primo accipitur pro (C) *qualibet suppuratione in quacunq; parte siue externa, siue interna.*
Secundo modo accipitur pro (D) *suppuratione, quæ fit in aliquo viscere.*
Tertio modo maximè propriè accipitur pro suppuratione facta in cauo (E) *thoracis, vnde propriè dicuntur Empyi, & Empyci, idest suppurati, vel purulenti illi, qui habent pus in spatio intermedio inter thoracem, & pulmonem.*

A De tumor. præter naturam 3.
A B Septimo aphor. 44.
C Quinto aphor. 8.
Secundo prognost. 57. 59. 61.
C Primo progn. 40.
Secundo prognost. 60.
D Septimo aph. 45. De tum. præt. nat. 3.
E De caus. puls. 9.
Secundo prognost. 60.
Sexto aphor. 27.

Tabula Trigesimaprima, Empyematis signa.

Signa Empyematis sunt

- Memoratiua
  - Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægrotante, & assidentibus, quæue magis faciunt ad Medici gloriam, [b] quàm ad ægri salutem, ideo hic omittuntur.
- Indicatiua à quib⁹ monstrãt
  - Causa
    - Externa
      - Signa ostendentia causas externas sunt eædem causæ [c] externæ, quæ antecesserunt, siue per se, siue per aliud faciunt Empyema, vt plaga, [d] frigus, cruditas, & eiusmodi.
    - Interna quæ est
      - Patiẽs, quæ est habilitas ad Empyema
        - Cognoscitur habilitas ad Empyema ex ijsdem signis, quibus percipitur propensio ad phthisim, vt ex figura [e] thoracis adeò angusta, vt scapulæ in modum alarum promineant, ita quoq; ex capitis imbecillitate multas destillationes ad thoracis cauum demittente. Sic, nisi repurgetur pleuritis, [f g] & peripneumonia.
        - Ratione ætatis est habilitas ad Empyema, sicut ad phthisim ab annis 18. vsq; ad 35.
        - Fœminę ex Aretæo [d] magis, quàm mares ad Empyema sunt propensæ.
      - Efficiens. i. materia faciens empyema quæ materia est
        - Sanguis ex vase rupto, aut aperto, aut eroso egressus
          - Antecessit sputum sanguinis, [h] ita quoque antecesserunt signa partis affectæ, idest, ex qua egressus est sanguis. [h]
        - Humor serosus, [i] aut pituitos⁹ citra febrim in thoracis spatium subitò defluens.
          - Antecesserunt signa talis humoris redundantis, vel in toto corpore, vel in aliqua parte, vt in capite; & citra febrem [i] laborans illicò ab angustię sensu difficulter spirat; & ab initio tenue, & exiguum sputum cum vehementi tussi, vbi verò concoctum est plus, & crassius, & cum mitiore tussi expuit.
        - Pus, ex larynge [k] membrana [l] succingente, pulmone, [m] vel aliunde in cauum thoracis delabens
          - Antecesserunt signa inflammationis, quibus postea successerunt signa suppurationis in dictis partibus, prout videlicet pus est sub ratione causæ antecedentis ratione empyematis, verum prout est causa continens ipsius empyematis, sentitur pondus, [n] & fluctuatio [o] in thorace, & reliqua adsunt empyematis signa inferiùs ponenda.
  - Morbus
    - Prĩcipalis
      - Morbus principalis, &, qui verè est morbus in empyemate, est obstructio, vel repletio caui inter thoracem, & pulmonem, qui etiam potest dici morbus in numero, vel in magnitudine aucta. Qui morbus his signis cognoscitur desumptis à causis, & symptomatis.
        - Antecesserunt causæ superiùs dictæ, siue vna, siue plures. Ponit Hippo. [o] & Galenus tria, ex quibus potissimùm cognoscitur empyema, quæ sunt rigor, febris, pondus, horum febris, est maior [p] dùm fit pus, rigor autem superuenit, cum fit ruptio; sed pondus, & grauitas sentitur, cum pus est delapsum in spatium intermedium, atq; ita cum factum est empyema, quod tamen interdum non innotescit [q] ob crassitudinem puris, vel loci.
        - Verùm, vt meliùs cognoscatur Empyema, nos sigillatim subscribemus signa ab Authoribus posita, & præsertim ab Hippocr. & Gal. Sentitur pondus, vel grauitas [d] potiùs, quàm dolor in profundo thoracis [a]. Adest inappetẽtia, tussis [r] ex necessitate plerumq; sicca, vel parum eflucens.
        - Adest rigor, vel horror, & sæpè vigilia. Adest magna difficultas respirandi [s] ex loci angustia, & ipsa respiratio est parua, [t] crebra, & inęqualis, vt in asthmate, nõ est spiritus calidus, neq, exufflãdo emissus, nisi adurẽs sit febris. [t]
        - Pulsus [u] est inęqualis, inordinatus, & semper hecticus. In principio suppurationis est pulsus, qui est in vigore inflammationis; nam vigor [u] inflammationis [x] est principium ipsius suppurationis. At, cum pus est maturum, pulsus [u] est magis æqualis, & cum erumpit, est languidior, tardior, rarior, & latior.
        - Interdum tanta puris quantitas per sputum reijcitur, vt Gal. dicat [y] per singulos dies aliquando sex, aut octo heminas, interdum decem, atq; interdum plures fuisse reiectas, aliquando etiam (veluti dictum est) tussis est sicca, .i. nihil per tussim [r] educitur.
        - Adest sudor [a] ob debilitatem facultatis retentricis. Adest etiam febris [a b c] hectica numquam cessans, cui aliquando mixta est aliqua ex circularibus, aut tertio quoq; die inuadentibus, aut quotidie, & vt Hipp. inquit [b] etiam quintana, vt etiam dicit Gal. [b] de phthisi. Vt verò [d] Paulus inquit intra initia adest febricula leuis, debilis, & ignaua, errans absq; ordine stato, & difficilis iudicij.
        - Oculi sunt caui [a] maxillæ rubræ, vngues curui digiti summi calentes, pedes tumidi, corpus pustulis refertum. Adest [e] macies, & color quasi belluæ.
    - Nõ principalis, sed, qui est veluti symptoma. qui morbus est.
      - Febris
        - Hectica
          - Hæc cognoscitur signis positis in propria tractatione febris hecticæ, vt quod [f] perpetuò febris sibi similis sit, nec febricitare se percipiat ægrotus. Sed post assumptum alimentum fiat calidior, vt calx aqua [g] conspersa, quo tempore pulsus etiam fit maior, & celerior, cùm aliàs hecticus [h] perpetuo sit.
        - Putrida
          - Hæc, siue [i] sit quotidiana sub vesperam, & ad noctem inuadens, & grauior [k] existens, vt plerumq; fit in Empyemate, siue sit alia ex circularibus vel erratica, cognoscitur ex qualitate [l] caloris, ex pulsu, & vrinis.
      - Macies, vel extenuatio corporis
        - Hæc, si tanta sit, vt lædat actiones, dicitur morbus in magnitudine corporis [l] imminuta, & cognoscitur ipso sensu.
  - Loc⁹ affectus
    - Est aũt locus affect⁹ cauũ thoracis, .i. spatium iter thoracẽ, & pulmonem. Qui loc⁹ affectus est per
      - Essẽtiã
        - Adsunt signa ostẽdẽtia ipsum affectum superiùs dicta, & absunt signa aliarum partium affectarum, & tunc affectum est latus.
          - [m] Dextrũ
            - Adest maior caliditas [m] in latere dextro, &, si iaceat ęger supra latus sinistrum sentit pondus desuper pendere in medio thorace ob membranam intersepientem, in qua pus insidet. [m]
          - [m] Sinistrum
            - Adest maior [m] caliditas in latere sinistro, &, si iaceat ęger supra latus dextrum sentit pondus desuper pendere. Vult Auic. [n] vt circundetur pannus madefactus aqua, in qua dissolutum fuerit lutum rubrum, & vbi pannis exiccatur, ibi est pus.
          - Vtrumq;
            - In vtroq; latere sentitur caliditas, & pondus.
      - Cõsẽsũ à
        - [N] Toto
          - Antecesserunt signa plenitudinis, vel cacochimiæ, & successit difficultas [o] respirandi cum magna tussi, in qua ab initio tenue sputum, & exiguum; vbi verò concoctum est plus, & crassius, & cum mitiori tussi educitur.
        - Partibus
          - Capite
            - Adsũt signa catharri. Sẽtit' titillatio ĩ faucibus, [p] & ab vtraq; parte palati, & antecessit dolor, aut grauitas capitis.
          - Larynge [q]
            - Antecesserunt [q] signa anginæ, cui successit peripneumonia, quæ non interficit in septem diebus.
          - Thorace
            - Sępissimè ex pleuritide [r] fit empyema, & tunc antecesserunt signa pleuritidis, quæ non fuit repurgata in quatuordecim diebus. Si autem fiat empyema ex [s] costa collisa; antecessit ictus in costa.
          - [t] Pulmone
            - Antecesserunt signa peripneumoniæ, vel sputi sanguinis ex pulmone, qui affectus non fuerunt soluti per plurima remedia: nam (vt inquit Hipp. & Galenus [u]) quicumq; dolores circa thoracis ac pulmonis sedes non desinunt screationibus, ventris deiectionibus, missione sanguinis, medicamentis, nisi interficiant, in suppurationem vertuntur.
          - Alijs partibus
            - Antecesserunt signa dictarum partium affectarum.
- Prognostica pertinẽtia ad empyema
  - Futurum
    - Prænunciant futurum empyema causę antecedentes vt debilitas cui thoracis, sed multo magis efficientes, vt materia [x] pleuritidis non repurgata 14. diebus; sic materia in [u] pulmone diù retenta, vt etiam in ipso thorace transmissa à toto corpore, vel à capite, & non repurgata [y] ante viginti dies, nam, qui benè purgantur minùs purulenti fiunt, vt asserit Hipp. primo acut. 27.
    - Prænuntiant etiam empyema tum futurum, tum factum recenter, rigor [A], febris, pondus, & horum maximè rigor sine [B] ratione inuadens est principium suppurationis, vt testis est Gal. primo de loc. aff. 5. veluti puris [C] generatio est terminus, & finis ipsius rigoris in inflãmatione.
  - Factum & tunc per signa prognostica præcognoscitur
    - Euẽtus vel exitus
      - Empyema suapte natura est affectus valdè periculosus, & vires omnibus suppuratis (vt inquit Gal. 4. [D] de loc. aff. 7) imbecilliores sũt redditæ. Quare est plerumq; lethalis, interdum tamen, cùm videlicet vires validæ sunt, & morbus mitior, æger euadit. Quarè diligẽter conferenda est vis [E] morbi, cum vi naturæ, & ex huius, vel illius maiori robore salus, aut mors est expectanda. Iuuenes, [F] si adsunt bona signa, seruantur, bona signa ex Hippocr. [G] sunt, quod facilè feratur morbus, sit facilis spiratio, non adsit dolor, nec sitis sputum facilè educatur, corpus æqualiter sit calidum, febris minuatur, adsit coctio, & similia. Decrepiti è conuerso moriuntur, ita etiam ij, in quibus mala sunt signa, scilicet, quod difficile feratur morbus; spiratio magna, & crebra, & erecta ceruice, quę ab Hip. [H] orthopnæa, & spiritus sublimis dicitur, & in spiratione pinnę narium moueatur, [I] sputum retineatur, vel sit liuidum, [K] nigrum, cruentum, biliosum, fætens. Extremæ [K] partes frigidæ, & si in vstione pus vniuersim [L] effluit, æger moritur.
    - Tẽpus
      - Empyema ex se [M] est morbus diuturnus, vt monet Gal. in expositione 12. aph. primi libri, sed ratione asthmatis, vel orthopneæ, quam persępè habet adiunctam, habet interdum accessiones adeò acutas, vt celerrimè strangulare possit, ex se autem est morbus lõgus quarè longo tempore [N] terminatur, & nunc tardiùs, vel citiùs, prout magis natura morbum, aut morbus naturam superat.
      - Quando Hipp. [O] & Galenus [P] ponunt terminum suppurationis diem 20. 30. aut 40. aut 60. intelligunt tempus eruptionis, & nõ tempus, in quo finienda est suppuratio.
    - Modus ad
      - Salutẽ per
        - Sputũ [S] — Sic sæpissimè sanatur Empyema, & tunc sputum [Q] est album, læue æquale, non fætens, ac facilè educitur.
        - Deiectiones [S] — Interdum [R] sic soluitur empyema, quod tunc ab Aretæo [R] Apostematia dicitur, & primum excernuntur aquosa, & pituitosa; deinde cruenta, carnosa, & purulenta.
        - Vrinas [S] — Ita etiam interdum, vt alij morbi thoracis sanatur empyema.
        - Apertionem [T] per sectionem, vel vstionem thoracis — Hoc modo quoq; interdum sanatur empyema, & tunc paulatim exit pus purum, & album [V].
      - Mortem per
        - Strangulationem, vel suffocationem — Sic sępissimè interficit empyema, [V] cum inhibet pulmonis dilatationem.
        - Syncopam — Non rarò pus ad cor delatum per syncopam interficit.
        - Phthisim — Sæpissimè, nisi pus repurgetur in 40. diebus exedens pulmonem facit [X] phthisim, ob quàm alij citiùs, alij tardiùs moriuntur.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præſag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſt. 4.
c De remed. parat. facil. primo.
d Aretæus primo diuturn. 9.
e Primo 1. epid. 18. Quarto aph. 8.
f Quinto aphor. 15.
g Secundo prognoſt. 52.
h Quarto de loc. affect. 5.
i Quarto de loc. affe. 8. pag. 27. f. g.
k Quinto aphor. 10.
l Quinto aph. 8. Quarto de loc. aff. 8
m Secundo prognoſt. 52.
n Secundo progno. 59.
o Secundo progn. 58. 61.
p Secundo aphor. 47.
q Sexto aphor. 41.
r Septimo aphor. 8.
s Sexto aph. 27.
t Primo de diffic. reſpir. 11.
t Quarto de loc. affect. 7.
u Quarto de cauſ. pulſ. 9.
De pulſ. ad Tyron. 11.
x De totius morb. tempor. 6.
y Quinto de loc. aff. 3. pag. 30. h.

a Secundo prognoſt. 60.
b Tertio primi epid. 9.
c Aetius lib. 8. cap. 65.
d Paul. lib. 3. cap. 32.
e Aretæus primo diuturn. 9.
f Tertio de præſag. ex pulſ. 3.
g Primo de differ. febr. 9.
Secundo progno. 60.
h Quarto de cauſ. pulſ. 9. 11.
i Primo aphor. 12.
k Primo prognoſt. 60.
l Primo de diff. feb. 7. X. meth. 2.

m Secundo prognoſt. 59.
m Alex. lib. 7. cap. 2.
n Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 17.
N Aetius lib. 8. cap. 65.
o Quarto de loc. affect. 8. pag. 27. G.
p Oribaſ. ad Eunap. 77.
Aetius lib. 8. cap. 54.
q Quinto aphor. 10.
r Quinto aphor. 8.
s Tertio de articulis 58.
t Quarto de cauſ. pulſ. 9.
u Secundo prognoſt. 52.
x Quinto aphor. 8.
y Septimo aphor. 38.

A Secundo prognoſt. 58.
B Primo de loc. affect. 5.
C De totius morbi tempor. 6.
D Quarto de loc. aff. 7.
E De medicæ art. conſtit. 18.
F Aretæus primo diuturn. 9.
G Secundo prognoſt. 56.
H Secundo tertij epidem. 4.
I Septimo aphor. 16.
K Quarto aphor. 47.
L Sexto aphor. 27.
M Primo aphor. 12.
N De medic. art. conſtit. 18.
O Secundo progn. 57.
P Tertio prognoſt. 10.
Q Primo de criſ. 5.
Secundo prognoſt. 43.
R Aretæus primo diuturn. 9.
S Sexto de loc. affect. 4.
T Septimo aphor. 44. 45.
V Septimo aphor. 8.
X Quinto aph. 15. Septim. aph. 16.

In cu-

Tabula Trigesimasecunda, Empyematis curatio.

In curando Empyemate oppa, seu i[n]tentiones curatiuæ sumuntur à

- **Causa**
  - **Externa** — Hæc, si abijt, [a] nihil indicat, verùm, si adsit fouens, vel augens morbum, vt frigus, [b] cruditas, & similia, indicat à talibus esse abstinendum, & transeundum ad causam contrariam.
  - **Interna**
    - **Antecedente cõtenta in**
      - **Toto corpore, à qua i[n]dicat[ur]**
        - **Inhibitio, ne noua materia generetur**
          - Hæc, si sit plenitudo, indicat vtendum esse victu tenuissimo, ideſt, inedia, nam sic absumetur.
          - Si verò sit cacochimia, indicat vsurpandam victus rationem contrariam humori peccanti; vt, si sit bilis, vtendum esse refrigerantibus, & madefacientibus, ac temperantibus, si pituita, incidentibus, & extenuantibus, atque ita calefacientibus, & siccantibus.
          - Et, si adsit febris, illi prospiciendum. Confert aeris mutatio, & nauigatio. [c]
          - Videndumq; præterea est, vt membra naturalia, ideſt, ventriculus, & hepar benè fungantur suo munere.
        - **Alteratio per**
          - Victus rationem — Confert victus contrarius humori peccanti.
          - Medicamenta
            - Syrupos,
            - Decocta, vel aquas
            - Antidotos
            - Hæc etiam conueniunt contraria humori peccanti, vt in bile refrigerantia, & humectantia. In pituita incidentia, & extenuantia, calefacientia, & siccantia.
        - **Vacuatio per**
          - Sanguinis missionem
            - In pleuritide nullum est præstantius remedium, quàm sanguinis missio. Quarè, si vires, & cætera consentiant, mittendus est sanguis ab interna cubiti vena,
            - Confert etiam sanguinis missio in cacochimia cum multitudine coniuncta.
          - Medicamenta ducentia per
            - Deiectiones — In cacochimia conueniunt medicamenta ducentia humorem peccantem indita per os, & anum.
            - Vrinas, Sudores — Valdè conferunt factis alijs vacuationibus diuretica tùm per se ipsa, tùm cibis mixta.
      - **Partibus**
        - **Capite, à qua indicatur**
          - **Vacuatio**
            - Vniuersalis per
              - Sanguinis missionem ex hepatica — Si adsit [d] multitudo, & vires consentiant, mittendus est sanguis ex hepatica.
              - Medicamenta
                - Lenientia, vt est cassia, diacatolic., mel rosaceum solutiuum.
                - Soluentia, vt sunt pilulæ cochię, aureæ, aggregatiuæ, & Galeni. [e]
            - Particularis. i. respiciens ipsũ caput quæ fit per
              - Chirurgiã
                - Secta vena in fronte, angulis oculorum, naribus, post aures.
                - Affixis cucurbitulis cum scarificatione ad cutem capitis.
                - Cauteria ad suturam coronalem, labdoidem, & occiput.
              - Medicamẽta admota
                - Interiùs
                  - Errhina, ideſt, quæ attrahuntur per nares
                  - Apophlegmatismata, ideſt, quæ manduntur
                  - optimè faciunt.
                - Exteriùs — Ceratum de Betonica, de stercore columbino, de thapsia, synapismus, dropax.
          - **Incrassatio, & siccatio** — Facit theriaca recens, diacodion, diaspermaton, zaccarum rosatum, cum bolo armeno; trochisci [e] diaspermaton.
        - **Larynge** — Petuntur intentiones curatiuæ ex angina, nam ex hac [f] versa ad pulmonem materia nisi in 7. diebus interficiat facit Empyema.
        - **Thorace in**
          - Pleuritide — Curanda est pleuritis per sanguinis missionem, medicamenta, & victus rationem, & nisi repurgari possit, actendat ad suppurationem [g] priùs mouendum est pus per fomenta, & cataplasmata calefacientia, [h] & humectantia modicè ex farina hordei, seminis lini, fœnugræci, caricis coctis, fimo columbino, & similibus; postea [g] procuranda est ruptio per decubitum super latus sanum per esum salsamentorum, decoctum hyssopi, & similia.
          - Costa [i] collisa — Eædem sunt intentiones, quæ dictæ sunt de pleuritide, & quæ conueniunt in sputo sanguinis.
        - **Pulmone** — Petuntur curatiuæ intentiones ex sputo sanguinis ex pulmone, vel ex peripneumonia, qui affectus, nisi sanari possint, sed tendant ad suppurationem, priùs mouendum [g] est pus, deinde rumpenda est vomica, vt dictum est de pleuritide.
        - **Alijs partibus** — Raró ab alijs partibus transmittitur materia ad cauitatem thoracis, & tunc petuntur intentiones curatiuæ ex curatione affectuum dictarum partium.
    - **Continente, à qua indicatur extractio p[er] partes**
      - **Internas p[er]**
        - Sputum — Hinc est propria via [k] vacuandi omnia, quæ in pectore continentur per tenuantia, [l] & incidentia, quibus viæ aperiuntur, & humores dissecentur, siue sint alimenta, siue medicamenta; quæ, cum viget phlegmone conueniũt mitiora: cum verò decreuit, vel planè cessauit, valentiora. Confert ptisana, allium, mel, porrum. Confert glicyrrhiza, thimus, origanum, pulegium, hyssopum, calamenthum, marrubium, iris, semen vrticæ, syr. de hyssopo, de glicyrrhiza, de prassio, loch de pinu, sanum, de pulmone vulpis, de prassio, de scylla, & similia. [m]
        - Deiectiones [n] — Si vergat natura ad anum, conferunt clysteres acriores, ita etiam medicamenta tùm soluentia, tùm lenĩetia per os indita. Conferunt etiam aque minerales, vt de tertucio, & Rhegio.
        - Vrinas [n] — Si vergat materia per vias vrinæ, conferunt diuretica, quæ etiam in tali affectu, si misceantur cibis semp iuuant. Faciunt etiam aquæ thermales, vt de villa, de Ficoncella, de aquario, & similes.
      - **Externas p[er]**
        - Medicamẽta — Confert, si pectori admoueatur dropax, synapismus, ceratum ex stercore columbino, euphorbio, thapsia, baccis lauri, quæ sunt valentiora: mitiora sunt oleum camæmelinum, anethinum, ex amigdalis dulcibus.
        - Chirurgiã per
          - Scarificationem admotis cucurbitulis circa partem affectam.
          - Cauteria plurima circa thoracis varias partes ex precepto Aetij, [o] & Pauli [p] inusta.
          - Sectionem [r] inter quintã & sextam costam in loco superiori. — Quidam (vt inquit [p] Paulus) incisa cute paulum obliquè transuersa linea succingentem membranam perforant, & pus educunt, sed, vel protinùs mortem inferunt, vel fistulas insanabiles inducunt. Hanc etiam sententiam citat [q] Auicenna.
          - Vstionẽ [r] — Veteres (vt asserit Hipp. [s] & Gal.) vrebant suppuratos; & sic extrahebant pus paulatim, & non confertim. Dicit autem Paulus talem vstionem fieri ferramento candenti tenui ad nuclei formam, fieriq; inter costas in loco superiori. Sed magis laudat cauteria prædicta.
- **Morbo** — Est autẽ morbus, vel obstructio, vel numerus auctus, vel tumor præter naturam, vel intemperies cauitatis inter thoracem, & pulmonem cum materia purulenta
  - Quatenus est obstructio, indicatur echpraxis, ideſt, reclusio, quę præstatur vacuata materia obstruente per remedia superiùs dicta.
  - Quatenus verò est numerus auctus, indicatur illius numeri aucti imminutio per vacuantia dicta.
  - Sed prout est tumor præternaturam, & sic magnitudo aucta, indicatur imminutio illius magnitudinis, quæ præstabitur vacuata materia faciente talem auctam magnitudinem per dicta præsidia.
  - Sed quatenus est intemperies cum materia, indicatur vacuatio talis materię, & ablatio intemperiei, quæ facilè præstabitur per auxilia superiùs dicta.
- **Symptomate**
  - Difficultate respirandi — Indicatur facilitas respirandi per ea, quæ vacuent causam facientem talem difficultatem, & hoc erit pugnare aduersus causam. Si verò æger collocetur erecta ceruice, vel illi affigatur cucurbitula sub mento erit pugnare aduersus symptoma.
  - Tussi — Hanc tollunt bechica tussim mouentia, quæ causam vacuant, sed ratione ipsius symptomatis conueniunt interdum bechica tussim sedantia, vt
    - Amilum
    - Tragacantha
    - Glicyrrhiza.
  - Syncopa — Ab hac indicatur refectio ipsarum virium per vinum, bonos odores, & similia.

Tertio

AVCTORITATES.

a Quarto meth. tertio.
b Aretæus primo libro diuturn. c. 9.
c Alex. lib. 7. cap. 4.
d De venæ sectione cap. x.
e Quinto meth. 14.
f Quinto aphor. x.
g Oribas. 9. synops. 3.
h Quarto meth. 5.
i Tertio de articulis 58.
x Septimo aphor. 54.
l 13. meth. 18.
m Alex. lib. 7. cap. 4.
n Oribasius 9. synopseos cap. 3.
n Aetius lib. 8. cap. 65.
n Sexto de loc. affect. 4.
o Aetius lib. 8. cap. 57. & 65.
p Paulus lib. 6. cap. 44.
q Auic. lib. 3. f. x. tr. 4.
r In Introductorio vel medico c. 13. 18
s Sexto aphor. 27.
s Septimo aphor. 44.

ADNOTATIONES.

Vult. Oribasius, Aetius, & Paulus iacendum esse super latus sanum.
Contrà vult Auicenna, (t) *vt iaceatur super latus affectum.*
Ad hanc tolleudam controuersiam dicendum est, quod iacere super latus sanum iuuat ad rumpendam vomicam, quia materia valdè premit membranã succingentem maximè cùm se validè inuertit æger. Sed iacere super latus affectum facit ad suppurãdum, & spuendum, confert etiam ad rumpendum propter compressionem factam à partibus incumbentibus.

t *Gentil. sup. 4. lib. Auic. f. 10. tra. 4. cap. 4.*

Tabula Trigesimatertia, Pleuritidis definitio, differentiæ.

Pleuritis græcè; morbus, vel dolor laterũ latinè; & secũdũ Macrum, & illos, qui Arabes sequũtur Pleuresis. Et est

- **Vera** — Est inflammatio mẽbranę succingentis ob putrefactionẽ alicuius humoris præsertim biliosi excitatam, cũ dolore pungenti, tussi, difficultate respirandi pulsu serrato, & febre acuta. Ab Auicen. [a] dicitur sosati, & birsen. Cuius differentiæ sumũtur à
  - **Causa**
    - Externa, & sunt Res
      - Facientes
        - Motus, & [a] exercitatio vehementior, præsertim, si quis post motum ambienti frigidiori seipsum exposuerit.
        - Sic ira, vigiliæ, & ceteræ animi perturbationes, quæ humores acuunt, vel fluxionem excitant.
      - Assumẽdæ — Cibi, & potiones calidiores, & vinum generosum bilem generantes, sic etiam frigidiores, vt aqua frigida, materias constringentes, sic alimenta crassi succi, & plurima inedia quoq; humores acuens ad pleuritidem gignendam confert, sic medicamenta.
      - Excernendæ — Si retineantur excrementa biliosa, maximè faciunt ad excitandam pleuritidem.
      - Incidentes extrĩsecùs — Ambiens [b] calidior liquans vel frigidior exprimens, aut coarctans magis facit ad pleuritidis generationem. Quare sæpè fit in hyeme: [c] non raro etiam in Autumno, minùs in vere, minimum in æstate, & [d] ob id etiam in constitutione aquilonia, & regione frigidior, est frequens.
    - Interna q̃ est
      - Habilitas ad pleuritidem ob
        - Temperationem — Biliosi, [e] & acidum non eructantes, facilè incidunt in pleuritidem.
        - Conformationẽ — Habentes thoracem [f] angustũ, &, qui facilè recipiunt fluxiones, sunt proni ad pleuritidẽ.
        - Aetatem — Consistentes, [g] & senes ad pleuritidem sunt proni.
      - Materia, ideſt, humor q. est
        - Simplex qui est
          - Bilis — Ab hac [h] sæpissimè fit pleuritis, q. a ob suã tenuitatẽ facillimè in mẽbranã succĩgẽtẽ penetrat.
          - Sanguis [i] — Ab hoc etiam sæpè fit pleuritis.
          - Pituita [k] — Raro facit pleuritidem; nam ob suam crassitiem, & viscositatem, difficilè in membranam succingentem penetrat.
          - Melancholia [k] — Ob suam crassitiem rarissimè facit pleuritidem.
        - Mixtus — Non raro ab humore mixto gignitur pleuritis.
  - **Morbo, q. ẽ pleuritis, & hæc põt considerari vt ẽ morbus partiũ**
    - Simplicium [l] — Hac ratione considerata pleuritis dicitur esse intemperies calida cum materia membranæ costas succingentis.
    - Multiformium, seu organicarum, & hac ratione pleuritidis dicitur esse morbus in magnitudine aucta, & sic tumor, qui non secus, ac materia est.
      - Simplex
        - Erysipelas [m]
        - Phlegmon [n]
        - Oedema [o]
        - Scirrhus [p]
      - Compositus, qui est
        - Erysipelas, phlegmonodes. [q]
        - Erysipelas œdematodes. [q]
        - Erysipelas scirrhodes. [q]
        - Phlegmon erysipelatodes. [r]
        - Phlegmon œdematodes. [r]
        - Phlegmon scyrrhodes. [r]
        - Oedema erysipelatodes. [s]
        - Oedema phlegmonodes. [s]
        - Oedema scirrhodes. [t]
        - Scirrhus erysipelatodes. [t]
        - Scirrhus phlegmonodes. [t]
        - Scirrhus œdematodes. [t]
    - Vtrarumq; — Est solutio continui quæ reperitur in quolibet tumore præter naturam, sicuti in eodem etiam est intemperies: vnde tumor, siue (vt Auicenna ait) apostema est morbus compositus ex intemperie, mala compositione, & solutione continui.
  - **Loco affecto, qui est aliqua pars ĩterna thoracis, & hęc pars ĩ pleuritide afficitur per**
    - Essentiam & talis pars est
      - Mẽbrana succingens — Hæc est propria, [u x] vera, & exquisita pleuritis, in qua affectus est per se in parte differente secundum
        - Lõgitudinẽ — Hinc affectus dr̃
          - Ascendere [x] ad iugulum.
          - Descendere [x] ad hypochondria.
        - Latitudinẽ — Hinc affectus dicitur esse in parte
          - Dextra.
          - Sinistra, &
          - Vtraquè.
        - Profunditatem — Hinc affectus dicitur esse in parte interna.
      - Mediastinus, ideſt membrana interſepiens — Est pleuritis exquisita vt superior; quia hæc membrana continua est cum membrana succingente.
      - Septum transuersum — Dicitur ab Auicenna [a] pleuritis pura, & habet symptomata sæuiora, quàm pleuritis vera, & exquisita.
      - Musculi [b] interiores thoracis, à quibus etiam in affectum trahitur membrana succingens — Dicitur pleuritis vera, sed non exquisita.
    - Consensum à
      - Toto — Vt in plenitudine, & cacochimia.
      - Partibus
        - Cerebro [c] — Vt in catharris, à quibus sæpè fit pleuritis.
        - Larynge [c] — Vt in angina, ex qua interdum fit pleuritis.
        - Pulmone [c] — Vt in peripneumonia.
        - Medio spatio [c] — Vt in Empyemate.
        - Alijs partibus, [d] à quibus materia ad internas thoracis partes transmitti potest.
  - **Symptomate** — Hinc pleuritis dicitur magna, parua, celeris, tarda, humida, sicca, cocta, cruda, benigna, maligna, & cætera id genus.
- **Non vera, notha mendosa, & impropria** — In hac adest dolor lateris, qui prębet speciem pleuritidis, cum tamen non sit pleuritis. vnde multi Medici decipiuntur. Huius autem pleuritidis non veræ differentiæ sumuntur à
  - Causa quæ est
    - Flatus [e] — Sæpè in membrana [e] succingente, & alijs internis ipsius thoracis partibus colligitur flatus, qui eas distendens dolorem excitat, & ob id multi falluntur, putantes esse veram pleuritidem.
    - Pituita crassa, & viscida ex crassis, & praui succi alimẽtis genita. — Hęc in [f] vacuũ thoracis locũ, aut mẽbranas inuehens, & illas distendẽs, dolorẽ facit, & spiritus vias intercludens, magnam parit spirandi difficultatem: vnde quidam Medici putantes esse pleuritidem, & ob id sanguinem mittentes, ęgros interficiunt.
  - Morbo qui est — Obstructio, morbus in numero.
  - Loco affecto qui est thoracis pars
    - Interna
      - Membrana succingens
      - Mediastinus
      - Septum transuersum
      - Musculi interni thoracis.
      - (for all four:) Quando [g] scilicet in talibus partibus continetur flatus vel pituita crassa sine febre acuta.
    - Externa
      - Membrana carnosa — Hac affecta fit dolor, non dissimilis pleuritidi.
      - Musculi [h] intercostales, & externi — In [h] his interdum gignitur inflammatio, quæ dolorem insignẽ infert ex quo multi decipiuntur existimantes esse veram pleuritidem.

Auic.

AVCTORITATES.

a Auic.lib.3.f.10.tr.4. cap.1.
b Tertio aphor. 23.
c Aretæus lib.primo. cap.x.
d Tertio aphor. 5.
e Sexto aphor. 33.
f Quarto aphor. 8.
g Tertio aph.30. Aretæus lib.1.c.x.
h Quarto de cauſ. pulſ.8.
  Sexto aphor.33.
i De medic.art.conſtitut.15.
x Quarto de cauſ. pulſ.8.12.
  Sexto aphor.33.
l Quarto de cauſ. pulſ. 12.
m Quarto de loc.aff.8.
n Quarto de cauſ. pulſ. 12.
o De medic. art. conſtit. 15.
p Quarto de loc.affect.8.
q Quarto de præſag. ex pulſ.2.3.
r Celſus lib.4. cap.6.
s Alex. lib.6. cap.1.
t Quarto de loc.affect.8.
u Quarto de cauſ. pulſ.8.
x Quinto de loc. affect.3.
  Secundo de loc. aff.7.

a Auic.lib.3.f.10. tr.4.cap.1.
b Secundo de loc.affect.3.
  Quinto de loc. affect.3.
c Quinto de loc. affect.3.
  Quarto de præſag. ex pulſ. 5.
d Auic.lib.3.f.x. tr.4.cap.1.
e Secundo ad Glauc. cap.6.
  Primo prorrhetic. tex.22.
  Auic.lib.3.f.x. tr.4. cap.1.
f Aetius lib.8. cap.68.
g Secundo ad Glauc.cap.6.
  primo prorrhetic. 22.
h Quinto de loc.affect.cap.3.
  Paul. lib.3. cap.33.

ADNOTATIONES.

Definitio veræ pleuritidis, cum illa ſit propria (A) *paſſio ſuccingentis membranæ, aſſignanda eſt per ſubiectum, & cauſam, ſic, Pleuritis eſt inflammatio membranæ ſuccingentis ob putrefactionem ibi ab aliquo humore excitatam.*

Hæc, ſi mutẽtur verba facilè fiet demõſtratio, ſic.

Omnis putrefactio alicuius humoris in membrana ſuccingente eſt illius membranæ inflammatio.

Sed pleuritis eſt putrefactio, alicuius humoris in membrana ſuccingente.

Ergo pleuritis eſt inflammatio membranæ ſuccingentis ob putrefactionem alicuius humoris.

Licet in pleuritide vera ſit febris (B) *continua, & acuta; non tamen, qui hoc morbo laborant dicuntur febrientes, ſed pleuritici, nam hic affectus non a febre, ſed à loco denominatur, veluti peripneumonia, cephalea, & ſimilia.*

A *Secundo de loc. affect. cap. iij.*
B *Quarto aphor. 73.*
  Septimo aphor. 44.
  Primo ad Glauc. iij.

Tabula Trigesimaquarta, Pleuritidis signa.

Signa pleuritidis sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum procatarcticarum, [a] quæ haberi possunt ab ægrotante, & assidentibus,& magis faciunt ad medici glpriam, [b] quàm ad ægri salutem. Quarè hic omittuntur.
- **Indicatiua monstrantia pleuritidem**
  - **Causam**
    - **Externam** — Signa monstrantia causas externas sunt eædem causæ externæ, quæ antecesserunt, vt nimius cursus, [c] crapula, potus vini meri generosi, vel frigidi, ambiens frigidus, inequalis, retentio superfluitatum, & cætera eiusmodi.
    - **Internam quę ē**
      - **Habilitas ad pleuritidem** — Sunt habiles ad pleuritidem [d] consistentes, & senes, biliosi, & acidum non euomentes, & demum, qui habent membranā succingentem, vel aliquam aliam ex internis thoracis partibus debilem, quod cognoscitur, quia à qualibet, vel leui causa offenduntur, & in laterum dolorem incidunt.
      - **Materia idest humor, q est**
        - **Simplex qui ē**
          - **Sanguis** — In adolescente boni habitus, [D] antecesserunt causæ sanguinē gignentes, q̄ prę̄sentes nocent, & iuuāt cōtrarię, sputum est rubrū, febris adest satis magna, rubor in facie, ac cętera à redundanti sanguine proficiscentia.
          - **Bilis** — In iuuene, ac temperatione biliosa, [e] antecesserunt causę bilem procreantes, quæ præsentes nocent, & iuuant contrariæ, sputū est flauum, vel pallidum dolor ascendit, & symptomata omnia sunt sæuissima.
          - **Pituita** — In temperatione pituitosa, ætate senili, vel puerili, sexu fœmineo, antecesserunt [f] causæ pituitam generātes, q̄ p̄sentes nocent, & iuuant cōtrariæ, sputum est spumās, candidū, febris, & alia symptomata debiliora.
          - **Melancholia** — In consistenti, & melancholico, [g] antecesserunt causæ melancholiam facientes, quæ præsentes nocent. & iuuant contrariæ, sputum est nigrum, vel liuidum, dolor descendit.
        - **Mixtus [h]** — Adsunt signa mixta.
  - **Verā & tūc talia signa indicant**
    - **Morbum quē indicant signa**
      - **Necessaria q̄ patognomonica, .i. passionis indicatiua dicuntur, & sunt cōmunia omni pleuritidi, & his oībus positis, ponitur pleuritis, & posita pleuritide ea oīa ponuntur. Talia aūt signa sunt.**
        - **Dolor pungēs in thorace** — Quia affectus est in parte membranosa à materia acri, calida, & multa.
        - **Tussis** — Nam à parte affecta redundat materia ad asperas arterias pulmonis. Præterea trahitur in consensum pulmo.
        - **Difficultas respirandi** — Quia fit contractio ab inflammatione. Præterea ab inflammatione, & febre augetur necessitas.
        - **Pulsus serratus, idest, durus, & inæqualis** — Quia inflammatio est in parte membranosa, &, quia adest multitudo virtutem grauans.
        - **Febris acuta** — Quia inflammatio est in parte vicina cordi, vnde vapores putridi continuò ad cor feruntur.
        - **Dolor capitis** — Quia ob inflāmationem, & calorem febrilē continuò feruntur vapores ad caput.
        - Gal. [i] videtur esse varius in ponendis signis patognomicis pleuritidis, nam primo de cris. c. 3. & 5. ponit solùm quatuor .s. dolorem pungentem, tussim, difficultatem respirandi, & febrem, & 5. de locis aff. c. 3. addit pulsum serratum, & 4. de caus. puls. 8. ponit sex, addens prędictis dolorem capitis. Soluitur sic ex Hipp. qui ignorauit pulsum posuit solùm quatuor: alibi aūt ex propria sententia ponit quinq; vt facit Auic. & alij. Sed in 4. de caus. puls. adiungit dolorem capitis, qui non per se sequitur hunc affectum, sed quatenus à tali affectu eleuantur vapores ad caput.
          - Ita certa ob hæc quinq;, vel sex signa est pleuritidis cognitio, vt eā esse scientificam dixerit [k] Gal. 12. meth. cap. 7. Idem [l] tamen secundo ad Glauc. cap. primo, videtur dicere oppositum, cum asserat inflammationem in partibus externis facilè cognosci, sed in internis non æquè discerni, & per cōsequens non esse sciētificā cognitionem inflammationū, quæ sunt in internis partibus. Solutio habetur ex eodem libro, & [l] capite hoc modo, à mente perspicaci, & à versato in Anathome, ac libris de vsu partium, habetur huius affectus scientifica [m] cognitio; nam in eo sunt certæ, definitæ, ac notæ, ex quibus cognitio comparatur.
          - Sed ab alijs, qui non ita sunt exercitati, res hæc difficiliter cognoscit.
      - **Non necessaria, & hæc signa sūt**
        - **Assidentia, .i. simul cū morbo inuadentia** — Vt decubitus in hoc, vel illo latere; ex Aretęo [n] quidem in affecto, ex alijs in [N] opposito, vigilia, inappetentia, rubor malarum, dolor ad iugulum, [o] vel hypochondria.
        - **Post apparentia** — Vt est sputum [o] hoc, aut illo colore infectum, sic deliriū, coma, vrinæ, & deiectiones aliquo colore præditæ.
    - **Locū affectum q est**
      - **Membrana succingens** — Pulsus est insigniter durus, & creberrimus, dolor extenditur vsq; ad clauiculas, non adest pulsatio.
      - **Septū trāsuersum** — Adest perpetuum delirium, difficultas respirandi parua & frequens, vel magna est angustiosa reuulsio hypochondrijs ad superiora; sentitur dolor versus hypochondria, & ad costas nothas. Febris ab initio nō est valdè vehemens; sed postea vehementissima.
      - **Mediastinus .i. membrana intersepiens** — Sentitur dolor in medio pectore, & adsunt dicta symptomata.
      - **Musculi inter costales īterni** — Adest dolor pulsās, neq; ita magnus, vt cum affecta est membrana, pulsus ēt non est ita durus, & tēsus: cætera adsunt symptomata vt in affecta membrana; quia illa ducitur in consortium.
      - **Hæ partes omnes ī pleuritide affectæ sūt p**
        - **Essentiā** — Adsunt dicta symptomata, [n] & absūt signa aliarū partiū affectarū, & dolor sentitur in parte, in qua est affectus.
        - **Cōsēsū à**
          - **Toto** — Adsunt signa [p] febris, vel plenitudinis, aut cacochimię.
          - **Partibus**
            - Capite — Adsunt [q] signa catharri.
            - Larynge — Vt in angina — Antecesserūt [p] vel ēt adsunt signa horum morborum.
            - Pulmone — Vt in peripneumonia.
            - Spatio intermedio inter thoracē, & pulmonem / Ventriculo. / Liene. / Hepate. / Vtero. — Adsūt signa [p] dictarū partium affectarum.
  - **Non [u] veræ, & tunc talia signa indicant**
    - **Causam quæ est**
      - **Humor [r] idest pituita cruda, crassa, & viscida** — Antecesserunt [r] causę pituitam generantes, quę prę̄sentes nocent, & iuuant cōtrariæ Adest insignis difficultas respirādi, sentitur magna grauitas in pectore. Febris est nulla, vel parua; pulsus est minim⁹, & tardissimus.
      - **Flatus [s]** — Sentitur magna tensio, sed non adest febris, nec pulsus serratus.
    - **Locum affectum qui est**
      - **Membrana [t] carnosa** — Non adest tussis, sentitur dolor, si locus manu præmatur, & sæpè apparet visui tumor.
      - **Musculi**
        - **Intercostales externi**
          - Dilatantes — Sentitur dolor in inspirando
          - Constringentes — Sentitur dolor in expirando
          - Difficilior est decubitus in loco affecto.
        - **Prouenientes [y] vtrimq; à collo, & alij intercostales suprà siti** — Sentitur dolor in partibus externis præsertim [x] si digitis præmantur.
- **Prognostica, p quę prognoscitur**
  - **Euēt⁹ ad**
    - **Salutem** — Fit cum virtus [A] est valida & morbus mitis — Pleuritis [a] notha, nisi contingat error est salubris, sic vbi ęger facilè fert morbum, bene spirat, facilè expuit, corpus habet æqualiter calidum, & molle, non sitit, non multum dolet, habet vrinas, deiectiones, sudores, & præcipuè fluxū sanguinis ex naribus criticè, non autem symptomaticè.
    - **Mortē**
      - Fit, cum morbus est sæuissimus, & virtus debilis. Pleuritis in prægnantibus, [C] & vbi pulsus [B] est valdè durus, & paruus est lęthalis.
      - Si dolor est ingens, [D] magna difficultas respirandi, sputum nigrum, amarum, vehementer spumans, valdè fætidum, retentum. [d] Profluuiū alui absq; [c] signis coctionis, & non ex assumptis multis cibis.
      - Si æger difficilè [D] fert morbum, corpus habet inęqualiter calidum, scilicet interna vrentia, & externa frigida, febris maxima.
  - **Tempus** — Cum hic morbus sit acutus, plerumq; [E] intra 14. dies iudicatur. Interdum in prima septimana, sæpè in secunda: aliquando etiam in tertia; sin minus transit in [l] Empyema. Interdum tamen cum est a pituita, vel melancholia, in longius tempus protrahitur.
  - **Modus vel via ad**
    - **Salutē per**
      - **Vacuatione factā per**
        - Sputum — Sic sæpissimè terminatur pleuritis.
        - Fluxum sanguinis ex naribus — Minùs, quàm phrenitis, sed magis quàm peripneumonia, & læthargus amat fluxum sanguinis ex naribus secundum Gal. [e] maximè autem amat ex Aretęo, [f] & Auicenna. [g]
        - Vrinas, & deiectiones — Per has partes [h] ēt non rarò vacuatur materia pleuritidis, vt asserit Aretæus lib. primo, capite decimo, & Aetius lib. 8. cap. 66.
      - **Transmutationem materiæ ad**
        - Iuncturas — Ita interdum [g] terminatur pleuritis, & fiunt fistulæ in partibus inferioribus.
        - Glandulas — Alarum, post aures, inguinum — Non facit talis materia, cùm sit tenuis, & in loco calido scirrhum.
    - **Mortē per**
      - **Se** — Strangulat — Cum pleuritidis [k] symptomata sunt valde aucta, suapte natura interficiunt.
      - **Aliud**
        - Peripneumoniam [l i] — Hæc etiam strangulat, sic empyema; phthisis etiam consumit, & resoluit.
        - Syncopam [m] — Hæc statim vires resoluit.
        - Phrenitidem, & spasmum — Hæc conuellendo mortem afferunt.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præſag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſt. 4.
c Celſus lib. 4. cap. 6.
Aretæus lib. 1. cap. 10.
d Tertio aphor. 30.
Sexto aphor. 33.
D Secundo de criſ. 10.
Quinto de loc. affect. 3.
De medic. artis conſtit. 15.
e Secundo de loc. affect. 9.
Quinto de loc. affect. 3.
f Aretæus lib. primo, cap. 10.
Sexto aphor. 33.
Secundo de loc. affect. 9.
g Secundo de criſ. x.
h Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 2.
i Primo de criſ. 3. 5.
Quinto de loc. affect. 3.
Quarto de cauſ. pulſ. 8.
Secundo de ratione vict. primo.
Primo aphor. 12.
Secundo de loc. affect. 5. 9.
Secundo de criſ. 10.
k 12. meth. 7.
l m Secundo ad Glauc. primo.
n Aretæus lib. 1. cap. 10.
N Aurelianus lib. 2. acut. cap. 14.
o Aduerſus Lycum cap. 3.
Primo aphor. 12.
p Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 2.
Quarto de pręſag. ex pulſ. 5.
q Quinto de loc. affect. 3.
r Secundo de loc. affect. cap. 3.
Aetius lib. 8. cap. vltimo.
s Secundo ad Glauc. 6.
t Quinto de loc. affect. 3.
s Primo prorrhetic. 22.
x Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 2.
u y Quinto de loc. affect. 3.

a Aet. lib. 8. c. vlt. Sexto apho. 5.
A de conſtit. art. medic. 18.
b Secundo prognoſt. 56.
B Quarto de præſag. ex pulſ. 5.
C Quinto aphor. 30.
c Sexto aphor. 16.
Quarto 6. epidem. 4.
D Secundo prognoſtic. 56.
d Secundo prognoſt. 68.
E Primo acut. 8.
e Tertio de criſ. 3.
f Aretæus lib. 1. cap. 10.
g Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 1.
h Sexto de loc. affect. 4.
i Septimo aphor. 11.
k Aretæus lib. 1. cap. 10.
l Quinto aphor. 8. 15.
m Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4. cap. 1.

Tabula Trigeſimaquinta, Pleuritidis curatio.

In curãda vera pleuritidẽ, opera, ſeu intentiones curatiuæ ſumũtur à

- Cauſa
  - externa § Ab hac ſi abijt [a] nihil indicatur, at, ſi adhuc adſit fouens, vel augens pleuritidem, indicatur ablatio, & tranſitus ad cauſam contrariam.
  - Interna q̃ eſt
    - Habilitas thoracis ad pleuritidẽ — Ab hac indicatur [b] ablatio talis habilitatis, quæ præſtatur ablata intemperie internarum thoracis partium, &, ſi id non licet ad præſeruandum ne fiat pleuritis, in vere ſecanda eſt vena [c] vel ſcarificandi ſunt malleoli, vel corpus vacuando medicamento purgante, vel omnia hęc ſunt præſtanda.
    - Materia .i. humor faciens pleuritidem, q humor eſt cauſa
      - Antecedẽs contẽta in
        - toto corpore & tũc talis humor
          - Nondũ fluit, ſed paratus, & aptus eſt ad fluendũ. Et tunc à tali humore indicatur inhibitio ne fluat ad internas thoracis partes quod p̃ſtat
            - Inhibitione noua materia fluendum apta generetur — Id præſtat conueniens victus [d] ratio, qualitate quidem tenuis, & interdum tenuiſſima verè frigefaciens, & humectans. Potus [d] ſit aqua hordei cum iuleb violaceo, vel ſola mulſa præſertim primis quatuor diebus. Cibus [d] ſit ptiſana, quæ in hoc morbo maximè confert, admiſcet cum ea Aretæus [e] mel, piper, & huiuſmodi, conuenit etiam amigdalatum (vt vocant,) panis in aqua decoctus, ſic contritus, & cum ſucco amigdalarum, & ſeminum communium, ac zaccaro mixtus. Conferunt [f] amigdalæ, præſertim amaræ, panis martius. Morbo autem inclinante poteſt exhiberi [g] vinum album, dulce, [h] cuiuſmodi eſt burianum Lucenſe, ac trebulanum nuncupatũ, ficius paruæ pullę gallinaceæ, piſces [i] ſaxatiles, piſtacia, amigdalæ, paſſulæ. Aer ratione cauſæ fluxuræ potius conuenit frigidus, & humidus, & ratione cauſæ continentis, quæ iam fluxit, quò commodius vacuetur, confert tẽperatus præſertim inactiuis. Motus, [k] & vigilia nimia nocent, ſic ira, & cæteræ animi pturbationes. Aluus [l] irritetur clyſter. mitiorib⁹, ne ægri in diſenteriã incidãt.
            - Reuulſio cũ vacuatione
              - Senſibili p
                - Sanguinis miſſionẽ — Eodem die vena eſt ſecanda, &, ſi adſit cruditas, inedia per eam diem eſt vtendum, poſtea mittendus eſt ſanguis. Meſues [m] vult, vt mittatur priùs ex ſaphena lateris oppoſiti, ſi magna adſit copia. Et certè hæc eſt reuulſio ſecundum omnem loci oppoſitionem, quam laudat Galenus [n] Auic. [o] verò primùm mittit ex ſaphena eiuſdem lateris, poſtea ex cubito oppoſito: ex quo etiam mittit ſanguinem Aretæus, & Aetius ex ſententia Archigenis ita etiam Auenzoar. At Galen. & [p] Hipp. ex eodem ideſt latere affecto, quæ etiam eſt reuulſio ab internis ad externas partes. Et certè, ſi inſignis adſit plenitudo, & Medicus eſt vocatus ab initio, lõgè meliùs eſt, vt fiat reuulſio ſecundum omnes loci oppoſitiones: ſed, quia plerumq; accerſitur cum materia magna ex parte fluxit, ideò ex eodem latere mittendus eſt ſanguis. Vel potiùs ab initio ſemper eſt mittendus ex interna dextri cubiti vena, ſiue dolor ſit in parte dextra, ſiue in ſiniſtra; nam præterquamquod hęc vena proximè reſpicit ipſum hepar, euacuat etiam à vena [q] ſine pari, quæ nutrit omnes coſtas iuferiores, &, ſi dolor ſit in parte ſiniſtra, mittatur, poſtea ab eadem parte, niſi ceſſauerit ad miſſionem ex latere oppoſito. Ego ſæpiſſimè ſic feci, & curatio ſucceſſit optimè. Si mitior ſit pleuritis, & præſertim in qua ſputum eſt cruentum, Gal. [r] non mittit ſanguinem, ſed alijs remedijs eam curat, & Hippo. [s] cum dolor deſcendit ad hypochondria, exhibet medicamentum.
                - Medicamẽta ĩdita
                  - Os — Hipp. [s] vt dictum eſt exhibet medicamentum cum dolor deſcendit, ſed Gale. [t] habet ſuſpectum medicamentum, & potiùs mittit ſanguinem, quod ẽt facere Medicos ſui temporis ait Trallianus, [u] qui exhibet medicamentũ reſpiciens humorem peccantem, vt ſcammoneam bile redundantem, & helleborum, ac peplium peccante pituita, componit etiam pilulas, quas exhibet poſt cęnam. [x] Mirabiliter conferunt lenientia, vt caſſia fiſtula ad drach. x. cum drach. j. pulu. glicyrrhizæ. Facit manna ad vnc. iij. in aqua pectorali diſſoluta. Ego ſępiſſimè hoc medicamentum exhibui. ℞ Floris caſſiæ drach. v., Diaphiniconis min. Meſ. drach. ij. exhibe per horam ante cibum, & ſtatim ſumpta caſſia, ſumat æger vnc. iiij. olei ex amigdalis dulcibus recenter extracti. Faciunt [z] vnc. iiij. olei ex ſemine lini recenter extracti; cum dr. j. dentis apri, in puluerem redacti, & eſt ſecretum Ducis Vrbini.
                  - Anũ — Conueniunt clyſteres, & balani mitiores, ne hominem in diſenteriam præcipitem agamus. His vtitur [y] Galenus, tum poſt ſanguinis miſſionem, tum loco ſanguinis cum mitti non potuit.
              - Inſenſibili per — Reuellunt [a] frictiones ad partes extremas, ſic ligaturæ iuncturarum. Reuellunt [b] ſine vacuatione ſenſibili cucurbitulę ſine ſcarificatione ad partes à thorace remotas, eędem affixæ cum ſcarificatione auertunt vacuando ſenſibiliter. Et his [c] reuulſionibus [c] vtendum eſt poſt vniuerſales vacuationes.
          - Fluit actu, & à tali humore indicatur etiã inhibitio fluxus per
            - Inhibitionem, ne noua materia generetur § Facit [d] ad id victus ratio dicta.
            - Reuulſionem — Si multa eſt materia fluens, ſecatur vena in latere oppoſito, vt facit Aretęus, [d] Aetius, Archigenes, Auenzoar, & Iuniores latini, & Arabes ferè omnes, qui fortè ob id ſecant in pede ab initio. At, ſi ſit pauca, ſecatur vena ab eodem latere, vt facit [e] Hippo. & Gal. [f] nam hæc etiam eſt reuulſio ab internis ad externa, & celeriùs præſtat auxilium, quàm alię reuulſiones prędictæ, reuellunt etiam medicamenta lenientia, & ſoluentia per os, & per anum indita.
            - Deriuationem — Id præſtat [g] ſectio venæ internæ ab eodem latere, nam hęc ſectio non modo reuellit, ſed etiam deriuat.
        - Parte
          - Capite § A tali humore indicatur [h] vacuatio tum vniuerſalis, tum particularis, & alia conferentia catharro.
          - Larynge, pulmone, ventriculo, ſpatio intermedio, hepate, alijs partibus — Petuntur intentiones curatiuæ ex affectibus talium partium.
      - Cõtinẽs & cõiũcta, a qua indicatur extractio per
        - Sanguinis miſſionem — Si ſecetur vena interna [i] eiuſdem lateris ſit reuulſio à partibus internis ad externas: ſit etiam deriuatio, cum ducatur materia per locum vicinum parti affectę. Præterea [k] ſit ẽt vacuatio materię contentæ in parte affecta, ob quod Hipp. mittit ſanguinem in pleuritide vſq; ad ſanguinis mutationem, quę mutatio eſt, quia à parte affecta ſanguis ille educitur.
        - Sputum
          - Bechica [l] tuſſim excitantia mirabiliter conferunt, in principio quidem, & in materia bilioſa, mitiora, poſtea validiora, præſertim in materia pituitoſa. Facit aqua hordei, ſyr. violatus, de iuiubis, de glicyrrhiza, de hyſſopo, praſſio; ſic etiam ex eiſdem decocta, & decoctum pectorale, vt vocant.
          - Confert loch de pſillio, de pino, pulmone vulpis, praſſio, & ſimilia.
          - Si materia vergat ad vias vrinæ, vel deiectionum, iuuandus eſt naturæ motus.
        - Externas thoracis partes per vacuantia
          - Inſẽſibiliter — Id præſtant relaxantia, vt ſunt fomenta Hipp. [n] tũ humida ex aqua calida, tùm ſicca, vt ex millio, ſulphure. Confert [o] oleum camemelinum, de amigdalis dulcibus, & ſimilia, quæ ſtatim ab initio [m] ſunt admouenda; nam vel ſanant, ſi materia ſit pauca: at, ſi ſit multa, augendo dolorem, docent confugiendum eſſe ad valentiora præſidia, vt eſt ſanguinis miſſio, purgatio, & confert vnguentum pectorale; & factis alijs vacuationibus, ſi imbuatur placenta ex mitridato, theriaca, & calida apponantur loco dolenti, mirabiliter faciunt.
          - Sẽſibiliter — Cucurbitula cum ſcarificatione parti dolenti affixa, ſemel, iterum, & ſæpè, ita confert, vt dicat Trallianus [p] ſe multos hoc ſolo pręſidio liberaſſe. Ego vterer hoc remedio factis priùs alijs vacuationibus. Faciunt etiam ſynapiſmi, dropaces, & ſimilia.
- Morbo — Eſt autem [q] morbus ipſa inflammatio; quę cum pendeat a materia, & ſit affectus calidus, indicat vacuationem materiæ per præſidia ſuperiùs dicta. Indicat etiam refrigerationem quæ ad partes externas eſt ſuſpecta, ne materia repellatur ad partes nobiliores; vtuntur [r] tamen millio, oleo melino. Mihi verò magis placet, vt omittantur repercutientia, & vſurpentur relaxantia ſuperius dicta. Et, ſi interiùs [r] aliquod refrigerans eſt aſſumendum, eſt veluti loch de pſillio, & iuleb violaceum.
- Symptomate ☞ Vide ex altera facie.
- Loco affecto ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Trigesimæquintæ.

- **Symptomate**
  - **Inseparabili**
    - Dolore pungente — Indicatur [s] lenitio per anodina, quæ etiam relaxãdo aliquid materiæ vacuant, vt est oleum camemelinum, amigdalinum.
    - Febre acuta — Indicatur [t] refrigeratio, & madefactio per alimenta, & medicamenta; modò non augeant pleuritidem.
    - Difficultate respirandi — Collocetur æger recta ceruice, reuellatur, & relaxetur materia.
    - Tussi — Ad hanc faciunt bechica [u] tussim sedantia, vt amilũ, tragachanta, glicyrrhiza. Faciunt, & tussim mouentia, vacuando materiam.
    - Sublatione acrium vaporum ad caput — Indicatur [x] repercussio per oxirodina capiti admota, sic auersio ad alias partes per frictiones, vincula, & cucurbitulas.
  - **Separabili**
    - Syncopa — Indicatur [y] opus esse ijs, quæ vires, & spiritus excitant, & reficiunt, vt bonis odoribus, vino, epitematibus cordialibus, & cæteris, quæ in curatione syncope explicantur.
    - Siti — Indicatur lenitio per ea, quæ refrigerant & madefaciunt per se, & per accidens.
    - Vigilia — Indicatur somnus præstandus per somnifera, quæ tum interiùs, tum exteriùs admouentur.
    - Fluxus sanguinis, aut alui — Si talis fluxus [z] est criticus nihil est faciendum, sin minus est sistendus per propria remedia.
    - Possunt etiam alia symptómata superuenire, quę auferuntur ad morbi ablationem, vel ex proprijs remedijs alibi expositis.
- **Loco affecto, qui est aliqua īterna thoracis pars, vt membrana succingẽs, Mediastinus, septum transuersum: in quibus spectatur situs secundum**
  - **Locũ** — Vt, si dolor ascendat ad iugulum, & mammas, indicat esse mittendum sanguinem: si verò descendat, purgandum: sic, si sit in parte dextra, topica illi parti esse admouenda, & ad faciendam maiorem auersionem, mittendum esse sanguinem ex interna vena sinistri cubiti, vt vult Aretæus, [A] Aetius, [B] Auenzoar, [C] & omnes Arabes, ad reuellendum mediocriter, ad deriuandum, & vacuandum, mittendum esse sanguinem ex eodem latere, vt vult Hipp. [D] & Galenus. [D]
  - **Societatem** — Cum internæ partes thoracis habeant societatem cum pulmone, & asperam arteriam, indicant [E] euacuationem per sputum fieri debere; hæc enim est via conuenientissima, vt per tussim talis materia educatur: fertur tamen [F] interdum per vias vrinæ, & interdum per vias deiectionum, quo tempore iuuandus est naturæ motus.

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Sexto aphor. 47.
c Quinto de sanit. tuend. 12.
De venæ sect. 7. 10.
d Primo de ratione vict. 44.
Secundo de rat. vict. 15. 16. 17.
e Aretæus lib. 1. cap. 10.
f Aetius lib. 8. cap. 68.
g Paul. lib. 3. cap. 33.
g Tertio de ratione vict. 2.
h Primo de ratione vict. 26. 27.
i Alex. lib. 6.
l Paul. lib. 3. cap. 33.
m Mesues de ægrit. pect. 7.
Aretæus lib. 1. cap. x.
Aetius lib. 8. cap. 68.
n Quinto meth. 3.
13. meth. xi.
o Auic. lib. 3. f. 10. tr. 5. cap. 1.
p Auenzoar lib. 1. tr. 16. cap. 3.
p Secundo de ratione vict. 10.
Quarto de rat. vict. 73.
De venæ sect. 26.
q Secundo de rat. vict. x.
Tertio de art. 4. in Timęo Plat. 5.
Quinto de loc. affect. 3.
r Tertio sexti epidem. 44.
s Secundo de rat. vict. xi.
t Galenus in comm.
u Alex. lib. 6. in fine.
x Rasis 9. ad Almansor. 68.
y Quarto de ratione vict. 20.
z Aetius lib. 8. cap. 68.

a Rasis ad Almans. 68.
b Secundo de rat. vict. 15. 16. 17.
c Alex. lib. 6.
d Aretæus lib. primo, cap. 10.
e Quarto de rat. vict. 73.
f De sangu. miss. 16.
13. meth. 11.
Quinto meth. 14.
g Quinto meth. 3.
h 13. meth. 11.
i Secundo de rãt. vict. 10.
k Paulus lib. 3. cap. 33.
l Aetius lib. 8. cap. 68.
m Secundo de ratione vict. 1.
n Sexto aphor. 31.
o Nono de decret. Hipp. & Plat. 6.
p Alex. lib. 6.
q Aretæus lib. 1. cap. x.
r Mesues de ægr. pect. 7. V. meth. 6
s Secundo de ratione vict. 1.
t Primo aphor. 16.
u Quinto de simpl. medic. facult. 20.
u Primo ad Glauc. 14.
x 12. meth. 3. 4. 5.
y Secundo de rat. vict. x. xi.
z Aretęus lib. 1. cap. x.
A Aretæus lib. 1. cap. 10.
B Aetius lib. 8. cap. 68.
C Auenzoar lib. 1. tr. 16 3.
D Quarto de rat. vict. 23.
E De sangu. miss. 26.
F Sexto de loc. affect. 3.

ADNOTATIONES.

Eadem ratione curatur inflammatio septi transuersi, quæ ab Auicenna dicitur pleuresis pura: sic, si inflammati sunt musculi interni thoracis, & mediastinus. Curatio autem pleuritidis non veræ in alia tradetur tabella, sicut tradit Aetius in capite vltimo libri octaui.

Tabularum de Morbis Thoracis Finis.

TABVLÆ
De Febribus.

In Fe-

TABVLAE DE FEBRIBVS.

Tabula Prima, Ordo in tractandis Febribus.

In febrium tractatione explicanda sunt

- Communia, & vniuersalia
  - Hæc sunt [b] priùs pertractanda, quia sunt [c] notiora, & primò competunt febri, & non datur iteratio in doctrina. [b] Communia verò, quę sunt explicanda de febre sunt
    - Definitio, [a] in cuius tractatione explicatur
      - Ipsa definitio § Hęc traditur in secunda tabula sequenti.
      - Calor, [a] qui ponitur genus in definitione, vel per causam § in tertia.
      - Dubitationes ad talem definitionem pertinentes, quæ tractantur
        - Generatim, & vniuersè § in quarta
        - Sigillatim, quę dubitationes sunt de definitione
          - Formali, [d] vel per causam, & tunc dubitationes sunt de huiusmodi definitionis
            - Genere (idest) An febris sit calor præter naturam § in quinta.
            - Differentijs (idest) An sit accensus in corde, indeq; delatus in totum corpus per arterias, & venas cum actionum læsione § in sexta.
          - Materiali, [e] vel per subiectum, quę dicit, febris est conuersio natiuæ caliditatis ad igneam. § in septima.
    - Diuisio, in qua explicantur febrium differentiæ § in octaua.
    - Causæ [f] In causarum tractatione exponuntur
      - Causæ ipsę
        - Generatim § In nona.
        - Sigillatim ex
          - Galeno [f] § In decima.
          - Rei natura § in 11.
      - Conditiones [g] requisitæ, vt causæ agant § in 12.
    - Signa [h] § In 13.
    - Curatio [i] § In 14. 15. 16.
- Propria, in quibus tractantur febres
  - Simplices q̄ sunt
    - Ephemera [k] (idest) Diaria, cuius explicantur
      - Definitio, differentię § in 17.
      - Signa
        - Communia § in 18.
        - Propria § in 19.
      - Curatio [m] § in 20.
    - Hectica, [l] in cuius tractatione exponitur
      - Ipsa febris, cuius exponuntur
        - Definitio § in 21.
        - Signa § in 22.
        - Curatio § in 23. 24. 25.
      - Marasmus, [n] § cuius explicantur
        - Definitio, differentiæ § in 26.
        - Signa § in 27.
        - Curatio § in 28.
    - Putrida, in cuius tractatione explicantur
      - Cōmunia, vel vniuersalia, quæ sunt
        - Putredinis, [o] definitio, causæ § in 29.
        - Putridarū [p] febriū
          - Differentiæ § in 30. — Cùm inter differentias febris putridæ sit etiam illa, quæ sumpta est à loco putredinis, vel intra venas, vnde est febris continua, vel extra venas, vndè est intermittens, quia quidam [Q] dicunt in febre intermittente humores putrescere in venis, ideo dubitatur, An in intermittente humores putrescant extrà vasa § in 31.
          - Signa § in 32.
          - Tempora § in 33.
          - Signa temporum § in 34.
          - Curatio [p q] § in 35.
      - Propria, q̄ sunt febres putridæ
        - Simplices quæ sunt
          - Non pestilentes, quę sunt à
            - Sanguine, [r] vnde est Synochus, cuius explicātur
              - Definitio, [r] differentiæ, dubitationes § in 36
              - Signa § in 37.
              - Curatio § in 38.
            - Bile, vnde sunt febres biliosæ, vel tertianæ, [s] in quarum tractatione exponuntur
              - Biliosarum, vel [s] tertianarum febrium diuisio § in 39.
              - Causi [t]
                - Definitio differentiæ § in 40.
                - Signa § in 41.
                - Curatio § in 42.
              - Tertianæ [u] exquisitæ
                - Definitio, differentiæ § in 43.
                - Signa § in 44.
                - Curatio § in 45.
              - Tertianæ [s x] nothæ
                - Definitio, differentiæ § in 46.
                - Signa § in 47.
                - Curatio § in 48.
            - Pituita, vnde sūt febres pituitosæ, in quarum tractatione explicantur
              - Pituitosarum febrium diuisio § in 49.
              - Quotidianæ [a]
                - Definitio, differentiæ § in 50.
                - Signa [b] § in 51.
                - Curatio [c] § in 52.
              - Hepialæ [d]
                - Definitio, differentiæ § in 53.
                - Signa § in 54.
                - Curatio § in 55.
            - Melācholico [e] humore, in qua tractatione explicantur
              - Melancholicarum [e] febrium diuisio § in 56.
              - Quartanæ [f]
                - Definitio, differentiæ § in 57.
                - Signa [f] in 58.
                - Curatio [g] § in 59.
              - Erraticæ [e] febris
                - Definitio differentię § in 60.
                - Signa § in 61.
                - Curatio § in 62.
          - Pestilentes in quarum tractatione explicantur.
            - Diuisio morborum in sporadicos, & vulgares § in 63.
            - Febris pestilentis definitio, diuisio § in 64.
            - Febris pestilentis signa § in 65.
            - Febris pestilentis curatio § in 66.
            - Variolarum, & morbillorum definitio, differentię § in 67.
            - Variolarum, & morbillorum signa § in 68.
            - Variolarum, & morbillorum curatio § in 69.
        - Compositæ ratione
          - Sui ipsius, & tunc sunt plures simul mixtę, in qua tractatione explicantur.
            - Putridarum, [h] compositarum diuisio § in 70.
            - Hemitritæi [h]
              - Definitio, [h i] differentiæ § in 71.
              - Signa [i] § in 72.
              - Curatio § in 73.
          - Alterius, quod est
            - Causa, [k] q̄ causa est
              - Causa tantū, & humor mixtus putrescēs, [k] Vnde ē putrida notha; in qua explicaē illius
                - Definitio, differentiæ § in 74.
                - Signa § in 75.
                - Curatio § in 76.
            - Causa, & symptoma
              - Hinc est febris cū symptomatis, [l] q̄ prosternētia vires, vel augentia morbū, dicuntur causæ. In hac tractatione exponuntur febriū cū symptomatis
                - Definitio, differētiæ § in 77.
                - Signa § in 78.
                - Curatio § in 79.
            - Morbus [m]
              - Hinc est febris cum inflammatione, [m] vel apostemate, cuius febris explicantur
                - Definitio, differētiæ § in 80.
                - Signa [m] § in 81.
                - Curatio § in 82.
  - Compositæ ratione
    - Sui ipsius [n o] — In hoc casu plures febres miscentur In qua [o] tractatione explicantur.
      - Compositarum [o] febrium diuisio § in 83.
      - Cōpositarum febrium generalissimarū
        - Definitio, differentiæ § in 84.
        - Signa [n o] § in 85.
        - Curatio § in 86.
    - Alterius § Vt quando hectica, [p] & putrida, vel ephemera est cum vlcere, [p] vel inflammatione § in 87.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo de differ. febr. primo.
Primo aphor. 14. 15.
b Primo physic. 57.
Tertio phys. 2. Pri. de part. an. 4.
c Primo post. 12.
Pri. phys. 3. 49. Auer. in proh. 1. post.
d Alex. in lib. de febribus.
e Primo aphor. 14. 15.
f Primo de differ. febr. 3.
De caus. morb. 2.
g De caus. morb. 2.
h Primo ad Glauc. 2.
i Decimo meth. x.
k Primo ad Glauc. 2. 3.
Primo de differ. febr. 7. 11.
Secundo de cris. 13.
l Primo de differ. febr. 8. 9.
m Decimo meth. 7. 8. 9. 10. 11.
n De marcore per totum librum.
Decimo meth. 11.
o 11. meth. 8.
p 11. meth. per totum.
Secundo de diff. febr. per totum.
Q Alex. lib. 12. cap. 2.
q 11. meth. 8. 9. 10.
r Nono meth. 2. 3. 4. 5.
s Tertio primi epidem. 5.
t Secundo primi epidem. 20.
Quarto aphor. 58. 59. 4. acut. 1.
u Quarto aphor. 59.
Secundo de cris. 3. 1. ad Glauc. 5. 9.
x Primo ad Glauc. 8. x.

a Secundo de differ. febr. 4.
Secundo de cris. quinto.
b Primo ad Glauc. 7.
c Primo ad Glauc. 12.
d Secundo de differ. febr. 6.
De inæquali intemper. 8.
e Tertio progn. 27.
f Secundo de differ. febr. 5.
Secundo de cris. 4.
g Primo ad Glauc. 11.
h Secundo de diff. febr. 7. 8.
i Secundo de cris. 9.
k Primo ad Glauc. 8. 2. de cris. 7. 9.
l 12. meth. 1. 2. 5. 6. 7.
Primo ad Glauc. 14.
m Secundo de cris. 7. 9.
Primo ad Glauc. 2. 3.
n Primo de differ. febr. x.
Decimo meth. 5.
o Secundo de cris. 7. 9.
p Secundo de cris. 9. 7.

Tabula Secunda, Febris definitio.

Febris latinè à feruore, vel feritate, πυρετός, [p] vel πυρεξία, grecè ἀπό τοῦ πυρός, ideſt, ab igne dicta (quare ab [q] Hippoc. magna, & vehementiſſima febris πῦρ, ideſt, ignis, & interdum [r] καῦμα, ideſt, æſtus dicitur). Cum ſit propria cordis paſſio definitur per

Cauſam

Definitio febris per cauſam eſt huiuſmodi. Febris eſt [a] calor præter naturā accenſus in [b] corde, indequè delatus in totum corpus [c] cum actionum [d] læſione. Hęc definitio declarat quid, & propter quid ipſius febris; quę ab Ariſtot. [e] vocatur principium demonſtrationis. Ab alijs dicitur etiam [f] formalis, quia datur per formam ſed talis forma non eſt (vt dicitur) informans, cum febris, veluti etiam alia propria accidentia non ſit compoſita ex materia, & forma. Verùm dicitur forma febris, quatenus febri dat eſſe, & febrem conſeruat.

Dicitur etiam efficiens, quia febrem ipſam facit, ſed, quia verum efficiens eſt extra id, cuius eſt cauſa, hæc autem non, ideo dicitur efficiēs non verum, ſic etiam dicitur forma non vera, atq; ita (vt diximus) declarat quid, & propter quid.

Per cauſam, vel formam definiuit febrem [g] Alexander ſic. Febris eſt calor contrà naturam à corde ſumens principium, ex eoq; per arterias, & venas in vniuerſum progrediens corpus cum actionum lęſione. Auicenna [h] quoq; ita febrem definit. Febris eſt calor extraneus accenſus in corde, procedens ab eo mediante ſpiritu, & ſanguine per arterias, & venas in vniuerſum corpus, & inflammat in eo inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus, non ſicut caliditas iræ, cum non vltimatur.

Aetius [i] etiam ſic febrem explicat. Febris eſt calor præter naturam lædens cordis, & arteriarum firmitatem ex profundo emergens, & acris, & mordax ad tactum allabens, præſertim circa thoracem, & vbi venæ magnæ ſunt. Galenus perſæpè vtitur tali definitione, ſed nullibi ponit ſimul totam, ſed varijs [a b d c] in locis varias illius partes explicat.

Subiecti vel Materiam

Subiectum, vel materia febris eſt [k] natiua, vel inſita caliditas, vel calor, aut calidum innatum, & ex conſequenti ipſum cor, quod talis caloris eſt [l] fons, & origo. Quamobrem febris eſſe non poteſt, niſi calor præter naturam fuerit accenſus in corde, vt monſtrat Galenus primo de differ. febr. 3.

Definitio febris per ſubiectum, vel materiam eſt huiuſmodi. Febris eſt conuerſio [m] natiuæ caliditatis ad igneam.

Hęc definitio declarat quòd, vel quia, vel eſſe ipſius febris. Ab Ariſtotele [e] talis definitio vocatur concluſio demonſtrationis, ab alijs [f] definitio materialis, quia datur per materiam, vel ſubiectum. At dicet quiſpiam ſuperiorem quoq; definitionem eſſe per materiam, nam dicit febris eſt calor præter naturam accenſus in corde. Reſpondemus in ea eſſe cauſam, licet cum tali cauſa capiatur etiam ſubiectum, in quo eſt cauſa, vt cum dicitur. Eclipſis eſt interpoſitio terræ inter ſolem, & Lunam, & rurſus cum dicitur, Tonitruum eſt extinctio ignis in nubibus.

Per ſubiectum, vel materiam definiuit Galenus febrem primo aph. 14. 16. & primo de ratione vict. in acutis dicens. *Febris eſt conuerſio natiuæ caliditatis ad igneam.*

Author etiam Introductorij, [n] vel Medici inquit. Febris eſt natiui caloris in ardentiorem conuerſio.

In definitionibus Medicis ita definitur. Febris eſt innati caloris declinatio ad ſtatum præternaturam, vel febris eſt naturalis ſpiritus intēperies ad calidiorem, & ſicciorem ſtatum degenerans.

Alexander [g] verò Trallianus inquit. Febris eſt natiui caloris mutatio, natiuus autem calor in corde exiſtit, vnde febris in corde ſedem habet.

Vtrunque, ideſt, per cauſam, & ſubiectum

Definitio febris per ſubiectum, & cauſam eſt hæc. Febris eſt conuerſio natiuæ caliditatis ad igneam propter calorem præter naturam accenſum in corde, indeq; delatum in vniuerſum corpus cum actionum læſione.

Hęc definitio exponit, quòd, & propter quid ipſius febris, & ideò eſt perfecta, & abſoluta febris definitio, quæ ſola poſitione differt à demonſtratione. Quare ab Ariſtot. [o] dicitur demonſtratio ſola poſitione differens, quia ſi mutentur, ideſt tranſponantur, verba fiet demonſtratio hunc in modum.

Omnis calor pręter naturam accenſus in corde, indeq; delatus in vniuersū corpus cū actionū læſione, eſt cōuerſio natiuę caliditatis ad igneā.

Omnis febris eſt calor præter naturam accenſus in corde, indeq; delatus in vniuerſum corpus cum actionum læſione.

Ergo omnis febris eſt conuerſio natiuę caliditatis ad igneam.

Galenus nullibi ſcribit hanc definitionem ſimul totam, ſed varijs in locis varias illius partes ponit, nam ponit genus definitionis formalis, primo de diff. febr. cap. 1. dicens febris eſt in genere caloris præter naturam, *accenſum in corde*, ponit, primo de differ. febr. 3. *in toto corpore*, de cauſ. morb. 2.: *cum actionum læſione*, tertio meth. cap. 1.: atq; ita in iſtis locis, & alijs perſcribit partes definitionis formalis, vel quæ eſt per cauſam. Sed definitionem per ſubiectum, quæ materialis dicitur ponit ſimul totam primo aph. 14. & 16. ita etiam primo de ratione victus in acutis 18. Alexander verò Trallianus totam videtur ponere lib. 12. cap. 1. nam, cum antea dixiſſet; Febris eſt calor cordis, & arteriarum contrarius naturali, ſubiunxit paulo poſt, Febris eſt mutatio natiui caloris.

Author etiam Introductorij cap. 13. totam ponit, ſed oppoſito modo, nam prius ex propria ſententia ſcribit definitionem febris per ſubiectum ſic. Febris eſt natiui caloris in ardentiorem conuerſio, poſtea ex Iuniorum opinione aſſignat definitionem per cauſam ſic. Febris eſt calor naturali magis ardens, mordax, & acris ex alto veniens.

Auerrhoes quoq; [s] videtur per vtrumq; febrem definiſſe, cum inquit. Febris eſt calor continens totum corpus lædens actiones, & paſſiones membrorum, & paulò poſt dicit. Febris definitio eſt hæc. Febris eſt calor compoſitus ex naturali, & putredinali extraneo miſſo à corde per totum corpus, & lędit omnes actiones, & paſſiones.

Hæc definitio cauſas omnes continet videlicet efficientem, formalem, materialem, & finalem. Cauſa efficiens, & formalis eſt calor præter naturam, quia (vt dictum eſt) in febre, velut in omnibus alijs accidentibus proprijs idem eſt quid, & propter quid, ideſt, forma, & efficiens. Materia febris eſt natiua caliditas cordis. Finis verò eſt læſio actionū, quæ omnia ſunt in hac abſoluta febris definitione.

Præterea hæc definitio habet tres illas conditiones, quæ (vt aſſerit Ariſt., [t] & Auerr. [t]) in definitione requiruntur.

Prima eſt, quia ſoluit difficultates circa febrem contingentes, vt in alijs tabellis patebit. Secunda; quia per hanc definitionem patent omnia, quę febri inſunt, & febri accidunt, & niſi paterent, definitio eſſet vana, & dialectica. Tertia eſt, quia per hanc definitionem manifeſta eſt cauſa difficultatis, & dubitationum. Nam cum dicitur, quòd febris eſt conuerſio natiuæ caliditatis ad igneam, declaratur, quod eſt motus quidam, & cum ipſe motus plurimas habeat dubitationes (vt patet tertio phyſic. vſq; ad caput 6.) nihil mirum, ſi febris multas dubitationes habeat, quæ (vt dictum eſt, & in ſequentibus tabellis explicabitur) per hanc definitionem ſoluuntur.

AVCTORITATES.

a Primo de differ. febr. primo.
b Primo de differ. febr. 3.
c De cauſ. morb. 2.
d Octauo meth. primo.
e Primo poſter. analit. 64.
f Io: Grammat. 2. de anima 12. 13. & 2. phiſic. 87.
g Alex. Aphrodiſ. in lib. de febribus.
h Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 1.
i Aetius lib. 5. cap. 7.
k Alex. Trall. lib. 12. cap. primo.
l Secundo de fracturis 23.
m Primo aph. 14. 16.
Primo acut. 18.
n In Introduct. vel Medico 13.
o Secundo poſt. 45. 46.
p Tertio de fracturis 8.
Primo acut. 18. 43.
q Tertio primi epid. 19.
Primo tertij epidem. 5. 15.
Primo acut. 18.
r Septimo aphor. 13.
s Auerrh. 3. collig. cap. 3.
t Quarto phyſic. 31.

ADNOTATIONES.

A nemine hactenus (quod viderim) hac methodo explicata fuit febris definitio, monſtrat tamen rei natura ſic definiendam eſſe febrem, nam, ſi febris eſt accidens proprium, & per ſe, & eſt (veluti aiunt) propria paſſio cordis, & omnia propria ſunt definienda per proprium ſubiectũ, & per propriam cauſam, propter quam ſunt in tali ſubiecto (vt patet ex Ariſt. (u) *primo, & ſecundo* (x) *poſteriorum, primo de anima,* (y) *ſeptimo, & octauo metaphyſ.) ſequitur ex neceſſitate, vt definienda ſit febris (vt dictũ eſt.) Sed inſtabit aliquis dicens febrem non eſſe proprium accidens cordis, quia non ſemper eſt in corde. Reſpondemus, proprium eſſe duplex. Vnum quod ſemper eſt in ſubiecto, vt eſt riſibilitas in homine, Alterum, quod interdũ, ſed propter certam cauſam, vt eſt Eclipſis in Luna, Tonitruum in nube, ira in corde: & eſſe demõſtrationem, & ſcientiã non modò illius proprij, quod ſemper eſt in ſubiecto, ſed etiam illius, quod non ſemper, vt docet* (a) *Ariſt. primo poſter. 65. & febrem dicimus eſſe interdum in corde, vt in eodem eſt ira, in Luna eclipſis, in nube tonitruum, & ideo febrem per cor definiri, & etiam per cauſam propter quam eſt in corde. Rurſus obijcet quiſpiam, Calorem præter nãm in corde non eſſe cauſam febris, ſed eſſentiam. Dicimus calorem eſſe febris eſſentiam, & negamus non eſſe cauſam. Immo eſt propria, & coniuncta cauſa, à qua febris pendet (vt dicunt) in eſſe, & conſeruari, & à qua gignitur ſcientia, vt patet* (b) *primo poſt. 7. Verùm hæc cauſa à Medicis, qui ſunt artifices craſſiores non diſtinguitur ab eo, cuius eſt cauſa, & ab illis vocatur eſſentia. Sed à Logicis, & Philoſophis diſtinguitur, vt patet in ira, eclipſi, tonitruo, & demùm in oĩbus proprijs paſſionibus, in quibus dicitur eſſe cauſa altera,* (c) *.i. aliquo pacto diuerſa ab ipſis proprijs, quorum ob id ſunt demonſtrationes.*

Febris (vt patet ex tradita definitione, & ex (d) *Gal.) eſt intẽperies* (e) *calida, & ſic pertinet ad partes ſimplices, quas vocant ſimilares, & quia intẽperies põt ẽt contineri in latitudine ſanitatis, addit Gal. iſtam intẽperiẽ lædere actiones. Et, ſi quis dicat hoc patere ex eo, quia dixit calor præter nãm, reſpondemus id non ſufficere, vt ẽt non ſufficit in definitione morbi dicere, Morbus eſt diſpoſitio* (f) *præter naturam, ſed additur, lædens actiones primò.*

Quamuis hæc intẽperies calida, quæ febris nominatur, pertineat (d) *ad totum corpus* (g) *oritur tamen ſemper à corde;* (h) *immo non poteſt, vnquam eſſe febris, niſi talis caliditas fuerit accenſa in corde.*

Quia in definitione febris ponitur calor, & multæ ſunt dubitationes de iſto calore. Ideo in ſequẽti tabella explicabũtur accuratè caloris differẽtiæ

u Primo poſt. 64.
x Secundo poſt.
y Primo de anima 15. 16.
a Ariſt. primo poſt, 65.
b Ariſt. primo poſt. 7.
c Secundo poſt. 43.
d Octauo meth. 1.
e 2. meth. 7. pag. 15. d. f.
f De differ. ſympt. primo.
g De differ. morb. 5.
h Primo de differ. febr. 3.

Tabula Tertia, Caloris, vel potiùs calidi differentiæ.

Calor, vel potius calidum dicitur de

- **Qualitate [r] calida, quę proprie calor, & caliditas nominatur, dicitur etiā calidū. Hęc qualitas obtinet primum locum in agendo. Talis autem calor est**
  - **Simplex [f] qui ē**
    - **[d] Celestis**
      - Ita dicitur, non quod corpora cæleſtia ſint [a] calida, ſed quia à corporibus cæleſtibus, & præſertim à ſole in hoc inferiori mundo gignitur calor per motum. [b] & lumen per motum quidem, quoniam (vt inquit [a] Ariſtoteles) motus aptus eſt calefacere, & ignire, vt patet de ſagitta, cuius cuſpis plumbeus liqueſcit, dum celerrimè per aerem mouetur: per lumen verò quatenus radij reflectuntur, & quò maior eſt reflexio, & ad rectam magis lineam (vt in ſolſtitio æſtiuo) eò [b] amplior eſt calor, hæc etiam reflexio cauſa eſt cur ſit calidior inferior aeris regio, quàm media.
      - Calor cæleſtis (vt ait [c] Auerrhoes) dicitur actiuus, [b] & non paſſiuus, quia proficiſcitur ab agente non alterato, nempe à corpore cæleſti, quod eſt inalterabile, & incorruptibile.
      - Largitur calor [d] cęleſtis vitam vegetabilem, ſenſibilem, & animalem. [e] Atq; ob id inquit [d] Ariſtot. quòd calor, qui facit, vt fœcunda ſint ſemina non eſt ignis, nec talis facultas aliqua, ſed ſpiritus: qui in ſemine, ſpumoſoq; corpore continetur, & natura, quæ in eo ſpiritu eſt proportione reſpondens elemento ſtellarum, concluditq; calorem ſolis, & animalium habere principium vitale, & calorem animalium non eſſe ignem, nec ab igne originem ducere (vt aſſerit [e] Plato in Timæo.) Hinc patet calorem cæleſtem eſſe diuerſum à calore ipſorum elementorum, quia proficiſcitur à diuerſo agente, & gignit diuerſos effectus, nam (vt dicit [c] Auerrh.) calor ignis corrumpit, ac deſtruit, cæleſtis verò largitur vitam.
    - **[f] Elemētaris**
      - Eſt ſimplex qualitas, quæ inter [f] cęteras eſt magis actiua: hæc [g] in igne, & aere eſt in ſummo, ſed in igne eſt veluti diſponens, & forma, in aere verò eſt veluti diſpoſita, & materia, quarè ignis iure optimo dicitur primò calidus: Aer autem primò humidus. Calor elementaris proficiſcitur ab agente alterato, & ob id ab [c] Auerrhoe dicitur calor paſſiuus, quoniam elementa in agendo patiuntur, quod (veluti dictum eſt) non contingit in corporibus cæleſtibus, calor hic (vt dictum eſt) corrumpit, deſtruitquè.
  - **Compoſitus**
    - Eſt [f i] in corporibus mixtis, in quibus non eſt in ſūmo, veluti in elemētis, quia eſt refractus à frigore, & ex prępollente in mixtione qualitate calor, vel caliditas, vel calidū dicitur.
    - Calor plerūq; accipitur ꝓ accidente, à quo denominatur ſubiectum, ſiue ſit in ſubiecto per exceſſum, ſiue per comparationem ad ſimmetrum generis, vel ſpeciei, & ob id dicit Galen. 1. de temper. 7. quod calor, vel caliditas numquàm accipitur pro corpore calido, tamen cum dicitur calor innatus, vel caliditas innata poteſt intelligi pro ipſo corpore, & ſubſtātia, immò Ariſt. accipit calorem pro forma, & ſubſtantia mixti, cum inquit, [t] Putredo eſt corruptio proprij, & inſiti caloris in humido à calore extraneo, & Auerr. inquit, calor eſt cauſa omnium actionum, & paſſionum, quę ſunt in animalibus.
    - Talis calor in viuentibus, & pręcipuè in homine eſt magis cęleſtis, vel compoſitus ex cæleſti, & elementari, ſed in carentibus vita eſt magis elementaris.
    - Vtcunq; calor eſt, & dicitur.
      - **[h k] Natiu⁹, vel Inſitus. nnatus. [q] Cōnat⁹. [k] Prim⁹; primogeni⁹ genuin⁹, nālis, & familiaris [k]**
        - Hic calor eſt tēperatus [q] frigiditate, habetq; tanq̃ pabulū humiditatē leuē, & copioſā tēperatā ſiccitatē. A Gal. interdū vocatur [o] Aīa, vel facultas [p] aīalia gubernans, vel proximū aīæ inſtrumentū, dr̄ ēt ab eodē [s] ſpiritus natiuus, & natura, [l s] & ſubſiſtere ſubſtātia qdē in ſanguine, & ſpiritu, qualitate verò in tēperōne caloris, & frigoris, & eſſe opifex [o] oīum actionū, quia ab initio aīal [n] informat, auget, atq; ad mortē vſq; conſeruat, eſt ſuauis, & vaporoſus.
        - Hic autem calor ex Auerr. eſt. [x]
          - **Innat⁹ vel inſit⁹**: Nihil aliud eſt, q̃ ꝓpria primò cordis, deīde aliarū partiū tēperatio. Materia huius caloris eſt ſemē, & ſanguis mēſtruus, & ob id eſt aerea, & aquea, qua de cauſa calor hic plurimus ē in pueris, qui ortui ſunt viciniores. Talis aūt calor ad actiones obeundas gerit vicem materię.
          - **[m] Influēs [n]**: Reſidet in corde, [n] à quo facultatis vitalis beneficio fertur ad ſingulas corporis partes, maximā qdē ex parte p [m] arterias ex aliqua ēt p venas. Materia huius caloris eſt ſpiritus, & ſanguis tenuior in corde præparatus. Talis calor ad Actiones obeundas gerit vicem efficientis, vt aſſerit Auerrh. qui etiam 4. colliget. 2. dicit hunc calorem eſſe formam.
          - **Mixtus**: Fit ex mixtione, ac vnione caloris īnati, & influētis. Quamobrē, cūm ſit veluti propria forma ſingularum corporis partium, dr̄ ab Auerr. [u] proxima cauſa oīum actionum, & paſſionū, & eſſe diuerſus pro diuerſitate ipſarū partiū, & actionū. Hic eſt, qui in febre maximè afficitur, licet alij quoq; dicti afficiantur.
      - **[h] Aduētiti⁹, [q] Aqſititi⁹, Alcititius, Spurius**
        - Hic eſt intemperatus, acris, & quodammodo igneus, ſqualli-dus, & mordax, à Gale. vocatur improbus, non eſt ab ortu, ſed poſterior animalis generatione. Talis autem calor eſt
          - **Sanum**: Huiuſmodi calor eſt plurimus [q] in iuuenibus, nam [q] ignea eſt huius caloris temperatio. Plurimus etiam talis calor eſt in aere ambiente tempore æſtiuo.
          - **Præter naturā**
            - **[a] Non abſolutè**: Dicitur à Gal. calor alienus, & præternām; qui eſt in ſuauis acris, mordax, & putrefaciens. Cū tali calore ſtant actiones vitę, ſed nō ſanitatis, quarè dr̄ oppoſitus ſanitati. In hoc calore tāq̃ in genere continetur febris, q̃ ē calor [y] ſquallid⁹, & ſiccus.
            - **[a] Abſolutè**: Hic eſt calor, qui propriè dicitur præter natur., quia cum tali calore, non ſtant actiones vitæ. Ad talem calorem febris nititur ducere calorem naturalem, & ob id febris à Gal. dicitur eſſe conuerſio natiuæ caliditatis ad igneam.
- **Quodcunq; corpus calidum, ſiue ſit calidum per ſe, ſiue per accidens, & ſiue actu, ſiue potentia, licet hoc magis intelligatur de eo, quod per ſe eſt calidum. Quod calidum eſt**
  - **Simpliciter [b]**: Sic ſunt elementa præſertim ipſe ignis, qui proprijſſimè per nomen calidi ſignificatur. Aer autem magis per nomen humidi intelligitur, ſic aqua per frigidum, terra per ſiccum.
  - **Per exceſſum, & tūc corpus dr̄ calidum**
    - **Abſolutè [b]**: Vt piper, ſynapi, allium, quæ abſolutè, non tamen ſimpliciter dicantur calida, quatenus ſcilicet ſunt ſubſtantiæ corpus humanum calefacientes.
    - **Per comparatiōnem cū ſimmetro**
      - **Generis [b]**: Vt [b] leo dicitur calidus, quia comparatur cum homine, qui eſt medij temperamenti in genere animalis.
      - **Speciei [b]**: Vt bilioſus in ſpecie humana dicitur calidus, quia comparatur cum homine eucrato, ideſt, temperato.
- **Corpore affecto qualitate q̃ magis propriè calidum vocatur. Tale āt corpus calidum eſt**
  - **Innatum [c] quod græcè [c] Emphiton, & Archigonon, [c] ideſt, inſitum, innatum, quodq; etiam ingenitum, [b] naturale, primogenitū, & primogenium dicitur. Hoc licet temperatum ſit [r] frigiditate, & habeat adiunctum tāquam pabulum humiditatem lenem temperatā ſiccitate, tamen ab efficaciſſima, quæ in eo eſt qualitate calidum dicitur; & non modo calidum vocatur, ſed etiam calor, & caliditas, & græcè nō modo Thermòn, ſed etiam Thermòs, Thermis, Thermotis, & Thermaſia dicitur. Nam quamuis corpus ipſum ſimpliciter non dicatur caliditas, vt aſſerit Gal. primo de tēper. 7. tamen ſi addatur innatum poteſt dici tùm caliditas innata, tùm calor innatus.**
    - Calidum innatum (velut aſſerit Gal. [c] primo aph. 15.) completur ſpiritu, ſanguine, & ſeminali humiditate. Atq; (vt idem [d] inquit 5. ſimpl. 9.) nihil aliud eſt, quàm natiuus ſpiritus. Sed nihil prohibet ſanguineam [e] ſubſtantiam, ſimulq; aeream vnà cum ſpiritu calidum inaudire innatum. Hæc in principio noſtræ generationis eſt [f] ſanguis menſtruus, & ſemen, ex quibus conſtat partes ſolidæ. Sanguis [f] eſt veluti materia apta, concinnaq;, & opifici ad omnia ſequax: Semen verò opificis, & efficientis rationem obtinet, quamuis ſecundum [g] Gal. etiam ſemen ſit materia quædam, & ſanguis quoq; efficiens, conſtat ſanguis, & ſemen ex materia elementari, ſed in ſanguine plus eſt aqueæ, & terreæ ſubſtantiæ, in ſemine verò plus igneæ, & aereæ, quamobrem ſi ſemen ſanguini comparetur, plus igneæ ſubſtantiæ participare dicetur.
    - At ſi in eodem ſemine comparetur ſubſtantia ignea cum aerea, plus aereæ, quàm igneæ participabit. Ex quo tū rōne ſanguinis, tùm ratione ſeminis origo nobis eſt ex humida materia, vel ſubſtantia, quæ continuò exiccatur [i] ab efficaciſſima, quę in ea eſt qualitate, à qua calor, caliditas, vel calidum innatum dicitur.
    - Huius caloris innati [k] plurimū eſt in creſcentibus, in alijs verò tanto minus, quanto magis diſtāt ab ortu.
    - Calidum innatum dicitur etiam ex [l] Hipp. & Gal. [l] ſententia, natiuus ſpiritus, quin potius ex ijſdem [m] natura, & anima, nihil aliud eſt, quàm calidum innatum, vel calor innatus, qui ab initio animal [n] informat, poſteà auget, atq; vſq; ad mortem nutrit.
    - Dicitur etiam calidum innatum ſpiritus, & ſanguis tenuior genitus à corde, cui veluti [o] motus, ita quoq; calor eſt connatus, hic à corde influit ad ſingulas [p] corporis partes pro omnibus actionibus edendis, ex quo calor influens, vel calidum influens nominatur. Vocatur quoq; calor naturalis, & natiuus, & innatus ille, qui eſt mixtus ex inſito, & influente. Atq; ita cum ex Auerrh. [q] opinione, & ex reipſa tres ſint calores, vel calor ipſe tripliciter dicatur, magis propriè calor innatus dicitur, qui prius genitus eſt ex ſanguine menſtruo, & ſemine, hicq; (vt dictum eſt) nihil aliud eſt, quàm eſſentia, & temperies partium ſimpliciū, & omnes iſti tres calores, & caliditas, & calidum innatum dicuntur. Verum, cum dicimus calor, & caliditas, propriè intelligitur qualitas, vel forma, quæ nihil aliud eſt, quàm qualitas eſſentialis: cum dicitur calidum, intelligitur propriè corpus, in quo eſt caliditas, talis ſcilicet qualitas, vel forma.

Ariſtot.

AVCTORITATES.

a Aristot. secundo cœli 42.
Quinto problem. 4. 13. 34. 35.
b Primo metheoror. 4.
c Auerrh. de substantia orb. 2.
d Arist. 2. de gener. anim. c. 3.
e Plato in Timæo.
e Octauo de decret. Hipp. & Plat. 7.
f Primo de temper. 1. 5. 6.
g Arist. 2. de gener. & corrupt. 23.
h Primo de dispnæa. 21.
Quarto sexti epidem. 17. 25.
i Tertio de temper. primo.
Secundo de temperam. 3.
Primo aphor. 14.
Primo de sanit. tuend. 2.
k De trem. palpit. conuuls. 6.
k Aduersus Lycum. 7.
l Quinto aphor. 20.
m De vsu puls. 3.
n De marasmo. 3.
o Quinto sexti epidem. 5.
p Primo aph. 15. 4. aph. 37. 1. ac. 18
q Tertio de vsu puls. 6.
r Primo de temp. 7. Primo aph. 14.
s Quinto simpl. 9.
t Quarto meth. primo.
u Secundo collig. 11. 18.
x Auerr. 2. collig. 7. 9. & 4. collig. 2.
y Secundo acut. 22.

a Auerrh. 3. collig. 3.
b Primo de tēp. 1. 6. 2. de tēper. 1.
Secundo simpl. 3. 3. simpl. 2.
Tertio de temperam. 1.
c Primo aphor. 15.
d Quinto simpl. 9.
e Primo aphor. 14.
f Primo de sanit. tuend. 2.
Secundo de natural. fac. 3.
g Secundo de semine 2.
h Primo aphor. 14. 15.
i Octauo de decr. Hipp. & Plat. 7.
k Primo aph. 14. 2. de temper. 2.
l Primo aph. 15. Quarto aph. 37.
m Quinto sexti epid. 5.
n Primo aphor. 15.
o De marasmo 3.
p Secundo collig. 7.
De vsu puls. 3.
q Secūdo colliget. 7. Quārto collig. 2

Cum per hanc tabellam pateat quot modis dicatur calidum, & calor. & quo pacto febris sit calor (quia (vt dictum est) est calor præter naturam, sed non absolutè, verum est ille calor præter naturam, cum quo stant actiones vitæ,) sequitur vt afferantur, & soluantur dubitationes primo generatim, deinde sigillatim.

Dubita-

Tabula Quarta, Dubitationes ad febris definitionem generatim pertinentes.

Dubitationes ad febris definitionem generatim, & vniuersè pertinentes sunt de ipsius febris definitione

- **Formali, vel per causam, quæ definitio (vt dicitur in tabella de febris definitione est principiũ demonstrationis**
  - Definitio formalis, vel per causam ipsius febris est illa, quæ tradita est ab Alex. [a] Aphrodiseo, & ab [b] Auic, quę etiam colligitur ex varijs Gal. locis in margine ad literam [c] notatis, & est hęc Febris est calor præternaturam accensus in corde, indeq; delatus in totum corpus per arterias, & venas cum actionum læsione. Dubitationes igitur sunt de huius definitionis.
    - **Genere** — Est aũt gen⁹ in tali definitione (vt asserit Alex. [a] & ipse ẽt Gal. 1. de diff. feb. c. 1.) calor præternãm. Dubitationes ad hoc genus pertinentes explicabuntur sigillatim in sequenti tabella quinta.
    - **Differentijs, quę differentiæ sunt** — Delat⁹ in totũ corpus / Per arterias, & venas / Cum actionũ lęsione — Dubitationes, q̃ ad huiusmodi differẽtias attinẽt, exponẽt sigillatĩ ĩ tab. 6.
- **Materiali, vel per subiectũ, quæ est cõclusio demõstrationis**
  - Est autẽ febris definitio mãlis, vel p̃ subiectũ hæc Febris ẽ cõuersio [e] natiuę caliditatis ad igneam. Hanc definitionẽ tradit Gal. [e] 1. aph. 13. 15. & 1. de rõne victus 18. Itaq; dubitationes sunt de huius febris.
    - **Genere** — Et autem genus in hac definitione conuersio, quod quidem genus in hac definitione est [d] forma, veluti est in omni definitione materiali omnium propriarum passionum vt asserit Auerrh. 7. metaph. Sed oppositum contingit in definitione substantię, nã genus est materia, vt asserit [f] Porphyrius, & Auerrh. [g]
    - **Differentia** — Differentia in tali definitione est natiua caliditas cordis primò, secundò aũt aliarum partium, quæ differentia est materia, vt etiã est in alijs definitionibus materialibus [d] propriarũ passionũ.
  - Dubitationes ad hãc definitionem spectantes explicantur in tabella septima.

Tabula Quinta, An febris sit calor præter naturam.

An febris sit calor p̃ter naturã dubitatur, & nõ videt febris esse calor p̃ter naturam, quia ipsa febris

- **Non est calor, quod pbatur quatuor rõnibus**
  - **Prima**
    - Non est calor cælestis — Quia non gignitur à cœlo per motum, & lumen
    - Non est calor elemẽtaris — Quia non est in elementis, sed in corpore mixto.
    - Non est calor mixtus — Quia non est secundum naturam, nec præter nãm, vt probabitur inferiùs
    - Concedimus non esse calorem cælestem, nec elementarem. Sed negamus non esse calorem mixtũ, & ad probationem, cum dicitur non est secundum naturam, nec pręter naturam, fatemur non esse secundum naturam. At negamus nõn esse pręter naturam; immò dicimus febrem non esse calorem innatum, neq; ascititium, qui est secundum naturam, sed esse calorem [h] ascititium, qui est [h] præternaturam non tamen absolutè, sicut est calor cadaueris, verum est calor pręter naturam, cum quo stant actiones vitæ, sed non actiones sanitatis, nam Auerrh. [i] optimè declarat calorem præter naturam esse duplicem, scilicet absolutè, & non absolutè.
    - Ad rõnes, quæ probant febrem non esse calorem præter naturam respondebitur inferius.
  - **Secunda**
    - Non est calor in
      - Toto corpore
        - Vt patet in febribus pituitosis, quales sunt in hydrope.
        - In initio accessionum. [k]
        - In hepiala. [l] & malignis [m] febribus, cuiusmodi est lypiria.
        - Soluẽtur istæ dubitationes in sequẽti tab. 6.
      - Corde — vt in febre syncopali, & propè mortem, cum respiratio emittitur [n] frigida, & pulsus est rarus, & tardus.
  - **Tertia**
    - Febris est affect⁹ siccus, & siccitas non continetur sub calore. Qđ aũt febris sit affectus siccus, patet; quoniam
    - Febris est calor [o] igneus, Febris curatur [p] humidis. Dicit Gal. [q] sæpe febrem esse passionẽ calidam, & siccam
    - Hæ rationes multos adduxerunt, vt crederent siccitatem esse de essentia febris, quod tamen est falsum, quia dantur febres humidæ, vt sunt Thyphodes, & Elodes.
    - Itaq; ad rationes, concedimus febrem esse calorẽ igneum, sed non ob id sequitur, vt siccitas sit de essentia febris, nã febris nocet actionibus non rõne siccitatis, sed caliditatis tantũ, & eatenus est morbus, quatenus lædit actiones. Ad curõnem per humida [r] dicimus talia conuenire, quia tuentur insitam humiditatẽ, quæ est pabulũ caloris, præterea retũdunt vim caloris, cuius lima est siccitas Ad authoritates Gal. respõdemus illũ vocare febrẽ passionẽ siccã, q̃a semp cũ febre ẽ siccitas, sed nõ tãta, q̃ noceat actionib⁹.
  - **Quarta**
    - Calor est [s] in tertia specie qualitatis, & febris est in prima specie qualitatis, cum sit dispositio præter naturam
    - Non est inconueniens calorem esse in prima, & in tertia specie qualitatis diuersa ratione, quoniam est in prima specie, quatenus est habitus, & dispositio subiecti, in quo est, & hac rõne febris est calor, cũ sit dispositio p̃ter naturã.
    - Calor etiam potest esse in tertia specie qualitatis, quatenus scilicet est passio agens in ipsum sensum tactus, & hac ratione febris est calor, quoniam agit in tactum non modò Medici, & assidentium, ac ministrorum, qui tangunt ægrotantem febre laborantem, sed etiam agit in sensum ipsius ægrotantis, qui plus satis ipsius febris æstum ferè semper percipit, nisi febris sit hectica.
- **Non est p̃ternaturã quia**
  - **Iste calor p̃ter naturã, vel ẽ diuersus à naturali, vel idem, sed non est**
    - **Diuersus q̃a**
      - Est in eodem subiecto videlicet in partibus solidioribus, quarum lædit actiones.
        - Calor præter naturam (vt patet ex [t] Auerrh.) est duplex, vnus est extraneus absolutè oppositus vitæ, cuiusmodi est calor cadaueris, & hic nunquam stat cum calore naturali. Alter est extraneus secundum quid, quia est oppositus sanitati, vt est calor inflammationis, & erisipelæ, & sic est calor ipsius febris, qui quidem est oppositus sanitati, sed non vitæ, quia cum febre stant actiones vitæ, & per consequens calor etiam naturalis, à quo tales actiones fiunt.
      - Duo contraria essẽt in eodem subiecto. Qualitates primę essẽt plures quam 4.
        - Vterq; tamẽ calor est in potentia, vel (vt dicunt) sub esse refracto, quo pacto non est inconueniens duo cõtraria esse in eodẽ subiecto. Neq; tamen ob id sunt plures q̃ quatuor primę qualitates in genere: sed sunt plures in specie, velut ẽt dicit Gal. [u] calorem febrilem esse vnum genere; & plures specie, nam est calor acris, calor mitis, calor ardens, debilis, & eiusmodi, qui facit diuersas febrium species.
    - **Idem quia**
      - Nõ habet eamdem rationem, nec eadẽ effecta gignit, quia calor febrilis est siccus, & squalidus, putrefacit, & corrũpit. Naturalis verò est humidus, & vaporosus: conseruat, & perficit
        - Respondetur, quod est idem subiecto, & diuersus ratione, nam isti calores sunt mixti.
        - Contra, hoc modo arguitur. Isti calores, vel
          - Remanent sub propria forma, & entelechia; & tunc vel
            - Sunt mixti simul actu vsq; ad minima — Hæc est opinio Vgonis [x] Senensis, & Herculiani, [y] nec non Marsilij de Sancta Sophia, sed est falsa, quia contraria essent actu eodem tempore in eodem subiecto.
            - Vn⁹ calor ẽ addit⁹ alteri videlicet calor p̃ternãm ẽ addit⁹ nãli — Est opinio [a] Gentilis Fulginatis; quæ etiam est falsa, nam veluti superior ponit contraria actu in eodem subiecto eodem tempore.
          - Nõ remanent sub propria forma, & entelechia, sed sub esse refracto, vt elementa in mixtis
            - Est opinio [b] Alexandri Aphrodisæi, & Auerrhois [c] quam putamus esse veram. Attamen contra hanc sic Arguitur. Adsunt vtriusq; caloris effectus in actu, ergo etiam vterq; calor est in actu in subiecto.
            - Respondemus, quod non adsunt effecta absoluta vtriusq; caloris, sed quodammodo mixta, quemadmodum calor est mixtus.
  - **Sanat morbum qui est præternaturam**
    - Quia sanat [d] spasmum Apoplexiã, & similia
    - Non est inconueniens, quod vna res præternaturam tollatur ab alia præternaturam, quæ illi sit contraria: vel dicendum est, quòd tales affectus curentur à febre per accidens: quia [d] calefacit, extenuat, dissoluit causam.
  - **Tàm morbus, [e] quàm sanitas sunt secundum naturam**
    - Respondetur, quod est secundum [f] materiam, sed non secundum formam, nam morbus dicitur secundum naturam ratione materiæ, non autem ratione ipsius formæ.

Alex.

AVCTORITATES.

a Alex. in lib. de febrib. cap. 1.
b Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 1.
c Primo de diff. febr. 1. 3.
c De cauſ. morb. 2.
c De vſu pulſ. 3.
c Secundo meth. 8. Octauo meth. 1.
d Auerr. 7. metaph. 40. 41.
e Primo aph. 14. 15. Prim. acut. 18.
f Porphyrius in cap. de differ.
g Auerrh. 7. metaph. 34. 43.
h Quarto ſexti epidem. 25.
i Tertio colliget. cap. 3.
x Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
l De inæquali intemperie. 8.
Secundo de differ. febr. 6.
m Secundo prognoſt. 4.
m Septimo aphor. 1.
n Quarto aphor. 37.
o Tertio de fract. 8. Prim. aph. 14. 15
p Primo aphor. 16. 24.
q Primo acut. 18. 42. Pri. aph. 16. 24.
Primo de temper. 3.
r Primo aphor. 16.
s Ariſt. in prædicam. qualit.
t Auerrh. 3. collig. 3.
u Primo de differ. febr. 1.
Primo ſexti epidem. 29.
x Vgo in prima quarti Auic. tr. 1. c. 1.
y Hercul. ſuper Auic. ibidem.

a Gentil. ſuper prima quarti Auicen. & in quarta quæſt. de febrib.
b Alex. in lib. de febribus.
c Tertio colliget. 3.
d Secundo aphor. 26.
Secundo ſexti epidem. 9.
e Quinto phyſic. 56.
f Quarto de gener. anim. 4.

ADNOTATIONES.

Existimamus in febricitante eſſe, duos (g) calores contrarios, non quidem ſub propria forma, & entelechia, vel actu, ſed ſub eſſe (vt aiunt) refracto, veluti ſunt elementa in mixtis, & cõtrarij colores in medijs coloribus, & quamuis (h) Gal. aduerſus Lycum cap. 3. in fine dicat, quòd calor non eſt contrarius calori, dicimus non eſſe contrarium nominatum in calore, vt eſt in colore, eſſe tamen contrarium ſecundum rem ipſam calorem calori. Nam idem Gal. ponit apertiſſimè contrarietatem inter calorẽ (i) naturalem, & præternaturalem, & id quidem meritò, quia habent contrariam rationem, & contrarios gignunt effectus, immo ipſe Gal. ponit contrarietatem inter ipſum calorem præter naturam dicens alterum eſſe acrem, (κ) alterum mitem.

Poteſt etiam aliter dici, iſtos ſcilicet calores eſſe contrarios, vt eſt (l) contrarium extremum ipſi medio, ſi quidem medium eſt contrarium extremo, quatenus eſt particeps alterius extremi. Itaq; calor naturalis poteſt dici contrarius calori præternaturam, quia eſt (m) temperatus, & calor præternaturam eſt intemperatus.

Dicit Vidus Vidius Præceptor meus iſtos calores differre ratione noſtri. Sed cũ dicat Gal. (m) A ſomno coquente humores pituitoſos augeri calorem naturalem, & minui calorem præternaturam, & etiam aſſerat in febre acuta calorem (n) naturalem interdum eſſe debiliſſimum, & præternaturalem eſſe vehementiſſimum, patet luce clarius iſtos calores eſſe diuerſos reipſa, & vnum eſſe terminum à quo, & alterum terminum ad quem.

g *Quarto ſexti epidem. 17. 25.*
Quarto aphor. 27.
Primo de diffic. reſpir. 21.
h *Aduerſus Lycum. 3.*
i *xi. meth. 8.*
κ *Primo de differ. febr. prim.*
l *Quinto phyſicor. 6. 52.*
m *Quarto 6. epidem. 17.*
n *Quarto aphor. 37.*

Tabula Sexta, Dubitationes de differentijs positis in definitione febris per causam.

- **Calor in febre**
  - Non est accens° î corde; quia
    - Cum adest febris calor præter naturã non ẽ î corde
      - Propè mortẽ, quo tẽpore interdum expiratio emittit frigida [c]
        - In tali casu, cum à calore præter naturam, siue extraneo sit penitus consumptum alimentum, vel pabulum [a] caloris naturalis, & ex consequenti calor, ipse naturalis iam marcuerit, succedit calor præternaturalis, & extraneus absolutè, qui est oppositus vitæ, [b] ac demum ipsa frigiditas. Quarè non mirum, si expiratio emittitur [c] frigida.
        - Verum fieri posse, vt calor naturalis sit [d] proximus extinctioni, & calor præter naturam sit vehementissimus luce clarius testatur [d] Gal. in expositione aphor. 37.
      - In febre [e] syncopali ex crudis [f] humorib.
        - In principio, quando non dùm accensus est calor in humoribus, atq; ita non adest calor præternaturam in corde, non adest etiam febris, at potiùs tunc in corde tùm ratione humoris frigidi, tùm ratione syncopæ, adest frigiditas verùm postea superueniente febre statim adest calor præternaturam.
      - Quãdo in corde est inæqualis intemperies, [h] quo tẽpore pulsus interdum est paruus, tardus, rarus
        - Satis est in febre, vt aliqua substãntia [g] in corde sit calefacta, vel sit posita (vt aiunt) in calefacto esse, siue substantia illa sit spiritus, siue humor, siue pars solidior.
        - Fieri igitur potest, vt spiritus, vel humor sit calefactus, & substantia solidior sit frigida, & sic virtus debilis. Vnde fit pulsus paruus, tardus, rarus.
      - Quando in hepate adest inflammatio; cũ hepar mittat calorem ad totũ corpus, possunt lædi oẽs actiones, & sic fieri febris absq; lęsione cordis, ita quoq; si aliqua alia insignis pars sit inflammata.
        - Adest quidem febris in hepatis inflammatione, sed adest, quia cordi [i] fuit communicatus calor præter naturam, & hepar mittit quidem ad totum corpus caliditatem, at quæ seruit solùm naturalibus actionibus, siq; aliæ actiones lęduntur est per accidẽs, quatenus scilicet carent alimento, numquam tamen in quauis cuiuscunq; partis inflammatione, [i] vel alio affectu aderit febris, nisi aliquid in corde positum fuerit in calefacto esse. [g]
    - Febris non est ꝓpria passio cordis, quia
      - Non semper est in corde
        - Propria passio duplex, quædã semp est in subiecto, vt pulsus in corde, ferri sursum in igne, quædã interdũ, vt [k] eclipsis in Luna, ita in corde, & de talib° ẽt est scientia, [k] & demonstratio, sic est de febre, q̃ interdũ, & non semp est in corde.
      - Non definitur per triplicem definitionem. [l]
        - Hoc est falsum, vt in secunda tabella est ostensum, & licet Authores has definitiones integrè non posuerint, illas tamen attigerunt.
      - Febris subiectũ est totũ corpus [m] vt ẽt asserit Aristoteles. [n]
        - Subiectum dicitur duobus modis. Vno modo subiectum dicitur, quod est primum, proprium, immediatũ, & principale, vt substantia in methaphysica, & hoc pacto cor est subiectum febris. Altero modo vocatur subiectum adæquatum, vt est ens in methaphysica, & ita totum corpus est subiectum febris. Videlicet est subiectum febris adæquatum, extensiuum, & (vt vocant) totale.
  - Non est in toto corpore quia
    - Est solùm in partib° simplicibus, quas vocant similares, & non in organicis
      - Est quidem primò, & per se in simplicibus, quare febris dicitur morbus in intẽperie calida, [o] sed cum organicæ constent ex simplicibus, ratione simplicium, erit etiam iste calor in organicis.
    - Febris non esset vnus morbus, cùm totum corpus sit multiplex
      - Totum corpus dicitur esse vnum per calorem innatum cordis, à quo regitur.
    - Non occupat totum corpus vti deberet facere [q] ex Gal. & tali definitione, sed non est talis calor per totũ corpus
      - In febribus pituitosis, quales sunt in [p] hydrope
        - Adest quidem tunc temporis calor præter naturam in toto corpore, sed non sentitur ob materię frigiditatem, & ob id tales febres dicuntur frigidæ. [p]
      - In principio accessionum, quo [r] tempore pulsus interdum est maximè tardus, rarus, & paruus
        - Adest prohibens, videlicet materia putrida confluens ad thoracem, quia natura sentiens noxam à tali materia proficiscentem reuocat ad centrum sanguinem, & spiritus, & pulsus est talis ob debilitatem virtutis.
      - In hepiala, in qua [s] in ijsdem partibus sentitur calor, & frigus
        - Adest [s] hic quoq; prohibens, nempe pituita glutinosa, tenaxq; [t] non sinens calorem æqualiter diffundi per corpus, præterea satis est calorem [u] accensum esse in partibus nobilissimis videlicet in corde. [p]
      - In malignis febribus, [u] in quibus interiora vrũtur, & exteriora frigent, vt in Lypiria
        - Inflammatio existens in [x] visceribus trahit veluti cucurbitula calorem ab vniuerso corpore atq; ita inhibet, ne calor per totum corpus diffundatur. Quarè hic etiam adest prohibens.
    - Totum corpus non est subiectum febris, sed cor
      - Totum corpus [q] est subiectum adæquatum, & (vt vocant) totale, & extensiuum, cor [y] autem est subiectum primum, & principale (vt supradictum est).
    - Accidens migraret de subiecto in subiectum, si calor febrilis ferretur à corde ad totum corpus
      - Non est inconueniens, vt accidens migret de subiecto in subiectum per accidens; quatenus scilicet fertur corpus, in quo est accidens, ita in proposito casu fertur per se sanguis tenuior, & spiritus, qui sunt vehiculum caloris, & calor fertur per accidens, videlicet quatenus fertur corpus, in quo est.
  - Non fertur per arterias, [b] & venas, per quas debet [c] ferri, vt calor naturalis at non fertur, quia
    - Omnis febris esset cõtinua, cum continua sit delatio
      - Defertur quidem continuò à corde ad totum corpus spiritus, & sanguis tenuior, qui (vt dictum est) sunt vehiculum caloris præternaturam, sed non continuò fertur calor præter naturam. quia interdum iste [a] calor euanescit, & cum euanescit, cessat febris, cuius est essentia. Ad faciendam igitur continuitatem in febribus non solùm requiritur continua delatio à corde in totum corpus, sed etiam, vt calor præternaturã non euanescat. Verum non euanescit, vel quia humor putridus non expellitur [d] extra venas, vt contingit in febribus putridis, quæ verè sunt continuæ, vel quia est infixus in [e] partibus solidis veluti habitus, quo tempore facta est intemperies æqualis, vt in hecticis febribus.
    - Omnis febris esset diaria, vel putrida, quia per arterias, & venas fertur spiritus, & sanguis cum alijs humoribus
      - Febris denominatur, vel dicitur [a f] Diaria, vel putrida, vel hectica non à vehiculo caloris præternaturam, sed ab eo [f] subiecto, quod prius in corde fuit calefactum, vel (vt dicunt) fuit positum in [f] calefacto esse, & non ab ijs, quę postea calefiunt.
      - Quamobrem licet spiritus, & sanguis sint vehiculum caloris præternaturam, veluti caloris [g] naturalis, non tamen dicetur febris diaria, vel putrida, quia potest prius iste calor esse accensus in solidioribus: vnde febris dicetur hectica, & quando dicetur diaria, vel putrida, non erit; quia per spiritus, & humores feratur calor pręternaturam, sed, quia iste calor fuit prius accensus in spiritibus, vel humoribus.
  - Non lædit omnes actiones (vt [h] Auicenn. & Auerrh. [i] dicunt) quia
    - Multi febricitãtes intelligunt, sentiunt, concoquunt, & alias actiones obeunt
      - Faciunt ista quidem, verum non ita perfectè, vt in sanitate, & si quædam faciunt melius, est per accidens, [H] quatenus scilicet febris tollit causam, à qua actiones illæ lędebantur.
      - Præterea, cum dicitur, febris lædit omnes actiones, intelligitur, quòd omnes actiones potest lædere, non quòd sigillatim omnes lædat, verbi causa, potest lædere actiones animales, vitales, & naturales, satis est, vt ex istis lædat aliquas, quemadmodum homo dicitur esse capax omnium disciplinarum, non quòd omnes disciplinas capiat sigillatim, sed quòd ex omnibus quamlibet possit capere.
      - Varia est actionum læsio in febre, prout febris variè hanc, vel illam partem lædit.
    - Sanat multos morbos (vt in alia tabella est ostensũ) & ex cõsequenti perficit, & non lædit actiones.
      - Id facit per [k] accidens auferendo materiam, à qua pendet morbi, vt calor febrilis calefaciens, incidens, detergens, & siccans pituitam, sanat morbos à pituita exortos, ita etiam ab intemperie frigida, & humida.
      - Potest etiam dici non esse inconueniens, vt cum febris sit res præternaturam, aliam rem præternaturam sibi contrariam tollat, vt morbum frigidum, vel humidum, cum tamen febris alias actiones lædat, vt coctiones, somnos, & id genus cætera.

AVCTORITATES.

a Ariſtot.de iuuent. & ſeneƈt.cap.3.
a Ariſtot.de reſpiratione 4.
b Auerrh.3. colliget.3.
c Terrio de diffic. reſpir.8.
d Quarto aphor. 37.
e Auic.lib.4.f.1.tr.2.c.52.& ibi Gẽtil.
f 12. meth. 3.
g Primo de differ. febr.1.
h Tertio de præſag.ex pulſ.2.3.4.5.
i Primo de differ. febr.3.
κ Primo poſter. analytic. cap.7.
  vel commento magno. 65.
l Primo poſter. 64.
  Secundo poſter. 45. 46.
m De differ. morb. 5.
  De venæ ſectione 5.
n Primo problematum 20.
o Primo de differ. febr.3.
  De cauſ. morb. 2.
  Octauo meth. 1.
p Primo ſexti epidem. 29.
q De differ.morb.5. Nono meth.14.
r Tertio de præſag. ex pulſ.7.
s Secundo de differ. febr.6.
s De inęquali intemperie 8.
t Auic.lib.4.f. 1.tr.2.cap.50.
u Secundo prognoſtic. 4.
x Septimo aphor. primo.
y Primo de differ. febr.3.

a Primo de differ. febr.1.
b De vſu pulſ. 3.
c Alex. Aphrodiſ. de febr.
d Secundo de criſ.12.
e De inęquali intemperie 5.
f Tertio de præſag. ex pulſ.2.
g De vſu pulſ. 3.
H Secundo ſexti epid.9.
h Auic. lib.4. f.1. tr.1. cap.1.
i Auerrh.3. collig.3.
κ Sexto aphor. 40. 44.
  Quarto aphor. 57.
  Secundo aphor.26.

ADNOTATIONES.

Hactenus expoſitæ ſunt omnes partes definitionis ipſius febris, quam definitionem Alexander in ſuo libro de Febribus expoſuit, & cuius defini-tionis varias partes varijs in locis Galenus (vt diximus) explicauit, & adductæ ſunt, ac ſolutæ omnes dubitationes, aut plurimæ circa ta' definitionis partes contingentes. Quarè op ma eſt hæc definitio. Febris eſt calor præter turam accenſus in corde, indeq́; per arterias, venas delatus in totum corpus cum actionum læſione (vt benè inquit Alex. Aphrodiſeus.)

Illa, quæ ſunt addita in tali definitione ab Auic. poſita ſunt ad maiorem ipſius rei declarationẽ, nam, cum dicit Auicenna, Mediante ſpiritu, & ſanguine, *declarat calorem præternaturam ferri per idem vehiculum, per quod fertur ca-lor naturalis, quod intellexit Alex. (cum in-quit)* per arterias, & venas, *nam per has fer-tur ſpiritus, & ſanguis.*

Sic etiam, cum inquit Auic., inflammatur inflã matione, quæ nocet operationibus natura-libus, *non ſicut* caliditas iræ, *cum non vltima tur, id poſuit ad oſtendendum, quod febris ſit morbus, at non ira, quia febris lædit actiones naturales (ideſt) quæ fiunt in ſanis ſecundum naturam, vel lædit actiones naturales, vt co-ctionem, nutritionem, & cætera. Ira verò a-ctiones illas non lædit, niſi gignat febrem, aut alium morbum; id, quod facit, cum vltimatur (vt inquit Auic.) ideſt, cum valdè aucta eſt.*

Tabula Septima, An febris sit conuersio natiuæ caliditatis ad igneam.

Dubitationes pertinentes ad febris definitionem traditā à Gale. 1. aph. 14. 15. & primo Acut. 18. quę est per subiectū, sunt de talis definitionis

- **Genere**
  - Conuersio in hac definitione est quasi forma, sicuti dicit [e] Auerrh. contingere in alijs generibus propriarum passionum, quando scilicet, passiones definiūtur per subiectum, sed oppositum contingit in definitione substantiæ, in qua genus est quasi [f] materia. Febris autem non est conuersio quia
    - Omnis conuersio ē motus. Febris non est motus cū sit dispositio vel habit⁹.
      - Soluitur ex Auerrhoe quinto physicorum commento nono sic.
      - Motus consideratur secundum [a] formam, & secundum materiam, si consideretur secundum formam est transmutatio cum tempore, quia est [b] actus entis in potentia. Altero modo [a] consideratur [c] motus secundum materiam, & hac ratione motus dicitur esse in genere eius, ad qđ est motus, vt vel in quantitate, vel qualitate, vel vbi: & cum denominatio in rebus naturalibus fiat à termino [d] ad quem, & non à termino à quo: accipietur in tali casu motus ad rem aliquam pro re ipsa, vt motus ad caliditatem pro ipsa caliditate, quoniam (vt inquit [a] Auerrh.) ire ad calorem est calor quodammodo. Quamobrem, cum dicitur, febris est conuersio natiuę caliditatis ad igneam est non secus, ac, si diceretur; Febris est natiua caliditas calefacta calore igneo.
      - Quare ad argumentum, cum dicitur: conuersio est motus, conceditur, sed, cum postea adiungitur. Febris non est motus: propositio hæc negatur, & cum probatur: Febris est dispositio, vel habitus, & motus non est dispositio, vel habitus, respondendum est, motum quidem consideratum secundum formam non esse dispositionem, vel habitum; At consideratus secundum materiam potest esse habitus: & in hac definitione consideratur secundum materiam, & non secundum formam.
    - Hoc non conuenit hecticæ, nā, cum in hectica omnes partes solidæ ęquè excalfactæ sint absolutè à [g] calore præternaturali, non erit hectica conuersio natiuæ caliditatis ad igneam, sed potius erit natiua caliditas conuersa in igneam.
      - Verùm certè est natiuam caliditatem in hectica esse aliquo pacto conuersā ad igneā: non tamen simpliciter, & absolutè est conuersa, quia, si hoc esset, hecticus nō posset viuere per minimum temporis spatium quoniam cum absoluta caliditate ignea non potest vita permanere, quamobrem verissimè quoq; de febre hectica dicitur, quod est conuersio natiuæ caliditatis ad igneam.
      - Verum longè magis absoluta est conuersio in hectica, quàm sit in Diaria, vel putrida: cum talis caliditas in hectica sit iàm contracta veluti habitus in partibus solidioribus: non tamen est absolutè ignea, sed in illam natiua ipsa caliditas in dies magis, ac magis, nisi illi occurratur, conuertitur.
- **Differẽtia**
  - In definitionibus propriarum passionum per materiā, vel subiectum, ipsum subiectum accipitur [l] pro differentia sic in definitione Gal., quæ sic habet; febris est conuersio natiuæ caliditatis ad igneā natiua caliditas, q̃ est subiectum, & veluti materia, accipitur pro differentia, cum tamen oppositum contingat in definitionibus substantiæ, in quibus differentia est forma, & genus materia.
    Caliditas natiua in febre non videtur conuerti ad igneam, quia
    - Non mutatur caliditas
      - [h i] Insita
        - Quia omnis febris esset hectica.
      - [i] Influēs
        - Quia omnis febris esset diaria, & putrida, cum calor influens sit natura, vel qualitas ipsius spiritus, & sanguinis.
      - Mixta [i]
        - Quia omnis febris esset simul diaria putrida, & hectica.
      - In febre tum calor innatus, tùm influens, tùm mixtus mutatur ad igneum, quia tamen actiones primò, & per se [i] fiunt à calore mixto, eadem ratione in febre primò, & per se mutabitur in igneum calor mixtus, licet alij quoq; calores mutentur.
      - Nec ob id sequitur. Ergò omnis febris est simul diaria, putrida, & hectica, quoniam (vt dictum est in alia tabella) denominatio febris fit ab eo subiecto, quod prius fuit calefactum, [k] vel (vt dicunt) positum in calefacto esse, idest, in quo prius fuit accensus calor præter naturam, & ex illo calefacto reliqua calefiunt, qnarè si in spiritibus prius fuerit accensus calor præter naturam, febris dicitur diaria, si in humoribus putrida, si in partibus solidioribus, febris dicitur hectica. [k]
    - Si natiua caliditas mutaretur ad igneam, sequeretur, quod natiua caliditas esset terminus à quo, & ignea esset terminus ad quem.
      Atq; ita qualitates istæ essent contrariæ, sed Galenus aduersus Lycum dicit calorem non esse contrarium calori.
      Præterea duo contraria essent simul eodem tempore in eodem subiecto.
      Ad hæc qualitates primæ essent plures, quàm quatuor.
      - Fatemur natiuam caliditatem esse terminum à quo, & igneam esse terminum ad quem, & ob id tales caliditates esse contrarias, sed non simpliciter, at solùm velut [m] medium est contrarium extremo. Qua ratione dicit Aristot. [m] esse motum à medio ad extremū, & ab extremo ad medium.
      - Sic in proposito nostro, Natiua caliditas, cum sit temperata frigiditate, habet rationem medij, & ignea extremi, & sic sunt contrariæ.
      - Nec habemus pro inconuenienti, vt contraria sint eodem tempore in eodem subiecto in [n] potentia, vel in esse (vt dicunt) refracto, quemadmodum sunt elementa in mixtis.
      - Quando Galenus [p] aduersus Lycum dicit calorem non esse contrariū calori, intelligit calorem nominatum, vt in colore est nominata albedo, & nigredo.
      - Qualitates primæ sunt quatuor in [q] genere, sed vnaquæq; potest habere sub se plures species. Vel dicendum est sic.
      - Qualitates primæ, quæ sunt tales in summo, sunt solùm quatuor, sed refractæ, mixtæ, vel compositæ efficiunt plures, & diuersas species pro varia mixtionis diuersitate.

Auerrh.

AVCTORITATES.

a Auerrh.5.physic.9.
b Arist.3. physic.6.9.
c Arist.3. physic.4.
d Secundo physic. 14.
e Auerrh.7. methaphys.40. 41.
f Porphyrius in capite de differentia
  Auerrh.7. methaph.34.43.
g De inæquali intemperie 5.
h Primo aph. 14. 15.
i Auerrh.2. collig.7.
k Tertio de præsah. ex puls. 2.
  Primo de differ. febr. 1.
l Auerrh.8. metaphysic.6.
m Quinto physic.6.7.52.
n Arist.& Auerrh.3.de cœlo. 67.
o Porphyr.in cap. de differ.
o Auerrh. 8. metaphys. 6.
p Aduersus Lycum. 3.
q Primo de element.5.6.7.
  Primo de temperam. primo.

ADNOTATIONES.

Si, quæ aliæ ab Authoribus adducuntur dubitationes, vel in his continentur, quæ à nobis tribus tabellis sunt comprehensæ, vel ad has reduci possunt. Hæ omnes facilè soluuntur à tradita febris definitione, per quam etiam patent omnia, quæ febri ipsi insunt, & manifesta est quoque causa difficultatis, & dubitationum.

Quamobrem definitio dicta habet omnes illas tres conditiones, quæ ex Arist.(R)*& Auerrh.*(R) *in bona definitione requiruntur.*

Continet etiam exposita febris definitio (vt diximus) omnia causarum genera. Nam calor præter naturam est forma, & efficiens ipsius febris. Natiua caliditas, & ex consequenti cor est materia, vel subiectum, sed finis febris, prout est morbus, est læsio actionũ, sed quatenus est febris, illius finis est ducere natiuam caliditatem ad igneã absolutè, & sic ad calorem prorsus extraneum, & oppositum vitæ, & ex consequenti ad læsionem, idest amotionem omnium actionum.

Exposita definitione, & dubitationibus in illa contingentibus, sequitur, vt differentiæ febris explicentur.

R *Quarto physicor.* 31.

Tabula Octaua, Febris differentiæ.

- **Febriũ differẽtiæ sumũtur ab ipsius Febris**
  - **Essẽtia, vel substantia, q̃ est,**
    - **Forma, [c] idest, calor p̃ter nãm à quo maximè propriè sumunt febrium differentiæ sm̃ magis, & min⁹, & secundũ modũ motus ipsius caloris, est enim calor ipsi⁹ febris**
      - **Acris, [e] vel mordax qui ad tactũ est molest⁹ nã repũgit manũ istar [e] medicaminis acris & veluti fumus oculos, aut nares, ita calor hic tactũ erodit. Est aũt hic calor acris**
        - **Ardẽs, [e] à quo febres magnæ vocantur; & sic nomẽ quãtitatis vsurpat in qualitate; q̃a talis calor magis agit in tactum. Hic autem calor ardens est**
          - **Subitò [c] accedens .i. statim, & primo tactu apparet acris, & ardens, & ob id Hippo. [c] vocat eiusmodi febres acutas. Hic aũt calor subitò accedens est**
            - Succumbens [c] tactui, .i. minuitur inter tangendum — Hinc est Tertiana exquisita, cuius essentia [a] est calor acris, ardẽs subitò apparens, & succumbens tactui.
            - Non [c] succumbens tactui, sed magis in tactum agens; quia non minuitur inter tangendum, quin potius auget, & tunc calor est plurimus secundum
              - Qualitatem — Hinc est causus, [b] idest, febris ardens, cuius essentia est calor acris, ardentissimus, subitò accedẽs, non succũbens tactui, & plurimus sm̃ qualitatem, quia est acerrimus.
              - Quantitatem — Hinc est [d] synochus cum putredine, cuius essentia est calor acris, ardens, subitò apparens, non succũbens tactui, plurimus quidem sm̃ quantitatem, at nõ secundũ qualitatem, quia non est adeò vrens, vt in causo.
          - **Non subitò accedẽs .i. non apparẽs ĩ primo tactu acris, & ardens, sed post insurgẽs, .i. paulò post apparet acris, & ardẽs, cũ q̃s tãgẽdo ĩmoratur. Talis aũt calor est.**
            - Arid⁹, [e] vel squallidus vt in lapide calefacto [f] — Hinc est, [f] hectica, cuius est quidem calor acris, & ardens, at non statim apparet, sed postea.
            - Humidus, [e] vel madefaciens, qui est
              - Roridus — Hinc sunt febres Elodes, [g] ac Typhodes, quarum calor est acris, ardens, non subitò apparens, & roridus.
              - Fumosus — Hinc sunt febres nothæ, vt tertiana notha, quotidiana notha, & eiusmodi.
        - **Non ardens, [e] sed debilis, ex quo febris videtur esse parua, cũ tamen interdum sit maxima, vel potius pessima, & maligna, nam calor, qui cum sit acris apparet debilis est cum**
          - Sæuissimis symptomatis superantibus essentiã morbi, .i., ipsius febris, nam sunt maiora symptomata, quam febris ipsa
            - Hinc sunt febres pestilentes, in quibus est calor debilis in externis [c] partibus: At in internis est valdè vrens, vt patet ex inquietudine, lingua [h] arida, aspera, nigra, & alijs prauis symptomatis.
            - Febris hæc ab Hipp. dicitur [h] pemphingodis, .i., terribilis aspectu, siue ob dicta praua symptomata, siue ob pustulas, q̃ in ea apparẽt.
            - Differt ab alijs putridis p̃ [h] excellẽtiã putredinis, q̃ ẽ ĩ corde. [i]
          - Pruritu — Hinc sũt febres, quæ salsuginosę vocantur ab Hipp. [h] vt est quotidiana à pituita salsa.
      - **Mitis, [e] vel suauis, .i. non valdè molest⁹**
        - Quamuis [e] in omni febre sit calor acris, & mordax, cum febris essentia sit calor præternãm; si tamen calor vnius febris comparetur cum calore alterius febris, ille, qui est minus acris, dicetur mitis. Ita calor ephemerę, idest, diariæ comparatus cum calore putridæ, vel hecticæ, dicitur mitis, & suauis.
        - Hic autem calor mitis, febrilis tamen est.
          - Vaporosus [h] — Hinc propriè sunt febres diariæ, q̃ ephemerę à græcis dicutur.
          - Fumosus — Hinc est synochus absq; putredine, qui habet calorem mitẽ. Quare à Gal. [k] in febribus diarijs reponitur, cũ quibus (vt idem asserit) duo [l] habet cõia, vnum, quia continetur vnica accessione, alterũ; quia est sine putredine, sed altera species synochi cum putredine, de qua prius est dictum, habet vnum solùm commune cum diarijs, videlicet, quia vnica continet accessione, sed duo habet cõia cum putridis; vnum est, quia est cum putredine: Alterum, quia in plures dies extenditur, & in hoc etiam synochus non putridus conuenit cum putridis, nam interdum [l] ad quintum diem producitur.
    - **Materia [c] vel subiectũ febris, in qua materia prius accendit calor p̃ternãm in ipso corde, in quo sunt spirit⁹, humores, & partes solidæ, quæ oĩa in febre calefiũt calore præter nãm, sed tamen febris denominatur ab eo existis, q̃d primus incaluit. Differentiæ febris hinc desumptę dicũtur à Gale. maximè propriè, sed ab Auic. p̃pinquæ proprijs vocant. Materia igitur in qua accenditur prius calor pręter naturam est.**
      - [m] Spiritus, vel vapor — Hinc est diaria, q̃ à Græcis dr̃ ephemera, quia plerũque ad vnũ diẽ .i. 24. horas durat — Velut aer calidior in folles attractus illos calefacit, & velut aer balnei calefactus potest calefacere aquam, & parietes balnei, sic spiritus calefactus calefaciens humores, & partes solidas febrem gignit diariam.
      - Humor
        - Non putrescens — Hic est sanguis tantum, quia ob nimiam quantitatem obstruens, & ob id inhibens, ne calor exeat, respiretq;, febrem gignit, quæ synochus non putridus vocatur.
        - [r] Putrescens
          - Tũ sãguis, tũ alij humores siue sĩplices, siue mixti putrescẽtes [p] accẽdũt febrem, excitãdo calorẽ p̃ternãm in corde, neq; vllus humor excepto sanguine põt febrẽ [r] excitare, nisi putrescat.
          - Sicut [m] aqua feruens calefacit frigidũ lebetẽ, vel calefacit aerem, & parietes balnei, sic humores calefacti calefaciunt solidas partes, & spiritus
          - Putrida [n] febris, veluti diaria, & hectica nõ fit, nisi in corde fuerit accensus calor pręter nãm. Est autem talis calor accensus in corde
            - Per essentiã, vel per se, & primario — Est quando à nulla alia parte transmittitur calor ad cor, vt in putrida, [o] & hectica pestilenti, & in diaria, quæ fit ab ira.
            - Per cõsẽsũ, & est quando fertur aliũde calor ad cor quod fit
              - Sine ĩflãmatione alicuius partis — Hæ febres ab Antiquis [p] vocabãt morbi, & p̃ se febres, & ab illis dicebant [q] fieri à putredine humorũ in vasis, tm̃, q̃a fortè non cognoscebant febres intermittentes, quas Gale. [s] dicit fieri à putredine humorum extra vasa. [s]
              - Cũ inflãmatione à qua fertur ad cor
                - Calor tm̃ — Hic [t] ẽ diaria, vt ĩ bubone.
                - Putrid⁹ vapor — Hic sũt febres, [p q] quas Antiq̃ symptomata, & nõ p̃ se febres vocabãt, licet essẽt putridę, &, si diù p̃seueret, duretq; talis calor [u] occupat ẽt solida, & sic fit hectica.
      - Pars solidior — Veluti lebes calefactus calefacit aquam, & folles calefacti calefaciunt aerem, & veluti parietes balnei calefacti calefaciunt aquam, & aerem balnei, sic partes cordis solidiores calefactæ calefaciunt spiritus, & humores, & hinc febris est hectica sic dicta à corporis habitu, quem occupauit.
  - **Accidente aliquo, quod est**
    - **Proprium, .i. quod solùm est in morbis, & symptoma dicitur. Hinc febris est**
      - Sine symptomatis — Non potest febris, cum sit morbus esse absq; symptomatis, quemadmodum corpus non potest esse sine vmbra, quia tamen interdum symptomata in febre non sunt ita sæua, vt ad se trahant curationem, febris tunc dicitur esse sine symptomatis, & Authores agunt seorsum [x] de febribus sine symptomatis.
      - Cũ symptomatis; quæ ad se trahunt curationem — Huiusmodi est febris cum syncopa, cum insigni dolore, cum alui profluuio, cum vigilia, & similibus, de quibus Authores agunt seorsum, veluti facit Gal. 1. ad Glauc. c. 14. & 12. meth. per totum librum. Sic Aetius in lib. 5. à cap. 96. vsq; ad cap. 132. & Alex. lib. 12. c. 3. Ita etiam Paulus lib. 2. à cap. 37. vsq; ad finem libri.
    - **Cõmune, quod reperitur etiam in alijs rebus præter morbum. Tale autẽ accidẽs est**
      - **Propinquũ quod est**
        - Quantitas, vel qualitas caloris, vnde febris dicitur
          - Magna, & vehemens.
          - Parua
          - Impropriè qualitati [a] caloris tribuitur quantitas, sed tamen sic vsus obtinuit, vt in rebus innumeris quantitas pro qualitate vsurpetur, vt cum dicitur magnus æstus, magnum frigus, & similia. Sic dicitur magna febris. Verũ si ista magnitudo coniungatur cũ essentia febris, .i, cum calore pręternãm, erit veluti differentia essentialis, vt cum dicitur febris est calor acris, ardens, nam ardens significat magnitudinem, quemadmodũ debilis paruitatẽ.
        - Qualitas visilis, per quam febris dr̃ [b] valdè
          - Rubra [b] — Sic est synochus, qui monstrat magnum sanguinis incendium.
          - Pallida [b] — Sic est Tertiana, quæ bilem ipsam pręsefert.
          - Liuida [b] — Sic est febris propè mortem indicans naturalis caloris extinctionem.
          - Alba — Sic dicta est febris ab Archigene, qui ob id repræhenditur [c] à Galeno.
      - **Remotum, & hoc est**
        - Quantitas tẽporis considerati ratione
          - Ipsius tẽporis
            - In quo inuadit — Hinc dicitur febris nocturna, [d] diurna, ęstiua, [f] autumnalis, hiemalis, vernalis. Tertiana [d e] quotidiana, quartana [f] quia eo tempore accedit.
            - Ad quod durat, & tunc tempus est
              - Multum — Hinc est febris longa, & diuturna.
              - Paucum — Hinc est febris breuis.
          - Motus, qui est
            - Celer [g]
              - Cum [g] periculo vitæ — Hinc est febris acuta — Vt Causus, synochus.
              - Sine periculo vitæ — Hinc est febris breuis, ac tuta, cuiusmodi est diaria, & Tertiana. [h]
            - Tardus
              - Cum periculo vitæ — Hinc est febris diuturna, & læthalis, vt in hydrope, in phthisi.
              - Sine periculo vitæ — Hinc est febris longa, & tuta, velut est [i] quartana.
          - Quietis, q̃ rõne ipsius febris est
            - Nulla — Hinc est febris cõtinua
              - Proprijssimè — Sic est Synochus, & Causus.
              - Nõ ita p̃priè — Sic ẽ cõtinua tertiana, quotid. quart.
              - In his putrescũt [k] humores in venis.
            - Aliqua
              - Sine infebricitatione, adeò, vt priusq; finiatur prima febris, accedat secunda — Hinc est febris subintrãs à iunioribus dicta — In his materia [k] putrescit extra vasa.
              - Cum infebricitatione — Hinc est febris verè intermittens.
        - Ad aliquid & hoc est
          - Aequalitas, Inæqualitas — Hinc febris dicitur æqualis, inæqualis — vt tertiana, quotidiana, quartana.
          - Ordo, & inordinatio — Hinc est febris, [l] ordinata, vel inordinata, inconstans, vel erratica.
          - Rhythmus — Hinc est febris conueniẽs, vel non cõueniens temperõni, ætati, sexui, tẽpori anni, regioni, & simil.

Secundo

AVCTORITATES.

a Secundo de crif. 3.
b Quarto acut. quarto.
Tertio tertij epidem. 34.
c Primo fexti epidem. 29.
Primo de differ. febr. 1.
d Nono meth. 3.
e Primo de diff. febr. 7.
f Primo de diff. febr. 9.
g Aduerfus Lycum 2.
h Primo fexti epidem. 29.
i Tertio pe præfag. ex pulf. 3.
k Nono meth. 1. 2.
l 11. meth. 6.
m Primo de differ. febr. primo.
Primo fexti epid. 29.
n Primo de diff. febr. 3.
o Tertio de præfag. ex pulfib. 3.
p Quarto aph. 66. 73.
q Septimo aph. 42.
r Secundo de diff. febr. 5.
s Secundo de diff. febr. 1.
Secundo primi epid. 20.
s Quarto aph. 27. 59.
Secundo de crif. 6.
t Primo de differ. febr. 5.
u Tertio de præfag. ex pulf. 2.
x 11. meth. per totum.
Primo ad Glauc. vsq; ad c. 14.

a Primo aph. 14. Pri. de diff. feb. 1.
b Primo fexti epidem. 29.
Primo de diff. febr. primo.
c Tertio de præfag. ex pulf. 6.
d Tertio primi epid. 2. 3. 4. 5. 6.
e Tertio tertij epidem. 64.
f Secundo aphor. 25.
g Secundo de dieb. decret. 12.
h Tertio primi epidem. 8.
i Tertio primi epidem. 4.
k Secundo de diff. febr. 1.
Secundo primi epidem. 20.
Quarto aphor. 27. 59.
Secundo de crif. 6.
l Tertio tertij epidem. 64.

ADNOTATIONES.

Poffunt etiam aliæ febris differentiæ affignari ab aliquo alio accidente defumptæ, fed omnes ferè ad prædictas reducuntur, vel dicuntur valdè per accidens, vt febris frigida à caufa frigida, vel ab acceffione ipfa frigida.

A caufa quoq; adduci poffunt febrium differentiæ fic, caufa faciens febrem, vel adeſt, vel non adeſt, quas differentias expofuit (M) *Galen. in tractatione diariæ, fic etiam differentias propofuit à modo, quo funt in corpore, cum dixit, febris eſt in habitu, quem exim vocant græci, vel in habitudine, ac difpofitione, quam fchefim appellant.*

Poffunt quoq; explicari ea methodo, qua explicantur differantiæ aliorum morborum, vt quòd febris differentiæ fumantur à caufa, ab ipfo morbo, à fymptomatis, à loco affecto. Sed nos in hac tabella fequuti fumus Gal. primo de differ. febr. 1. & primo 6. epidem. 29.

M *Octauo meth. 1.*

Caufa

Tabula Nona, Cauſæ febrium.

- **Cauſa febris ē**
  - **externa & ſunt Res**
    - **Faciendæ**
      - Motus [a] nimius corporis. vel animi, qui ponitur à Galeno prima ipſius febris cauſa.
      - Huc etiam referri poteſt nimium otium, & alia huiuſmodi, quæ gignunt ſuperfluitates, & cruditates, à quibus, vel fit putredo, quæ eſt ſecunda febris cauſa ex Galeno [a] vel ſtipatio, quę ex eodem eſt quarta febris cauſa.
    - **Aſſumendæ**
      - Vt ſunt alimenta, vel medicamenta calefacientia, quæ ex [a] Galeno ad quartam febris cauſam pertinent.
      - Huc etiam referendę ſunt crapulę, ebrietates, quæ cruditates, [b] & ſuperfluitates generant, ita etiam, quæ gignunt hunc, vel illum humorem, qui putreſcens febrem excitat, quę omnia pertinent, vel ad quartam, vel ad quintam febris cauſam à Galeno poſitam.
    - **Excernendæ**
      - Si retineantur fuligines, quæ per ſe calefaciunt, velut fit in febre putrida, ex quo talis cauſa ad putrediné refertur, quæ eſt ſecunda cauſa ipſius febris. Sic etiam ſi retineantur ſuperfluitates, à quibus fit ſtipatio, quæ eſt quarta febris cauſa : febris excitatur.
    - **Incidentes extrīſecùs**
      - Ignis, [a] ſol, & aquę thermales actu calidę per ſe calefacientes febrem procreant, adq; tertiam Gal. cauſam pertinent.
      - Aer etiam frigidiſſimus, aqua frigidiſſima, nix, glacies, puluis, indumenta, ſic etiam adſtringentia, vt aqua alluminoſa, [c] & eiuſmodi per ſtipationem, quæ (vt diximus) eſt quarta [a] Gal. cauſa, febrem generant, ſed thapſia, euphorbium, ſynapi, calx, auripigmentum, & ſimilia, ſi adhibita corpori, illudq; vrentia febrem excitent; ad tertiam Gal. cauſam, quæ eſt vicinia corporis calidi, referuntur, nam licet non calefaciant actu, velut facit ignis, & ſol, calefaciunt tamen per ſe, videlicet potentia.
  - **Interna quę eſt**
    - **Patiens, q̄ eſt habilitas ad febrē propter**
      - Temperationem: Calidi, & ſicci ex Galen. [d] ſunt aptiſſimi ad febrem; calidi, & [e] humidi ex Auic. quod fortè dixit ratione febris putridæ, calidi [d] tantum, ſicci tantum, biliosi etiam ſunt ad febrem habiles.
      - Habitum corporis: Graciles febri ſunt obnoxij; ſic, qui habent habitum corporis denſiorem magis, quàm qui rariorem.
      - Ætatem: Iuuenes, [f] atq; adoleſcentes facillimè incurrunt in febrem.
      - Sexum: Mares magis, quàm fœminæ in febrem incidunt.
    - **Efficiēs, quæ propriè cauſa à Medicis dicitur, & eſt**
      - **Antecedens, quę eſt**
        - Temperatio calida in aliqua corporis parte, à qua calor pręter naturam cordi impertitur, & ſi ſit calor [k] tantùm erit febris [g] diaria, vt in bubone. At, ſi ad cor perueniat [h] putrida fuligo, vel vapor, erit [g] febris [h] putrida. Medici cauſam hanc coniunctam, vel continentem potius vocarunt, & ad tertiam Gal. [a] cauſam referrent.
        - Mala cōpoſitio in clauſis meatibus [i] partium
          - Externarum, [i] quæ ſtipatio à Medicis dicitur.
          - Internarum, quę [l] propriè obſtructio vocatur
          - Pertinet ad quartam [a] Galeni cauſam nempe ad ſtipationem, ad hanc etiam cauſam refertur multitudo, [i] craſſitudo, ac tenacitas humorum.
      - **Continens**
        - Cauſa continens, & coniuncta ipſius febris eſt in rei veritate calor præter [k] naturam accenſus in corde, [k] ſiue ratione [l] ſpirituum, ſiue humorum, ſiue partium ſolidiorum. Sed Medici cauſam hanc vocant eſſentiam, & cauſam coniuncti febris vocant vnamquamq; ex illis quinq; poſitis [m] à Gal., quæ ſunt motus, putredo, vicinia corporis calidi, ſtipatio, & aſſumptio rei calidę in corpus, ſiue res illa calida ſit alimentum, ſiue medicamentum. [m]

Tabula Decima, Cauſæ Febrium ex Galeno.

- **Cauſa febris ex Gale. eſt**
  - **1. Mot⁹**
    - **Corporis**: Nimius motus, vt in vehementioribus exercitationibus, primò calorē in muſculis [a] excitat, qui deinde per partem poſt partē, veluti p continuationem quamdam ad cor perueniens febrem gignit, Cauſa hęc ab Auer. [b] dicitur corporea, quia motus hic ad corpus pertinet.
    - **Animi**: In vehementioribus animi perturbationibus, vt in ira, quæ eſt feruor [á c] natiuæ caliditatis ita accenditur calor, vt fiat pręternām, ſic in triſtitia, gaudio, vigilia, & eiuſmodi ex nimio motu [d] caloris, & ſpirituum, vel à circumferentia ad centrum, vel à centro ad circumferentiam excitatur calor præter naturam. Cauſa hæc [b] ab Auerr. dicitur animata, quia motus hic ad animum ſpectat.
  - **2. Putredo**: Cùm putredo ſit corruptio [e f] innatæ caliditatis in proprio humido à calore extraneo, velut magnam excitat caliditatem in omnibus rebus putreſcentibus, ita in humano corpore ex inflammatione, eryſipela, & ſine his ex humorum ſola putredine putridos vapores, [g] vel fuligines ad cor mittens, & ob id calorem pręternaturam excitans, febrem facit.
  - **3. Vicinia corporis calidi**
    - **Externi, .i. exiſtentis extrà corpus, & tūc tale corpus externū eſt**
      - Ignis [a]: Eſt [b] per ſe, & actu [i] calidus, ideo per ſe, & actu calefaciens calore præternaturam, & ſic febrem procreat.
      - Sol [a] Non calefacit quia [b] ſit actu calidus (caret enim qualitatibus elementorum) ſed per [k] motum, & lumen. [l m]
      - Aer: Hic non modo ab igne, vel à ſole, vel ab exhalationibus terræ, verùm etiam à calida expiratione calefactus, vt accidit in cubiculo, vbi multa ſit hominum turba, ita calefacit, vt febrem generet.
      - [b] Aqua calida: Hæc, ſiue [b] ſit dulcis calefacta ab igne, vel ſole (quamuis à ſole rariſſimè ſic calefiat, vt febrem gignat) ſiue [b] ſit thermalis calefacta, vel à motu per ſulphur, vel ab igne, vel ab exhalatione; quatenus eſt actu calida calefaciens febrim pcreat, febrē quoq; pōt facere thermalis aqua, quatenus eſt potētia calida ob minerā ſulphuris, alluminis, calchāti, vitreoli, & eiuſmodi.
      - Thapſia, [n] euphorbium, & ſimilia.: Hęc propriè dicuntur calida in [r] potentia, quia non ſunt quidem actu calida, ſed habent vim calefaciendi, nam parùm à calore noſtro mutata nos adeo calefaciunt, vt interdum vrant, ex quo non iniuria febrim excitant.
    - **Interni, .i. exiſtētis in corpore noſtro, [o] vt in Bubone**: In Bubone [o p] omnes humores athroòs, ideſt, confertim, & ſimul in parte inflammata putreſcunt, quare non fertur ad cor putrida fuligo, vel vapor, ſed ſolùm calor ex tali inflammatione per partem poſt partem continuatus ad cor perueniens accendit ſpiritus, & idcirco diariam procreat, poteſt etiam ex viſcerum [p] inflammatione in ipſo bubone, vel cum ipſo eſſe febris putrida, quæ eſt [b p] periculoſiſſima.
  - **4. Stipatio ī partibus**
    - **Externis**: Hæc [q] propriè ſtipatio, conſtipatio, aſtrictio, & clauſio dicitur, quæ fit à rebus
      - Refrigerantibus [q]: Vt [q] ab aere frigidiore, niue, glacie, & aqua frigida.
      - Aſtringentibus [q]: Vt balneo [q] alluminoſo, ex gipſo, vitreolo, & eiuſmodi.
      - Obturantibus, vel obſtruentibus: Vt humoribus [r] multis, vel craſſis, ac tenacibus cuti impactis, ita etiam ſordibus, medicamentis emplaſticis, & eiuſmodi cuti inhærentibus, ſic etiam (vt arbitror) veſtimenta calefaciunt.
      - Exiccantibus: Vt fit in illis, qui vtuntur ſole, frictione dura, ſicca præcipuè cum nitro, ſale, calidis fomentis, [r] calidis, & ſiccis, exercitatione multa, puluere.
    - **Internis**: Propriè dicitur [r] obſtructio, quæ ſæpiſſimè facit, febrem putridam, & interdum diariam, & licet poſſit fieri obſtructio à conniuentia partium ab earundem compreſſione; ſic ab aliquo adnato, & à lapide; tamen prout facit febrem fit plerumque à
      - **Multitudine**
        - Humorum: Multi humores, ſiue ſit ſanguis, ſiue bilis, ſiue pituita, ſiue humor melancholicus (nam quilibet humor ſua multitudine poteſt obſtruere) ſimul confluentes obſtruunt, & ob id impedientes trāſpirōnem calorem extraneū, & ſic febrem plerumq; putridam, & interdum diariam procreant.
        - Materiæ [s] fluētis à capite: Catharrus [s] (ſiue à frigiditate, ſiue à caliditate fiat) interdum obſtruens, & ita tranſpirationem impediens febrem gignit, [s] quæ eſt diaria, niſi adſit putredo ad cor perueniēs, at, ſi putridus vapor ad cor deferatur, eſt putrida.
        - Alimēti [t] non benè cocti ob
          - Caliditatē: Vt fit in [u] biliosis, in quib⁹ cibi in nidorē cōuertūtur, quare adſunt ructus nidorulēti.
          - Frigiditatem: Vt fit in pituitoſis, [u] in quibus cibi in acorem permutantur, quare adſunt ruct⁹ acidi, quos Gal. dicit ſemper fieri [x] à frigiditate, ſed Alex., [a] & Auerrh. [b] aſſerunt fieri aciditatem tùm à frigiditate, tùm à caliditate. Gal. [c] quoq; dicit aciditatem fieri à caliditate non benè [c] concoquente.
      - Craſſitudine: Per [t] craſſitudinem obſtruit humor melancholicus. & pituita.
      - Tenacitate, vel glutinoſitate, vel (vt vocant) viſcoſitate, aut viſciditate: Sic obſtruit ſolùm ipſa pituita.
  - **5. Admotio rei calefacientis intra corpus, quæ res eſt**
    - **Alimentum**
      - Eſculentum [c]: Vt ſunt [c] allia, cæpæ, aromata, & eiuſmodi. [c]
      - Poculentum: Vt vinum [c] generoſum, ceruiſia, birrha.
    - **Medicamentum**: Vt eſt ſynapi, euphorbium, ſcammonea, ſiue quæ adhibentur medicamenta, & alimenta ſint calida [d] potentia ſolùm, vt piper, allia, ſiue actu [d] ſolùm, vt aqua calidiſſima, & bolus feruens; ſiue actu, & potentia, vt vinum calefactum.

AVCTORITATES.

a De cauf. morb. 2.
Primo de differ. febr. 3.
b Octauo meth. 5.
c Octauo meth. 2.
d Octauo meth. 8.
e Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 2.
f Tertio aph. 29.
g Octauo meth. 6.
h Primo de differ. febr. 5.
i Octauo meth. 4.
k Primo de differ. febr. 3.
l Primo de differ. febr. 1.
m De cauf. morb. 2.

AVCTORITATES.

a Primo de differ. febr. 3.
De cauf. morb. 2.
b Auerrh. 3. collig. 11.
c Secundo de sanit. tuend. 9.
d De cauf. morb. 2.
e Arift. 4. meteor. 1.
f 11. meth. 8.
g Primo de differ. febr. 5.
h Secundo de sanit. tuend. 9.
i Tertio de temper. 1.
Primo simpl. 2.
Tertio simpl. 2.
k Secundo cœli 42.
l m Primo meteoror. 4.
n Primo de differ. febr. 3.
De cauf. morb. 2.
o Primo de differ. febr. 5.
p Quarto aphor. 55.
q Octauo meth. 2.
r Octauo meth. 4.
s Aetius lib. 5. cap. 63.
t Quinto sexti epidem. 31.
u Octauo metho. 5.
x Sexto aph. 1. Secundo acut. 22.

a Alex. lib. 12. cap. 1.
b Tertio colliget. 40.
c De cauf. fympt. 2.
d Decimo meth. x. 11. meth. 9.

Tabula Vndecima, Causæ febris ex rei natura.

- Causa febris est res calefaciens
  - Per se ex sua natura primariò, & secundū se, calefacit autem
    - Actu, vel Energia, quæ causa est
      - 1. Motus
        - Hic per se aptus [a] est ignire, vt patet in lapidibus, dum fricantur, sic in sagitta, cuius cuspis plumbeus liquescit. Dicit [b] Auerrhoes motum cæli calefacere per calorem, qui est in aere in potentia.
        - Vidus dicit calefacere, quia parat pabulum calori. Aristoteles tamen dicit motum per se calefacere.
        - Vtcumq; motus non est calidus, tamen est causa per se caloris, ex quo infert Conciliator [c] motum non formaliter, sed causaliter calefacere. [c]
      - 2. Putredo
        - Hæc (quicquid alij dicant) calefacit per se, & actu, nam habet [d] actu calorem præternaturam, vt patet ex illius definitione.
      - 3. Vicinia, vel contactus corporis calidi
        - Vt [e] ignis, [e] solis, aquæ thermales calidæ, & hanc solam causam per se in actu posuit Auerrhoes. [f]
    - 4. Potentia, quo pacto calefaciunt ea, q̄ prius alterata sunt à calore nostro naturali. Talia aūt sunt.
      - Alimenta [g]
        - Esculenta — Vt [g] allia, cæpæ, aromata.
        - Poculenta — Vt [g] vinum generosum, birrha, ceruisia.
      - Medicamenta [g] adhibita
        - Interius — Vt est sulphur, synapi, scammonea, antimonium, & similia.
        - Exterius — Vt est Thapsia, Euphorbium, Titimalus, aqua thermalis actu frigida. Dicit Galenus [h] indumenta, vestimenta sic calefacere, calefacta enim à nobis nos recalfaciunt. At ego (velut suprà dictum est) puto vestimenta calefacere per accidens, quatenus scilicet retinent calidos effluxus.
  - Per accidens
    - Non modo calefacit stipatio siue sit (vt dictum est) in partibus externis, siue internis, nam calefacit, quatenus inhibet ne calidi effluxus exeant à corpore, & in tali casu calidi effluxus sunt, qui per se calefaciunt.

Tabula Duodecima, Conditiones necessariæ, vt causæ agant.

- Vt causæ febrium faciant febrē requiritur
  - Robur agentis
    - Nisi causa sit [a] valida non procreat effectum, vt minimus calor non facit febrem.
    - Dicit [b] Argenterius requiri multa in Agente, vt naturam, substantiam, quantitatem, qualitatem, agendi modum, & similia, quæ nihil aliud declarant, quàm ipsius agentis robur. Quarè ex Galeno in agentis robore continentur, & superfluum, ac putridum est Argenterij minutias persequi.
  - Dispositio patientis penes res
    - Naturales — Ad febrem habile est temperamentum, habitus corporis, ætas, sexus, vti supra dictum est.
    - Nonnaturales — Vsus, qui antecessit rerum [c] calefacientium, vel gignentium superfluitates, prauos succos, & cruditates, ita rerum obstruentiū & quomodolibet stipantium reddunt hominem ad febrem habilē præcipuè, cùm intempestiuè fiunt. Hinc patet [b] Argenterium hæc frustrà enumerasse tamquam non posita à Galeno.
    - Præternaturales — Qui habent intemperiem calidam, vt in bubone, qui habent obstructionem, stipationem, ac prauos humores aptissimi sunt ad febrem.
  - Contactus [d a] — Nisi calefaciens [a] tangat passum, non sequitur actio, videlicet febris.
  - Tempus — Cum omnis actio, & passio sit, & fiat in tempore, nisi causa calefaciens habeat idoneum tempus ad calefaciendum, non faciet febrem.

Secundo

AVCTORITATES.

a Secundo cœli 42.
Primo meteor. 4.
b In epitome methaph. cap. 12.
c Conciliator diffe. 11.
d Quarto meteoror. primo.
e Tertio de temper. 1.
Primo ſimplic. 2.
Tertio ſimplic. 2.
f Tertio colliget. 11.
g De cauſ. morb. 2.
h Secundo ſimpl. 24.

AVCTORITATES.

a De cauſ. procatarcticis.
De cauſ. morb. 2.
Primo de differ. febr. 3.
b Argenterius de cauſis morb. 11.
c Primo de differ. febr. 4.
d De conſtit. art. medic. cap. 9.

Tabula Decimatertia, Signa Febrium.

- **Signa febris ſunt**
  - **Memoratiua** — Nihil aliud ſunt, quàm [a] inuentio cauſarum procatarcticarum, quæ haberi poſſunt ex [b] ægrotante, & aſſidentibus, quæuè magis faciunt ad Medici gloriam, quàm ad ægri ſalutem. Præterea tangentur inferiùs inter ſigna à cauſis deſumpta. Quarè hic omittuntur.
  - **Indicatiua ſũpta ab ipſius febris**
    - **Eſſentia** — Febris eſſentia eſt calor [c] aſcititius, pręternaturam, acris, & differens ſecundum magis, & minùs pro varijs febrium differentijs. Cognoſcitur ſenſu tactus, tùm ipſius ægrotantis, tùm Medici. Cognoſcitur etiam ex cauſis, & effectis, præcipuè ex [d] pulſibus, & vrinis.
    - **Cauſa**
      - **Externa, vel primitiua, pcatarctica à græcis dicta. Talis aũt cauſa ſunt Res.**
        - **Faciendæ** — Nimius [e] motus corporis, vel animæ, qui ponitur à Gal. prima febris cauſa. Ita nimium otium gignens ſuperfluitates, & cruditates, & ex conſequenti ſtipationem, [e] vel putredinem; quę ſunt quarta, & ſecunda febris cauſa ex Gal.
        - **Aſſumendæ** — Alimenta, vel medicamenta calefacientia; & hęc ponitur quinta cauſa à [e] Gal. Ita crapulæ, & ebrietates generantes cruditates, & ſuperfluitates [f].
        - **Excernendæ** — Si retineantur fuligines, quæ per ſe calefaciunt cũ ſint actu calidæ, & ſic erit tertia [e] Gal. cauſa; vel ſuperfluitates, quęobſtruunt, & à quibus fit ſtipatio, quæ (vt diximus) eſt [e] quarta Galeni cauſa, fit febris.
        - **Incidentes extrinſecùs** — Ignis, [e] Sol, & aquæ thermales actu calidæ per ſe calefacientes febrẽ faciunt, & eſt tertia cauſa Gal. Sic frigidiſſimus aer, & [g] aqua non modo frigida, ſed ẽt aſtringens, vt alluminoſa, per ſtipationem calefaciunt, & eſt quarta cauſa Gal.
      - **Interna q̃ eſt**
        - **Antecedens, q̃ eſt**
          - **Temperatio** — Calida [h] ſicca ex Galeno; calida [i] humida ex Auic. Sicca [h] tantùm, bilioſa quoq; aptiſſima eſt ad febrem. Sic intẽperies calida in aliqua corporis parte, vt in Bubone [k]. — Hæc eſt cauſa efficiens, & ſuperior patiẽs.
          - Habitus corporis gracilis.
          - **Aetas** — Iuuentus, [l] atq; adoleſcentia facilè incurrit in febrem — Iſtæ ſunt cauſæ patientes, nam habent habilitatem ad febres, vt dictum eſt de temperatione.
          - **Sexus** — Mares, quàm fæminæ magis corripiuntur febri.
          - Mala compoſitio, ideſt, ſtipatio [m] tùm in partibus externis, tùm in internis; quę eſt quarta cauſa Gal. & eſt cauſa efficiens.
        - **Continens, vel coniuncta** — Cauſa continens; vel coniuncta ipſius febris in rei veritate eſt calor præternaturam accenſus in corde, [n] ideſt, vel in ſpiritibus, vel humoribus, vel partibus ſolidioribus. Cognitio per hanc cauſam non debet dici per ſigna, ſed eſt à priori, [o] & propter quid, & ſcientia propriè dicta, quia eſt per propriam cauſam, quæ cauſa ab ipſis Medicis dicitur ipſius rei eſſentia, quia cum ſint artifices craſſiores non diſtingunt hanc cauſamà rei eſſentia, ſed vocant talem cauſam ipſius rei eſſentiam.
    - **Effectis, .i. ſymptomatis, quæ ſunt**
      - **Actiones læſæ quæ ſunt**
        - **Animales**
          - **Rectrices** — Interdum à vi febris lęditur imaginatio, [p] ratio, memoria.
          - **Senſitiuæ** — Non raro febris lædit aliquem ſenſum, vel plures, & perſæpè gignit ſitim.
          - **Motiuæ** — Adeſt in febre inquietudo, inæqualis iactatio, motus difficilis, ideſt, debilitatus, vel ablatus.
        - **Vitales**
          - **Pulſus** — Cum pulſus propria ſit [q] cordis actio, & febris (vt dictum eſt) propria ſit eiuſdem cordis paſſio, in quacumq; febre ſemper læditur pulſus; & ob id iure dicit Gal. [r] maxima ſigna in febribus deſumi à pulſibus, qui in principio febris, vel intermittunt, vel aliquam inæqualitatem, aut ordinem deprauatum habent..
          - **Reſpiratio** — Valdè lędit ur in febre reſpiratio propter auctum calorem in corde; ex quo plerumq; eſt maior, celerior, & crebrior naturali. [s]
        - **Naturales** — Læditur à febre nutritio, nunc magis, nunc minus. Ita etiam facultates illi ſeruientes.
      - **Excreta quę ſunt**
        - **Vrinę** — Maxima [r] ſigna in febribus (vt inquit Gal.) non modò à pulſibus, ſed etiam ab vrinis deſumuntur. Conferunt maximè vrinæ ad febres putridas cognoſcendas.
        - **Deiectiones** — Interdum à calore febrili [t] colliquantur humores, & fit alui fluxio. Aliquando etiam ab eodem calore nimiùm exiccante aluus aſtringitur.
        - **Vomitus [u]** — Perſępè in febribus adeſt [u x] vomitus, vt in tertiana.
        - **Sanguis** — Non raro in febribus excernitur [x] ſanguis, nunc ex naribus, nunc ex hęmorrhoidibus, nunc ex vtero, nunc ex alijs partibus.
      - **Affectus, & qualitates corporis**
        - Adeſt pallor præſertim in initio [a] acceſſionis, cùm ſpiritus, & ſanguis retrahitur ad cor.
        - Adeſt inæqualis, & triſtis ſenſatio, quæ ab Arabibus dicitur Almælilethu [b] cum ſuis ſocijs, qui ſunt Tuſſicula [c] quædam ſubaſpera vnà cum perfrigeratione inuadens, & oſcitatio, pandiculatio, & dolor quidam, & propenſio ad ſomnum cum laſſitudine, & (vt inquit Auic. [b]) confractione membrorum.
        - Adeſt etiam diffuſo, ac ſparſo per vniuerſum corpus calore nunc rubor, nunc alius color.
        - Adeſt ſæpè flatus, ructus, crepitus, & eiuſmodi.
  - **Prognoſtica per quæ præcognoſcitur**
    - **Euentus vel exitus** — In ipſis febribus euentus, vel exitus eſt varius, nam interdum eſt ad ſalutem, interdum ad mortem. Quare [e] diligenter perpendenda eſt vis ipſius morbi, & conferenda cum robore naturæ, ſi enim febris vehementior eſt, æger morietur, ſi debilior, quàm ægri natura, haudquaquam morietur, vbi nullus committatur error. Cognoſcitur robur [d] febris tùm ex ipſius ſpecie, tùm ex ipſius ſymptomatis. At robur naturæ cognoſcitur ex actionibus, præcipuè ex pulſu.
    - **Tempus** — Hoc eſt varium, prout variæ ſunt ipſius febris ſpecies. Ephemera (ideſt) Diaria [f] plerumq; ſoluitur vna die. Tertiana [g] exquiſita in 14. diebus. Quartana [h] durat in menſes, & annos. Hæctica perſæpè comitatur ad mortem, vt dicetur in proprijs tractationibus.
    - **Modus** — Hic ſiue ſit ad ſalutem, ſiue ad mortem, nunc eſt per criſim, nunc per ſolutionem, prout varia eſt ſpecies febris. Vt (verbi gratia) in [i] ſynocho, vel Cauſo eſt per criſim. In Quartana verò, & hæctica eſt per ſolutionem. Quamobrem prognoſtica commodiùs explicantur quando ſingulę febrium ſpecies ſeorſum, & ſigillatim explicantur, ac tractantur.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſt. 4.
c Primo ſexti epid. 29.
Quarto ſexti epid. 25.
Primo de differ. febr. 1.
Octauo meth. 1.
d Primo ad Glauc. 2.
e De cauſ. morb. 2.
Primo de differ. febr. 3.
f Octauo meth. 5.
g Octauo meth. 2.
h Octauo meth. 8.
i Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 2.
k Octauo meth. 6.
l Tertio aph. 28.
m Octauo meth. 4.
n Primo de differ. febr. 3.
o Primo poſter. 5.
p Quarto de loc. affect. 2.
q Sexto de decret. Hipp. & Plat. 1.
r Primo ad Glauc. 2.
s Primo de diffic. reſpir. 4.
t Decimo meth. in fine.
u Quarto aph. 59.
x Tertio de criſ. 3.

a Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
b Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 2.
c In ſynopſi pulſ. 16.
d De Medic. art. conſtit. 18.
e Secundo prognoſt. 6.
Quarto de præſag. ex pulſ. 11.
f Nono meth. 1.
g Quarto aphor. 59.
h Primo epidem 4. 5. 8. 17.
i Tertio de criſ. 3. 4.

ADNOTATIONES.

Signa poſſunt conſiderari quatuor modis, ſecundum quos vario modo dicuntur.

Primo conſiderantur ratione temporis, quod ſignificant, & hac ratione diuiduntur in Memoratiua, (A) Indicatiua, & Prognoſtica, prout videlicet ſignificant præterita, vel præſentia, vel futura.

Secundò conſiderantur ratione rei ſignificatæ, atq; ob id diuiduntur in Salubria, inſalubria, & neutra, videlicet prout ſignificant ſanitatem, vel morbum, vel neutrã diſpoſitionem.

Tertiò conſiderantur ratione rei ſignificantis, & hac ratione dicuntur ſumi ſigna ab eſſentia, (B) & ab effectis, vt nos fecimus in hac tabella, in qua addidimus cauſas, quæ ex Gale. in eſſentia continentur.

Quartò conſiderantur ratione modi ſignificandi, ideſt, quo ſignificant, & hoc nomine conſiderata, diuiduntur in neceſſaria, quæ Techmeria (C) à græcis dicuntur, & à Medicis vocantur patognomonica; (D) & in nõ (C) neceſſaria, quæ dicuntur ſigna communiter, & ſimpliciter. Atq; hæc, vel inuadunt ſimul cum morbo, & vocantur aſſidentia ſeu comitantia, (D) vel poſtapparent, & dicuntur mox apparentia, vel poſtapparentia.

Prognoſtica ſunt in (E) triplici differentia, nam quædam ſunt ſigna ſalutis, & mortis; quædã coctionis, & cruditatis; quædam critica, ideſt, decretoria.

A *De Art. medicin. 7.*
B *De Art. medicin. 8.*
C *Tertio prognoſtic. 39.*
D *Primo aphor. 12.*
Tertio tertij epidem. 34.
E *Primo de criſibus 14.*

Tabula Decimaquarta, Febris curatio generatim.

In febre quatenus est febris curanda, cũ illa sit calor prę- ter naturam indicatur refrigeratio; [k] sed cum sit calor igneus, & ob id adiunctam habeat [l] siccitatem, & quia consumit humidũ, quod est pabulum caloris naturalis, indicatur esse refrigerandum, & [m] madefaciendum per Res

- **Faciendas**
  - Abstinendum est ab omni motu [a] corporis, & animi, quoniam calefacit [b]. Quarè neq; ambulandum, neq; irascendum, neq; tristandum, sed vitandæ sunt omnes animi perturbationes, & quies, ac tranquillitas adhibenda; & in lecto iacendum, vt ex tepefactis à temperato illius calore poris exiens calor præternaturam euanescat.
  - Somnus confert in febris declinatione, sed in febris [c] principio, & augmento nocet.
- **Assumendas quæ sunt**
  - **Alimenta**
    - Cibi sint [d] frigidi, & humidi, vt ptissana, [e] lactuca, cucurbita, malua, beta, atriplex, pisces saxatiles, panis [f] in aqua madefactus.
    - Potiones etiam sint frigidæ, & humidæ. Quocirca nihil est præstantius aqua frigida, quę perpetuò est febris, [g] quatenus febris remedium.
  - **Medicamenta quæ sunt.**
    - Antidoti — Vt est conserua ex violis, nenuphare, loch de psilio, diacodion, loch de papauere.
    - Syrupi — Vt est syrupus violatus, de papauere, de nenuphare, de endiuia.
    - Decocta, vel aquę — Vt ex lactuca, malua, violis, nenuphare, hordeo.
- **Excernendas**
  - Refrigerat euacuatio [h] superfluitatum præcipuè calidarum, vt biliosarum; refrigerat etiam vacuatio omnium excrementorum, vt stercoris, vrinę.
- **Incidentes extrinsecùs**
  - Aer frigidus, & humidus cuiusmodi est in [i] domibus subterraneis versis ad septentrionem, vel vbi aqua frigida per pauimentum aspersa, aut ex vase in vas transfusa fuerit, vel vbi sint flores, & plantæ refrigerantes, vt sunt violæ, Flores, & folia nympheæ, rosæ, vitium folia, & capreoli, aut ruborum summitates. Turba [i] quoq; hominũ ex cubiculo abigenda, nã domum calefacit.
  - Conferunt [n] vnguenta refrigerantia, & madefacientia, vt refrigerans Gal. Sed nihil præstantius est balneo, [o] aquę dulcis.

Tabula Decimaquinta, Febris curatio ex Galeno ad verbum sumpta.

Aliam methodum in febre prout est febris curanda proposuit Galenus libro decimo methodi capite decimo, quæ subscripta tabella continetur.

A febre, cùm sit [c] intemperies calida indicatur refrigeratio [d] per ea, quæ refrigerant

- **Per se [b]**
  - **Actu [b]**
    - Refrigerat per se, & actu aqua frigida copiosè bibita, quę ob id à Gal. [a] dicitur esse perpetuò febris prout est febris remedium.
    - Quarè ad febrem tollendam nil præstantius est aqua frigida.
  - **Potentia [b]**
    - Huiusmodi (vt inquit Gal. [b]) est succus vuæ acerbæ calefactus. Ita etiam aqua dulcis, hordei, lactucæ, violarum, nympheæ, sic iuleb violaceum, syrupus violatus, de nenuphare, de papauere, & demùm omnia, quę cum sint potentia frigida, calefacta, idest, actu calida adhibentur.
- **Per accidens**
  - Huiusmodi [b] est clister, purgatio, missio sanguinis, quæ per accidens refrigerant, videlicet prout vacuant materiã calefacientem, & quodammodo ligna subtrahunt igni. Sic mansio in lecto mediocriter calido poros cutis aperiens, atq; ita præstans, vt calor præternaturam euanescat, per accidens refrigerat.
- **Vtroq; [b] modo videlicet per se, & per accidẽs**
  - Id [b] præstat balneum aquæ dulcis, quod apud Antiquos ex partibus varia facultate præditis erat compositum. In prima [b] balnei parte apud Antiquos erat aer calidus refrigerans per accidens, vacuando materiam per sudorem. In secunda balnei parte erat aqua dulcis calida, quæ corpus tùm laxius, [e] tùm rarius [b] reddebat, atq; ita aperiens poros [f] insensibiliter vacuabat. In tertia erat aqua frigida, quæ per se actu refrigerabat. In quarta detergebatur sudor, & sic fiebat per sudorem vacuatio, & ex consequenti per accidens refrigerabat. Nostra tempestate non adsunt eiusmodi balnea, sed vtimur labro, quod [*tina*] vocant, in quo est aqua dulcis calefacta, quæ refrigerat per se, cum sit potentia [b] frigida, refrigerat etiam per accidens vacuando materiam.
  - Videndum est ne æger vtatur balneo à cibo, [g] neve statim à balneo cibum capiat, [h] sed cum lauatur quiescat, taceatq; [i].

Tertio

AVCTORITATES.

a Tertio sexti epidem.33.
b De caus. morb.2.
Primo de differ. febr.3.
c Secundo aphor. primo.
d Primo aph.16. Octauo meth.9.
e De ptissana 5. Primo acut. 18.
f Decimo meth.11.
h 11. meth.9. De Marcore 8.
Primo acut.43.
h Decimo meth.x.
i Decimo meth.8. Nono meth.14.
k Octauo meth.1. 11. meth.10.
l Primo aphor.16.
m Octauo meth.9. Nono meth.14.
n Decimo meth. 9.
o Decimo meth. 10.
Primo ad Glauc.5.9.
De marcore 8.

AVCTORITATES.

a 11. meth.9. De marcore 8.
Primo acutor.43.
b Decimo meth.10.
c De caus. morb.2. Octauo meth.1.
Secundo meth.7.pag.15.f.
d Octauo meth.1. 11. meth. 10.
e Tertio acut.49. 62.
f Tertio acut. 62.
g Tertio acut.55.
h Tertio acut. 56.
i Tertio acut. 48.

In

Tabula Decimasexta, Febris curatio ex Galeno decimo meth.vij.

Aliam quoq; methodum pro curanda febre hectica propofuit Gal.x. meth.cap.7. ; quæ cum etiam conueniat febri, prout eſt febris, hac ſubſcripta exponetur tabella.

- In febris curatione cum illa ſit calor præternaturã, quem ſiccitas comitatur ; nam eſt calor igneus indicatur refrigeratio, & madefactio per res, quæ adhibentur.
  - Exterius quæ Res ſunt
    - Aer circũfuſus
      - Hic ſi modicè frigidus [a] ſit, eo debemus eſſe contenti. Verùm ſi ſit frigidiſſimus optimè quidem facit per inſpirationem attractus, nam cordis calorem refrigerat, circumfuſus verò corpori per antiperiſtaſim calorem auget, nam claudens cutis poros inhibet, ne calor extraneus euaneſcat, immò potius illum auget; ad quod vitandum incommodum operimentis eſt vtendum. At, ſi ſit calidus, vt in æſtate, ac locis calidiſſimis, arte efficiendus eſt frigidior per ſnbterraneas domos ad ſeptemtrionem [a] verſas, per auras arte comparatas, per euripos, per aquam ex vaſe in vas transfuſam, vel per ipſius pauimenti aſperſionem; ſic per flores violarum, roſarum, & per plantas frigidiores aſperſas.
    - Medicamenta, & vnguenta, epithemata, & huiuſmodi refrigerantia, & madefacientia
      - Summoperè [b] confert refrigerans Gal. ſic apud pharmacopolas nuncupatum, quod componitur ex tribus, aut quatuor olei roſati omphacini partibus, & vna ceræ lotæ addito puſillo aquæ frigidæ, vel aceti. Refrigerandum eſt hoc medicamentum [b] aqua frigidiſſima, & ad thoracem propè cor ad hepar, renes, & alias calentes partes adhibendum, & ſæpè antequàm caleſcat permutandum.
      - Confert etiam decoctum ex lactuca, malua, violis, portulaca, & ſimilibus.
    - Dulcis aquæ balneum
      - Hoc remedium ſummopere [c] laudatur, quia madefacit, ac potentia refrigerat, nec non febrilem calorem diſſoluit; nam (veluti dictum eſt in ſuperiori tabella) per ſe potentia, & per accidens refrigerat; præterea madefaciens partes ſolidiores facit, vt melius nutrimentum attrahant: niſi igitur adſit inflammatio, aut à crudis humoribus putredo, audacter vſurpandum eſt, vt Galenus præcipit.
  - Interius quæ Res ſunt
    - Cibi
      - Optima eſt ptiſſana, [d] quia refrigerat, ac madefacit; præterea ſitim extinguit magis, quàm aqua; parùm (vt inquit [e] Ariſtoteles, & innuit Hippocrates) nutrit, licet Galenus dixerit non paucum afferre nutrimentum. Commendat Gal. in hectica lac aſinæ; confert [f] panis in aqua madefactus.
      - Conuenit lactuca, cucurbita, malua, beta, piſces ſaxatiles, quæ omnia offerenda ſunt in declinatione.
    - Potiones
      - Nihil eſt præſtantius aqua frigida, vt quæ [g] perpetuò ſit febris, quatenus febris remedium tùm refrigerans, tùm madefaciens.
      - Tanta autem exhibenda eſt, quantam æger inſpirando haurire poteſt.
      - Valdè confert aqua hordei cum iuleb violato, conuenit aqua lactucę, intybi, violarũ, ſyrupus violatus, &c.
    - Aer inſpirandus
      - Cuiuſmodi eſſe debeat aer, ſuprà dictum eſt. & ratione inſpirationis, [h] ideſt, prout intrò ad cordis calorem refrigerandum attrahitur frigidiſſimus (velut antea diximus) conuenit, ac ſicut inquit Gal, eſt admittendus, non tamen quatenus extrinſecùs hominem contangit, quippe is denſat, cogitq; cutim, atq; ob id prohibet calorem præternaturalem tranſpirare.

AVCTORITATES.

a Decimo meth. 8.
Nono meth. 14.
b Decimo meth. 9.
c Decimo meth. 10.
De marcore 8.
d Primo acut. 18.
e Aristot. primo problem. 37.
De ptissana quinto.
f Decimo meth. 11.
g 11. meth. 9.
De marcore octauo.
Primo acut. 43.
h Decimo meth. 8.

ADNOTATIONES.

Galenus in curanda febre interdum proponit (A) solam refrigerationem, & aliquando ponit refrigerationem, (B) & madefactionem. Dicendum est, quod si respiciamus solam febris essentiam, quæ est calor præternaturā sola refrigeratio indicatur. Si verò conside remus qualitatem eiusmodi caloris, cum ille calor sit igneus adhibebitur etiam madefa-ctio, quia humiditas retundit vim caloris, cuius caloris siccitas est lima. Præterea hu miditas addita refrigerationi conseruat hu midum substantificum, siue (vt vocant) ra dicale, quod est pabulum caloris naturalis, et ob id in febre curanda adhibenda est nō mo-do refrigeratio, sed etiam madefactio.

A *Octauo meth. primo.*
11. *meth.* x.
B *Octauo meth. nono.*
Nono meth. 14.

Ephemera

Tabula Decimaseptima, Ephemeræ, ideſt, Diariæ definitio, differentiæ.

Ephemera græcè, Diaria latinè ſic dicta, quia ad vnū diem, ideſt, ad 24. horas durat. Eſt febris ex accēſis ſpiritibus, cuius febris Diariæ differētiæ ſumuntur à

- **Cauſa, quę eſt**
  - **Externa vel primitiua, procatarctica à Græcis dicta; à qua propriè ſumuntur Diariæ differentiæ. Talis autem cauſa ſuntRes**
    - **Faciēdæ, q̃ ſpectant ad motū**
      - **Corporis** — Nimia exercitatio [a] calorem, & laſſitudinem primò in muſculis, & articulis excitat, deinde caliditate ad cor per continuitatem prouenientefit diaria. Hinc eſt diaria ex laſſitudine, [b] vel labore. Otium quoq; ſuperfluū, ſiue quies ſuperflua, quæ eſt priuatio motus, cauſa eſt cur vapores non diſſipati, nec diſſoluti, ſed retenti accendant ſpiritus; nam fit Diaria ex [d] quiete, vel delitijs, vel [c d] tranquillitate.
      - **Animi, cuius affectio faciens febrem eſt**
        - Cura, [b] triſtitia, timor, paſſio mixta ex timore, ſpe; quæ haeam (ideſt anguſtia vocatur ab Auicenna.
        - Ira, [b e f] gaudium — In his mouentur ſpiritus violenterà centro ad circumferentiā, & ob id accenſi febrem gignunt
        - (Cura … Ira:) In his perturbationibus mouētur ſpiritus ad interiora, & ex illo motu, & com preſſione accenſi faciunt febrem.
        - Dolor [g] — In dolore tranſmittuntur violenter multi ſpiritus, [b] & ſanguis ad cauſam doloris depellendam, ex quo inflammati febrem procreant.
        - Vigilia [i] — In hac [b c] perſępè ex nimio motu igneſcunt ſpiritus, [b] & ſic fit febris diaria ex vigilia.
        - Somnus [k] — In ſomno interdum retenti vapores calidi, ſpiritus ipſos inflammant, fitq; diaria in ſomno.
    - **Aſſumēdæ, quę ſunt**
      - **Alimenta [q] nocentia propter**
        - **Quātitatē**
          - Auctā in
            - Cibo — Hinc eſt diaria ex [l] cruditatibus ciborum, quæ ab Auicenna [m] dicitur ex nauſeatiua ſatietate, vel ex repletione.
            - Potu [n] — Hinc eſt diaria ex ebrietate, quam Auicenna vocat ephemeram [n] ex vino.
          - Imminutā, vel nullam in
            - Cibo [o] — Hinc eſt diaria ex [o] fame
            - Potione — Hinc eſt diaria ex ſiti [p]
            - In his [o] acriores facti vapores accendunt ſpiritus, & ſic Diariam procreant.
        - **Qualitatē** — Cibi calidiores, [q] vt allia, cępæ, aromata, ſic vina, & eiuſmodi calefacientia ſpiritus faciūt Diariam — Hinc [q] eſt diaria ex aſſumptione rei calidæ intrà corpus, quæ eſt quinta cauſa febris ex Galeno. [q]
      - **Medicamenta** — Calida medicamenta, vt euphorbium, ſcammonea, [r] & ſimilia accendunt ſpiritus, atq; ita faciunt diariam, pręcipuè ſi fuerint ſoluentia calida.
    - **Excernendæ**
      - **Non excretæ** — Si retineantur fuligines, [s] vel fumi, vel vapores, tùm ſtipantes leuiter, tùm etiā, quia calidi ſunt actu calefaciētes diariam procreant, quod etiam efficere poſſunt omnia excrementa diutiùs detenta.
      - **Excretæ nocentes ob**
        - Quantitatem nimiā — A fluxione alui, tùm ex nimio motu ob crebram ſurgendi, & excernendi [t] neceſſitatem, tùm ēt ex nimia vacuatione (quod fit quoq; in omni alia [u] ſuperflua vacuatione) accenſis ſpiritibus fit diaria; fit etiam Diaria ex ſanguinis miſſione, vt inquit [x] Auic. quia humiditas vaporum, & ſanguis feruent. Ex ſyncope quoq; propter motum ipſorum ſpirituum interdum fit diaria.
        - Qualitatem — Accenduntur interdum ſpiritus ex euacuatione humorum acrium, & venenoſorum.
    - **Incidentes extrinſecùs quæ ſunt Res**
      - **Calefacientes**
        - Actu, & tunc id quod calefacit eſt
          - Aer, qui eſt calidus propter
            - Ignem, [y] vel igneas exhalationes à mineris ſulphureis.
            - Reflexionem radiorum, vt æſtate. [y]
            - Copiā calidarū expirationū in cubiculo vbi multa eſt hominum turba
            - In his omnibus aer calidior tum inſpirōnem, tū per pulſus diaſtolen, tū p̱ poros cutis ingrediens inflammat ſpiritus, & ſic fit diaria ex calore, vel vſtione; [a] aut ex nimia caliditate, aut vicinia corporis calidi.
          - Aqua calida, ſiue thermalis, ſiue dulcis. Id etiam efficiunt ea, quæ ſunt calida potentia, cum extrinſecùs admouentur, vt eſt Thapſia, Euphorbium.
      - **Refrigerantes [b]** — Vt eſt aer in hieme, & flante borea, ſic in niue, glacie, ſic aqua fluminis in hieme, & fontiū in æſtate.
      - **Aſtringentes [c]** — Vt eſt aqua alluminoſa ex vitreolo — Hinc eſt diaria ex cute [b] denſata à rebus ſtipticis. [c]
      - **Exiccantes, quæ ſunt**
        - Diuturna [d] mora ad ſolem, vel ignem
        - Frictio dura, [c] vel ſicca
        - Exercitatio multa,
        - Calida fomenta / Sal, vel nitrum — cuti admota.
        - Hæ omnes cauſæ faciunt diariam ex ſtipatione, [y] vel conſtipatione. [y]
      - **Obſtruentes, [d]** vt eſt puluis, ſordes ad obſtructionem, quam vocant opilationem [d] Auic. reducit refrigerantia, adſtringentia, & exiccantia prædicta.
  - **Interna q̃ eſt**
    - **Intemperies**
      - Hinc eſt diaria ex bubone [e] ideſt inguinum, quæ ab Auic. ex apoſtemate dicitur (Auic. 36.) Fit autem talis febris [f] quia omnes humores ſibi ipſis adhæreſcentes confertim putreſcunt in loco bubonis circumſcripto per vnum, duos, aut tres dies. Quarè [f] non peruenit ad cor putrida fuligo, ſed in loco bubonis permanet; verùm caliditas ex tali putredine accenſa veluti per continuationem quendam per partem poſt partem delata cor attingens, inflammat ſpiritus, & ſic fit diaria, quæ prima, aut ſecunda die, aut ad ſummum tertia ſoluitur.
      - At ſi bubo ſit ex putredine, quæ aut in viſceribus [f] ex inflammatione, abſceſſu, vlcere, & eiuſmodi affectu oriatur, aut eadem putredo ſit in cauis, & maximis vaſis, quidam veluti fumus ex putreſcentibus humoribus ad cordis ventriculos peruenit. Quare fit febris putrida, quæ in bubone [f] eſt mala. [g]
    - **Mala ſtructura, vel mala conformatio ĩ poris, vel meatibus**
      - **Externis. i. in poris cutis, & hęc propriè ſtipatio, conſtipatio, & aſtrictio dr̃, in qua cutis eſt denſata ob**
        - Siccitatem [h i] ex — Mora [h] diuturna [i] ad ſolem, vel ignem; Frictione dura, vel ſicca. Nitro, vel ſale, vel calidis fomentis cuti adhibitis.
        - Frigiditatem ex diuturna [h] mora in aere, vel aqua frigidiſſima.
        - Aſtrictionem, ex [h] aquis allum noſis, de vitreolo, ex oleo aſtringente, vt hyſpano, omphacino.
        - Obſtructionem ex puluere, [h] ſorde, vel medicamentis emplattomenis, .i., exiguis meatibus inhærentibus.
      - **Internis. i. oſculis vaſorum, & hæc propriè dr̃ obſtructio, & opilatio, q̃ fit à**
        - **Multitudine**
          - Materię deſtillantis à capite — Hinc eſt diaria ex deſtillatione, vel grauedine poſita ab Aetio, lib. 5. cap. 63.; hanc innuit Gal. 1. de diffe. febr. 11.
          - Alimenti incocti, ſiue ob caliditatem, ſiue ob frigiditatē, ſed pręcipuè ob caliditatem in bilioſis naturis, cū vtūtur cibis calidioribus, ſic balneo poſt cibum — Hinc [k] eſt diaria, quæ ſuperueuit cruditatibus ciborum ab Auic. [l] dicitur ex ſatietate nauſeatiua, & repletione.
          - Humorū — Multi humores [m] confertim confluentes ad oſcula vaſorum, faciūt obſtructionem. Quare ſpiritus ob prohibitam tranſpirōnem inflāmantur, vel humores putreſcunt. Hinc eſt diaria ex obſtructione, vel opilatione, quam quilibet humor propter multitudinem obſtruens poteſt excitare. — Et hinc ſæpiſſimè ē febris putrida.
        - **Craſſitudine** — Tùm pituita, tùm humor melancholicus ſua craſſitudine poteſt obſtruere, quæ obſtructio, ſi ſit valdè inſignis, [n] calorem naturalē omninò ſtrangulat, & ſic interficit. Sed ſi ſit mediocris, putredinem, & febrem putridam procreat; &, ſi minor, ſpiritus inflammat; præſertim, ſi, quod obſtruit, ſit vaporoſū, & ſuaue; & quod dr̃ de craſſitudine verum eſt ēt de multitudine, & tenacitate ipſorū humorū.
        - **Tenacitate, vel viſciditate (vt dicunt) vel viſcoſitate, vel glutinoſitate, ſi ſic licet dicere** — Sola pituita ob ſuam tenacitatem obſtruit, atq; ita impediēs tranſpirōnem nunc putridam, nūc diariam febrem excitat.
    - **Solutio cōtinui** — In hac, veluti accidit in vulnere, vel inflammatione alicuius partis, natura tranſmittit ad locum affectum magnam copiam ſpirituum, & ſanguinis. Quarè facilè ob illum violentum motum inflammantur ipſi ſpiritus, & fit diaria; &, quia id rariſſimè accidit talis diaria non ponitur ab Authoribus.
- **Subiecto, ideſt, ab ipſo ſpiritu, à quo (vt inquit [p] Gentiles) ſumuntur veræ differentiæ ipſius diariæ. Talis autem ſpiritus eſt**
  - **Animalis [o]** — Sæpè fit diaria ex inflammato ſpiritu animali, vt quando eſt ex labore, laſſitudine.
  - **Vitalis [o]** — Perſæpè etiam ex accenſo ſpiritu vitali fit diaria, vt in nimia ira, gaudio, balneo, vel aere praua aliqua qualitate affecto, & per inſpirationem attracto.
  - **Naturalis** — Fit quoquè non rarò diaria ex inflammato ſpiritu naturali, vt illa, quæ ſuperuenit cruditatibus ciborum, & quæ fit à vino, à cibis calidis, à vomitu, alui fluxione, & à qualibet alia inſigni euacuatione.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo de diff. feb. c. 3.
b Octauo meth. 3.
c Auic. lib. 4. f. pri. tra. primo cap. x.
d Auic. lib. 4. f. pri. tr. pr. cap. 19.
e Auic. ibidem cap. 13.
f Aui. cap. x. 21.
g Auic. cap. 10. 27.
h 13. meth. cap. 3. 5. aph. 53.
i Auic. lib. 4. f. pri. tr. primo cap. 17.
k Auic. cap. 19.
l Octauo meth. 5
m Auic. lib. 4. f. pri. tr. pri. cap. 34.
n Auic. cap. 42.
o Auic cap. 31.
p Auic. cap. 32.
q Primo de diff. febr. 3. de cauſ. morb. 2.
r Auic. lib. 4. f. pri. tr. primo cap. 25.
s De cauſ. morb. 3.
t Primo de differ. feb. 3. pag. 31. h. Auicen. cap. 25.
u Sexto aph. 27.
x Auic. lib. 4. f. pri. tr. pri. cap. 29. Auic. ibid. cap. 20.
y De cauſ. morb. 2. primo de differ. feb. 3.

a Octauo meth. 3.
b Primo ad Glauc. 2. 8. meth. 3. Secundo de cris. 13.
c Octauo meth. 2.
d Auic. lib. 4. f. p. tr. pri. cap. 33.
e Octauo meth. vi. primo ad Gla. 2. 2 de criſ. 13.
f Primo de differ. febr. v.
g Quarto aph. 55.
h 8. meth. 2.
i Auic. lib. 4. f. pri. tr. pr. cap. 33.
h 8. meth. 5.
l Auic. lib. 4. f. p. tr. pri. cap. 34.
m Octauo meth. 4. Auic. cap. 33.
n De cauſ. morb. 3. pag. 7. f.
o Auic. lib. 4. f. pr. tr. pri. cap. 43.
p Gentiles in prima quarti tr. p. c. 10.

ADNOTATIONES.

Dicitur ephemera; quia durat ad (a) *vnum diem, ideſt, ad 24. horas; nam ſimul cum die, nox etiam intelligitur;* (b) *& quamuis talis febris interdum ad duos, tres, vel quatuor dies producatur, dicitur tamẽ ephemera,* (a) *quia plerumq; vno die finitur.*

Veræ Diariæ fiunt à cauſa externa, à qua etiam ſumuntur differentiæ talium febrium; verum illæ, quæ fiunt à cauſa interna, vt à bubone, & obſtructione non ſunt ita diariæ veræ, & hæc eſt ſolutio Gẽtilis, (c) *& aliorum Iuniorum. Sed fortè dici aliter poſſet; quòd ſcilicet illæ cauſæ internæ ratione diariæ ſe habent vt externæ; nam bubo calefacit, vt calor externus: ſtipatio quoq; calefacit per accidens, vt frigus externum, quatenus ſcilicet prohibet tranſpirationem; nam cauſæ internæ, prout internæ ſunt, febrem putridam procreant.*

Galenus x. methodi cap. 2. & 8. meth. cap. pri. diuidit diarias in duas differentias. Vna eſt, in qua abſit cauſa effectrix. vt in diaria à Sole, labore, ira. Altera differentia eſt, in qua manet adhuc cauſa effectrix, vt in diaria à ſtipatione, à bubone; quæ diſtinctio maximè facit ad curationem. nam alitèr curatur diaria, in qua adeſt cauſa, alitèr ea, in qua non ampliùs adeſt cauſa.

Idem Galenus 8. meth. cap. 2. 3. 4. 5. 6. & primo de diff. febr. 3. 5. 7. 11. & 2. de cris. 13. nec non primo ad Glauc. 2., ſic enumerat ſpecies diariæ. Ex conſtipatione, vſtione, refrigeratione, ira, vigiliis, triſtitia, cura, laſſitudine, obſtructione, ebrietate, cruditate, & bubone; reliquas autem omittit, vel quia rarius fiunt, vel quia ad has reducũtur.

Auicenna verò lib. 4. fen prima, tr. primo, cap. x. deſumit differentias diariæ à diſpoſitione animali, à diſpoſitione corporea, & ab his, quæ extrinſecùs accidunt. A diſpoſitione animali dicit ſumi illas differentias, quæ ſunt à paſſionibus animi, & ſic octo ſpecies, videlicet, ab anguſtia, triſtitia, cogitatione, ira, vigiliis, ſomno, vel tranquillitate, timore, gaudio. & per Anguſtiam *niſi fallor, intelligit Heam, quæ eſt paſſio mixta ex timore, & ſpe.*

A diſpoſitione corporea dicit ſumi illas ſpecies, quæ ſunt motus, & actio ipſius corporis, vel priuatio motus, & actionum, aut quæ non ſunt motus, & non actiones.

A motu, & actione, ac priuatione ſumit ſeptẽ ſpecies, videlicet à labore, quiete, vacuatione, dolore, ſincopa, fame, ſiti.

A non motu, & non quiete ſumit quatuor, videlicet, Ab opilatione, ſatietate nauſeatiua, apoſtemate, ſoliditate cutis, & ſic à diſpoſitione corporea ſumit. 11. ſpecies.

Ab incidentibus extrinſecùs, vel venientibus deforis ſumit has quinq; ſpecies, à calore, frigore, ab aquis ſtipticis, vino, cibis, calidis, quæ omnes ſpecies ſunt vigintiquatuor.

Auerrhoes 7. collig. cap. 5. recenſet quatuor ſpecies diariæ.

Prima ſpecies eſt ab iis, quæ veniunt extrinſecus quæ calefaciunt. { *per ſe* { *Actu* } *vt calor ſolis, ignis, aquæ calidæ. Potentia* } *vt aqua ſulphuris.* } *Per accidens* } *vt ſunt ſtipantia, ſiue ſint frigida, ſiue aſtringentia.*

Secunda ſpecies ſunt res ſũptæ intrà corpus { *Vt ſunt cibi, potiones, & medicamenta calida, actu, vel potentia.*

Tertia ſpecies ſunt res, quæ ſunt in corpore, quæ pertinent, vel ad ipſum corpus (vt eſt nimia exercitatio, vel ad animum) vt eſt ira, triſtitia, vigilia.

Quarta ſpecies ſunt ægritudines corporis, vt apoſtema in inguine, axillis, & partis.

a *Nono meth. cap. primo.*
b *Decimo meth. ſecundo.*
c *Gentiles in pri. 4. tr. pri. cap. x.*

Tabula Decimaoctaua, Signa Diariæ.

Signa Diariæ siue Ephemeræ sunt

- Memoratiua: Nihil aliud sunt, quàm inuentio causarum [a] procatarcticarum, à quibus potissimùm sumuntur differentiæ ipsius Diarię, cumq; tales causæ ostendantur (vt asserit Gal. secundo, de crisibus 13. & primo ad Glauc. 2.) à signis indicatiuis diariæ, hic omittuntur, & in explanatione talium signorum tractabuntur.
- Indicatiua, q̃ sunt
  - Cõia [b] (sic.n. vocãtur à Gale. 2. d crisi. 13.; quia sunt in omni diaria) & ob id etiã vniuersalia dicuntur. Talia verò signa ex Galen. sunt.
    - Inseparabilia, quæ etiam communia vocantur à Gale.; nam sunt quidem in omni diaria; verum sunt quoque in quibusdam alijs febribus. Talia autem signa inseparabilia [b] vel communia sunt 7. [c] videlicet
      - Causa procatarctica, quæ antecessit. [b]
      - Ascensus æqualis, & incompressus in calore, & spiritibus.
      - Mediocritas consistente febre.
      - Absentia prauorum symptomatum
      - Facilis ægri tollerantia.
      - Pulsus celer, creber, æqualis [c b] ordinatus, mediocris in mollitie, sæpè magnus.
      - Sudor, aut ros, aut omninò [b c d] optimus vapor in declinatione.
      - Hæc septem signa, si seorsum singula sumantur, reperiuntur etiam in alia febre; vt (verbi gratia) causa procatarctica, quæ antecessit, reperitur quoque interdum in tertiana; sic absentia prauorum symptomatum potest aliquando inueniri in quartana, tertiana, & similibus, hac ratione (vt dictum est) à Gal. vocantur inseparabilia, solùm, quia separari nequeunt à diaria; cum tamen reperiantur in quibusdam alijs febribus, non dicuntur propria, sed communia, quoniam competunt omni Diariæ, sed non soli Diariæ. Verùm si hęc septem signa simul sumantur sunt proprium, & inseparabile signum diarię (vt asserit Gal. primo de differ. febr. cap. 7.) Immò sunt signum maximè proprium ipsius diariæ, quia tale signum conuenit omni, soli, & semper.
    - Propria, & inseparabilia, quæ reperiuntur solùm in Diaria, & sunt in omni diaria, quare dici etiam possunt communia, & vniuersalia ad differentiam illorum propriorum, quæ ostendunt hanc, vel illam speciem diariæ. A Gal. vocantur inseparabilia, & propria. Inseparabilia, quia competunt omni diariæ, propria verò; quia sunt solum in diaria. Quare sunt proprijssimè propria; cum insint omni, soli, & semper. Talia signa sunt quatuor videlicet.
      - Calor suauis, [b] mitis, & vaporosus, qui est ipsius Diariæ essentia.
      - Pulsus ęqualis, præsertim in vno ictu; nam vel nihil, vel certe minimum est inæqualis in vno pulsu, & numquàm habet celeriorem sistolem, ideſt, contractionem; & post declinationem redit omninò ad statum naturalem. In ipsa verò febre mutatio est ad [e] magnitudinem, celeritatem, & crebritatem, & adest vehementia.
      - Vrinæ [b c] coctæ in prima die, nam sunt similes sanis, ideſt, ijs qui secundum naturam sehabent, aut non multum à naturali statu recedunt.
      - Infebricitatio, & perfecta quies post declinationem.
  - Propria, [b] vel particularia, quæ à Gal. [f] seorsum tractantur, & propria solùm vocantur.
    - Hæc competunt soli diariæ, sed non omni; quoniam solùm pertinent ad hanc, vel illã diariæ speciem, & ob id à Gal. dicuntur propria solùm, sed non inseparabilia
      - Talia signa propria, vel particularia, quia miro artificio, & summa diligentia tractantur [f] à Galeno, tùm primo de diff. febr. 11. capite, tùm primo ad Glauc. cap. 2., tùm primo de cris. cap. 13. ideo à nobis quoq; seorsum exponentur in tab. sequenti 19.
- Prognostica per quæ præcognoscitur
  - [h i] Euentus, vel exitus, qui est ad
    - Salutem: Diaria suapte natura vergit ad salutem, quia vires sunt validæ, [g] & morbus leuissimus. Cũ igitur tota vis præsagiendi consistat in cognoscendo maiore naturæ, [g] vel morbi robore, & in Diaria sit longè melius naturæ robur, nisi committatur error, Diaria nunquam interficiet, sed etiam ex nullo adhibito præsidio euanescet. [g]
    - Aliam febrem
      - Si committatur error [b] ob Medici ignorantiam, aut ægri intemperantiam, aut ministri culpam, vel in [i] cibo opportunè non adhibendo; vel in poris, [k] ac meatibus (quando opus est) non aperiendis, reserando, & huiusmodi; mutatur [n] diaria in aliam febrem; & tunc signa sunt.
      - Quia antecessit aliquis error, non declinat cum sudore, [m] rore, vel optimo vapore, & ipsa declinatio est longa, & difficilis, nec pulsus redit ad statum naturalem, & remanet dolor capitis si aderat.
      - Mutatur etiam, & conuertitur Diaria ad
        - Synochum [b] sine putredine: Sentitur multo maior caliditas, quàm antea. Adest rubor in facie.
        - Febrem putridã
          - Adest calor acris, qui antea erat mitis, & suauis.
          - Pulsus est [l] inæqualis habens contractionem celeriorem; sic breuiorem externam quietem, .i. illam, quæ est post dilatationem ante contractionem. [m]
          - Vrina est cruda, vel debiliter cocta. [m]
          - Et si diaria conuertatur in hanc, vel illam speciem putridæ aderunt huius, vel illius speciei signa.
        - [i n] Hecticã
          - In temperatione [i] biliosa, & habitu gracili antecessit aliquis insignis error, & adsunt signa mutationis, vel conuersionis Diarię, quæ dicta sunt.
          - Calor est acris, [o] & sibi similis, quiue nõ sentitur ab ęgro, nisi post acceptũ cibũ. Pulsus ẽ paru⁹, [o] durus, ac debilis, & reliqua adsunt hecticæ signa.
  - Tempus: Soluitur [q] diaria (vt indicat ipsum [p] vocabulum) in vna die, ideſt, in 24. horis [p]. Interdum tamen durat ad duos, vel tres dies, & (vt dicunt quidam) ad sex, veluti facit diaria ex bubone, & dicunt illam, quæ est ex obstructione [q] diutiùs durare, & habere accessiones. Verum hoc fit, quando transit in putridam.
  - Modus, aut via: Soluitur diaria cum sudore, [q] vel rore, vel optimo vapore.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ.c. 12.
b Primo de differ. febr. 7.
c Secundo de criſ. 13.
d Primo ad Glauc. 2.
e Tertio de preſag. ex pulſ. 7.
In ſynopſi pulſ. 29.
f Primo de differ. febr. 11.
Primo ad Glauc. 2.
Secundo de criſ. 13.
g Secundo prognoſt. 6.
h Nono meth. primo.
i Octauo meth. 2. 6.
Decimo meth. 4. 5. 3.
Nono meth. 5. pag. 58. a.
k Decimo meth. 2.
l Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
m Primo de differ. febr. 7.
n Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 8.
o Primo de differ. febr. 9.
Tertio de præſag. ex pulſ. 3. 7.
p Nono meth. primo.
Decimo meth. 2.
Octauo meth. 4.
Primo ad Glauc. 2.
q Decimo meth. 2.
Primo de differ. feb. 7.
Secundo de criſ. 13.

ADNOTATIONES.

Hæc Tabella maxima ex parte deſumpta eſt ex primo de diff. febr. cap. 7. & ex ſecundo de criſ. cap. 13.
Sic etiam ex primo ad Glauconem cap. 2. quatenus ſcilicet agit de ſignis communibus, & vniuerſalibus diariæ.
Sed quatenus differit de ſignis prognoſticis ſumpta eſt ex 9. & 8. de methodo medendi.
Nec fuerunt in ea expoſita ſigillatim ſigna propria, quia tractatio fuiſſet longior, & obſcurior.

Tabula Decimanona, Signa propria Diariæ.

Signa propria diariæ .i. pertinētia ad hāc, vel illā diariæ speciem significādam, ostendūt diariæ differentiā sumptam à

- **Causa**
  - **Externa, & sunt Res**
    - **Faciēdę, & ē motus, qui ptinet ad**
      - **Corpus, & tūc mot⁹ est**
        - Superfluus, & nimi⁹, vnde est diaria ex lassitudine — Anteceſſit ſuperfluus motus, & nimia exercitatio. Adeſt calor in articulis [a]. Sentitur laſſitudo. Pulſus [b a] eſt paruus, debilis. Vrina ruffa. Adeſt [c a] maior cutis ſiccitas, q̄ in vlla alia febre diaria, duratq; talis ſiccitas ēt poſt ipsū febris ſtatū; adeò, vt nulla humiditas, vel vapor calidus ex profundo attollat.
        - Mediocris, aut paruus — Anteceſſit mediocris, aut paruus motus. Pulſus [a] eſt magnus [c]. Vrinæ coctæ. Cutis ante ſtatum eſt arida, ſed poſtea humida, nam vapor calidus poſt ſtatum ex intimo corpore effertur.
        - Nullus — Hinc eſt diaria Auic. ex tranquillitate, vel otio, vel ſomno — Anteceſſit [d] vita ocioſa, multus ſomnus, & adſunt ſigna plenitudinis vaporoſæ, præcipuè in pulſu. Vrina eſt craſſa, cum multa hypoſtaſi.
      - **Animū, & sunt**
        - Triſtitia, cura cogitatio, timor — Si adſunt iſtæ perturbationes cognoſcuntur ex pulſu præſertim [e] triſtitia, & timor. Si abierunt [a b c] pulſus eſt paruus, languidus. Vrinæ [e] ſunt coctæ, & ruffiores. Adeſt acrimonia potius, quàm multitudo caloris [a c]. Adeſt tenuitas, & ſiccitas corporis. Cauitas oculorum. In cogitatione motus oculi [e] eſt æqualis, ac pulſus inæqualis, facies eſt pallida, & cogitabunda; ſed in triſtitia eſt maior corporis macies, & ſiccitas oculorum.
        - [a b] Ira, gaudium — Anteceſſerunt tales perturbationes; &, ſi adſunt, adſunt etiam proprij illarum [f] pulſus. Adeſt calor potius multus, quàm acris, qui celeriter ex profundo effertur. Oculi ſunt rubicundi, & prominent, nec ſunt [e] caui. Facies eſt rubicunda, nec adeſt manifeſtus calor.
        - [c] Dolor — Sentitur Dolor. Pulſus eſt varius [g] pro magnitudine, ac paruitate doloris, ita etiam pro vario tempore doloris, vt à principio, augumento, vel ſtatu.
        - [b] Syncopa — Anteceſſit ſyncopa. Pulſus interdum non ſentitur, interdum eſt paruus, languidus, celer, inæqualis, & varius. Color in facie eſt pallidus, vel [b] liuidus.
        - [a c] Vigilia — Anteceſſit multa vigilia. Pulſus eſt languidus [a c]. Vrina ignea, vel turbida. Palpebrę ſunt adeò graues, vt vix attollantur. Oculi ſunt [i] caui, & humidi. Facies eſt pallida, & ſubtumida, ſic oculi.
    - **Aſſumendæ q̄ ſunt**
      - **Alimenta nocētia propter**
        - **Quātitatem**
          - **Nimiā, quæ eſt quantitas**
            - Cibi [κ]. Vnde eſt diaria ex cruditate ciborum — In temperatione biliosa anteceſſit crapula, [l] & vſus balnei, & multus motus poſt cibum. Adſunt ructus nidorulenti. Fit autem diaria ex cruditate rariſſimè in pituitoſis. Quarè minus adſunt ructus acidi.
            - Potionis, vnde eſt diaria ex ebrietate — Anteceſſit multus potus vini, [l] vel ceruiſiæ, aut byrrhæ. Adeſt delirium, vomitus, & alia ebrietatis ſigna omnibus manifeſta.
          - **Nullam**
            - Cibi — Hinc eſt diaria ex fame [m]. — Anteceſſit fames, vel ſitis.
            - Potionis — Vnde eſt diaria ex ſiti [m]. — Pulſus eſt paruus, languidus, & interdum durus.
        - Qualitatem calidam cibi, vel potionis, vnde eſt diaria ex aſſumptione rei calidæ intra corpus [n] — Anteceſſit vſus alliorum, cæparum, aromatum, vel vini generoſi; pulſusq; eſt varius.
      - **Medicamēta** — Anteceſſit vſus medicamentorum. Pulſus eſt magnus, ſi diaria eſt à medicamento, & non ab euacuatione, lingua etiam plerumq; [o] infecta eſt à medicamento.
    - **Excernēdæ**
      - **Non excretę, ſed retentæ, q̄ ſunt**
        - Fuligines — Adſunt ſigna obſtructionis, vel ſtipationis inferiùs exponenda.
        - Excrementa — Alui, veſicæ, vteri, — Patēt, quia fuerunt ſuppreſſę tales vacuationes per aluum, veſicam, menſes, hęmorrhoides
      - **Excretæ lædētes propter**
        - Quantitatem [p] nimiam — Anteceſſit [p] immodica euacuatio. Adeſt laſſitudo, ſqualor, & interdum (vt inquit Auic.) furor bilis, vt in ſuperflua ſanguinis fluxione ob vapores à bile furente elatos.
        - Qualitatem — Patent humores acres dum excernuntur, ſiue cum medicamento, ſiue ſine medicamento.
    - **Incidentes extrīſecus q̄ ſunt Res**
      - Calefacientes, vt eſt aer calidus ob radiorum reflexionem; vt eſt ignis, aqua calida, Thapſia, Euphorbium, ſed prę́ſertim ſol & ignis — Anteceſſerunt dictæ [q] cauſæ, caput videtur [q r] deuri, caliditas primo ſtatim occurſu eſt vigens, pulſus eſt ſubdurus; minor adeſt ſitis, quàm ijs, qui ęqualem habent calorem, plus què ex balneis [r] frigidis vtilitatis, ac delectationis recipiunt. Oculi [q] ſunt rubicundi, [r] & calidi, & niſi adſit catharrus, ideſt, grauedo, ac deſtillatio, ſunt ſicci. Cutis eſt aſpera, ſquallida, ſiccior q;, quàm in vlla alia diaria; magisq; vergit ad caliditatem, & ſqualorem, quàm pulſus ad febrilem diſpoſitionem. Vrina [r s] eſt ſubruffa.
      - Refrigerantes, vt eſt aqua nix glacies, & eiuſmodi — Anteceſſit mora in locis [s t] frigidiſſimis, calor non apparet primo occurſu; ſed poſtea videtur reſurgere, ac iterum accendi. Caput eſt minùs calidum; pulſus eſt paruus. Vrina aquoſa; maior adeſt corporis tumor. Color eſt pallidus, aut liuens.
      - Aſtringentes, [t] vt eſt aqua alluminoſa ex chalcanto, vitreolo, & ſimili. — Anteceſſit [t] mora in dictis aquis, pulſus eſt paruus, durus, celer, languidus. Vrina [u] alba, & tenuis, vt mulierum. Cutis eſt aſpera, [t] & ſicca, vt corium.
      - Exiccantes, vt eſt [s] fatigatio ſupra modum, vſtio, vel refrigeratio vnà cùm laſſitudine, ſic multa frictio, dura, & ſicuti admoueantur ſal, vel nitrum — Anteceſſerunt tales cauſę. Pulſus eſt paruus. Cutis apparet ſicca vſq; ad febris declinationem.
      - Obſtruentes, vt eſt ſordes, puluis, [x] medicamenta emplaſtica, — Anteceſſerunt, & adſunt tales cauſæ.
  - **Interna q̄ eſt**
    - Bubon [y] — Adeſt plurimus [a] calor, ſed non acris. Pulſus eſt maximus, celer, creber. Vrina eſt ſubalbida, vel ſubpallida, tenuisq; circa ſtatum attollitur humiditas quædam calida, & ſuauis. Facies eſt rubicunda maxima ex parte, & in maiori tumore.
    - **Stipatio ī corporis partibus**
      - **externis .i. in poris cutis à rebus**
        - Obſtruentibus — De his dictum eſt ſuprà.
        - Exiccantibus — De his dictum eſt ſuprà.
        - Refrigerantib⁹, vt eſt aer, aqua, nix, glacies, & huiuſmodi.
        - Horror etiam (vt aſſerit Gal. x. met. c. 2.) in principio febris refrigerans, ſtipat.
        - Aſtringentibus, vt eſt aqua alluminoſa ex chalchanto vel vitreolo, & eiuſmodi.
        - Hinc ē Diaria à cute denſata — Quamuis ſigna diariæ factę à rebus refrigerantibus, & aſtringentibus poſita ſint ſuperiùs, quia tamen [b] Gal. talia ſigna diligētiſſimè cōplectit in recenſenda diaria à cute denſata: [b] ideò hic iterum ponuntur. Anteceſſit vſus refrigerantium, & aſtringentiū extrinſecus adhibitarū. Sentitur denſitas cutis [c d] tactu, calor primo occurſu apparet mitis; poſtea (ſi perdurauerit) acrior, quare illius motus neſcio quo pacto reſurgit atq; iterum accenditur. Vrinæ [c] nō ſunt ruffæ, neq; corporis moles eſt collapſa, neq; oculi caui, atq; aridi fiunt, ſed ſunt quibuſdam humidiores, & magis eminent quàm in ijs, qui ſecundum naturam ſe habent; neq; ſunt pulſus minores, vt in mæroribus, curis, vigilijs, aut valdè immodicis exercitationibus.
      - **Internis .i. ī oſculis vaſorū, quæ ſtipatio fit à cauſa**
        - Externa — Anteceſſit vehemens extrinſecùs refrigeratio, quæ ſtipauit fines, vel oſcula vaſorum. [e]
        - **Interna, qui affectus propriè dicitur obſtructio quæ fit**
          - **[k] Multitudine**
            - Alimenti non benè [f] cocti, quod potiſſimum fit in bilioſis — In temperōne bilioſa anteceſſit crapula, vel ebrietas, ſic vſus balnei, vel multi motus poſt cibum. Adſunt ructus nidorulenti.
            - Catharri — In corpore [g] pleno anteceſſit ardor, vel refrigeratio capitis, & adſunt ſigna refrigerationis, vel ardoris prius dicta. Sic adſunt ſigna catharri, & (vt inquit Gal.) qui habent humores frigidos facilè corripiuntur catharro, adeò, vt quibuſdam eorum ſolam capitis diſpoſitionem conſequatur, pp frigus, & calorē [g] non rarò fit febris diaria [h] à cathar. & nō [i] adeſt ſitis.
            - Humoris — Adſunt ſigna plenitudinis, quoad
              - Vaſa — In ętate florente, ac bono habitu anteceſſerunt cauſæ bonum ſanguinem gignentes. Pulſus eſt vehemens, magnus, cum aliqua inæqualitate. Vrina eſt craſſa, ita & hypoſtaſis.
              - Vires — Adſunt ſigna cacochimiæ, & quæ hunc, vel illum humorem redundantem ſignificant.
          - Craſſitudine [k] / Tenacitate [k] — Anteceſſit praua victus ratio [l]. Vrinæ ſunt tenues, & plerumq; ſequitur febris putrida.
    - Solutio continui — Manifeſta eſt ſolutio continui, à qua inflammatis ſpiritibus fit Diaria.
- **[m] Subiecto** — Eſt ſubiectum febris diariæ ſpiritus, qui eſt, vel animalis, vel vitalis, vel naturalis (ſi datur, vt nos putamus). Cognoſcitur etiam hic, vel ille ſpiritus, prout hæc, vel illa cauſa eſt, quæ talem ſpiritum inflammauit.

Secundo

AVCTORITATES.

a Secundo de crif. 13.
b De pulf. ad tiron. 10.
Tertio de caufis pulf. 13.
c Primo ad Glauc. 2.
d Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 19.
e Quarto de cauf. pulf. 4. 5.
f Quarto de cauf. pulf. 2. 3.
g Quarto de cauf. pulf. 6.
h Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 29.
i Primo de differ. febr. 11.
primo ad Glauc. 2.
k Octauo meth. 5. Auicen. 34.
l Secundo de crif. 13.
m Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 31. 32.
n De cauf. morb. 2.
Primo de diff. febr. 3.
o Pri. de præf. ex pulf. 1. pag. 105. c. d.
p Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 25.
q Secundo de crif. 13.
r Primo de differ. febr. 11.
s Primo ad Glauc. 2.
t Secundo de crif. 13. Octa. meth. 2.
u Auic. 39.
x Quinto fimpl. 9. 11.
y Octauo meth. 6.

a Primo ad Glauc. 2.
Secundo de crif. 13.
b Primo de differ. febr. 11.
Primo ad Glauc. 2. 2. de crif. 13.
c Primo ad Glauc. 2.
d Secundo de crif. 13.
e 11. meth. 4.
f Octauo meth. 5.
g Primo de differ. febr. 11.
h Aet. lib. 5. cap. 63.
i Quarto aphor. 54.
k Decimo meth. 2.
11. meth. 4.
l Octauo meth. 4.
m Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. c. 43.

In cu-

Tabula Vigesima, Diariæ Curatio.

In curanda diaria, intētiones curatiuæ sūt

- **Cōes oībus diarijs q̄ intentiones sumuntur à**
  - **Causa**: Si cum diaria coniuncta sit causa, quæ ipsam facit, vel fouet, causa [a] prius auferenda est, & vsurpanda causa [b] cōtraria; vt, si à labore fit diaria, adhibenda est quies si à vigilia, somnus; si ab ardore, vel balneo, ab illis est abstinendū: eodem modo si à causa interna fuerit excitata diaria, vt ab obstructione, vel bubone; prius auferenda est obstructio, & Bubon, verum in plerisq; diarijs abijt causa. [c] Quare nihil indicat.
  - **Morbo, .i. febre, quę indicat refrigerationem, & madefactionem prestandam**
    - **Vict⁹ rōne**: Conueniunt alimenta boni [b] succi, & facilis coctionis. Abstineatur à vino, [b] nisi diaria fit à syncopa, vigilijs, curis, [d] & eiusmodi: quo tempore conuenit vinum album tenue. At in alijs causis ante declinationē conuenit aqua decocta, aqua hordei cum zaccharo, vel iulep violaceo. Cib⁹ fit ptissana, [e] pisces saxatiles, auiculæ mōtanæ, pdices, pulli gallinacei, phasiani, colūbæ, lactuca [f] malua, intybus, panis benè paratus, panis in aqua decoctus, & panis lotus. Aer vergat ad frigiditatē, & humiditatē, vt est in locis subterraneis, [g] irrigetur pauimentū ex aqua frigida; q̄ ēt ex vase in vas decidat: spargātᷓ p pauimentū capreoli vitis, folia rubi, cannarū, lentisci, violarū, & similia. Cętera quoq; ex reb' nonnālib⁹ refrigerēt, & madefaciāt. Quare cōfert q̄es, somn⁹, vacatio ab animi p turbationib⁹, & nisi aluus fungatᷓ suo munere clyster. mitiorib⁹ irritetur,
    - **Medicamētis adhibitis**
      - **Interiùs**: Maximè conuenit potio aquæ [b] frigidæ, quæ perpetuum est febris, quatenus febris [i] remedium. Facit syr. de papauere, de nymphea, de endiu. de cich. de violis: necnō aquæ, vel decocta ex plantis dictis, ex q̄bus fiunt syrupi. Confert diacodion, zaccharū viol., cōserua de nenuphare. Iuuat ēt ad aluum irritandā cassia fistula, manna, syr. ros. sol., syr. viol. sol. & huiusmodi lenientia, quæ refrigerant per accidens, idest, quatenus vacuant materiam calefacientem. Medicamenta soluentia propter caliditatem sunt suspecta.
      - **Exteriùs**: Optimum in declinatione [k] est balneum tepidum ex aqua dulci; tum quia refrigerat, & madefacit: tum, quia poros cutis aperiens rorem, [l] vaporem, & sudorē, per quos diaria soluitur, vacuat. Vitandum tñ est, cum adest plenitudo, vel crassitudo, vel tenacitas [m] humorum, vel aliud, quod possit putredinem excitare. Vult [b] Gal. vt æger diū moretur in aqua balnei, & parùm in aere, qui tum confert densitati cutis, & buboni. Conueniunt epithemata ex aqua lactucæ, violarum, intybi, nympheæ. Faciunt quoq; [k] relaxantia, quæ refrigerant per accidens, quatenus. s. vacuant materiam calefacientē, vt est oleū [k] aneth. camæm. amygd. Confert ēt mediocris frictio.
- **Propriæ q̄ sūt ī diaria q̄ facta est à causa**
  - **Externa, & sunt Res**
    - **Faciēdæ .i. mot⁹**
      - **Corporis, qui est motus**
        - Nimius, vnde est diaria ex lassitudine, vel labore: Facit [k] quies, somnus; ita ēt refectio per cibos boni succi; cōferunt ēt mollientia cutem, vt oleū dulce [o] [n] camæmelinum, violatum, ex amygdalis dulcibus. Maximè facit balneum aquæ dulcis tepidæ.
        - Nullus, vnde est diaria ex ocio: Confert mediocris exercitatio, victus tenuis, abstinentia à rebus refrigerantibus.
      - **Animi qui motus sūt**
        - Ira: Conuenit sedatio iræ [p] per exhilarantia, & quietem afferentia. Facit quoq; refrigeratio, & madefactio per victum, balneū, per vnctiones plurimas ex oleo dulci, violato, & refrigerante Gal., per abstinentiam à vino donec sedetur ira.
        - Cura, Cogitatio, Tristitia, Timor: Confert sedatio [q] talium affectuum, vel perturbationū per exhilarantia, vt sunt sermones amicorum, harmonię. Facit quoq; refectio per cibos boni succi, per potionem multi vini diluti. Confert somnus, balneū, vnctio.
        - Vigilia [q]: Iuuat somn⁹ [p] p vinū dilutū copiosè potū, nisi adsit dolor [c] capitis, aut puls⁹ in venis tēporū. Cōfert lactuca, balneū aquę dulcis, frictiones, medicamēta soporifera, sic aqua ex vase in vas decidēs, harmonię, grati sermon. &, si facies cū vino abluatᷓ.
        - Somnus: Conuenit vigilia, quam excitant ea, quæ dolorem gignunt Confert [r] victus tenuis, abstinentia à vino, exercitiū moderatū.
        - Dolor, [s] syncopa: Amouenda sunt talia symptomata per anodina, & per ea, quę vires exuscitant, & reparant, nam dolor per [s] anodina curatur; & syncopa per ea, quæ vires [t] citò reficiunt.
    - **Assumēdę lædētes ob**
      - **Quātitatē**
        - Nimiam, vnde est diaria ex cruditate, vel quę superuenit [u] cruditatibus ciborū, quæ ab Auic. dicitur [x] satietas nauseatiua: Confert vacuatio cruditatum per vomitum, & deiectiones, nisi natura per se vacuet. Conuenit quoq; abstinentia, & à vini potione, & à cibis donec priores descenderint, si autem natura per se vacuet, & adsit alui fluxio, dicetur inferius in cruditate.
        - Paucam, vel nullam, vnde est diaria ex [y] fame, vel siti: Conuenit [y] refectio per cibos, & potiones. Confert etiam balneum, & somnus.
      - **Qualitatē ex**
        - Cibis calidis: Conuenit vacuatio per aluum cum manna, [a] & tamarindis. Faciunt refrigerantia, vt est aqua endiuiæ, syr. acetosus; santali, caphura, aqua ros., oleum ros., & succus eius, & alij succi frigidi refrigerati exterius adhibiti. Cōferunt cibi, & potiones refriger.
        - Vino, vel ebrietate: Iuuat vacuatio vini [b] per vomitum, & deiectiones, & interdum confert missio sanguinis; ita balneum, somnus.
    - **Excernēdæ**
      - **Non excretæ**: Hinc est diaria ex stipatione: Conuenit excretio retentorum, victus tenuis, &, si adsit [c] multitudo, aut multa refrigeratio, abstinendum est à vino. Sin minus, non est æger penitus à vini potione arcendus.
      - **Excretę lædentes ob**
        - Quantitatem, vnde est diaria ex euacuatione: Confert [d] refectio per ea, quæ multum nutriunt, ac facilè concoquuntur, quæ etiā refrigerent, astringantq;. Conuenit somnus, quies, ita si roboretur cor, hepar, & ventriculus, & sistatur fluxus.
        - Qualitatem acrem excrementorum, vel medicamenti: Facit virium refectio, & exuscitatio ex vino odorato bibito, ex aceto rosato ad nares adhibito, sic si humores acres temperentur.
    - **Incidentes extrīsecùs, & sunt Res**
      - Calefaciētes, vnde est diaria ex vstione: Conuenit [e] refrigeratio protinus ab initio per ea, quæ interius adhibentur, vt per potionem frigidam; & per extrinsecus admota, vt per balneum, quod maximè confert crebro adhibitum. Facit quoq; refrigerans Galeni, oleum violatum, & rosatum [e] omphacinum refrigerata. Confert victus refrigerans, & madefaciens, comodior est aquæ, quā vini potio.
      - Refrigerantes, vnde est diaria ex [e] refrigeratione: Facit mediocris [e c] calefactus, & raritas pororum per mediocres frictiones. Balneum calidum, præcipuè bituminosum, vel sulphureum per diuturnā moram in aere balnei, per epithemata, & vnguenta, oleaq; calida. Iuuat sudor. Vict⁹ sit boni succi, & qui [e] modicè calefaciat, valdè iuuat vinū modicè bibitū, nisi sint valdè refrigerati, aut pleni.
      - Astringentes, vt est aqua alluminosa ex calchanto, vnde ē diaria ex stipatione meatuū: Aperiendi sunt [f] pori, clausi, vel astricti. Maximè facit balneum tepidum ex aqua dulci, mollis frictio, olea relaxantia, vt est camæmelinū, anethinum, ex amygdalis dulcibus. Conuenit ptissana, & alij cibi boni [e c] succi, & nisi corpus plenum sit, confert vinum, contrà si sit plenum, nocet.
      - Obturantes: Vt est sordes, puluis, medicamentum emplasticum: Auferenda sunt obturantia, ad quod maximè facit balneum, & lauatio.
      - Exiccantes, vt fatigatio, vstio, refrigeratio: De [g] fatigatione, vstione, refrigeratione, satis est dictum. Et à siccitate indicatur madefactio præstanda potissimùm per balneum.
  - **Interna q̄ causa est**
    - **[P] Bubo, vel bubon & tunc intētiones curatiuæ sumuntᷓ à**
      - **Causa q̄ est**
        - **Antecedēte q̄ indicatur**
          - [P] Multitudo, vel cachochimia à qua indicatur
            - Inhibitio, ne noua materia generetᷓ: Id p̄stat victus [b] tenuis refrigerās, & abstinētia à vino [i] vsq; ad declinat.
            - Alteratio genitæ materiæ p Rōnē vict⁹ dictā / Medicamenta: In cachochimia conueniunt medicamenta contraria humori peccanti, vt sunt aquæ, syr., hunc, vel illum humorem respicientes. In plenitudine conferunt refrigerantia, & siccantia.
            - Vacuatio [m]: Confert sanguinis missio vbi [b] adsit plenitudo, & vires consentiant. Medicamenta quoq; lenientia, & clysteres conueniunt. [m]
          - [k i P] Vlcus in pede, crure, vel coxa: Ab hoc indicatᷓ opus esse ijs, q̄ ad vlcerū curōnem requirūtᷓ, [l] vt remouēda esse impedimēta, velut ē inflāmatio, sordes, & similia, & postea siccandū, & astringendū, quod p̄stat vnguentū de cerussa, de calce, & similia.
        - **Continente, vel coniuncta, à qua īdicatᷓ**
          - Retrocessus per
            - Repellentia, [o] vel reprimentia: Laudat Aetius [n] repellentia, quæ dicit esse vsurpanda ante venæ sectionem ad inhibendā putredinem, ne .s. ibi colligatur materia, quæ putrescens febrem putridam excitet. Auic. [m] probat refrigerantia inter inguina, & cor. [medicamenta [m].
          - Auertētia [o]: Facit ad auertēdū missio [n] sangu., q̄ laudatᷓ ab Aetio, & ab Auic. [m] q ēt pbat vacuationē per
          - Extractio [o]: Pro extrahenda materia probat Aet. lib. 5. c. 67. relaxantia, & discutientia adhibenda post sangu. missionem.
      - **Febre**: Ab hac indicatur refrigeratio, [p] & humectatio per victus rationem, & per medicamenta pręsertim per balneum ex aqua dulci vsurpandum post dictas vacuationes. Confert etiam mora in aere balnei.
    - **Stipatio ī corporis partibus**
      - Externis, vnde est diaria ex cute densata: Ab hac indicatᷓ ipsius cutis raritas, vt humores, ac spirit⁹ possint fluere, ac trāspirare. Rarefiet aūt cutis ablata causa cutē dēsāte, q̄ causa, vel ē [q] frigiditas, vel astrictio, vel obturō, vel siccitas cōtracta ex ardore solis, de q̄bus oībus dictū est suprà.
      - **Internis, & est à causa**
        - Externa, [r] .i. à rebus externis valdè refrigerantibus: Ab hac indicatur calefactio, & apertio osculorum venarum, & arteriarum; &, si adsit plenitudo, conuenit vacuatio per sanguinis missionem, & medicamenta.
        - **Interna & tunc affectus est obstructio q̄ auferᷓ ablata causa, q̄ causa ē**
          - **[r] Multitudo**
            - Humorum: A multitudine humorū indicatur eorūdem paucitas, quæ præstatur à remedijs vacuantibus
              - p se: Huiusmodi ē sāgu. [s] missio copiosa, q̄ oīnò, in tali casu ē vsurpāda, alioq̄n īcidet ęger ī febres putridas. Cōueniūt ēt medic. vac. p os, & [t] anū adhibita
              - [u] Per accidēs: Sic est inedia, vel dieta tenuissima, quæ vacuat per accidens, quatenus. s. nō reponit id, quod tùm à calore nāli, tùm à circumfuso absumitur.
            - Alimēti [s] nō cocti, vnde ē diaria, q̄ succedit cruditatib' ciborū, q̄ est cum ructu fumoso, & nidorulēto, & ob id fit sæpissimè à caliditate, & rarissimè à frigiditate. Quare de ea, q̄ est à caliditate, vt Gal. [s] facit, agemus. Cū tali igitur febre alui fluxio
              - Ad est: Indicatᷓ sistēdā esse alui fluxionē si nimia fit p astringētia, & refrigerātia tū alimēta, tū medicamēta. Facit vinū punicorū, aqua chalibeata, pisces saxatiles, ptissana succo punicorū dissoluta. Cōfert q̄es, somn⁹, aer frigidior, & huiusmodi alia spectātia ad victus rōnē. Medicamēta verò interi⁹ adhibēda sūt, vt zacch. ros. diacotoneon, sed nō diatriō pip., nec diacoton. cū speciebus: ob quæ Trallianus [x] reprehendit Gal. quem etiam reprehendit, quod exteriùs adhibeat nardinum, mastichinum, & absinthium, cum frigida sint vsurpanda, vt est, melinum, ros. omphac., myrthinum, & similia.
              - Non adest: Indicatᷓ vacuatio materiæ crudæ p vomitū ex aqua tepida, vel ptissana, si māsit in vētriculo; at, si fit in īteſtinis supiorib⁹ adhibēdū ēt diatriō pip. qđ rep̄hendiᷓ à Trall. vt dictū est. Adhibet ēt Gal. clyst. de rebus calidis, qui non probantur Tralliano.
            - [y] Catharri à
              - Frigiditate [y]: Indicatur concoquendum esse catharrum, & postea irrigandum esse caput oleo calido, & non esse vtendum balneo, nisi cocta materia. [A]
              - Caliditate: Indicatur refrigeratio: Aeger ex Aetio [B] statim est ducendum in balneum aquæ dulcis, & in frigidam immergendus, & subsalientem locandus.
          - **[C] Crassitudo, Tenacitas**: Ab his indicatᷓ esse incidēdū, [C] & extenuādū; &, si adsit multitudo, quēadmodū plerūq; adest, priùs mittendū esse sāguinē; deinde vsurpāda esse incidētia, & extenuātia priùs [D] mitiora, vt est oximel simplex, postea valētiora, vt est oximel compositum, scylliticum. At, si ab initio vsurpentur valentiora, maior fiet obstructio. [C D]
  - **Solutio continui, à qua rarissimè per se fit diaria**: Ab hac indicatur vnio continui per refrigerantia, & astringentia.

AVCTORITATES.

a Decimo meth. primo.
b Primo ad Glauc. 3.
c Nono meth. nono.
d Octauo meth. 3.
e Octauo meth. 2.
f Alex. lib. 12. cap. 1.
g Decimo meth. 8.
h 11. meth. 9. Primo acut. 43.
i De marcore 8.
k Octauo meth. 2. 3. 1. ad Glauc. 3.
l Primo ad Glaucon. 3.
m Octauo meth. 4.
n Decimo meth. x.
o Aet. lib. 5. cap. 59. Alex. lib. 12. c. 1
p Primo ad Glauc. 3.
q Octauo meth. 3.
r Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. c. 20.
s Auic. 28.
t Auic. 30.
u Octauo meth. 5.
x Auic. 34. 35.
y Auic. 31. 32. Octauo meth. 2.

a Auicen. 44.
b Auicen. 42.
c Primo ad Glauc. 3.
d Auic. 26.
e Octauo meth. 3.
f Octauo meth. 2.
g Octauo meth. 3.
h Aet. lib. 5. cap. 67.
i Primo ad Glauc. 3.
k Octauo meth. 6.
l Tertio meth. 4.
m Auicenna 36.
n Aet. lib. 5. cap. 67.
o 13. meth. 9. 5.
p Primo ad Glauc. 3.
P 13. meth. 5.
q 10. meth. 2.
r 11. meth. 4.
s Octauo meth. 4.
t Quarto de sanit. tuend. x.
u Quarto aph. 2.
Secundo aph. 22. 14. meth. 7.
x Alex. lib. 12. cap. 1.
y Aet. lib. 5. cap. 63.

A Octauo meth. 3.
B Aet. lib. 5. cap. 63.
C 11. meth. 4.
D Octauo meth. 4.

Hectica

Tabula Vigeſimaprima, Hecticæ ſignificationes. Definitio, Differentiæ.

Hectica dicitur

- Quælibet febris, quæ difficile [a] ſoluitur, ſiue ſit hectica propriè dicta, ſiue alia, vt quartana: & in hac ſignificatione accepta hectica, opponitur febri ſcheticæ, ideſt, illi, quæ facilè ſoluitur, vt eſt diaria, & tertiana exquiſita.
- Affectus proportione reſpondens ſenectuti, [b] qui à Philippo vocatus fuit febris marcida, & ob id reprehenditur à Gal. à quo dicitur ſenium ex morbo (vt etiam 4. de cauſis pulſ. x. [d] dicit illam vocatam fuiſſe à Philippo). Appellatur quoq; à Gal. maraſmus frigidus. At ab Auic. [e] & Iunioribus dicitur Hectica ſenectutis.
  - In hoc affectu cum cor ſit factum frigidius, [b] q̃ natura poſtulet nõ poteſt eſſe febris: fit tamen ex febrili [c] morbo, vel ex permutatione febriũ, quę ex frigidæ potione, ac medicamentis frigidis thoraci, ac hypochondrijs adhibitis fuerint aliter, ac oportet refrigeratæ.
  - De hoc affectu agetur in tractatione maraſmi.
- Febris ex accẽſis partibus ſolidioribus, primò quidem ipſius cordis, [u] deinde totius corporis, ita dicta à corporis habitu, [y] quẽ occupauit; vel quia difficilè ſoluitur, vt ea q̃ ſunt in habitu. Hui⁹ differentię ſumuntur à
  - **Cauſa**
    - **Externa**
      - Hectica interdum inuadit, [f] vt Diaria ab ira, triſtitia, laſſitudine, ſolis ardore ab initio, & ſtatim. Quare dicitur fieri incipiendo .i. incipit ex ſe, cum alia nulla febris anteceſſerit, vt aſſerit Gal 1. de diff. feb. 8. & 3. de præſag. ex pulſ. 4. 7. Sed hoc rariſſimè accidit, vt aſſerit Auerrh. [g]: & ideo dixit Gal. [h] 2. de criſ. vlt. nullam hecticam fieri primis diebus, ob quam auctoritatem, & quia difficilius inflammantur partes ſolidæ, quàm ſpiritus, & humores, multi putant nullam hecticam ex ſe incipere, ſed ſemper ſequi diarias, aut putridas, quæ antecedunt hecticam. Verum hæc ſententia repugnat [f] Gal. in locis citatis.
      - Quamobrem dicendum eſt ob habilitatem ſolidiorum ad incendium, & ob robur agentis [i] inflammari interdum prius poſſe partes ſolidas: ſed hoc rariſſimè fieri; nam plerumq; inflammantur prius ipſi ſpiritus, & humores. Vide Conciliatorẽ differentia. 93.
    - **Interna q̃ eſt**
      - Patiens, quæ eſt habilitas ad hæcticam penes
        - Temperationem
          - Calidi [κ l] ſicci, videlicet biliosi aptiſſimi ſunt, & maximè habiles ad hecticam, deinde calidi humidi, calidi tantùm, ſicci tantùm.
        - Habitum corporis — Graciles [k] valdè propenſi ſunt ad hecticam.
        - Ætatem — Iuuenes [l] habiles ſunt ad hecticam.
        - Mares ſæpiùs, interdum etiam fæminæ in hecticam incidunt.
      - Efficiens, quæ propriè cauſa à Medicis dicitur. Eſt aũt cauſa hecticæ febris quæ hecticam antecedit, q̃ febris eſt
        - Diaria
          - A febre ephemera, ideſt, diaria excitata ex nimio labore, ira, & eiuſmodi; in temperatione bilioſa, & habitu ſqualido, ſępè fit hectica pręſertim ſi æger vtatur inedia, & abſtineat à frigidæ potione, & à balneo.
        - Putrida
          - Sine inflammatione
            - Sæpiſſimè ex cauſo, [m] ſynocho, tertianis, & eiuſmodi, in ſqualenti habitu, ſi abſtineatur à frigida, & à refrigerantibus exterius adhibitis, & vſurpentur interiùs calefacientia, & pręcipuè cathartica, fit hectica.
          - Cum inflammatione
            - Non raro etiam ex inflammatione [l n] ventriculi, hepatis, ilei, coli, pulmonis, & aliarum partium thoracis. Ita quoq; ex vlcere pulmonis, vt in phthiſi, [o] & ex vlceribus quarumdam partium fit hectica.
  - **Morbo**
    - Hinc ab ipſis Authoribus tres ſpecies hecticæ [u] ponũtur, quæ videntur deſumptæ ab ipſa diſpoſitione, vel gradu conſũptionis, vel (vt inquit Auerrh. 4. collig. 33.) à diſpoſitione ipſorum accidentium penes intenſionem, & remiſſionem. A plurimis nõ ſpecies, ſed modi vel gradus hecticę vocãt. Sunt autem tales ſpecies.
      - [a] Prima
        - Prima ſpecies hecticæ, vel ipſius principium dicitur, cum naturalis cordis tẽperatio [p] euerti cœpit, neq; natiua humiditas penitus, vel protinus aboletur, neq; virtus plurimum laborat, non determinatur dierum, aut horarum numero, ſed difficilè cognoſcitur, & facilè curatur. [q]
        - Dicit [r] Auic. hanc eſſe, in qua ſecunda ex ſecundis humiditatibus abſumitur, nam humiditates ſecundæ ſunt quatuor. Prima eſt innominata, [s] quæ retinetur in exiguis vaſis, & parùm differt à ſanguine, ex qua accenſa fit febris putrida. Secunda eſt ſparſa [s] per partes veluti ros, ſicut [r] oleum in lucerna. Tertia vocatur cambium à Iunioribus, & eſt veluti oleũ imbibitũ in funiculo. Quarta gluten dr̃, & eſt, p q̃ continuantur partes funiculi.
        - Sed [p] Gal. dicit, quod quando natiua humiditas ſparſa in vnaquaq; particula aliqua ex parte reſeruatur eſt febris hectica ſolùm. At quando nihil ex tali humiditate ſupereſt, hoc eſt exquiſitus Maraſmus. Diſpoſitio autem media ponitur ab eodem, pro ſecunda ſpecie, vel modo.
        - Aetius [t] ita inquit, calor præter naturam prius eliquat, reſiccat, & conſumit eſſentiam in partibus, veluti ex humore concretam, qualis eſt pinguedo, & caro, deinde eam, quæ eſt ſparſa ſic ros pro nutriendis partibus ſolidis, hinc tranſit ad carnoſum genus fibrarum, abſolutum autem eius complementum eſt, ſi ſolida ſimplicium partium eſſentia, ideſt, fibræ, & membranę colliquantur, & tunc eſt febris Maraſmodes.
        - Arbitror ego pinguedinem, & carnem, quam primo loco à calore præternaturam conſumi dixit Aetius, colliquari in febribus calidiſſimis, & vrentibus, quę ſunt putridę, de quibus mentionẽ fecit Gal. x. meth. in fine, atq; ſiccari rorem ex Aetio [t] in prima ſpecie hecticæ, carnem verò ſolidiorum in ſecunda; & demum fibroſam, & membranoſam ſolidiorum ſubſtantiam in tertia, & tunc eſt febris maraſmodes.
      - Secunda
        - Hęc eſt cum efferueſcentiam [x] ſequitur conſumptio quædam, hacq; in longum protracta ipſæ ſimilares cordis particulæ, quę ſunt ipſius veluti eſſentia, vel potius elementa ob inopiam alimenti tenuiores, ac ſicciores fiunt, atq; tantùm virtus laborat, quantum ſiccitas, & caliditas in corde.
        - A Gal. [x] dicitur principium tabis, ideſt, Maraſmi, vel marcoris, & ponitur media inter dictam primam ſpeciem, & tertiam, quæ eſt maraſmodes.
        - Hæc media, vel ſecunda ſpecies habet ſatis inſignem latitudinem in eo quod eſt magis, ac minus, quæ æqualiter diſtat à prima, & tertia ſpecie medio modo ſe habet, quæ alteri eſt proximior ei eſt ſimilis.
      - Tertia
        - Tertia ſpecies, quæ [a] maraſmodes, ideſt, tabida dicitur, eſt, in qua cor tale aliquid patitur, quale lucernæ fomes, vel funiculus cum fuerit plurimum exuſtus; nam, qui ita torrefactus eſt, frangitur, ac diſſoluitur; atq; ex ariditate continuitatem adeò amittit, vt nequeat abundantior flamma accendi, etiam ſi magna olei copia ſuperinfundas, verum ſemper debilis ibi palpitat flamma, quæ continuò fit minor, donec pænitùs extinguat.
        - Quare patet in hac ſpecie conſumi gluten Auicennæ. [r]
  - **Loco affecto, .i. corde, quod in hectica eſt affectum.**
    - Per ſe, [b] per eſſentiã, vel primariò
      - Ita afficitur cor in excandeſcentijs, & vehementibus, [b] ac diuturnis triſtitijs, & eiuſmodi, ex quibus fit hectica, velut diaria: & tunc dicitur hectica ex ipſo corde incipere.
    - Per conſenſum, vel per cõitatem, [b] vel per accidens, & tunc cõſenſus eſt à
      - Toto — Vt in cauſo, ideſt, febre ardente, ſynocho, & alijs putridis, vel diarijs febribus.
      - Partibus
        - Vitalibus, vel ſeruientibus reſpirationi
          - Vt accidit in pleuritide, peripneumonia [b] empyemate, phthiſi, [c] & ſimilibus.
        - Naturalibus, & ſeruientib⁹ nutritioni
          - Vt in Eryſipela, ſeu inflammatione [b] ventriculi, hępatis, ieiuni, ilei, [c] coli, vteri, renum, ſic in earumdem partium vlceribus, ſed prræſertim hæpatis, & ventriculi inflammationes maraſmus ſequitur, adeò, vt pleriq; exiſtimarint maraſmum [b] nulla alia ex cauſa generari.
  - **Symptomate**
    - Plurima ſunt hecticæ ſymptomata; inſigniora tamen, & quæ ad ſe trahunt curationem ſunt
      - Macies, vel extenuatio corporis nunc maior, nunc minor; ex quo dicit Auerrh. [d] tres ſpecies hecticæ, ſiue gradus eſſe deſumptos à diſpoſitione accidentium ſecundum magis, & minus.
      - Syncopa — Hæc etiam non raro eſt cum hectica, & hinc eſt maraſmus [e] ſyncopodes.
      - Alui [f] fluxio — Hæc quoque interdum eſt cum hectica.

Octauo

AVCTORITATES.

a Octauo meth. primo 9.
b De marcore. 5.
c Quinto de sanit. tuend. 9.
d Quarto de caus. puls. x.
Primo de differ. febr. 8.
e Auic. lib. 4. f. pri. tr. 3. cap. 9.
f Tertio de præsag. ex puls. 4. 7. F.
g Auerh. quarto collig. 33.
h Secundo de cris. 13.
i Tertio de præsag. ex puls. 2.
x Decimo meth. 5. 6.
8. meth. 2. 8.
l Decimo meth. 3.
m Decimo meth. 6.
primo de differ. febr. 9.
Aet. lib. 4. cap. 92.
Paul. secundo cap. 32.
n Quarto de caus. puls. xi.
7. aph. 16.
o Septimo aph. 16.
p Primo de differ. febr. 9.
q Aet. lib. 5. cap. 90.
r Auic. lib. 4. f. p. tr. 3. cap. 1.
& lib. pri. f. pri. doct. 4. c. 1. & doct. 6. cap. 2.
s Septimo meth. 5. 6.
t Aet. lib. 5. cap. 92.
u Primo de diff. febr. 8.
x Primo de differ. febr. 7. 9.
y Primo de differ. febr. 7.
de inæquali intemper. 5.

a Primo de differ. febr. 8.
b Primo de differ. febr. cap. 9.
Tertio de præsag. ex puls. 2. 4.
c De marcore. 7.
d Quarto collig. 33.
Septimo collig. 15.
e De marcore. 5. 9.
f Ras. 9. ad Almans. cap. 54.

ADNOTATIONES.

Vt patet in tabella species hecticæ ratione causæ sunt duæ. quia hectica, (a) vel fit incipiendo quod contingit rarissimè, vel ex alia febre, quæ antecessit, & hoc fit (b) sæpissimè.

Rursus Hectica considerata ratione ipsius dispositionis (c) habet tres species, vt ferè omnes Authores dicunt, quæ species modi, vel, vt inquit Auerh. (d) gradus dici deberent.

Si verò hectica consideretur ratione loci affecti idest, ratione ipsius cordis dicetur esse in corde, vel per se, vel per consensum.

Postremò potest cõsiderari ratione symptomatum, & hac ratione possunt assignari quoque species hecticæ, quamuis non ita propriè hoc modo hectica dicitur esse, vel cum symptomatis, vel sine symptomatis, & ob id Auic. (e) fecit seorsum caput de dispositionibus sequentibus hecticam.

a Primo de differ. febr. 8.
3. de præsag. ex puls. 4. pag. 116. h.
b Auerh. 4. collig. 33.
d Auerh. 7. collig. 15.
e Auic. lib. 4. f. prima tr. 3. cap. 8.

Tabula Vigeſimaſecunda, Hecticæ Signa.

Hecticę ſigna ſunt

- **Indicatiua quę ſunt**
  - **Memoratiua** — Sunt inuentio cauſarum [a] procatarcticarum, quæ haberi poſſunt ab ægrotante, vel miniſtris, ac familiaribus, quæue magis faciunt ad gloriam [b] ipſius, quàm ad ęgri ſalutem. Ideò hic omittuntur.
  - **Cōia deſūpta à**
    - **Cauſis**
      - **externis .i. à rebus**
        - **Faciendis** [c] — Nimio motu [c] præcipuè ad Solem, ira, triſtitia, curis, vigilijs.
        - **Aſſumendis** — Cibis, potionibus, ac [d] medicamentis calefaciētibus, & exſiccantibus, fame, ſiti, & abſtinentia à frigidę potione.
        - **Excernendis** — Nimijs vacuationibus, aut retentione ſuperfluitatum calefacientium, & exiccantium.
        - **Incidentibus extrinſecùs** — Ambiente calido ſicco, ſiue ob anni tempus, vt in æſtate, ſiue ob regionem, ſiue ob preſentem conſtitutionem, ſic medicamentis calidis, vt ex arthomelite [c] thoraci, & hypochondrijs adhibitis.
      - **Internis**
        - **Patientibus, à quibus eſt habilitas ad hecticam, quæ habilitas proficiſcitur à** — Temperatione [e] billioſa, calida ſicca. Habitu corporis [e] gracili. Aetate iuuenili. [e] Sexu maſculino. — In his [e] facillimè vel ex leui cauſa hectica febris excitatur.
        - **Efficientibus** — Vt cum ex diaria, vel ſynocho, vel cauſo, vel alia febre putrida, ſiue cum inflammatione, vel ſine inflammatione fit hectica — Anteceſſerunt [e] iſtę febres, quibus ablatis remanent adhuc in corpore ipſius ægrotantis reliquiæ caloris pręternaturam. Immo adeſt [e] calor, qui non ſentitur [f] ab ægrotante, & ſibi ſimilis perſeuerat, præterquam ab accepto cibo, quo tempore augetur, adeſt pulſus, & cætera hecticæ ſymptomata inferius exponenda.
    - **Eſſētia** — Eſt autem hecticæ eſſentia calor, qui, cum primùm [g] manus admouetur, mitis, & debilis apparet, in proceſſu autem ſentitur acris, & mordax erodens, & aridus, qui eò magis mordet, quò plùs tangendo immoraris, ſentiturq; maior in arterijs, quàm adiacētibus partibus; & hoc eſt [e] commune ſignum omnium hecticarum, quod præcipuè apparet, cum ęgri ſunt loti, aut aliquo modo elaxati; & calor nō ſentitur ab ægro, qui ob id [h] non putat ſe febricitare. Alterum ſignum [h] eſt, quia calor hic eſt perpetuò ſibi ſimilis, ſine ſenſu incrementi vigoris, aut remiſſionis, pręterquàm ab accepto cibo, nā tunc augetur (vt ſentit [g i] Gal., Aetius, [k] & Alex. [l]) per vnā, aut duas horas, & dicunt accidere in tali caſu, quod contingit in calce, cùm in illam proijcitur aqua.
      Sed hoc irridet Auerrh. [m] dicens eſſe, ſicut ſunt fabulæ cantatorū, quoniam impoſſibile eſt, vt diſtet tantùm virtus nutribilis à nutriente, quantum aqua à calce. Verùm poſt tres [m] horas à cibo in hecticis augetur calor, quia cum ſit fixus in ſolidioribus partibus gignit calorem extraneum in cibo; & ob id febris, & ſymptomata augentur, quando alimentum ſolidioribus aduenit. Diceret tamen Gal. [n] ſufficere tenuiorem alimenti partem ad cor delatā, atq; ibi inflammatam ad augendum, & patefaciendum calorem hecticæ: quæ pars non adeo incenditur, vt corrumpatur; ſed ita, vt agat in ſenſū tactus, nec etiam ipſe Auerrh. [m] putat partes ſolidas omninò cibum corrumpere, ſed in eodem gignere calorem extraneum, qui cum cibo adueniens partibus ſolidioribus cauſa eſt, cur febris, & ſymptomata, augeantur. Videtur tamen opinio Gal. verior; quia iſta caliditas excitatur in hectica poſt acceptum cibum multò prius, quā cibus poſſit aduenire ipſis partibus, nam multæ mutationes requiruntur, antequam cibus ad partes nutriendas perueniat; & per illas mutationes fit magis ſimilis partibus nutriendis, ex quo minus in illas agere poteſt, ſed pars tenuior alimenti, quæ non paſſa eſt tot mutationes, celerius perueniens ad partes ſolidas, & illarum madefaciens, irrigansq; ſiccam caliditatem facit, vt vapores calidi attollantur, veluti à calce aqua conſperſa, qui vapores calefaciunt. Auic. dicit [o] idem accidere in hectica, cum offertur cibus, quod contingit, quando oleum proijcitur ſupra flammam, vel quando aqua proijcitur ſuper ea, quæ friguntur in ſartagine. [o]
    - **Effectis, ideſt, ſymptomatis**
      - **Actionibus læſis**
        - **Animalibus** — Adſunt nimię vigiliæ, & interdum, velut [g] impotentia vigilandi, ſegnities, & debilitas ad motum, non ſentitur calor ab ægro, [p] niſi poſt acceptum cibum, qui [q] ob id [h] febricitare [q] ſe non percipit.
        - **Vitalibus** — Pulſus eſt durus, [q] numquam magnus, numquam vehemens; ita, vt ſi alterum horum adſit, non poſſit eſſe hectica. Itaq; eſt paruus, debilis, celer, & poſt cibum fit maior, & celerior, ſed magis mutatur in celeritate, & ſi coniuncta ſit putrida cum hectica, talis pulſus [r] permanet declinante putrida, & circa arterias eſt maior caliditas. Reſpiratio quoq; eſt celerior, & crebrior.
        - **Naturalibus** — Læditur coctio, læditur nutritio, quamobrem in dies magis extenuantur hectici.
      - **Excretis** — Vrina eſt [s] ruffa, & ſubflaua, atq; oleaginoſa ob colliquationem, ſedimentum, aut non adeſt, aut eſt præternaturam, vt furfuraceum, ſquamoſum, vel ſimile farinæ craſſiori ob conſumptionem ſolidiorum. Interdum vrina eſt ſimilis [t] naturali, quia, quod [u] liquatur in aere circumfuſum diſpergitur, & non ad interna fertur. Deiectiones etiam non raro pręſeferunt colliquationem, [u] & interdum ſupprimuntur. Sudores interdum [x] adſunt ob debilitatem retentricis.
      - **Affectibus corporis** — Adeſt in facie, [y] ac toto corpore quædam veluti extinctio, & (vt dicunt) mortificatio natiui, & floridi coloris, qui factus eſt veluti plumbeus, vt in mortuis conſpicitur. Adeſt macies, & extenuatio corporis minor in principio, maior in progreſſu. Adeſt torſio in hypochondrijs cum magna eorumdem macie, atq; extenuatione.
  - **Propria cuiusq; ſpeciei hecticę, ideſt, q̄ indicāt ſpecies hecticæ deſumptas à**
    - **Cauſa**
      - **Externa** — Anteceſſit talis cauſa faciens febrem, & adeſt calor, [a] pulſus, & alia prius dicta.
      - **Interna** — In temperatione bilioſa [b] anteceſſit febris, vel cum inflammatione, vel ſine inflammatione, ac poſtea remanſit calor, pulſus, & alia ſymptomata prius dicta præcipuè in iuuene ſquallido [b].
    - **Morbo .i. ipſius hecticæ ſpecies** — Hæc ſpecies, vel modus, vel gradus difficillimè [c] cognoſcitur, nam licet pulſus, & cætera ſymptomata ſint (vt dictum eſt) ſunt tamen ita remiſsè, & obſcurè vt niſi diligentiſſimè [c] animaduertatur, Medicum lateant.
      - **Prima** — Si igitur adſit calor præter naturam [d] perpetuò ſibi ſimilis præterquam ab accepto cibo, & æger non ſentiat ſe febricitare cum pulſu, & dictis ſymptomatis præcipuè in habitu ſquallido, & poſt alias febres, maximè, ſi adſit ariditas, credendum eſt adeſſe primam hecticæ ſpeciem.
      - **Secūda vel media** — Hæc [e] facilius cognoſcitur, quia magis apparet hecticæ eſſentia, calor ſcilicet debilis ab initio, ſed poſtea acris, & erodēs qui manifeſtò augetur poſt cibum. Pulſus quoq; dictæ differentię ſunt magis [e] conſpicuę, ſic macies, & ariditas corporis. Vrinæ ſunt magis oleaginoſæ, ſic alia ſymptomata magis patent. Quæ omnia, quò ſunt manifeſtiora, [e] eò magis hæc ſpecies accedit ad tertiam, & quò ſunt obſcuriora, magis [e] accedit ad primā, nam (vt inquit Gal. [e]) hæc ſpecies magnā habet latitudinem in eo, quod magis, & minùs, ſed terminus eius eſt ad hecticam maraſmodem.
      - **Tertia, quę maraſmodes, .i. Tabida vocatur** — Hæc facillimè cognoſcitur; nam præterquamquod calor, pulſus, & cætera dicta ſymptomata ſunt maximè conſpicua, & manifeſta, oculis etiam ipſis primo intuitu apparet maraſmus apertiſſimè, nam adeſt facies hippocratica, .i. [f] ab Hipp. deſcripta quæ eſt huiuſmodi. Oculi ſunt concaui, velut in foueis conditi, cum lippitudine, ac lemis, & maximo ſquallore, extinctioneq; natiui coloris. Cutis circa frontem eſt dura, arida, intenta, totius faciei color, liuens, aut plumbeus [f]. Pręcordia ſunt vehementer retracta, & venter inanis, & demum nihil aliud ſunt ęgrotantes, quàm pellis, & oſſa. Hāc ſpeciē [b] diligēter deſcribit Gal. [g] ita ēt primā: ſed ſecundā docet p̄ cōparōne ad primā, & tertiam.
    - **Loco affecto, .i. ipſo corde, quod in hectica eſt affectū**
      - **Per eſſentiam** — Anteceſſit [h] ira, vel aliqua vehemens perturbatio, aut inſpiratio [i] aeris peſtilentis, & eiuſmodi, atq; abſunt ſigna aliarum partium affectarum.
      - **Per conſenſum** — Anteceſſit, & ſæpè etiam adeſt [k] affectus, vel in toto corpore, vt cauſus, vel in aliqua parte, vt inflammatio in ventriculo, aut hepate, à qua cauſa ſolùm nempe ab inflammatione ventriculi, vel hepatis multi putant fieri maraſmum, licet poſſit etiam fieri ab inflammatione, vel vlcere aliarum partium, & tunc affuerunt, & etiam adſunt ſigna dictarum partium affectarum.
    - **Symptomate** — Symptomata ſenſu ipſo facillimè cognoſcuntur.
- **Prognoſtica per quæ præcognoſcuntur**
  - **Euētus, vel exitus** — Quælibet hectica eſt valdè periculoſa, nam licet dicat Gal. [l] primo de diff. feb. 9. quod prima ſpecies facilè curatur; id tamen intelligendum eſt per comparationem ad ſecundam, & tertiam ſpeciem, & non ſimpliciter; alioqui eſſet contra veritatem, & contra eundem Gal., qui primo prorrhet. 33. inquit vix ſolui [m] poteſt hectica, cum incipit conſtitui, exquiſitè verò conſtituta non ſoluitur. Quam obrem tertia ſpecies eſt omninò inſanabilis, & penitus [n] læthalis, quia in ea corrupta eſt continuatio ſolidiorum partium, ex quo veluti exuſto lucernæ funiculo, quamuis addatur oleum, non tñ poteſt ampliùs ſeruari flāma; ſic neq; calor nālis, & vita cū tali hectica. Secunda, vel media ſpecies [o] medio modo ſe habet, & prout magis ad primā, vel tertiam accedit, facilius, vel difficilius curari pōt.
  - **Tempus** — Hectica ex ſe eſt morbus longus. Terminatur tamen in ſua longitudine, vel tardius, [p] vel citius pro maiori, vel minori naturæ aut morbi robore.
  - **Modus** — Soluitur hectica, & non iudicatur, ideſt, terminatur non per criſim (vt faciunt [q] morbi acuti) ſed paulatim, & per ſolutionem, ſiue, ad mortem, ſiue ad ſalutem vergat, & ſemper, vel plerumq; curatur ab extrinſeco.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag.ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic.4.
c Primo de differ.febr.9.
d Decimo meth.5.6.
e Decimo meth.vi.
primo de differ.febr.9.
f Tertio de præſag.ex pulſ.3.
g Primo de differ.febr.9.
h Tertio de præſag.ex pulſ.3.
i Secundo prognoſtic.60.
x Aet.lib.5.cap.92.
l Alex.lib.12.cap.4.
m Quarto collig.33.
n Tertio de natur.fac.13.pag.307.c.
o Auic.lib.4.f.prima tr.3.cap.2.
p De inæquale intemper.5.
primo de differ.febr.1x.
q Tertio de preſag. ex pulſ. 3.4.7.
q In ſynopſi pulſ.29.
r Primo de differ.febr.10.
s Quarto collig.Auerrh.33.
s Auic.lib.4.f.pri.tr.3.cap.2.
t Primo de differ.febr.7.
Tertio de præſag. ex pulſ.4.
u Decimo meth.in fine.
x Secundo prognoſtic.60.
y Primo de differ.febr. 1x.
y Alex.lib.12.cap.4.

a Primo de differ.febr.8.9.
b Decimo meth.6.
c Primo de differ.febr.9.
d Quarto collig.33.
Tertio de præſag.pulſ.3.
e Primo de differ. febr.9.
e Aet.lib.5.cap.92.
e Paull.lib.3.cap.32.
f Primo prognoſtic.6.7.
g Primo de differ.feb.9.
Aetius lib.v.cap.92.
Paull.lib.2.cap.32.
Alex.lib.12.cap.4.
h Primo de differ.febr.9.
i Tertio de preſag.ex pulſ. 2. 3.
x De marcore 5.
primo de differ. febr.9.
l Primo de differ.febr.9.
m Primo Prorrhe̅ctic.33.
n Primo de differ.feb.8.
o Primo de differ.feb.9.
p De Medic.art.conſtit.18.
q Tertio de criſ. 3.

ADNOTATIONES.

Septem ſigna ponit Galenus(a) ad cognoſcendam hecticam maraſmodem.

Primum eſt ab oculis cauis, & veluti in foueis conditis, adeò, vt oſſa emineant, & in ipſis oculis, apparent lippitudines aridæ, veluti longum iter agentibus in multo puluere.

Secundum ex palpebris, quæ propter imbecillitatem attolli nequeunt: atq; ita non ſomno propter defectum vaporum, ſed impotentia vigilandi laborant.

Tertium ex temporum prolapſione, ex abſumptione viſcerum, ex inferioris ventris inanitate, & ex totius corporis macie.

Quartum ex cutis ariditate.

Quintum ex pulſu gracili, debili, duro, crebro, gracili, ideſt, anguſto, & longo. Anguſto quidem ob duritiem arteriæ. longo autem, quia propter paucitatem carnis à multis digitis percipitur.

Sextum ex calore primo occurſu debili, poſtea acri.

Septimum ex faciei colore liuido, aut plumbeo.

a primo de differ.febr.9.

Tabula Vigesimatertia, Hecticæ Curatio.

In hecticæ curatione Intentiones curatiuæ sumuntur à

- **Causa**
  - Cum hectica sit morbus [a] factus rarò habet adiunctam causam. Attamen interdum habet causam, quæ ipsam continuò fouet, vt est vlcus [b] pulmonis, inflammatio, & similia. Quare, si causa fouens sit externa, vt est ira, tristitia, cogitatio, & similia, statim amoueatur, & æger ad contrariam causam traducatur. Si verò sit vlcus pulmonis, vt in phthisi propriè dicta, prius amouendum est vlcus (si id fieri potest) per ea, quæ phthisi medentur; sic, si sit causus, synochus, aut alius eiusmodi affectus, ille prius est curandus. Verum, quando cum hectica [c] est coniuncta [d] putrida, redditur curatio, veluti quoq; est cognitio difficilior.
  - Nisi valdè vrgeat hectica, prius curanda est putrida. Si valdè vrgeat modò huic, modò illi est incumbendum.
- **Morbo, .i. ab ipsa febre, à qua indicatur refrigeratio, & madefactio per**
  - **Victus rationem**
    - Cum hectica sit morbus longius, [e] nullo pacto, conuenit victus tenuis, sed, vel mediocris, vel si concoqui potest, et plenior.
    - In qualitate vero sit refrigerans, [f] & madefaciens; at magis madefaciens, quàm refrigerans ob imminens periculum, ne in hecticam senectutis incidatur.
    - Cibus sit ptisana, [h] panis in aqua madefactus, vel decoctus, ita in iure paruæ pullæ gallinaceæ, qui cum ferbuerint folia violarum, vel lactucæ.
    - Conueniunt carnes testudinis, cochlearum, agni, [i] vitularum, pullarum gallinacearum; faciunt mirabiliter testiculi gallorum, adenes hædorum, quæ animulæ vulgò dicuntur, pisces saxatiles, soleę, rhombi, mulli, lupi, auratæ, & mugiles in puro mari degentes, optima sunt oua pręcipuè sorbilia, tremulaq;, cucumeres, cucurbitæ, lactuca, portulaca, intybus.
    - Potus sit aqua hordei cum iulep violaceo, vel destillatum ex testitudinibus, cochleis, aut pullis gallinaceis, & interdum ad vires reficiendas [g] vinum album, tenue, dilutum.
    - Post cibum, nisi adsit phlegmone, [k] vel putredo humorum, bibenda est aqua frigida, præsertim primis diebus, incipiendumq; est à duobus ciathis, idest, à tribus plus minùs vncijs, & progrediendum est vsq; ad vnam, & duas heminas, vt ad vncias decem, vel viginti.
    - Verum nihil est [l] præstantius lacte, Quamobrem, nisi adsit capitis [m] dolor, febris putrida, murmur, & suspensio in hypochondrijs, & alui profluuium, summo [n] mane per tres, aut quatuor horas ante cibum sugat hecticus à mammis muliebribus primis quidem diebus ad quatuor, aut quinq; vncias, & paulatim augeat quantitatem vsq; ad libram, & vlterius. Maximè quoq; confert lac asininum statim mulctum, ob quod vult Gal. [n] vt asina in cubiculum introducatur, post assumptum lac, ne concrescat, potest adhiberi zaccarum rosatum, vel cum ipso lacte misceri mel rosaceum, aut zaccarum ipsum, vel saccarum candium nuncupatum in puluerem tenuissimum redactum, cumq; lac hausit æger, nec dormiat, nec laboret, sed quiescat, vel lentè inambulet.
    - Aer sit frigidus, & humidus, cuiusmodi est in locis [o] subterraneis. Irrigetur pauimentum aqua frigida; spargantur in eodem rosæ, capreoli vitium, ac ruborum, rami lentisci, folia cannarum, lactuçæ, salicis, decidat aqua ex vase in vas, quę omnia somnũ quoq; conciliant, qui maximè prodest. [o]
    - Confert mirabiliter huiusmodi aer per inspirationem attractus præsertim vbi cor primo est afflictum, & si timeatur, ne nimium frigidus noceat astringendo poros æger stet coopertus pannis.
    - Confert quies, iuuat (veluti dictum est) somnus pręcipuè in lecto molli: Ira, & eiusmodi perturbationes vitentur.
    - Nisi aluus fungatur suo munere, irritetur clysteribus mitioribus, vt sunt communes, & ex iure pullorũ, agni, veruecis, & eiusmodi.
  - **Medicamenta adhibita**
    - **Interiùs**
      - Potest dici medicamentum aqua ipsa frigida, quę per se confert [p] refrigerans actu pręsertim in prima hecticæ specie, & vbi nec plegmone, [q] nec humorum adest putredo, quamuis interdum sit melius phlegmonem augere, quàm in hecticam, & præcipuè marasmodem incidere. Ergò cum frigida, & actu, & potentia refrigeret, ac humectet valdè confert, præsertim post cibum prius ad quantitatem trium, vel quatuor ciathorum, seu potius vnciarum, & post ad quantitatem libræ, vel etiam sesquilibræ. Facit etiam syr. violatus, de nenuphare, de endiuia, de papauere: sic aquæ, & decocta ex lactuca, portulaca, violis, nenuphare; soncho, seu cicerbita, endiuia: ita etiam aqua hordei, destillatitius liquor ex testudinibus, & cochleis. Maximè quoq; confert pręsertim dormituris sacrarum violaceum, Diacodion, loch de papauere, de psyllio, conserua de nenuphare.
    - **Exteriùs**
      - Valdè facit præcipuè ad focum caloris, vel ad locum, vnde initium habet hectica [r] Refrigerans Gal. compositum ex ceræ vncia vna, & olei rosati omphacini vncijs tribus, vel quatuor cum modico aquæ frigidæ, & aceti, vel cũ ptissana, succo lactucæ, portulacæ, solani, albi ex ouo, & eiusmodi. Agiteturq; in mortario plumbeo, & adhibeatur valdè refrigeratum, ob quod vas, in quo seruatur, vel mortarium circundetur niue, aut aqua frigidissima adhibendum est ad hepar, thoracem, renes, & huiusmodi partes, ac præcipuè (vt dictum est) ad eam, in qua est focus, nec sinatur diù in parte manere, quia calesit, & postea partem ipsam calefacit.
      - Conferunt etiam epithemata [r] ex lactuca, portulaca, nymphæa, papauere, & similibus. At cauendum est, ne vocem, ac respirationem lædant.
      - Verum nihil est præstantius balneo [s] aquæ dulcis, nisi cum hectica sit coniuncta putredo, vel aliqua inflammatio; quomodo autem balneo sit vtendum copiosè docet Gal. 10. meth. cap. 10. quem modum seruare non possumus, quia caremus balneis antiquorum, quæ habebant (vt ibidem asserit Gal.) quatuor partes, vel quatuor loca. In prima parte, vel loco erat aer calidus; in secunda aqua calida; in tertia aqua frigida; quarta pars erat locus, in quo detergebantur.
      - Cum talibus balneis careamus: ex Auic. [t] & Iunioribus possumus vti vocata tina (vt vocant) hoc pacto.
      - Vnum sit labrum, idest, vas ligneum, quod à Iunioribus. Tina dicitur; in quo sit aqua remissè calida, & alterum, in quo sit frigida, moretur ęger mediam horam, aut integram etiam in calida, deinde mergatur in frigidam, postea pannis lineis mollibus, tepidisq; exiccetur, vngaturq; oleo aliquo astringente vt ros. omphac. postremò cum parùm in lecto quieuerit, nutriatur cibo aliquo ex prius dictis, & quamuis periculum sit, ne balneũ aquæ frigidæ ducat [u] ægrum in contrarium affectum, videlicet in senium, ex morbo, melius tamen est experiri tale præsidium, quàm certò mori, quia (vt inquit Cornelius [x] Celsus) melius est anceps præsidium experiri, quàm nullum. Et Gal. inquit, [u] cum hæc vnica sit salutis spes, adhibenda est pręcipuè, cum postea licet calefacientia adhibere.
- **Symptomate**
  - **Macie, vel gracilitate, vel consumptione, vel extenuatione totius corporis, quia scilicet corp⁹ ipsum tabidum est factũ propter atrophiam, quia non nutritur**
    - **Ab hac indicatur crassitudo, vel (vt sic dicã) obæsitas præstanda per ea, quæ humectant per se, & substantificè, idest, perinstaurantia, & reficiẽtia partes ipsas solidiores. Præstatur autem talis refectio per**
      - **Robur additum partibus nutriendis**
        - Cum partes ob siccitatem [a] alimentum attrahere non possint, oportet ipsas madefacere vt valentius attrahant, ad quod præstandum nihil est melius balneo aquæ dulcis, quod partes illas madefacit, relaxatq;, & ob id aptas efficit ad alimentum attrahendum, quomodo autem balneo sit vtendum, supra exposuimus.
      - **Cibum aptum ad nutriendũ**
        - Cibus aptus ad nutriendum [b] est crassus, ac tenax, vel glutinosus (hic. n. valdè nutrit) sed in hoc casu non põt concoqui, nec attrahi, cùm partes nutriendæ sint debiles, atq; ob id sint ineptæ ad attrahendum & concoquendũ. Reperitur solùm [b] lac, quod facilè attrahi, & non mediocriter nutrire valet. Quamobrem, cum vtrumq; pręstare possit, iure ita laudatur, vt nihil eo sit præstantius. Vsurpetur igitur, veluti suprà diximus.
  - **Syncopa, idest Animi defectu**
    - Ab hac, quia est [c] præceps virium lapsus indicatur ipsarum virium refectio, & instauratio.
      - Id præstant ea que citò reficiunt vires ipsas labantes, vt est potus vini albi [d] tenuis diluti, sic panis in vino madefactus, boni odores, & cætera in syncopæ curatione tradita.
  - **Fluxione alui**
    - Indicatur sistendam esse aluum per astringentia tùm alimenta, tùm medicamenta.
    - Ad hoc mirabiliter facit medicamentum [e] Rasis, cuius hæc est compositio.
    - ℞. Gummi arabici, spodij, boli armeni, pulueris myrtian, drach. iij. misce.
    - Huius medicamenti exhibeantur quotidie drachmæ tres cum syrupo myrtino, vel de papauere.

Octauo

AVCTORITATES.

a Octauo meth. in fine 10. meth. 6.
b Quinto meth. 10. 12. 13. 14.
Tertio primi epidem. 9.
Primo de differ. febr. 9. *
c Primo de differ. febr. 10.
d Decimo meth. v.
e Primo aph. 4. *
f Decimo meth. vi. 11.
Alex. l. 13. cap. 4.
g De marcore 8. *
h Decimo meth. 11.
i Alex. lib. 12. cap. 4.
k Decimo meth. 5. 6.
l De marcore 9. *
m Quinto aph. 64.
n Decimo meth. 11.
Aetius lib. 5. cap. 93.
o Decimo meth. 8.
o Alex. lib. 12. cap. 4. *

p Decimo meth. decimo.
q Decimo meth. 5. 6.
q De marcore 8.
r Decimo meth. 9.
s Decimo meth. decimo.
de marcore 8.
t Auic. l. 4. f. p. tr. 3. cap. 4.
u Decimo meth. 10.
x Celsus lib. 2. cap. 9.

a De marcore. 9.
a Decimo meth. 10.
b De marcore 9.
b Tertio de aliment. fac. 16.
b Quinto meth. 12.
c 12. meth. 5.
d 12. meth. 3. 4.
e Rasis 9. ad Almansorem cap. 54.

Tabula Vigesimaquarta, Hecticæ curatio breuissima ex Galeno.

Breuissimã proponit (a) *methodũ Gal. pro curanda febre hectica, vt subscripta indicat tabella.*

In hectice curatione indicatur refrigeratio & humectatio per adhibenda	Exteriùs	Adhibentur autem exteriùs ista tria	1. Aer videlicet frigidus, & humidus.
			2. Vnguenta, epithemata, & eiusmodi refrigerantia, & madefacientia.
			3. Dulcis aquæ balneum.
	Interiùs	Adhibẽtur autem interiùs etiam tria.	4. Cibi,
			5. Potiones.
			6. Aer inspirandus.

AVCTORITATES.
a Decimo meth. septimo.

ADNOTATIONES.

Hæc breuissimè proponuntur à Galeno decimo meth. cap. x. deinde sigillatim tractantur vsq; ad finem libri decimi, & nos eadem copiosius exposuimus in tabella 16.

Tabula Vigesimaquinta, Hecticæ Curatio.

Aliam etiam breuissimam tradidit methodum Gal. (b) *quæ magis deseruit febri quatenus est febris, quàm febri hecticæ. Est autem methodus huiusmodi.*

In hectice curatione indicatur refrigeratio, & humectatio per ea, quæ refrigerant, & humectant	Per se	Actu	Vt est aqua frigida.
		Potentia	Huiusmodi est aqua calefacta, & ptissana calefacta, & demùm omnia refrigerantia, & humectantia, cum adhibentur actu calida, idest calefacta.
	Per accidens		Hæc proponuntur à Gal. refrigerare per accidens, & vtroq; modo magis conueniunt febri prout est febris, vel Diariæ, & putridæ, quàm hecticæ.
	Vtroq; modo		

AVCTORITATES.
b Decimo meth. cap. decimo.

ADNOTATIONES.

Hæc proponuntur à Gal. decimo, meth. cap. x. & à nobis copiosius sunt tractata in tab. 15.

Marasmus

Tabula Vigeſimaſexta, Maraſmi, ideſt Tabis, vel marcoris definitio, differentiæ.

Maraſm⁹, vel Maranſis à græcis [t] dict⁹ à flammis marceſcentibus. Tabes, vel marcor latinè à conſũptione eſt corruptio [t] corporis viuentis ex ſiccitate, Maraſmi autem differẽtiæ ſumunt à

- **Cauſa**
  - **Externa**
    - Quemadmodum Hectica interdum [a] inuadit ab ira, triſtitia, ſolis ardore. Ita etiam poteſt facere Maraſmus [b] non ſolùm, ſi prius anteceſſerit hectica (quo pacto ſœpius inuadit) ſed etiam per ſeipſum, vt quando quis ex electione [c] famem toleret, vel præ ciborum inopia fame conſumitur, quamuis dicat [d] Gal. hunc non eſſe verum maraſmum, quia in hoc non æqualiter omnes corporis partes marceſcũt, vt debet fieri in vero maraſmo ob affecta principia cor, & hepar, quæ in penuria alimenti multò tardius marceſcunt, quàm reliquę corporis partes, quæ ſententia, ſi abſolutè eſt vera, non videtur eſſe poſſe maraſmus à ſola ſiccitate, quod tamen aſſerit [c] Galenus: ſed erit ſiccitas, vel cum frigiditate, vt in ſenectute, & in morbo ſenectuti ſimili, qui ob id [a e] ſenium ex morbo vocatur; vel cum caliditate, [d] vt in tertia hecticæ ſpecie, gradu, vel modo, quę ob id hectica maraſmodes dicitur. Vtcumq; tamen res habeat, cauſæ omnes externæ ſiccantes, vt res faciendæ, aſſumendæ, excernendæ, & incidentes extrinſecus faciunt ad generationem, vel incrementum ipſius maraſmi
    - Facit etiam ad generandum maraſmum immodicus, & intempeſtiuus vſus refrigerantium interius, & exterius adhibitorum.
  - **Interna quæ eſt**
    - **Patiens, quę eſt habilitas ad maraſmum propter**
      - Temperationem § Bilioſi, [g] ideſt, calidi, & ſicci, habiles ſunt ad maraſmum.
      - Habitum corporis § Graciles propenſi ſunt ad maraſmum.
      - Aetatem
        - Iuuenes, [h] ob temperationem calidam ſiccam.
        - Senes [i] ob ſiccitatem. Pueri quoq; interdum, cum ſcilicet ob aliquem morbum non nutriuntur [i].
      - Sexum § Potius mares, quàm fœminæ, in maraſmum incidunt.
    - **Efficiẽs & eſt calor qui calor eſt**
      - **Nãlis, q tabeſcẽs eſt proxima cauſa maraſmi. Marceſcit autem, vel tabeſcit calor**
        - Sm̃ naturã ideſt à cauſa naturali
          - Calor [k] naturalis in ſenectute ob defectum alimenti neceſſariò marceſcens eſt proxima cauſa maraſmi, & demùm ipſius mortis; atq; ita ſeipſum corrumpit per accidens, videlicet quatenus conſumit humidũ, quod eſt ſuum nutrimentum, & pabulum, quo deficiente ipſe calor extinguitur, & mors ſuccedit, quæ cum ob id vitari nequeat, ideo [k-l] Gal. iure optimo irridet ſui ſeculi philoſophum, qui pollicebatur ſe infantium corpora immortalia redditurum.
        - Præter naturam .i. à cauſa præternaturali.
          - Contingit hoc in eo affectu, qui ab Auic., [m] & Iunioribus dicitur hectica ſenectutis, vel ſenij, & à Philippo [n] fuit vocatus febris marcida, ideſt, maraſmodes; ob quod reprehenditur à Gal. probante eiuſmodi affectum non eſſe febrem, & dicente appellari ex morbo ſenium, quia proportione reſpondet ſenectuti. Idem tamen [o] Gal. 4. de cauſis pulſ. 10. dicit, Philippum vocaſſe hunc maraſmum ex morbo ſeniũ, quare manifeſta contradictio. Fit hic maraſmus [n] ex permutatione febrium, quę per aquæ potionem, & remedia thoraci adhibita fuerunt ſecus, ac oportet, refrigeratæ, ideſt, intemperantiùs, vel intempeſtiuius, vel vtroq; modo fuerunt vſurpata refrigerantia, à quibus vnà cum calore præternaturam fuit quoq; penè extinctus calor naturalis.
      - **Præternãlis, & ẽ febris, quæ eſt**
        - Sine inflãmatione, & tunc febris eſt
          - [p] Diaria
            - Interdum à febre [p] diaria excitata ex nimio labore, ira, & eiuſmodi in temperõneillioſa, & habitu ſqualido, præcipuè ſi adhibeatur inedia, & abſtinentia à potione frigidæ, & à balneo fit nõ modo hectica, ſed maraſmus.
          - [p q] Putrida
            - Sæpiſſimè ex [p] cauſo, ſynocho, tertianis, & eiuſmodi in habitu ſqualido, ſi abſtineatur à frigida, [r] & à refrigerantibus exterius abhibendis, & vſurpentur calefacientia, vt cataplaſma ex artomelite; ſic, ſi propinentur ſoluentia, fit maraſmus.
          - Hectica § Facilis eſt tranſitus ab hectica in maraſmum.
        - Cum inflãmatione
          - Ventriculi [r], Hepatis [r] — Adeò harũ partiũ inflãmationes, [r] & præcipuè eryſipelas, niſi rectè curẽt, ſeqtur maraſmus vt pleriq; exiſtimarint maraſmũ nulla alia ex cauſa generari [s] in qua opinione fuit Philippus.
          - Ieiuni, [r] ilei, coli, & demùm omnium inteſtinorum præſertim in dyſenteria, diarrhæa, lyenteria.
          - Pulmonis, [r] thoracis, ſpatij intermedij, vt in phthiſi, empyemate.
          - Renum, [r] veſicæ, vteri, & demum ex omnibus diuturnis inflammationibus partes occupantibus, adiuncta, totius animalis, ac præcipuè cordis ſiccitate.
- **Morbo, in quo ſpectat ipſi⁹ morbi**
  - **Species**
    - **Eſt autem morbus in maraſmo [t] ſiccitas, vel intemperies ſicca, tùm [x] totius animalis, tùm maximè cordis, quæ ſiccitas eſt**
      - Sĩplex [t] § Hinc à Gal. [t] dicitur maraſmus ſimplex, & ex eodem fit, vbi quis vel ex electione famem toleret, vel præ ciborum inopia fame conſumitur.
      - [t] Compoſita cum
        - Caliditate § Hinc eſt maraſmus, [u] vel marcor torridus; qui, cũ ſit intemperies calida ſicca primò cordis, deinde totius corporis, hectica [x] maraſmodes dicitur, q eſt tertia ſpecies, vel grad⁹, vel mod⁹ hecticæ.
        - Frigiditate § Hinc, ſi talis affectus [t] ſit ſecundum naturam, eſt ſenectus, ſed, ſi ſit præter naturam, eſt ille affectus, quem Philippus, [b] (vt ſupra dictum eſt) tùm [a] febrem hecticam marcidã, tùm ſenium ex [b] morbo vocat, quicquid dicat [a] Galenus.
        - Vtraque videlicet caliditate, & frigiditate § Hinc eſt maraſmus ſyncopodes, [a] .i. cum ſyncopa, vel ſyncopoſus, qui fit vbi, qui ſyncopa fuerint correpti vehementiam quidem periculi in præſentia euitarint, relictũ tamen fuit ipſis aliquid ſyncopoſæ affectionis. Fit in marcore torrido, vbi os [c] ventriculi iniurijs patet, vel [b] cor eſt debile, vel vbi ſucci ob ſummam [d] tenuitatem ociſſimè exhalant.
  - **Tẽp⁹ quod eſt**
    - Principiũ § Principium [e] maraſmi eſt, quando natiua humiditas, .i. rorida ſubſtantia, ex qua nutriuntur particulæ in corde aboletur, abſumitq; nam donec pars aliqua natiuæ humiditatis reſeruatur, ſolũm febris hectica exiſtit, nondum tamen eſt maraſmus: ſed quando nihil ex tali humiditate ſuperat, tunc eſt exquiſitus maraſmus, incipit igitur maraſmus, cum iam conſumptus [f] eſt ros, vel parua eius portio reſeruatur, ſed manente, vel toto rore, vel magna illius parte eſt ſolùm febris hectica.
    - Incremẽtũ § Incrementum eſt, cum abſumpto iam rore conſumitur, ac liquatur [g] adeps, vt caro [h] ſolidiorum, & in hoc eſt latitudo [i] ſecundum principium, medium, & ſtatum (vt inquit Auic.) qui aſſerit hunc affectum propriè vocari Debul, ſiue Aldubul, .i. maraſmum; in quo dicit conſumi tertiam humiditatem, quam Iuniores vocant cambium, & hanc Auic. [k] ponit diſtinctã à rore. Sed Gal. (quod viderim) non diſtinguit rorem à cambio, nec dicit maraſmum eſſe cum conſumitur cambium. Verum incipere maraſmum, quando abſumitur, [e] vel iam abſumptus eſt ros, & augeri, cum abſumitur [h] caro; & eſſe ſtatum cũ abſumitur ſubſtantia fibroſa, & membranoſa. Sed Auic. dicit ſtatum eſſe, quando conſumptum iam eſt cambium.
    - Status, vel vigor § Status, vel vigor maraſmi eſt cum abſumitur, vel liquatur ſubſtantia fibroſa, [l] & membranoſa partium ſolidiorum, quã ſubſtantiã, vel humiditatem Auic. ponit quartam, & à Iunioribus dicitur gluten, ſiue colla, aſſeritq; Auic. affectum, in quo liquatur, & conſumitur [k] quarta humiditas, ideſt, gluten dici Almefetet, [k] & Ryhas græcè, atq; ita ponit Auic. treſ ſpecies, vel gradus hecticæ, primam in rore, & vocat hecticon; ſecundam in cambio, & appellat debul, vel aldubul, ideſt, maraſmum; tertiã in glutine, & appellat Almefetet, vel Ryhas. Sed Gal. agit ſeorſum de hectica, & ſeorſum de maraſmo; ponitq; [m] (vt dictũ eſt in tractatione hecticæ (primam ſpeciem hecticę, in qua in natiua cordis humiditate fit efferueſcentia quædam; ſecundam, in qua fit aliqua conſumptio; tertiam, quam vocat [n] maraſmodem, in qua [e[eſt abſoluta conſumptio roris, & liquatur caro, & ſubſtantia [l] fibroſa, membranoſaq; ſolidiorum.
- **Loco affecto**
  - **In maraſmo ſemper afficitur cor cuius ratione totum corpus extenuatur, exiccaturque, ſed cor eſt affectum**
    - Per ſe, vel per eſſẽtiã, & primariò § Non raró vidit Gal. [o] quoſdam alijs membris illæſis in corde marcuiſſe cuius q dẽ cordis dicit ſe neſcire, cur Philippus oblitus fuerit, cùm nec ex iecinore, nec ex ventriculo affectis poſſit fieri hectica, nec maraſmus [o] niſi talibus partib⁹ cor cõſentiat, hancq; paſſionẽ aſſerit Gal. [p] cordi ipſi aduenire ex ſe in excãdeſcẽtijs, vehemẽtib⁹q; ac diuturnis triſtitijs.
    - Per conſenſũ à
      - Toto § Vt in febribus diarijs, vel [p] putridis, cuiuſmodi eſt cauſus, ſynochus, non benè curatis.
      - Partib⁹ ſeruientibus
        - Reſpirationi § Vt in [p] pleuritide, peripneumonia, phthiſi, empyemate.
        - Nutritioni § Vt in inflammationibus [o]
          - Stomachi, ventriculi, hepatis, [o] § A quibus duobus [o] ſolis affectis credere videtur Philippus marcorem generari.
          - Ilei, [p] coli, meſarei, in dyſenteria, diarrhęa, lienteria, ſic in renum, veſicæ, & vteri affectibus.
- **Symptomate**
  - Macie
    - Mediocri § Eſt in principio [p] maraſmi § Vt, cum abſumpta [p] eſt rorida ſubſtantia.
    - Maiori § Eſt in incremento maraſmi § Vt cum abſumitur [p] adeps, & caro ſolidiorum § Ab Auic. dr̃ [q] debul, vel aldubul, .i. maraſmus.
    - Maxima § Eſt in ſtatu, & vigore maraſmi § Vt in febre maraſmode, in qua conſumitur ſubſtantia fibroſa, & membranoſa ſolidiorũ partium. Ab Auic. [q] dicitur Almefetet, & Ryhas.
  - Ardore ſiue æſtu § Eſt in maraſmo calido, quem Gal. [r] vocat torridum.
  - Frigore § Eſt in maraſmo frigido, quem Gal. vocat ſenium ex morbo.
  - Syncopa § Eſt in maraſmo ſyncopode, vel ſyncopoſo dicto à Galeno. [r]

Primo

AVCTORITATES.

a Primo de differ. febr. 8.
a Tertio de præsag. ex pulſ. 4. 7.
b Decimo meth. 3. x.
c De marcore cap. primo.
d De marcore 5.
e Quinto de ſanitate tuend. 9.
f De marcore. 7.
g Octauo meth. 2. 8. 10. meth. 5. 6.
h Decimo meth. 3.
i Primo de differ. febr. 8.
K De marcore 2.
l Primo de ſanitate tuenda 12.
m Auic. lib. 4. f. p. tr. 3. cap. 9.
n De marcore 5.
o Quarto de cauſ. pulſ. 10.
p Octauo meth. 2.
Decimo meth. 6.
Primo de differ. febr. 9.
q Decimo meth. 5.
r Primo de differ. febr. 9.
s De marcore 7.
t Quarto de cauſ. pulſ. x.
t De marcore primo.
u De marcore. 5.
x Primo de differ. febr. 9.

a De marcor. 5.
b Quarto de cauſ. pulſ. x.
c Octauo meth. 2. 12. meth. 4.
d xij. meth. 6.
d De marcore 9.
e Primo de differ. febr. 9.
f Primo de differ. febr. 8.
g Septimo meth. 6. in princ.
h Decimo meth. 11.
i Auicena lib. 4. f. pri. tr. 3. cap. primo.
K Auic. lib. primo. f. prima doct. 4. cap. primo.
l Decimo meth. 11.
m Primo de differ. febr. 9.
n Septimo meth. 5. in fine.
o De marcore 7.
p Primo de differ. febr. 9.
q Auic. l. 4. f. pri. tr. 3. cap. pri.
r De marcore 5.

ADNOTATIONES.

Galenus ſeptimo methodi capite quinto ad finem; & capite 6. ad principium, ponit quatuor ſiccitates. Vna eſt, in qua ſolida ſimilarium ſubſtantia reddita eſt ſiccior. Altera, cum ea, quorum ſubſtantia ex humore concreto conſtat, ſicut ſunt caro, & adeps, ſunt liquata. Tertia, cum propria humiditas, vnde partes nutriuntur, omninò eſt abſumpta. quarta eſt, quæ conſiſtit in cuiusq́; particulæ exilibus arterijs, venisquè.

Auicenna, Gentiles, Conciliator, & alij hinc aſſignant quatuor humiditates ſecundas, glutem, cambium, rorem, & humiditatem innominatam. & diſtinguunt rorem à cambio. nam dicunt rorem eſſe factum ad nutriendum tempore neceſſitatis, & ad humectãdum iuncturas, & cambium eſſe humiditatem, quæ in proximo tempore fuit coagulata; & eſt nutrimentum ſecundum complexionem, ſed non ſecundum eſſentiam, hæc res benè penſitanda eſt. quia de hac eſt dubitatio (de innominata enim conueniunt). Galenus vbiq́; rorem dicit eſſe proprium partium alimentum, vt patet in libro de maraſmo, ſeu marcore capite 6. & 10. meth. 11. & ſeptimo methodi 6. at illi videlicet Auic. Gentiles, Conciliator, & alij dicunt, propriũ alimentum partium eſſe cambium per ſe, & interdum rorem per accidens, qui ros facit etiam ex eorum ſententia ad humectandas iuncturas. Cum tamen Gal. per ſe ponat rorem eſſe alimentum, & non dicat eſſe factum ad humectandas iuncturas.

Si igitur ex ſententia Galeni detur illa tertia humiditas ab illis vocata cambium, erit adeps, & caro, quod videtur eſſe abſurdum, cum caro, & adeps nutriantur, & non nutriant.

Signa

Tabula Vigesimaseptima, Marasmi signa.

Signa Marasmi sunt

- **Memoratiua**: Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægrotante, & assidentibus, magisq; faciunt ad Medici [b] gloriam, quàm ad ipsius ægri salutem. Quarè hic omittuntur, præsertim cùm sint inferiùs ponenda.
- **Indicatiua, q̃ sunt**
  - **Cõia desũpta à**
    - **Causis q̃ sunt**
      - **Externę**: In temperatione [c] biliosa, & habitu squalido antecesserunt causæ externæ exiccantes, quæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ, videlicet madefacientes siue sint res faciendæ, siue assumendæ, siue excernendæ, siue incidentes extrinsecùs. Particulares autem causæ inter signa propria exponentur.
      - **Internæ & est causa**
        - **Patiens** § Temperatio calida [c] sicca, .i. biliosa; habitus squalidus, sexus masculinus, ętas iuuenilis habilis est ad marasmum.
        - **Efficiens idest calor**
          - **Nõ his qui tabescit**
            - Secundum [d] naturam in senectute, quæ non potest vitari § Cognoscitur ipsa senectus, visu.
            - Preter naturam § Hoc fit in [e] senio ex morbo, cuius signa exponentur inferius inter signa propria.
          - **Præternalis, & est ipsa febris**
            - **Sine alicui⁹ partis inflãmatione quæ febris est**
              - **Diaria**: Plerumq; fit transitus ex diaria in marasmum intercedente hectica, quarè cognoscitur ex eo, quia antecessit Diaria, & successit hectica, & adsunt signa marasmi.
              - **Putrida**: Antecessit [f] causus, vel synochus, vel alia febris maligna, quæ corpus colliquauit, & non fuerunt vsurpata refrigerantia temperanter, [f] & tempestiuè.
              - **Hectica**: Antecesserunt signa febris hecticę [g] sine siccitate, & adsunt signa hecticę marasmodis, idest, tabidæ posita à Gal. primo de differ. febr. 9.
            - **Cum inflammatione ventriculi [g h] hepatis, ilei, coli, renum, vesicæ, pulmonis, thoracis, & similium**: Antecesserunt signa dictarum partium affectarum, & adsunt signa marasmi.
    - **Essẽtia [r]**: Est autem marasmi essentia [r] siccitas, & consumptio totius corporis, quę facilè cognoscitur sensu, idest ipso visu, nam apparent primo intuitu [g] oculi concaui, collapsa tempora, cutis instar corij, color liuidus, aut plumbeus, hypochondria sunt retracta, venter inanis, hærens dorso, & demum ægri sunt pellis, [g] & ossa tantum.
    - **Effectis.i. symptomatis**
      - **Actionibus læsis**
        - **Animalibus** § Adest segnities, ac debilitas ad motum ob tabefactos musculos.
        - **Vitalibus**: Pulsus [k] est debilis, paruus, & (si adsit febris) celer, creber; si non adsit, tardus, & rarus, est ẽt durus, & miurus, idest, decurtatus in vtraq; [κ] parte ferè in omni marasmo, sed præcipuè in eo, qui est ab inflammatione alicuius partis, quo tempore est celer, & valdè creber, est etiam hecticus. Respiratio læditur, vt pulsus. [l]
        - **Naturalibus** § Maximè lęsa est nutritio, quod patet ex eo, quia ægri sunt solùm pellis, [g] & ossa.
      - **Excretis**: In vrina sæpè adsunt sedimenta furfuracea, [m] squamosa, vel similia farinę crassiori ob colliquationem solidiorum. Deiectiones plerumq; supprimuntur, vel sunt colliquationes. Sudor [n] interdum adest ob debilitatem retentricis.
      - **Affectibus corporis**: Adest extinctio floridi coloris; [g] ita, vt color sit liuens, aut plũbeus, velut in mortuis conspicitur, oculi sunt [o] caui, & velut in foueis conditi, tempora collapsa; frigidæ, contractæq; aures; cutis arida; venter inanis, hypochondria retracta; & demum tanta macies, vt nihil sit reliquum pręter pellem, [g] & ossa.
  - **Propria ostendẽtia vnãquamq; marasmi differẽtiam, quæ differentia sumpta est à**
    - **Causa**
      - **Externa** § Antecessit causa externa faciens, vel fouens marasmũ, vt [p] mæstitia, excandescentia, vehementissimę curę, inedia [q].
      - **Interna**: Si fuerit febris absq; inflammatione, vt diaria, putrida, vel hectica, antecesserunt illius febris signa, & adsunt signa marasmi. At, si fuerit inflammatio, cognoscitur quoq; per propria signa desumpta tùm à parte affecta, tùm ab ipso affectu, pręcipuè verò per pulsum, qui est [k] celer, valdè [r] creber, & durus; ita etiam languidus, & Miurus.
    - **Morbo, in quo spectat ipsius morbi**
      - **Species quę ẽ**
        - **Siccitas [s] tantùm**: Antecessit [s] inedia, & vehementes animi perturbationes: Adest maxima extenuatio sine febre, & sine frigiditate; quamuis hæc plerumq; fit simul cum siccitate, vel paulo postea superueniat [t].
        - **Siccitas coniuncta cum**
          - **Caliditate**: Est marcor torridus, vel hectica marasmodes, [p] idest, tabida, & tunc præter propria signa hecticæ, [u] vt incalescere post cibum, & non sentiri ab ægro, sunt [p] oculi concaui cum lemis siccis. Flos vitalis caloris est extinctus; & demùm adest solùm cutis, & ossa. Pulsus est (veluti suprà diximus) debilis, [p a] paruus, celer, & valdè creber, durusq;, & hecticus, decurtatus in vtraq; parte, qui miurus circumnuens dr̃ ab [a] Archigene. Expiratio [x] calida; calidiores sunt [p] arterię, quàm alię adiacentes partes.
          - **Frigiditate**: Est senium [x a] ex morbo. Antecessit immodicus, & intempestiuus [x] vsus rerum refrigerantium interius, & exterius adhibitarum. Pulsus [a] est debilis, paruus, rarus, tardus, durusq;. Respiratio quoq; est similis pulsui, parua nimirum simul, & tarda, ac per longa interualla. Expiratio frigida.
          - **Caliditate, & frigiditate**: Est marcor syncopodes, in quo antecesserũt febres ardentes, adestq; hectica marasmodes, & succedit syncopa; vel, quia stomachus [b] facilè iniurijs patet, vel ob ipsius [a] cordis debilitatem. Antecesserũt igitur signa talium febrium, & afflicti stomochi, vel cordis, quibus succedit syncopa, & postea relinquitur aliquid syncopoſę affectionis, cuius rõne adest frigiditas, & rõne febris, adest caliditas.
      - **Tempus ipsius marasmi, qđ tempus est**
        - **Principium**: In hoc adest mediocris macies, nam absumitur, vel potius maiori ex parte iam est absumptus [c] ros, quarè incipit apparere facies ab Hipp. [d] primo progn. com. 6. descripta. Sic oculi incipiunt fieri caui, & color liuidus, aut plumbeus, & cętera ab Hipp. & Gal, [c] dicta incipiunt, pulsusq; incipit mutari ad duritiem, & debilitatem maiorem, ac paruitatem [c].
        - **Incrementum**: Adest maior macies, nam ex [e] Auic. absũpto rore, absumitur cambium, vel iam [c] est absumptum. Sed ex Gal. absumitur carnosa portio solidiorum. Quarè magis apparent signa Hipp. & Galeni.
        - **Status, vel vigor**: Adest maxima macies, quia [c] ex Auic. absumitur [e] gluten, ex Gal. verò colliquatur substantia fibrosa, & membranosa partium solidiorum. Pulsus est maximè durus, [c] debilis, paruus.
      - **Loco affecto, qui est cor, affectũ aũt est cor**
        - **Per se, p essentiam, & primariò**: Absunt signa aliarum partium affectarum, & antecesserunt causæ cor ipsum lædentes, vt nimia [f] excandescentia, vehementissimæ curæ, tristitię ingentes, ac diuturnę: attractio aeris [g] pestilentis. Adest non raro syncopa, asphixia, pulsus miurus, formicans, hecticus, & eiusmodi; & demũ adsunt signa cordis affecti posita à Gal. 5. de loc. affe. c. 1. & 2.
        - **Per consensum à**
          - **Toto** § Antecesserunt febres ardentes, vel pestilentes, vel hecticæ.
          - **Partibus**: Ventriculo, intestinis, mesarço, hepate, renibus, vtero, vesica, thorace, pulmone: Adsunt signa dictarum partium affectarum, quæ antecesserunt marasmũ, & adsunt quoq; ipsius marasmi signa.
    - **Symptomate**
      - **Macie**
        - **Medio cri** § Est (veluti dictum est) suprà in principio marasmi.
        - **Maiore** § Est in incremento.
        - **Maxima** § Est in statu, vel vigore
        - **Huiusmodi macies cognoscuntur visu**: Gal. [h] ponit duplicem affectionẽ extenuatorũ. Altera (vt ipse dicit) est cũ ipsa solidiorũ corporũ humiditas, q̃ propriũ ipsis esse nutrimentũ dixim⁹, perijt; tùm teneræ carnes colliquatæ sunt. Altera verò corpora ipsa attingit, quæ sanè prima, & similaria appellamus. Quare patet ipsum Gal. sub prima comprehendere principiũ, & augumentũ marasmi, & subaltera statũ.
      - **Ardore, Frigiditate, Syncopa**: Ista ipso visu cognoscuntur. Quare non opus est alijs signis. Possunt etiam alia symptomata esse in marasmo, sed potissimùm spectantur, quæ dicta sunt.
- **Prognostica per quæ præcognoscitur**
  - **Exitus, vel euẽtus**
    - Quilibet marasmus est valdè periculosus, quoniam, licet dicat Gal. [i] quod, vbi consumpta est rorida humiditas, instaurari potest; asserit tamen talem [k] affectum periculosum esse. Sed periculosior est marasmus, in quo adeps, & tenera caro adhærens partibus solidioribus est liquefacta. Hic tamen etiam marasmus curari potest; ex quo Galen. (vt dictum est paulo superius) hunc marasmum, & superiorem vnam, & eamdem esse affectionem dicit.
    - Sed marasmus, qui solida ipsa attingit. [i κ] hoc est consumit substantiam fibrosam, & membranosam partium solidiorum, & sic gluten Auic. [l] & Iuniorum, qui est verus marasmus, curari nullo modo potest, nam in hoc [d] marasmo tale aliquid cor patitur, quale lucernæ fomes, cum fuit plurimum exustus: [m] qui frangitur, atque dissoluitur, & ob id continuitatem ammittit; adeo, vt quamuis magnã olei copiam superinfundas, flamma tamen abundantior non possit accendi, sed semper fit minor, donec ex toto extinguatur.
    - In hoc etiam continetur senium ex morbo [n] qui nullo modo curari, ac sanari potest; quemadmodum, nec ipsa senectus, & mors potest euitari. Potest tamen in hoc vita aliquantulum produci.
  - **Tempus**: Licet dicat Author definitionum Medicarum marasmum [o] esse morbum longum, qui tamen est à corde [p] per se affecto, breui mortem affert, proximè huic, qui à iecinore, cuius exemplum est apud Hipp. & Gal. [q] in Hermocrate, qui perijt die vigesimoseptimo. Mox à iecinore periculosus est ille, qui est à ventriculo, qui ab alijs partibus ortum habent; tanto tardius interimunt, quanto illæ sunt ignobiliores.
  - **Modus** § Est per resolutionem, vel per syncopam, nam, vel paulatim resoluti moriuntur ægri, vel statim syncopa præhensi pereunt.

Qnarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic. 4.
c Octauo meth. 2. 8.
Decimo meth. 3. x.
Primo de differ. febr. 9.
d De marcore pri. 2.
d Primo de ſanitate tuenda 12. 2.
e De marcore. 5.
Primo de diff. febr. 9.
f De marcore 5. 8.
g Primo de differ. febr. 9.
h De marcore 7.
i De marcore primo.
k Quarto de cauſ. pulſ. 10.
l De Marcore 5.
m Secundo prognoſtic. 28.
n Secundo prognoſtic. 60.
o Primo prognoſticorum 7.
de marcore 2.
p Primo de differ. febr. 9.
q De marcore primo.
r De maraſmo 5.
s De marcore primo.
t Septimo meth. 7.
Sexto de ſanit. tuenda 2.
u Tertio de præſag. ex pulſ. 3.
x De marcore 5.

a Quarto de cauſ. pulſ. x.
b Octauo meth. 2.
c Primo de differ. febr. 9.
d Primo prognoſtic. 6. 7.
e Auic. l. 4. f. pri. tr. 3. cap. primo.
f Primo de differ. febr. 9.
g Tertio de præſag. ex pulſ. 2. 3.
h De marcore 6.
i Decimo meth. 11.
k De marcore 6.
l Auic. lib. pri. f. pri. doct. 4. cap. pri. & lib. 4. f. pri. tr. 3. cap. 1.
m Primo de differ. febr cap. 8.
n Decimo meth. 10. 11.
De marcore 2. 6.
o In Definitionibus medicis.
p Septimo meth. 7.
q Primo 3. epidem. 11.

Tabula Vigesimaoctaua, Marasmi Curatio.

- **In curatione marasmi intentiones curatiuæ sunt**
  - **Cōmunes [g] omni marasmo, quæ ob id vniuersales etiā dici possunt.**
    - **In omni marasmo, qui curari potest, īdicatur humiditas per se, & (vt dicitur) substantifica, & sic refectio partiū solidiorū, quarū marasmus[g] est exiccatio. Talis autem refectio præstatur per**
      - **Robur additū partib⁹ nutriendis**
        - Cum partes ob [a] siccitatem alimentum attrahere nequeant: oportet ipsas madefacere, vt valentius attrahant. Quòd si frigiditas adiungatur, quemadmodum plerumq; fit (siccitati enim, si perduret [b] necessariò succedit frigiditas) etiam calefaciendæ sunt.
        - Quibus omnibus præstandis mirabiliter confert balneum aquæ dulcis. nam hoc mirabile habet eiusmodi balneum, quòd, & calidas, & frigidas siccitates iuuat, omnibusq; febribus squalentibus est vtile, [c] quando nihil aliud ipsis fuerit implicatū.
        - Confert balneum [d] ad cibi distributionem; quare vsurpandum est cibo iàm concocto, sed non post inediam longiorem.
      - **Victus ratione.**
        - Alimentum solum [d] est, quod exiccatum corpus per se curat. nam illi soli [e] hoc inest ex omnibus, vt ex sua natura, non aūt ex accidenti solidas animalis partes humectet. reliqua verò omnia faciunt per accidens; adeò, vt etiam aqua ipsa, neque epota, neq; extrinsecus occursans apta sit solidas animalis partes humectare, sed solùm quatenus facit ad ipsius alimēti[d] distributionem, vel attractionem, vel retentionem. Sic somnus, [e] quies, & demùm quæcunq; alia excepto cibo ex accidente aliquo madefaciunt. Verùm, quia nutrimentū cum corpore [b] quod refici postulat, per se coalescere nequit, sed quod [f] nutriendum est ipsum sibi, & nutrimentum attrahit, & mutat, & [b f] concoquit, & adiungit, & assimilat: oportet, vt alimentum attractu sit facile [d]. Sed hoc ferè (cùm sit natura calidum, & partium tenuium) non nutrit, nam crassum, & glutinosum, siue tenax esse debet ad hoc, vt multum nutriat. Tale autem difficilè [d] attrahitur, & [f] coquitur. Quarè, cum isti scopi inter se pugnent, danda opera est, vt alimentum nutriens, & facile attractu, quantum fieri potest, inueniatur.
        - Ad vtrumq; prestandum [d] Gal. nihil esse præstantius lacte [g] videtur, præsertim, si quis muliebrem mammam ore apprehendens ipsum sugat, sed, quia (vt idem [g f] inquit) pleriq; id exhiberi sibi, ceu pueris recusant, ceu asinis asininum ipsis dari conueniet, quod tenuissimum est, & minimè concrescit, & quoquo versus ocissimè in corpus digeritur, [f g] sed ne ab aere mutetur, [h] statim, cum mulctum est, bibatur: atq; ob id asina in cubiculum inducatur.
        - Vult [h] Gal. ab initio exhiberi ciathum, & postea augeri quantitatem, prout concoquitur; &, si adsit febris, bibatur sine melle: at, si absit, cum melle; exhibetq; illud, postquam eger egressus est [f] ex balneo. Ego illud libentiùs exhibeo cum melle rosaceo, aut cum saccaro cando (vt vocant) ad ortū solis, & postquam æger per tres horas absq; somno quieuit, vel lentè inambulauit, in balneum duco; indeq; post mediam plus, minùs horam egressum, siccatum, atq; aliquantum in molli lecto moratum, consumpto ex pullo, vel ouo sorbili, & pane in iure pulli decocto alendū curo, & post septem horas iterùm in balneum duco, deinde cænare iubeo, & interdum (quando tempus est æstiuum) si æger cibum coxit, quem manè assumpsit, in meridie circiter horam decimamnonam, aut vigesimam iterum lac exhibeo, & post horas tres in balneum duco, & egresso transacta vna hora cibum offero.
        - Potus sit vinum, si absit febris, magis, vel minus [b f] generosum, & antiquum, prout maior, vel minor frigiditas cum marasmo fuerit coniuncta: quicum, si erit caliditas [i] vinum adhibeatur, quod minimè sit antiquum, sitq; magis aquosum, frigidumq;, vt est fontis aqua in vere. Vel potiùs adhibeatur destillatum ex pullo gallinaceo, aut testudine cum iulepo violaceo, aut saccaro mixtum. Conuenit ptissana; panis in iure pulli decoctus, testiculi gallorum, alæq;, auiculæ montanæ, pisces saxatiles, oua recentia, & mollia, & eiusmodi.
        - Aer sit temperatus vergens ad humiditatem.
        - Conuenit quies, somnus, & vacatio ab omnibus animi perturbationibus.
        - Nisi aluus fungatur suo munere, irritetur clysteribus mollioribus, vt ex iure pulli, veruecis, & similibus.
  - **Causa**
    - **externa**
      - Indicatur transitus ad contrariam causam, vt ad hilaritatem, quietem, ac tranquillitatem, & cor ipsum roborandum esse per medicamenta cordialia, interiùs, & exteriùs adhibita.
    - **Interna quæ est calor**
      - **Naturalis, vel sm̄ naturā**
        - Est ipsa senectus, [K] quæ est intemperies frigida sicca, & in qua calor est prope extinctionem propter defectum alimenti. Hæc est [l] prorsus insanabilis, potest tamen protrahi vita [e] per gerocomicen, idest, artem, quæ senibus præest.
      - De calore naturali faciente marasmum, idest siccitatem totius preter naturam dicetur inferius in curōne siccitatis cum frigiditate.
      - **Præternaturalis qui est febris**
        - **Sine inflāmatione**
          - A febre, quæcumq; illa sit, ne incidatur in marasmum, indicatur refrigeratio, [m] & humiditas, quæ cùm per alia, tùm per potionem frigidæ præcipuè post cibum, & per balneum aquæ dulcis prestatur, febris enim, quatenus febris perpetuò tùm à frigidæ potione extinguitur, tùm à balneo iuuatur.
        - **Cū inflammatione**
          - Si adsit erysipelatosa [m] affectio, à balneo quidem prorsus abstinendum est, sed aqua frigida, dum morbus consistit, agonisticè vtendum est, idest, aqua ipsa affatim, & frigidissima est exhibenda. In principio autē danda non est, nisi nos cogat eger, qui sit frigidæ assuetus, & sitim tolerare nequeat. Vtendū est quoq; alijs refrigerantibus, & humectantibus tùm interiùs, vt lactuca [m] in aqua frigidissima abluta, inq; aceto frigido intincta; tùm exteriùs, vt succo lactucæ, semperuiui, & intybi, sed præsertim succo vuæ acerbæ, & portulacæ cum modico albæ farinæ valdè refrigerato, & in duplicato linteolo quàm frigido sæpiùs adhibito, & cùm incalescit, remoto.
  - **Propriæ, vel particulares desumptæ à proprijs marasmi specieb⁹ desumptis à**
    - **Morbo q est**
      - **Simplex, [r] & est siccitas tantùm**
        - Ab hac (veluti dictum est supra) indicatur humiditas [n] substātifica præstanda per robur additum partibus nutriendis ex vsu balnei ex aqua dulci, & per victus rationem aptam ad nutriendum.
      - **Compositus qui est siccitas cū**
        - **Caliditate, [r] & sic est hectica marasmodes, idest tabida**
          - De hac dictum est in curatione hecticæ, quod scilicet indicatur [o] humectandum, & refrigerandum esse per victus rationem, vt per lac, ptissanam, & à melle penitus abstinendum, sic à vino, licet dicat Gal. 7. [p] meth. 8. vinum magis aquosum esse exhibendum, quod fortè intelligendū est, cùm adest syncopa, vel quando est talis intemperies in ventriculo sine febre marasmode. Confert etiam in febre marasmode balneum aquę [q] dulcis temperatum; [o] sed multò magis frigidum, licet extinguendo calorem ducat ad hecticam senectutis, vel ad senium ex morbo, nam hoc melius est, quàm certò mori, & ob id etiam potio frigidę conuenit; quia, (vt inquit [q] Gal.) licebit in senio ex morbo non modò plures dies, sed etiam menses, & fortè annos viuere.
          - Extrinsecus quoq; [s] ad focum febris medicamenta refrigerantia sunt adhibenda, vitandū tñ est, ne lędatur [s o] respiratio.
        - **Frigiditate, [r] & sic est seniū ex morbo**
          - Indicatur humectandum esse, & calefaciendum per victus rationem, prçcipuè, si cum lacte plus optimi mellis misceatur, ac vinum magis generosum, & antiquum bibatur, præstatur ẽt per balneum aquæ dulcis, vt asserit Gal.. Atq; ego sæpè magna cū vtilitate prius aqua balnei Pisani, quæ est sulphurea, & bituminosa per mediam horam; deinde statim aqua dulci per mediam horam sum vsus. Facit elysir vitę, aurū potabile, & eiusmodi exuscitantia vires. Conferunt in tali casu ad [t] ventriculum, & hepar, vnguenta, ex oleo nardino, vel mastichino.
        - **Caliditate, & frigiditate, & sic est marasmus syncopōsus**
          - Indicatur quidem humectandum esse, vt in alijs marasmis, at non absolutè calefaciendum [u] aut refrigerandum, sed medium inter ista adhibendum esse. Conuenit lac, & ptissana; & nisi ventriculus prohibuerit, mel coctū tùm cùm alijs cibis, tùm per se solum est adhibendum [u]. Vinum verò sicuti in frigido marasmo magnoperè iuuat, & in torrido nocet: medio modo se habet in syncoposo. Conuenit igitur vinum temperatum, sic, & reliqua alimenta. Vniuersum præterea corpus est constipandum, ac densandum.
    - **Loco affecto per se, vt corde, hepate, ventriculo, & cæteris**
      - Indicat remedia [x] localia ad partem per se affectum adhibenda esse, sed etiam, vt caueatur, ne aliæ lædantur.
    - **Symptomate**
      - **Macie**
        - Ab hac indicatur refectio, & [y] renutritio per victum, vti superius est dictum.
      - **Syncopa**
        - Ab hac, cum sit preceps [a] virium lapsus; indicatur earumdem instauratio, ac refectio per ea, quæ citò nutriunt, vt per potum vini albi tenuis diluti, & panem in tali vino madefactum. Faciunt quoq; boni odores, & cætera in syncopæ curatione exposita.

De

AVCTORITATES.

a De marcore.9.
a Decimo meth.x.
b Septimo meth.7.
c De marcore 7.
d De marcore.9.
e Quarto Aph.13.
f Septimo meth.6.pag.448.
g De marcore 9.
h Decimo meth.11.
i Septimo meth.8.
k primo de sanitate tuenda 2.
Quinto de sanitate tuenda 2.
l De marcore primo 4.
m De marcore 8.
n Decimo meth.x.xi.
n De marcore.9.
o De marcore.9.
p Septimo meth.8.
q Decimo meth.x.
r De marcore primo.
s Septimo meth.8.
t Septimo meth.7.
t De marcare 7.
de marcore 9.
u De marcore 9.
x Septimo meth.8.
y De marcore 9.

a 12.meth.3.4.5.

Tabula Vigesimanona, Putredinis definitio, causæ.

[T] Putredo est corruptio proprij, & nãlis caloris in vnoquoque humido à calore extraneo, vel Putredo est [V] mutatio totius putrescentis corporis ad corruptelã à calore externo. Putredinis aũt causæ tùm à Philosophis, tũ à Medicis considerantur ratione ipsius

- **Efficiẽtis quod facit putrediné**
  - **Per se & hoc efficiens est**
    - **Principale**
      - Efficiens [a] per se,& principale in putredine est calor extraneus, siue[b c] externus, siue alienus, siue præter naturam, qui(vt optimè inquit [d] Arist.) est calor ambientis,& per ambiens, intelligitur tùm aer, tùm vapores, vel exhalationes, vel fuligines, quæ à subiecto putrescibili attolluntur, nam talia(vt idem [e] asserit) habent vim aeris crassioris. Ab eiusmodi ambientis calore primò alteratur calor nãlis; ita, vt ipse quoq; fiat extraneus,& præter naturam, idest, acris, mordax,& igneus; atq; ita ambo agentes in humidum mixti putrescibilis illud à sicco separant,& ad superficiem trahunt: ex quo sequitur, vt qualitates passiuæ, videlicet humidum, & siccum non amplius regantur à calore naturali; quin potiùs eidem dominentur, sequiturq; etiam, vt calor nãlis deficiente [f] humido, quod sibi erat pabulum & nutrimentum marcescat;& ita ipsum mixtum, cuius calor naturalis est propria forma, corrumpatur. Hanc rem [g] quidam non intelligentes temerè, ac impudenter tùm Arist, tùm Gal. his quatuor rationibus reprehendunt.
        1. Impossibile est, vt calor à calore corrumpatur, siquidem corruptio est à conttario, calor autem [h] calori non est contrarius.
        2. Insuper talis mutatio esset alteratio, & non corruptio, quia corruptio est compositi,& mixti,& non caloris, qui est qualitas.
        3. Præterea, si putredo est corruptio caloris, ergo & frigoris, quia dicit Arist. [d] putredinem esse cõmunem passionem caloris, & frigoris.
        4. Ad hæc. In montibus altissimis, vbi perpetuò sunt niues, & in profundissimis puteis, vbi nullus, aut paucissimus est ambientis calor res putrescunt, veluti sunt cadauera. Quare Putredo non est à calore ambientis, sed à calore naturali.
      - Quæ argumenta,& eiusmodi alia, cùm ferè ab omnibus[i] expositoribus adducantur,& soluantur in principio quarti lib. meteor. mirum certè est, cur tanti fiant à Iunioribus præsertim cùm facillimè sic diluantur. Calor à calore corrumpitur per accidens, quatenus scilicet à calore præternãm consumitur pabulum caloris nãlis. Et hæc est ipsius Arist. solutio [f]. Potest etiam dici calorem per se corrumpi à calore, quia (vt idem [K] inquit Arist.) temperatum, quod est minùs calidum,& medium, habet rõnem frigidi, si comparetur cũ extremè calido,& sic sunt contraria. Cum dicunt. Talis mutatio esset alteratio,& non corruptio, negatur, quia calor accipitur pro forma ipsius mixti, quod per se corrumpitur ad formæ corruptionem. Sed prorsus ridiculum est, cùm dicunt, si putredo esset corruptio caloris, ergo,& frigoris, quia dicit Arist. putredinem esse communem passionem caloris, & frigoris. Certè non intelligunt Arist. qui dicit esse coẽm passionem, quia fit tũ à calore externo, tũ à frigore interno,& nõ quod in putredine corrũpatur calor,& frigus, vt illi perperã intelligunt. Cùm inquiunt in quarta ratione, In montibus altissimis,& profundissimis puteis non esse calorem ambientis, respondemus hoc esse falsum, quia vapores terreni, qui à subiecto putrescibili, vt est cadauer, attolluntur, [c] gerunt vicem ambientis calidioris, vt optimè inquit Arist. 5. de gener. anim. c. 4. quem locum vel non viderunt, vel non intellexerunt, veluti ẽt non intelligunt idem posse esse prẹternãm, & sm̃ nãm, quia, cum dicatur natura, tùm de forma, tùm de materia, putredo rõne formæ quæ corrumpitur, dicitur esse præternãm: sed rõne materiæ, quẹ nouam formam appetit dicitur esse sm̃ nãm,& ob id non est transmutatio violenta, licet sit à principio extrinseco, quia in putredine confert patiens tùm rõne materiæ nouam formã appetentis, tùm rõne internæ frigiditatis, quæ naturali calori est contraria. Hinc patet Arist. sua principia seruare,& non fabricari Chimeras, vt illi [g] faciunt, qui dicunt putredinem esse à calore innato, qui quemadmodum seipsum generat, ita seipsum corrumpit,& sic idem faciunt mouens.& motum, quo nihil est in philosophia nãli absurdius. Preterea nequeunt assiguare rõnem, cur septica medicamenta putrefaciant,& balsamum [l] myrrha, aloe, & sal putredinem inhibeant, si putredo fiat (vt ipsi dicunt) à calore interno eb prohibitam transpirationem.
    - **Secundarium** — Efficiens secundarium in putredine est frigiditas interna [d] facta validior tùm ob defectum, & debilitatem caloris interni victi à calore externo, tùm ob antiperistasim caloris externi. Ab Auerh.[m] dr̃ causa per accidens,& quod valdè facit ad putrediné.
  - **Per accidẽs, quẹ eatenus est causa, quatenus gignit calorem extraneum, vel illi pabulum suppeditat. Talis autem causa est**
    - **Externa,& sunt Res**
      - Faciendæ — Motus,& exercitatio vehementior, & vigilia, quia calefaciunt. Atq; nimium otium, quia gignit superfluitates calorem extraneum procreant.
      - Assumẽdæ — Alimẽta[n] multa, vel praui succi, ita ẽt putrida, sic ẽt cũ intempestiuè ingeruntur medicamenta [o] septica,& venenosa.
      - Excernendẹ — Nisi [o] vacuentur excrementa, inhibent transpirationem, atq; ita gignunt putredinem.
      - Incidẽtes extrĩsecus — Aer circumfusus non raró gignit [p] putredinem[o] vel ob insignem calorem, vt circa canis ortum, vel ob caliditatẽ,& humiditatẽ, vt in constitutione austrina, vel ob putrediñe, q̃ in ipso aere versatur ob cadauera non cremata, siue ob exhalationem ab aqua lacustri, [r] palustri, aut in qua linum, cannabis, aut asphalthum fuerint macerata.
    - **Interna, q̃ est**
      - Intemperies
        - Calida tantùm — Hæc putrefaciens,[q] alimenta calorem extraneum generat.
        - Calida humida — Hẹc omnium maximè [r] putredinis morbis est obnoxia.
        - Frigida — Hæc gignens multas cruditates causa est, cur in illis accendatur calor præternaturam.
      - Mala conformatio in meatibus nõ patentibus, qui meatus cum sunt clausi, ĩhibent trãspirõnem. Sunt autem tales meatus
        - Interni [t]. i. in partibus internis — Hic affectus propriè dr̃ obstructio, vel opilatio, q̃ fit à
          - Multitudine — Multi humores [s] simul confluentes, & hærentes inhibent transpirõnem, ex quo calor extraneus excitatur. Quilibet humor sua multitudine facit obstructioné.
          - Crassitudine — Crassi humores etiam obstruunt, & hac ratione humor melancholicus, & pituita obstruunt.
          - Tenacitate, vel viscositate, visciditate, vel glutinositate — Humores tenaces adhærescunt, atq; ita obstruunt, & inhibet transpirationem. Hac ratione sola pituita obstruit.
        - Externi,[t] & sunt pori cutis; à quibus clausis fit stipatio densata cute à
          - Refrigerantibus [t] — Vt aere, aqua frigidissimis.
          - Astringentibus [t] — Vt aqua alluminosa, ex calchanto.
          - Obstruentibus [t] — Vt sorde, [t] puluere, medicamentis emplasticis.
          - Exiccantibus [u] — Vt mora ad Solem, ignem.
- **Patiẽtis, idest, subiecti**
  - **Verũ [T] patiẽs ex Arist. est calor naturalis, qui corrumpitur, sed cum is corrumpatur in proprio humido, quod in putredine separatur, dicitur humidum esse patiens & materia ipsius putredinis. A Medicis tamen accipitur plerumq; pro patiente subiectũ ipsum putredinis, idest, ipsum putrescibile, vel corpus mixtum, quod putrescit. Id autẽ, quod in ipso homine, seu corpore humano putrescit est**
    - **Alimentum [Z]** — Ab alimẽto putrescente non denominatur febris, q. a cum ex alimenti putredine inficiantur humores, fit febris ex putredine alicui[9] humoris. Fit tñ febris [Z] ex cibis corruptis. Putrescit aũt alimentum ob
      - Imbecillitatem facultatis concoctricis ventriculi [a] — Vt accidit in ventriculi intemperantia, [q] mala compositione, solutione continui.
      - [a] Vitiũ alimẽti ob
        - Substantiã
          - Prauã, vel praui succi pp.
            - Malitiam totius substantiæ — Vt sunt fungi, tubera.
            - Humiditatẽ supfluã habilẽ ad putrediñe — Vt sunt cerasa, fraga, mora.
          - Facilè alterabilem — Vt est lac. [y]
        - Quantitatem nimiam ciborum, qui ob id coqui nequeunt.
        - Qualitatem
          - Calidam — Vt est mel, quod in biliosis facilè putrescit.
          - Frigidam — Vt sunt cucumeres, cucurbitæ. [x]
          - Humidam — Vt dictum supra est de cerasis, moris, fragis.
        - Modum vtendi penès
          - Tempus
          - Ordinem, apparatum, & similia.
      - Incidentia [a] extrinsecùs — Vt, si post cibum vsurpetur balneum, multus motus, somnus, potus, venus, vel si quis exponat se aeri calidiori, vel frigidiori.
    - **Humor** — Propriũ subiectum, putredinis, à quo fit, ac denominat febris putrida, est humor, qui sua multitudine, vel crassitudine, vel tenacitate obstruẽs, inhibet transpirõnem, non quidem ab solutè, quia sic strãgularetur calor, sed mediocriter,& ob id vapores, vel fuligines retentæ, adeò calefaciunt humores, vt ebulliant, nec penitùr euaporent, vt facit aqua ad ignem feruens, hincq; propriè accenduntur febres putridæ non quidem ob humorum vstionẽ, sed putredinem. Vnde dicuntur putridæ. Hẹc aũt putredo faciens febrem putridam, est in
      - [b] toto corpore, & tũc est ĩ
        - [b] Vasis
          - Magnis[c] — Hinc est synochus,& causus, idest, febris ardens.
          - Paruis — Hĩc ẽ tertiana cõtinua, quotid. cõtinua, quart. cõtinua
        - Poris .i. extra [c] vasa in carnibus,& vniuerso corporis habitu — Hinc est tertiana exquisita, quotidiana, quartana.
      - Parte in
        - [b] Vasis — Hinc est febris putrida continua, q̃ pendet ab inflãmatione illius partis, in qua sunt vasa, & quamuis materia putrescat in poris tantum, febris tamen põt esse continua; vel, quia locus inflammatus est vicinus cordi, vt in pleuritide,& peripneumonia, vel quia est maximè nobilis, vt in phrenitide, ac lethargo. [d]
        - [b] Poris — Hinc est inflãmatio, quæ gignit febrem putridam, si vapores putridi ad cor perueniant. At, si solum ad cor perueniat calor per partem post partem calefactam, vt in bubone, fit diaria, [d] sed, si neq; vapor putridus, neq; calor ad cor perueniat nõ fit febris[d].
    - **Spiritus** — Physici, qui vocant putredinem omnem corruptionem, quæ mixtorum generationi opponitur, & qui aerem quoq; dicunt putrescere, assererent spiritus etiam putrescere, in qua opinione sunt Athenæi [d] sectatores, qui omnem febrem ex putredine fieri contendebant, sed Gal. [d] excipit diarias, quas dicit fieri ex sola spirituum inflammatione. Concederet tamen Galen. spiritus etiam putrescere, vt in statu pestilenti, sed non erit putredo cum ebullitione, & elatione vaporum, à qua fit febris putrida, nam putredo, à qua fit febris putrida est in corpore aqueo, & non aereo, vel terrestri.
    - **[e] Substãtia solidior** — Hæc tum à Physicis, tum ab Athenæi sectatoribus dicitur putrescere, quod etiam asserere videtur Gal. xi. meth. 8. & tertio de [e] præsag. ex puls. 2. & 3. non tamen diceret Gal., ex partium solidiorum putredine excitari febrem putridam, nisi adesset etiam putredo in humoribus, sed solùm fieri febrem hecticam, nam putrida (vt dictum est) fit in putredine corporis aquei, & non terrestris.

Tertio

AVCTORITATES.

a Tertio 3.epidem.pri.22.
b Secundo de differ.febr.9.
c 11 meth. 4.8.
d Quarto meteororum cap.2.
e Arist.5.de generatione anim. 4.
f Arist.de Iuuentute, & senectute 3.
de respiratione 4.
de vita, & morte.
g Argenterius in lib. de arte medicinali 89.
h Aduersus Lycum 3.
i Diuus Thomas.
Suessanus.
Albertus, & alij. 4. meteororum.
k Quinto Physic.9.19.52.
l xi Simplic.cap.de sale.
m Tertio colliget 3.
n Primo de differ.febr.3.
o De caus.morb.8.
p Primo de differ.febr.4.
q Tertio de caus.sympt. primo.
r Octauo meth.8.
s Octauo meth.4.
t Octauo meth.2.
T Quarto Meteor.cap. 2.tex.5.
V Vndecimo meth. 8.
u Quarto meteororum à principio.
x Secundo de aliment. facult. 2.
De succorum bonitate, & vitio 8.
y Quinto aph.64.
z Quinto sexti epid.31.

a Tertio de caus. sympt. primo.
A Tertio 3.epid.primo 22.
b 11.meth.4.
Secundo de differ.febr.xi.
c Secundo de differ.febr. primo.
c Secundo de caus.sympt.5.
d Primo de differ.febr.5.
e Tertio de præsag. ex puls.2.3.

Putrida

Tabula Trigesima, Putridarum febrium differentiæ.

Putrida est febris ex putredine humorum, & hæc ē

- Simplex, cuius differētiæ sumuntur à
  - Substantia, vel essētia ipsi⁹ febris, quæ substantia ē
    - Forma febris q̄ est calor acris; ē autem, talis calor acris
      - [k l] Ardēs, vnde febris dicitur magna & hic calor acris ardēs est
        - [k l] Subitò accedēs .i. primo tactu apparens acris, & ardens, qui est
          - [k l] Non succūbēs, tactui, quia nō minuitur inter tangendum, sed potiùs augetur. Calor hic est plurimus secundum
            - Quantitatem — Hinc est synochus putridus, in quo est calor minus acris, quàm in alijs putridis, [a] At est plurimus secundum quantitatem.
            - Qualitatē
              - Maximè exurentē — Hinc est [b] causus .i. febris ardens, q̄ habet calorē [c] exurentē, & sitī inexplebilē, est à putredine bilis intra vasa magna.
              - Non ita exurētem — Hinc est causus [a] nothus, qui est à putredine pituitæ salsæ intra vasa magna.
          - Succumbens [k l] tactui, quia minuitur inter tangendum — Hinc est tertiana [e] exquisita.
        - [k l] Non subitò accedens, sed post insurgens, qui est
          - Aridus, vel siccus, vt calor accensus in lapide, [f] texta, vel osse — Hinc est Quartana.
          - Humidus, vel madefaciens, q̄ est
            - Fumosus [g] — Hīc sūt Tertianæ nothę, Quartanæ nothę, Quotidianæ nothę.
            - Roridus [g] — Hinc sunt febres Typhodes, Elodes. [h]
      - [k l] Non ardens, sed debilis, q̄ est cum
        - Vapore [i] in primo tactu, & mordacitate per moram inæqualiter adeò, vt per colatorium quoddam, & cribrum percolari videatur — Hinc est Quotidiana à pituita dulci, vel insipida. [i]
        - Pruritu [k] — Hinc sunt febres, quæ salsuginosæ vocantur ab Hipp., [k g] vt est Quotidiana à pituita salsa.
        - [k] Prauis symptomatis — Hinc sunt febres pestilentes terribiles aspectu ab Hippo. nominatæ, à quo etiam dicuntur pemphingodes; quod vocabulum (vt exponit Gal.) varia significat, inter quæ Galen. putat flatuosam, vel pestilentem febrem ab Hippocr. intelligi. Cuius calor differt ab alijs putridis febribus per excellentiam putredinis, & in internis partibus est exurens, at in externis est debilis.
    - Materia cuius ratione in assignādis febriū differentijs consideratur
      - Ipsa materia, q̄ ē humor putrescēs, qui ē
        - Sanguis — A sanguine putrescente fit synochus cum [m] putredine, vel synochus putridus, ita dictus ad differentiā synochi non putridi, qui inter diarias reponitur, quemadmodum hic inter putridas. De vtroq; synocho agetur accuratiùs in propria synochi tractatione.
        - Bilis — A bile putrescēte fit periodus, idest circuitus Tertianus. Putrescit autem bilis
          - Intra vasa [n]
            - Magna, [n] & vicina cordi — Vt sunt vasa [n] hepatis, ventriculi, pulmonis, & demùm, quę sunt inter alas, & inguina; sic quæ sunt in ipso cerebro. [o] — Hinc est causus, idest, febris ardens.
            - Parua — Hinc est tertiana continua, de qua seorsum à causo [p] agit Auic.; ex Gal. [q] in triteophye, .i. in febre tertianæ naturam referente continetur.
          - Extra vasa — Hinc est tertiana [r] intermittens, quæ exquisita, pura, simplex, & tertiana, solū dicitur.
        - Pituita — A pituita putrescēte fit circuitus quotidianus. Putrescit autem pituita
          - Intra vasa
            - Magna — A pituita salsa putrescēte in vasis [s] magnis fit caus⁹ noth⁹, vt pri⁹ dictū ē.
            - Parua — Hinc est quotidiana [t] continua.
          - Extra vasa, & tūc pituita putrescit
            - Tota simul — Hinc ē quotidiana [u] intermittēs, q̄ simpliciter quotid. dr̄.
            - Non tota, sed pars putrescit, pars non putrescit — Hinc ē Hepialus. [x]
        - Humor melancholicus — Ab humore melancholico fit plerūq; periodus, vel circuitus quartanus fiunt ēt interdū alij circuitus, vt quintanus, sextanus, septimanus, & erraticus. Putrescit enim humor melancholicus
          - Intra vasa — Hinc est [a] quartana continua, quæ fit rarissimè.
          - Extra vasa, & tūc
            - Omne corpus [c] vnā habet affectionem, vel in cunctis venis, alijsq; partibus eadem est affectio, & tunc humor melāch.
              - Est in [b] cōuenienti q̄titate, & qualitate — Hīc ē [a] quartana intermittēs quæ quartana simpliciter dr̄.
              - Nō ē in [b] conuenienti q̄titate, & qualitate, sed in minori q̄titate, vt paucus, sic in qualitate crassus magis, minusq;. — Hinc ē [d] quītana, sextana, sept., nona, quos typos negat [e] Gal. se vidisse
            - Nondū [c] omne corpus vnā habet affectionē, sed atra bilis in quibusdam partibus mouetur, in quibusdam immota manet, in alijs putrescit, aut feruere incipit — Hinc sūt febres [e] īordinatę, & erraticæ [f].
      - Locus, ī quo materia putrescit, q̄ locus ē
        - Intra vasa — Hinc [g] sunt febres cōtinuę, quia quando in humoris putridi [h] parte, calor accēditur, non pōt ipsum prius natura propter vasorum soliditatem dissoluere, quàm illius alia pars accendatur. Hæc autem vasa, in quibus est putredo, sunt in
          - Toto corpore, & tunc talia vasa sunt
            - Magna, & vicina cordi [s] — Hinc est synochus, qui vnam tantū [f] habet accessionē, q̄ in plures dies [k] producitur, quare est verè continuus. Hinc etiam est causus tùm legitimus, tùm nothus; qui habet quidem accessiones, sed immanifestas.
            - Parua — Hinc ē continua tū tertiana, tū quotidiana, tū quartana, quæ habent accessiones manifestas. Quarè non sunt [k] verè continuæ, sed mediæ inter continuas, & intermittentes.
          - Partibus — Hinc sunt febres continuæ, q̄, vel semp, vel plerumq; pendent ab inflammatione, [s] quæ est in illis partibus. Quare febres tunc dicuntur esse veluti symptomata. Potest etiam esse sine inflammatione [s].
        - Extra vasa — Hinc sunt febres intermittentes, quæ tamen à quibusdam [l] dicuntur fieri à materia putrescente intra vasa, quæ difficultas tractabitur in sequenti tab. 31. Potest tunc putredo esse, vel in toto corpore, videlicet in carnibus, & toto corporis habitu, vel in parte aliqua tùm cum inflammatione, tùm sine inflammatione.
  - Accidente aliquo quod accidens est
    - Proprium, .i. quod reperit solùm in morbis, & vocatur symptoma. Vnde febris dicitur esse
      - Sine symptomatis [m] — Licet febris putrida, cum sit morbus, non possit esse sine symptomatis, quia tamen illa symptomata non vrgent, nec trahunt ad se curationem, ideò febris dicitur esse sine symptomatis.
      - Cum [m] symptomatis
        - Prosternentibus [m] vires — Vt est syncopa vigilia
        - Angentib⁹ [m] morbū — Vt ē dolor in parte inflammata
        - Quamuis ista symptomata non constituant diuersam speciem febris, quia tamen trahunt [m] ad se curationem, coguntque vt Medicus relicta causa, & morbo sibi incumbat; ideò istæ febres cum symptomatis à Medicis tractantur seorsum. — Hinc veteres dicebant febrem soporiferam, [M] læthargicam, phreneticam, auriginosam.
    - Cōmune, idest, quod reperitur ī alijs rebus p̄ter morbum. Tale autem accidens est
      - Propinquum quod est
        - Quantitas [o] caloris vnde febris dicitur
          - Magna, vel vehemēs
          - Parua, vel debilis
          - Licet impropriè [n] qualitati caloris tribuatur quantitas, sic tamen vsus obtinuit, vt nomen quantitatis persæpè in qualitate vsurpetur, vt cum dicitur magnus calor, magnum frigus.
        - Qualitas [o] visibilis, per quam febris dicitur
          - Rubra. [o] Pallida. Liuida.
          - Archigenes [p] dixit etiam febrem albam, sed reprehenditur à Gal. [p]
      - Remotū quod est
        - Quantitas tēporis, quod tempus consideratur ratione
          - Ipsius temporis penes ipsius febris
            - Inceptionem [q] — Hinc dicitur febris nocturna, [q] diurna, quotidiana, tertiana, quartana, [r] æstiua, autumnalis, hiemalis, vernalis, &c.
            - Permanentiam — Hinc febris dicitur longa, breuis [r].
          - Motus, qui est
            - Celer
              - Cum periculo [s] — Hinc est febris acuta, vt causus.
              - Sine periculo — Hinc est febris breuis, & tuta, vt Tertiana [t].
            - Tardus
              - Cum periculo — Hinc est febris diuturna, & læthalis, vt in hydrope, phthisi.
              - Sine periculo — Hinc est febris longa, & tuta, vt quartana [u].
          - Quietis, quæ in febre est
            - Nulla — Hinc est febris continua, in qua putredo est in venis.
            - Aliqua, quæ q̄es est
              - Insensibilis — Hinc sunt febres, quæ à Iunioribus dicuntur subintrantes, in quibus licet materia putrescat extra vasa, tamen est tanta, vel adeò crassa, tenaxq;, vt priusquàm euaporet, alia putrescat; & sic antequam desinat prima febris inuadat secunda. Quare febris caret interuallo, & non venit ad infebricitationē, vt accidit in multis tertianis nothis, & interdū in quotid.
              - Sēsibilis — Hīc ē tertiana exq̄sita, quartana exq̄sita, ī q̄b⁹ ē interuallū, & īfebricitatio.
        - Ad aliquid, q̄d est
          - Aequalitas, & inæqualitas — Hinc est febris æqualis, & inæqualis, vel inconstans.
          - Ordo, & inordinatio — Hinc est febris ordinata, vt tertiana, & inordinata, vt sunt erraticæ, & inconstantes.
          - Rhythm⁹ — Hinc est febris cōueniens, vel nō cōueniens tēperōni, ætati, sexui, tēpori anni; regioni, & simil.
- Composita — De differentijs febrium compositarum agetur seorsum in propria tractatione.

Nono

AVCTORITATES.

a Nono meth.cap.2.3.4.
a Secundo de differ.febr.2.
b Quarto acutorũ à princ. vsq; ad 14.
c Tertio 3.epidem.34.
d Quarto acutorum 13.
e Quarto aph.59.
Secundo de differ. febr.pri.3.
f Secundo de differ.febr.5.
g Primo 6.epidem.29.
h Aduersus Lycum.2.
i Secundo de differ.feb.9.10.
k Primo 6.epidem.29.
l Primo de differ.febr.primo.
m Nono meth.2.3.4.
n Quinto de loc.affect.7.
n Quarto acut.primo 13.
o Primo prorrhetic.18.
p Auic.lib.4. f.pr.tr.2.cap.35.
q Secundo de differ.febr.2.
r Quarto aph.59.
Secundo primi epidem. 20.
s Quarto acut.13.
t Secundo de cris.6.
2. de differ.febr.2.
u Secundo de differ.febr.2.7.
x Secundo de differ.febr.6.
De inæquali intemperie.8.

a Secundo de differ.febr.2.
b Auic.l.4.f.pri. tr.2.cap.67.
c Tertio prognosticorum. 27.
d Tertio primi epidem.2.17.
e Primo de differ.febr.5.
Tertio 3.epidem.64.
Tertio primi epidem.2.
f Tertio aph.22.
g Secundo de cris.6.12.
h Quarto collig.27.
i 11.meth.4.
k Tertio primo epidem.2.
l Alex.Trall.lib.12.cap.2.
l Cassanus in lib. quæst. medic.
Quęst.tertia pag.56.
& in Apologia pag. 89.
l Andreas Cisalpinus.
m 11 meth. 11.
12.meth.1.2.
Primo ad Glauc.14.
M Primo Sexto epidem.29.
n Primo aph.14.
o Primo 6. epid.29.
Primo de differ.febr.primo.
p Tertio de præsag. ex puls. 6.
q Tertio primi epidem.2.
r Secundo aph.25.
s Secundo de diebus decret.12.
t Tertio primi epid.8.
u Tertio 3.epidem.4.
Tertio aph.22.
Tertio Tertii Epidem.64.
Secundo aph.34.

ADNOTATIONES.

Galenus vndecimo methodi capite 7. sic assignat febrium putridarum differentias.

Vna est, quod causæ ipsius putredinis adsunt, vel non adsunt. Secunda ex eo, quod, vel per totum animal, aut eius partem diffusa est putredo. Tertia, quatenus est cum phlegmone, aut citra hanc, quas differentias nos in tractatione putredinis complexi sumus, & in hac etiam tabella secundam, & tertiam explicauimus inter differentias desumptas à loco putredinis.

Idem Gal. primo commentario in sextum de morbis vulgaribus com. 29. (ex quo loco potissimum hanc tabellam construximus) assignat differentias etiam à more; à quo febres dicuntur boni, vel mali moris. Ita etiam dicit quosdam veteres assignasse differentias febris à diuersis membris accensas, vt lateralem, iecorariam lienariam. cùm tamen 7. aphorismorum 42. scribat ad verbum sic. Hepaticam autem febrem, vel lienosam, aut pulmoniam, aut lateralem nemo dixit. Vt cũq; sit possunt quoq; ab alijs accidentibus assignari differentiæ, inter quas nos eas potissimum recensuimus, quæ ab Authoribus, & præcipuè à Galeno, & Hippocrate assignantur.

Tabula Trigesimaprima, An in febre Intermittente Humores putrescant extra vasa.

In febre intermittete. Materia putrescit

Intra venas

Est opinio (vt inquit Alexã. Trall. cap. 2.) quorũdam Antiquorũ. Videtur etiam esse opinio Aetij lib. 5 cap. 74. Sic etiã Alexã. Aphrodisei in problemat. 81. Inter Iuniores Ferdinãdus Cassanus ẽ in hac opinione (vt patet in suo lib. de quæstionib⁹ Medicis quæstione 3. pag. 56. & in sua Apologia pag. 89. Andreas quoque Cisalpinus Collega meus hanc habet opinionẽ. Quę his quinq; rationibus nititur, firmatq;.

Prima

In oib⁹ per se febribus humores putrescũt in venis — Probat hæc maior ꝑpositio sic

Primò

Gal. septimo aphor. 42. sic inquit.
In quibus autem sine partis inflammatione putrescentes in venis humores febrem accendunt, in illis solis dicebant hominem à febre molestari, atq; ipsum à febre haberi.

Hęc authoritas nihil concludit: quia Gal. loquitur ex sententia Antiquorum: qui fortè ignorarunt febres intermittentes, vt patet ex ijs, quæ paulò inferius scripsit Gal. sic. *Atq; in ipsis febrium scripsere differentias Hepialon, & Lypiriam, elodem, & Typhodem, & causum nominantes: quæ omnes sunt continuæ, & à Gal. nõ recẽsentur, quãdo ex propria sẽtẽtia explicat febriũ differentias.*

Secũdò

Decimo methodi 6. sic dicit Galenus.
Possunt verò, & sine hac (.i. inflãmatione) in ipsis vasis humores aliqui putrescere, idq; aut in vna aĩalis particula in finibus ipsorũ impacti, aut ẽt in totis eorum capacitatib⁹, quæ ĩter bubones, & alas sũt cõprehẽsi.

Non erat propositum Galeni omnes febrium putridarum differentias explicare: sed solùm ostendere, quod febres putridæ interdum sunt cum alicuius partis inflammatione, & interdum sunt sine alicuius partis inflammatione.

Tertiò

Vndecimo meth. c. 4. sic scribit Gal.
Putredo, vel æqualiter in omnibus subsistit vasis, vel in maximis, & maximè principalibus, ea porrò sunt inter alas, & inguina; vel in vna quapiã particula cũ phlegmone, vel citrà phlegmonẽ, veluti in foco.

Quartò

Nono meth. 5. sic ait Galenus.
Vbi putredo est in omnibus venis, & præcipuè magnis febres continentes excitãtur: Vbi in vnica animalis parte, febres quę certo ambitu accedunt.

Eadem est sententia in ambobus istis locis, nam in vtrisq; Gal. ponit discrimen inter synochum putridum, & inter alias continuas putridas.
Quarè nono meth. 5. inquit: *Vbi putredo est in omnibus venis, ac præcipuè magnis, continentes febres excitantur,* & in grçco habet τοὺς συνέχους. *Vbi verò in vnica animalis parte, Paroxismi secũdum periodũ aliquem,* & non dixit febres intermittẽtes, nam græcè ità legitur, τοὺς κατὰ περίοδόν τινα παροξυσμοὺς.

Intermitentes sũt ꝑ se febres — Hæc conceditur

Ergò. In ĩtermittentib⁹ humores putrescunt in venis

Secũda

Si oẽs febres sunt passiones venosi generis, ergo oẽs febres fiunt à putredine humorum in venis — Probatur cõnexũ, vel maior hęc propositio sic

Primò

Si esset per se à putredine extra venas, ergo in venis erit per consensum, & non per se, & sic erit per se partiũ, quæ sunt extra venas. Quarè falsa erit sententia Gal. quòd febris sit passio venosi generis, quia ĩ febre intermittente, si illa est à putredine extrà venas, passio quoq; erit partium, quę sunt extrà venas, & non venosi generis.

Cum dicimus febrem esse passionem venosi generis, possumus intelligere, vel de omni febre complectentes etiam diariam, & hecticam, & tunc, si hoc modo accipiamus, falsũ forte erit, quod semper afficiantur humores, qui sunt in venis, & ex consequenti id ostendant vrinæ. quia in diaria, & hectica vrinæ plerumq; sunt similes sanis, & ob id tales febres non erunt passiones venosi generis: nisi intelligamus, quòd sunt passiones venosi generis, quatenus calor præternaturam per venas fertur, & hoc modo videtur esse intelligendum, quod febris sit passio venosi generis apud Gal. 1. de cris. cap. 7. & 3. de cris. 3.

Vel hoc potest intelligi de putrida tantum, & sic videtur intelligere Gal. in dictis locis, & ita nos etiam intelligimus. Nunc ad rationes respondeamus.

Ad primam dicimus, quòd semper in febre putrida afficiuntur humores, qui sunt in uenis; & ideo febris putrida dicitur esse passio venosi generis. Sed afficiuntur duobus modis, per se, & per consensum: Afficiuntur per se in febre continua, quia in illa putrescunt in venis: Afficiuntur per consensum in febre intermittente, in quã non modo feruntur putridi vapores ad cor per venas; sed etiam ipsi humores, qui putruerunt extra vasa, remigrant per venas ad hepar, & inde, vel ad stomachum feruntur, & per vomitum depelluntur; vel ad intestina, & per deiectiones; vel ad renes, & per vrinas expurgantur. Fatemur igitur per consensum tunc affici venas, & negamus putridam ob id non esse passionem venosi generis, quemadmodum in diaria ex bubone dicimus cor affici per consensum à bubone, & diariam esse passionem ipsius cordis.

Ad secundã rõnem eodem modo respondemus, videlicet. A vaporibus, vel humoribus putridis transmissis à partibus, quæ sunt extra venas, inficiuntur ẽt humores, q̃ sunt in venis, licet non putrescant, & hac rõne, & causa sunt inspiciendæ vrinæ, pręcipuè cum humores, qui sunt in venis; se habeant vt causę antecedentes rõne humorũ, qui sunt extra venas. At illi adhuc instant dicẽtes, Gal. 1. de diff. feb. 6. dicit, ꝙ in putridis subsidet in vrinis, qđ puri proportione respondet, & loquitur solùm de putredine, q̃ est in venis, ergo oẽs febres sunt à putredine humorũ in venis. Ad hoc arg. qđ ipsis vr̃ Achilles dicim⁹ Gal. ibidẽ non de oĩbus febribus loqui putridis, sed solùm de continuis, nam de intermittentibus dixerat in fine 6. capitis, posteriùs dicetur, idest in secundo libro, quod facit in primo capite ad finem capitis. Quare hæc ratio nulla est.

Sed oẽs febres sunt passiones venosi generis — Pri. đ cris. 7. Tertio de cris. 3.

Ergo omnes febres fiunt à putredine humorum in venis.

Secũdò

Nisi febres intermittẽtes fierẽt à putredine humorum in venis, non priùs cognosceretur in illis humorum coctio ex vrinis, & ex alijs, vt in pleuritide. At in febre intermittente cognoscitur prius humorũ coctio ex vrinis. Ergo. Intermittentes fiunt à putredine humorum in venis.

Tertia

Vbi fit coctio humorum putrescentiũ, ibi fit eorumdẽ putredo — Hæc propositio est vera, quando humores putrescentes concoqui possunt: id aũt fit, quotiescũq; putrescunt in venis, vel in inflãmatione alicuius partis. Verùm, quando putrescunt in toto corporis habitu, & carnibus, vt in intermittentibus febribus, non possunt concoqui. Sed vacuantur, vel per sudorem, vel per vomitum, vel per deiectiones, vel per vrinas, & cum in febre intermittente dicuntur humores concoqui, non intelliguntur humores putrescentes, sed illi, qui habiles sunt ad putredinem, & aliquo pacto sunt infecti, & eiusmodi humores continentur in vasis sub ratione causæ antecedentis, quia non dum actu putrescunt.

In vasis fit coctio humorũ putrescentiũ — Hæc propositio vera est, quando humores putrescentes sunt in venis. At, si sint extrà venas (vt sunt in febribus intermittentib⁹, & ẽt in inflãmationib⁹) est oĩnò falsa. Quarè, cùm maior propositio non sit vniuersaliter vera, & hæc minor sit falsa pęnitùs; quando humores putrescunt extrà vasa; non sequitur conclusio, quòd humores putrescant in venis.

Ergo in vasis fit humorum putredo, & sic febres intermittentes fiunt à putredine humorum in venis.

Quarta

Si in febre intermittẽte putrescerẽt humores extrà vasa, ergò id esset, vel anteq̃ deferretur, vel cũ deferuntur, vel postquã delati sunt.
Sed non putrescunt antequã deferantur, quia tunc putrescerent in vasis, & sic vera esset sententia Cassani, & Cisalpini, nec putrescunt, cũ deferuntur, quia motus præseruat à putredine; & per motum expurgantur humores. Nec etiã putrescunt, cùm delati sunt, quia locus putredinis esset totum corpus. At ex Gal. 11. meth. 4. & 2. de diffe. 11. locus est vna pars. Præterea in delatione non esset febris.

Ad hoc argumentum, quod Cisalpino videtur esse Achilles, dicimus humores putrescere anteq̃ deferantur, dũ deferuntur, & postq̃ delati sunt, & rõnes, q̃ contra hanc sententiam adducuntur pendere ex eo; quia prauè intelligitur verbum illud deferunť, nã illi intelligunt, quod deferantur à venis extrà venas, & hoc numq̃ dicit Gal. fieri in febre intermittente: sed ferri, vel moueri humores in febre ipsa intermittente nunc per totũ corpus, nunc ꝑ carnes, nunc per partes corporis sensibiles, nunc extra venas, & semper intelligit per ista diuersa verba vnã, & eandem rem Gal. quæ res ita habet. In febre intermittente humores existentes extra venas, vel vasa mouenť, vel deferunť per totũ corpus, vel carnes, vel per partes corporis sensibiles, quia expellunť ab vnaquaq; parte ob facultatẽ expultricem, q̃ habent. Possunt ẽt habere principiũ motus ab aliqua causa externa, vt à balneo, nimia corporis, vel animi motione, &c. vt asserit Gal. 4. de san. tuenda. c. 2. vbi dicit, quod subcalida, & putrida excrementa, vbi vehementius mouenť, non horrorẽ modò, rigorẽq; afferunt, sed ẽt febrem accendũt, id, quod ẽt apertissimè ostẽdit 2. de caus. sympt. c. 5. & in lib. de trem. rig. palp. cõuul. c. 7. & alibi sæpè.
Itaq; (vt ad propositũ redeam) isti humores existentes extrà venas (vt patet in dictis Gal. locis) expellunť, quia sunt acres, possunt aũt esse acres, vel sua natura, cũ sunt biliosi, vel ꝑꝑ putredinem, q̃ possunt habere antequã deferatur, & dùm deferuntur, & postquam delati sunt, & ratione putredinis febrem accendunt.
Cum igitur dicunt humores non putrescunt, antequam deferantur, quia putrescerent intra vasa — Respondemus hoc esse falsum, quia tunc sunt extrà vasa.
Cùm inquiunt, non cum deferunť, q̃a motus conseruat. Dicimus motũ conseruare ea, quæ reguntur proprio calore, sed ea, q̃ iam contraxerunt calorem extraneum, & non transpirant, magis corrumpere: licet idẽ motus eosdem postea expurget, quando scilicet apertæ sunt viæ, & humores extenuati.
Cũ asserũt nõ cũ delati sũt, q̃a loc⁹ putredinis nõ ẽ totũ corpus. Respõdẽm' differre focũ putredinis à loco, in quo diffusa est putredo, quia focus putredinis potest esse interdum in aliqua parte, vt verbi gratia in hepate, vel liene, vel alibi, in quo diffundať ꝑ totũ corpus, & sic ẽt totũ corpus erit locus putredinis, põt ẽt totũ corpus esse focus putredinis. In locis aũt adductis Gal. 11. meth. 4. & 2. de diff. febr. 11. In 11. meth. agit de febre continua. Sed secundo de diff. feb. habet eam sententiam, quàm exposui de foco, & loco putredinis.
Quod in humorum delatione non fit putredo (vt ipsi dicunt) est omninò falsum.

Quinta

Si in febre intermittente humores putrescunt extrà venas non expurgarenť per vomitum, deiectiones, & vrinas, at solùm per sudorem, vel per insensilem trãspirõnem, cum adsint pori cutis, per quos faciliùs, quàm per vomitum, deiectiones, & vrinas expurgari possunt. Sed expurgantur per vomitum, deiectiones, & vrinas. Ergo non putrescunt extra venas.

Negamus non expurgari per tales vias. Et ad probationẽ, quia est facilior via per poros cutis. Dicimus hoc nõ esse verũ, q̃a cũ pori illi sint astricti, vel obstructi, humores remigrãt ꝑ venas ad hepar, & ĩde (vt dictũ ẽ) ad vẽtriculũ, vel intestina, vel vias vrinæ deferuntur.

Extra vasa ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Trigesimæprimæ.

Extra vasa, vel venas, vel in toto corpore, vel in carnibus

Est opinio omnium Iuniorum excepto Cassano, & Cisalpino. Est opinio Auic. lib. 4.f.1.tr. 2.cap.1. & Auer. 3. collig. c.4. & 4.col lig. 27. Est etiã (nisi fal lor) opinio Gal. 2.de differ. feb. 1. secundo, de caus. sympt. 5. de tremo. 7. secundo de cris. 6. secundo primi epid. 20. quarto apho. 37. 59. Est etiã opinio nostra, quę his quatuor firmat rationibus

Prima

Si febris intermittens fieret à materia putrescente intra vasa, ergo non differret loco à febre continua sed solũ ratione materiæ; quòd sit tenuior, minor crassa, & in minori quantitate, quàm in continua.

Hoc connexum (vt asserit Alex. Trall. lib. 12. c. 2. illi concedebant, qui putabant febrem intermittentem fieri a putredine materiæ intra vasa.

Sed iuniores dicunt, quod differt loco, quia in continua materia non extramittitur, sed in intermittente extramittitur. Hoc certè ipsi comminiscuntur, quia Gal. numquã dixit, quod in febre intermittente materia extramittatur.

Oh dicunt illi, hoc patet ex Gal. 2. de cris. 12. cum dixt. *Manentibus igitur in venis hu moribus continuę febres generantur, si verò moueantur, & per totum corpus deferantur, intermittentes.*

Respondeo, Gal. non dixisse, quod extra mittantur, sed intellexisse humores, cum sunt per se extra venas, moueri, & deferri; quia (vt supra diximus) à partibus expelluntur; atq; ita ibi per μεθ᾽ ὧν τῶν χυμῶν ἐκ τῶν φλεβῶν idẽ voluisse, quod supra eodẽ 2. de cris. 6. dixerat αὔσης δὲ χολῆς ἐν τοῖς ἀγγείοις, idest, existente bile in vasis fit causus, at eadem per totum delata, fit tertiana.

Sed febris intermittẽs differt à continua loco solùm, & non ratione materię.

Hoc assumptum luce clarius ponitur a Gal. 2. primi epidem. 20. & 4. aph. 59. & alijs in locis.

Ergo febris intermittens non fit a materia putrescente in venis.

Secunda

Si febris intermittens fieret à materia putrescente intra vasa. Ergò numquam illa materia esset per se genita, & collecta extra vasa

Connexum hoc satis patet; quia, si (vt dicit Cisalpinus, & Cassanus) febris intermittẽs fit à materia putrescente intra vasa, & postmodum delata per sensibiles corporis partes, erit per se semper in vasis, nam si non esset in vasis, nequaquam posset in vasis putrescere.

Nec põt dici, quòd remigret in venas, & postea putrescens expellatur à venis, quia in tali casu à Gal. in lib. de tremore, palpitatione, conuulsione, & rigore capite septimo, supponitur esse creata in carnibus, & ibidem putrescere, ac deferri per partes sentientes.

Sed illa materia est sæpè per se genita, & collecta extra vasa, vt asserit Gal.

De tremore, palpitatione, conuulsione, & rigore 7.
Secundo primi epidem. 20.
Secundo de caus. sympt. 5. Quarto aphor. 59.

Ergò febris intermittens non fit à materia putrescente intra vasa, sed extra vasa

Ad hoc argumentum dicunt Aduersarij. Galenus nunquam dicit, quod humores putrescant extra vasa sed quod asserunt est falsum, quia Gal. 4. apho. 37. dicit ad verbum putrescunt humores sæpiùs quidem in toto corpore, sæpiùs verò in vasis solis.

Tertia

Si febris intermittens fieret à materia putrescente intra vasa. Ergò numquam talis febris sequeretur rigorem, horrorem, & refrigerationem

Istud connexum patet, quia, si materia in febre intermittente putresceret (vt ipsi dicunt) intra vasa, & postea expulsa faceret rigorem, ante rigorem esset febris, nam, si febris adest, quando putredo est extra vasa, multò magis debet adesse febris, quando ipsa putredo est intra vasa.

Sed febris intermittens sequitur rigorem, vt asserit Gal. 2. de caus. sympt. c. 5. de tremore, palpit., rigore, c. 7. & apud Hip. lib. 1. de morbis in principio.

Ad hanc rationem Cisalpinus negat, quòd febris sequatur rigorem, nam licet tempore Hip. (vt asserit Gal. in locis citatis) febris rigorem semper sequeretur, hoc tamen suo tempore nõ semp fiebat, quia homines intẽperantius viuebant, & ideò fiebat rigor sine febre.

Sed hęc responsio non soluit argumentum, quia licet non semper febris sequatur rigorem; si tamen aliquando sequatur, argumentum concludit, quod febris erit ante rigorem, cum tamen Galenus asserat oppositum, quod etiam monstrat experientia.

Ergò. Febris intermittens non fit à materia putrescente intra vasa

[Quarta]

Vbicumq; fit per se humorũ coctio, ibi etiam fit humorum putredo, quæ febrem facit

Maior hęc propositio est manifesta, quia coctio fit à naturali calore, qui sæpè vincitur à calore extraneo, à quo fit putredo

In prima coctione, quę fit in ventriculo fit quidem putredo, sed non febris.

Extra venas fit per se humorum coctio. Ergò, extra venas fit humorũ putredo, quæ febrem facit

Auerr. 3. colliget. c. 4. & 4. colliget. 27. Galen. 3. de caus. sympt. 2. De succorum bonit. & vitio cap. 5.

Auerr. 4. colliget c. 27. ostendit febrem intermittẽtem fieri à materia putrescente extra vasa quam etiam sententiam habet 3. colliget c. 4. quibus in locis ponit discrimen inter febrem continuam, & intermittentem, & continuam dicit fieri in membris digestionis secundæ, & intermittentem in membris digestionis tertię, in qua opinione est etiam Auicenna lib. 4. f. 1. tr. 2. capite primo.

Tabula Trigesimasecunda, Putridarum febrium Signa.

- **Signa putridarũ febriũ sunt**
  - **Indicatiua sũpta ab ipsius febris**
    - **Memoratiua**: Sunt inuentio causarum procatarcticarum, [a] à quibus rarò accenditur putrida. Quarè, si absq; causa [b] procatarctica facta sit febris, illa erit putrida: quæ tamen interdum excitari potest à causa procatarctica.
    - **Essẽtia**: Essentia putridæ est calor non suauis [b] nec moderatus, sed acris, [c] mordax, & ad tactũ molestus, & asper; ita, vt velut fumus oculos, & nares; sic ipse tactum instar medicaminis acris videatur erodere. Sed in principijs accessionum, in quibus suffocatur, & superfluitates succenduntur, non statim admota [b] manu mediocriter [d] calida, verùm per morã apparet, ex penitioribus elatus manifestè quidẽ crescentibus, & consistentib⁹ febrib⁹, obscurè ãt incipientib⁹. Hoc signũ [b d] Themiso existimabat esse propriũ, & inseparabile oĩum febriũ, sed ẽ solũ putridarum.
    - **Causis**
      - **externis idest, à rebus**: Faciendis, Assumendis, Excernendis, Incidentibus extrinsecus — Si febris non oriatur ab [b c] aliqua ex istis causis erit putrida, & hoc est proprium [e] signum putridæ, sed non inseparabile, quia interdum fit putrida ab his causis intercedente, vel non intercedente diaria, quatenus scilicet hæ causæ faciunt, vel ad generandum calorem præternaturam, qui est efficiens causa putredinis, vel ad gignendos multos, & prauos humores, qui sunt materia, & subiectum putredinis, quæ oritur ex inhibita ab eisdem transpiratione.
      - **internis**
        - **Per accidẽs, quæ causa est**
          - Temperatio quælibet, sed præsertim calida, humida [f].
          - Habitus corporis quilibet, sed præsertim obæsus, qui est calidus, humidus.
          - Aetas quælibet, sed præcipuè adolescentiæ.
          - Sexus quilibet, videlicet masculinus propter caliditatem; & fæmininus propter humiditatem.
        - **Per se, quæ causa est**
          - **Antecedẽs**: Est copia humorum ad putredinem habilium, qui humores redundantes cognoscuntur ex signis plenitudinis quoad vasa, [g] & quoad vires, sed maximè noti fiunt ex proprijs causis, & effectis.
          - **Continens, & cõiũcta**
            - Sunt ijdem humores actu putrescentes, qui cognoscuntur ex calore acri, & mordaci, [b] ex pulsu celerior i [b] in contractione, apertè quidem in incremento, in quo etiam crebrior est quies externa, & non obscurè in principio. Cognoscuntur quoq; ex [b] vrina cruda, vel debiliter cocta. Et hæc tria signa sunt propria, & inseparabilia febrium putridarum, videlicet, calor [l] acris, & mordax, pulsus celerior in contractione, & externa quiete, Vrina cruda, vel debiliter cocta.
            - Cognoscuntur etiam [m] ex circuituum successiuis incrementis, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant.
    - **Effectis i. symptomatis**
      - **Actionib⁹ læsis**
        - **Rectricibus**: Adest interdum delirium ob vapores acres ab humore putrescente elatos.
        - **Aĩalibus**
          - **Sensitiuis**
            - Adest ille affectus, qui ab Arabibus dicitur Almelileta, & ex Auicenna [n] est dispositio, cui admiscetur caliditas non percutiens ad hoc, vt sit febris. at ex Rhasi [o] est parua febris, idest, quæ vix percipitur, & quæ antecedit, & sequitur veram febrem. Sed ex Galeno [p] sic describi poteit, Est quædam inæqualitas in tota corporis mole, quæ qualis sit verbis explicari nequit, quippe profundus sit quidam sensus in tota corporis mole, ceu dispersæ per eam rei cuiusdam à natura alienæ, id autem quod dispersum est aliquando quidem veluti subcalidum esse videtur, aliquando mordax citrà calorem, aliquando vtroq; modo afficiens, aut sine his leuiter omnes carnes distendens,
            - Habet etiam hic affectus Almelileta dictus ab Arabibus multos socios nuntios febris putridæ, vt est dolor [n] quidam præsertim in [q] capite [p] cataphora, idest, delatio in somnum, tussicula quædam subaspera vnà cum perfrigeratione inuadens, oscitatio, pandiculatio, situs inquietudo; quæ omnia adnotationem, & inuasionem febris putridæ significant. quod etiam in [r] intermittentibus facit rigor, horror, & refrigeratio.
            - Sentitur amaritudo, vel aciditas, vel alius sapor pro varia natura humoris putrescentis. In declinatione febris intermittentis adest quies interdum absoluta, sed non penitùs; & plerumq; non absoluta. Verùm in continuis est quædam remissio, produciturq; febris vltra vigintiquatuor horas, nec inuadit cũ rigore, horrore, [r] aut refrigeratione, adestq; perpetua inæqualitas caloris, & pulsus.
          - **Motiuis**: Adest lassitudo [s] spontanea. quæ etiam plerumq; antecedit febrem putridam; Adest pigritia, inquietudo, & cæteræ deprauatæ motiones, vt est rigor, horror, & eiusmodi, nisi ardor, aut frigus magnum antecesserit.
        - **Vitalibus**
          - Pulsus in [t] systole, idest, contractione est celerior [u] manifestè quidem in incremento febris putridæ, in quo etiam crebrior est quies externa, sed non ità apertè in principio & hoc signum est proprium, & inseparabile febris putridæ, eique tantam vim tribuit Galenus, vt dixerit se hoc signo nixum, [t] numquam in cognoscenda putrida lapsum esse.
          - Adestq; semper tale signum in principio, & incremento propter necessitatem depellendæ fuliginis. In statu verò, quia [x] æqualiter viget necessitas depellendæ fuliginis, & attrahendi aeris frigidioris, vterq; motus videlicet dilatatio, & contractio est celer. At in incremento (vt dictum est) contractio est celerior, sic q̃es externa breuior, vel potiùs crebrior interna,
          - Atq; hi sunt proprij putridarum pulsus. Alij autem non per se sunt in putridis, sed vel ratione facultatis debilis ob aggrauationem, vt sunt inæquales, vel ratione affectorum instrumentorum vt sunt pulsus duri. Quare, si cum pulsu proprio putridę sit coniuncta durities, significabit esse febrem ab inflammatione alicuius partis, vt membranę succingentis, hepatis, & similium. Plerumq; etiam in putridis, præsertim in principio, & incremento adest pulsus inęqualis: quia semper grauatur facultas à sanguine, & humoribus, qui à tota superficie externa confluunt in viscera; & hinc etiam in eodem initio accessionis est pulsus thlipticus, idest, compressus, & coarctatus, qui est debilis, paruus, & inæqualis. Et hoc signũ desumptũ à pulsu est secundum signum pathognomonicum putridę, velut primum à calore acri (vt dictum est).
          - Respiratio quoq; læditur, vt pulsus.
        - **Naturalibus**: Læditur nutritio læsa facultate attractrice, & retentrice, sed multò magis læsa coctrice, & expultrice.
      - **Excretis**: Vrina est cruda, vel debiliter cocta; [a] &, si accipiatur simul vtrumq;, hoc erit tertium signum proprium, & inseparabile, & sic pathognomonicum febris putridæ; sed, si seorsum vtrumq; capiatur, erit quidem proprium, sed non inseparabile. Non habere hypostasim [b] est etiam proprium, sed non inseparabile. Vrina tamen interdum est similis [c] naturali, vt in febre pestilenti. Deiectiones interdum supprimuntur, interdum redduntur plurimæ, ac fætidæ vario infectæ colore, pro vario humore putrescente. Sudor quoq; non rarò adest in declinatione, sed absq; integra quiete, nisi declinatio sit vniuersalis, & sic iudicetur putrida, idest, per crisim finiatur. Adsunt etiam in putridis alia excreta, vt sanguis per nares, vterum, hęmorrhoides, adest quoq; aliqñ pus.
      - **Affectibus corporis**: Adest color pallidus, aut plumbeus; interdum tumor, murmur in ventre, crepitus, & similia.
  - **Prognostica, per quę præcognoscitur**
    - **Euẽtus vel exitus**: Præcognoscitur exitus in febre putrida, quemadmodum in alijs omnibus morbis ex maiore vi naturæ, aut morbi. Cognoscitur vis febris, & robur ex ipsius [d] specie, more, ac symptomatis, at robur naturæ, cùm ex alijs actionibus, tùm ex pulsu. Vtcumq; tamen in febribus putridis, & præcipuè in continuis [e] peracutis, & acutis exitus est semper dubius, & valdè periculosus. Quare diligenter conferenda [f] est vis morbi, cum vi naturæ, & ex huius, vel illius maiore robore exitus est præcognoscendus.
    - **Tempus**: Hoc in febre putrida velut in alijs morbis erit, vel breuius, vel longius pro maiori, vel minori huius, vel illius robore, idest quantitate roboris, & plerumq; erit varium pro varia putridæ specie, nam in exquisita [g] tertiana non transcendit diem 14. In Quartana [h] verò ad menses, & annos producitur. Cognoscitur potissimùm tempus ex signis coctionis.
    - **Modus**
      - Modus quoq; in putrida est varius, pro varia putridę specie, nam febris [i] acuta finitur plerumq; per crisim; diuturna verò per solutionem ad salutem, vel mortem, quam rem potissimùm ostendũt signa salutis, vel mortis, veluti crisim prænuntiant signa critica.
      - Si prægressis signis læthalibus æger est euasurus, euadet per abscessum, [k] qui erit ad partem dolentem. Interdum in quibusdam videntur veluti miracula.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo de differ. febr. 7.
c Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
d In ſynopſi pulſ. 16.
e Aetius lib. v. cap. 74.
Paul. lib. 2. cap. 17.
f Primo de temperamentis 4.
8. meth. 7. 8.
g Auerrh. 4. collig. 27.
Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 2.
h In ſynopſi pulſ. 25.
Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
l Decimo meth. 2. 4.
m Primo aph. 12.
n Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 2.
o Rhaſ. 16. continent. in fine.
p Secundo de ſympt. cauſis. 5.
q In ſynopſi pulſ. 16.
r Secundo de criſ. 6.
s Secundo aph. v.
t Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
u Primo de differ. febr. 7.
x In ſynopſi pulſ. 29.

a Primo de differ. febr. 7.
b Auic. lib. 4. f. pri. t. 2. cap. 2.
c Tertio de præſag. ex pulſ. 4.
d De conſtit. art. med. 18.
4. de præſag. ex pulſ. 11.
e Primo ad Glauc. 8.
f Secundo prognoſtic. 6.
g Quarto aph. 59.
h Tertio pri. epid. 4.
i Tertio de criſ. cap. pri. 2. 3.
k Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 2.

ADNOTATIONES.

Proprium ſignum à Galeno (l) dicitur, quod conuenit ſoli, ſed non omni; vt, non incipere à cauſa manifeſta, & procatarctica, eſt proprium putridæ.

Inſeparabile verò, quod conuenit omni, ſed non (l) ſoli, vt habere pulſum celerem in ſtatu, quod ineſt omni putridæ, ſed eſt etiam in diaria, & hectica.

Proprium autem, (l) & inſeparabile, quod conuenit ſoli, & omni: quod ſignum pathognomonicum propriè dicitur (ideſt) paſſionis ſignificatiuum.

Signa propria, (l) & inſeparabilia, quæ ſunt pathognomonica in putrida ſunt tria deſumpta à calore, à pulſu, & ab vrina.

Primum eſt calor (l) acris, mordax, & erodens tactum, vt fumus oculos, & nares.

Secundum eſt pulſus (l) celerior in contractione, & externa quiete apertè in incremento, & obſcurè in principio acceſſionis.

Tertium eſt vrina cruda, (l) vel debilitèr cocta.

l *Primo differ. febr. 7.*

Tabula Trigesimatertia, Tempora febrium.

- **Tempora febrium quæ tùm [A] partes febriũ tùm motiones ipsarũ causarum vocantur à Gal. [A] sunt veluti ætates [B] in Anim alib°. [C] & nõ definiunt dierum, aut horarum numerõ. Talia verò tempora sunt**
  - **[B] Vniuersalia, quæ sunt totum illud spatiũ à principio febris vsq; ad finem. Vt tempora vniuersalia Tertianæ sunt spatium 14. dierũ quibus ipsa perdurat. Talia autem tempora vniuersalia sunt**
    - Primus [a] insultus, & inuasio febris, qui simplex est, & caret latitudine. Dicitur autem ab ipsis Grecis Episimasia, [b] idest, adnotatio, & significatio febris; & non modò significat tempus febris vniuersale, sed etiam satis propriè vsurpatur pro primo insultu [c] particularis accessionis, & est tempus insensibile, [d] & ferè indiuisibile. Authores [e] raro accipiunt principium in hac significatione.
    - Spatium primorum triũ, [f A] aut quatuor dierum
      - Sæpè Authores vsurpant principium in hac significatione, vt primo aph. 12. *Si circa initia sputum appareat morbum breuiat, si vero postea producit*, sic primo progn. 8. *Si circa initia morbi talis facies fuerit.*
    - Totum [g A] illud tempus, in quo nõdum adsunt signa coctionis, nec etiam adsunt signa læthalia, hoc tempus dicitur pars totius morbi, & non habet determinatum spatium, sed nũc plùs, nunc minùs durat.
      - Sępissimè Authores accipiunt principium in hac significatione, vt 2. aph. 29. *Cum morbi inchoant, siquid videtur mouendum, moue*, & 30. *circa initia, & fines, &c.* & primo aph. 22. *Concocta medicari, atq; mouere, non cruda, nec in principijs.* Sic 24. *In acutis passionibus raro, & in principijs, &c.* Quos omnes apho. citat Gal. in lib. de totius morbi temp. cap. 2. & primo de cris. 6.
      - Quarè hæc est proprijssima [b b] principij significatio, prout scilicet principiũ est vnũ ex morbi tẽporibus.
      - Hoc tempus est [i] aptissimum sanguini mittendo, & interdum quoq; corpori purgando.
      - Si quid vacuat natura in hoc [k] tempore, id fit symptomaticè, & non criticè, nam crúda ante coctionẽ, & discretionem bene vacuare est impossibile.
    - Augmẽtum [n] Incrementum Ascensus, in quo febris augetur
      - Inæqualiter [l].
        - Est tempus inæqualitatis, quod existit inter principium, & verum incrementum.
        - Spectatur potissimùm in particularibus accessionibus, in quibus calor cum frigore decertat.
        - Spectatur etiam in toto tempore febris, & est tempus, in quo natura incipit pugnare cum causa ipsius febris, sed pugna est inæqualis. Hoc tempus à Galeno interdum ponitur distinctum ab incremento, & interdũ comprehenditur [m] in incremento.
      - Aequaliter [l]
        - Est verum incrementum, [o] in quo incipiunt apparere signa coctionis ex parte naturæ, sed ex parte causæ morbificæ adsunt symptomata satis valida, nam tunc satis manifestè augetur motio. Quamobrem in febribus læthalibus apparent signa opposita signis coctionis, & sunt signa cruditatis, [p] vel potiùs signa læthalia.
    - [o q] Status Vigor, Cõsistẽtia Summum
      - Est vehementissima totius morbi [o q] pars, & morbus tunc est, quantum ad symptomata maximus.
      - In eo enim magis vigent phlegmasiæ, [q] idest, inflammationes vel febres; & cum in statu consistat motio, & maximè pugnet natura cum materia, in nulla re magis exercitandus est Medicus, quàm in ipsius vigoris [r] præcognitione, quia summoperè conducit ad formam totius victus constituendam, & in morbis salubribus apparent absoluta [s] coctionis signa. In hoc tempore plerumq; fit crisis in febribus salubribus. At in læthalibus relinquendis [s] prognosticis apparent signa lethalia, & sæpissimè mors, [t] quæ etiam potest in alijs temporibus excepta declinatione aduenire.
    - Declinatio [u] Inclinatio Remissio
      - Hæc sequitur vigorem, si febris est salubris, quia calor innatus dominatur materię, quam superauit, expellitq;. Quocirca in tali [x] tempore nũmquam moritur æger, quoniam fieri non potest, vt natura superetur à causa, quam iam expugnauit.
      - Sed in [y] principio, incremento, ac statu potest æger ipse mori.
    - Interuallum, Intermissio, Quies,
      - Est tempus, in quo febris in quietem desinit, quod tempus declinationem sequitur, atq; solùm reperitur in febribus intermittentibus, non quidem omnibus, at quibusdam, vt in exquisitis tertianis, & quartanis. Sed in quotidianis, & ijs, quas Iuniores vocant subintrantes, non reperitur talis quies,
  - **Particularia, quæ sunt totũ illud spatium: per quod vna particularis accessio perdurat, vt vnus circuit° tertianæ perdurat horas 48. In quo circuitu est**
    - Principium [b]
      - Est cum externæ [b] partes refrigerantur tracto sanguine ad interiora; vel, cùm calor omnis ex toto corpore ad cor, thoracemq; concurrit vnà cũm sanguine, vbi putrescit, [c] tùm, quia putridis superfluitatibus admiscetur, tùm, quia non difflatur. Hoc principium dicitur tùm de primo febris insultu, qui Episimasia [d] vocatur, tùm de toto tempore sensibili, quo calor stat in interioribus.
    - Incrementũ in quo febris augetur
      - Inæqualiter
        - Est tempus inæqualitatis; [e] quod est inter principium, & incrementum propriè dictum, quo tempore calor cum frigore decertat, & in partes exteriores cum sanguine inæqualiter extenditur.
        - A quibusdam non seiungitur ab incremento; sed à Gal. [e] distinguitur ab eodem incremento.
      - Aequaliter
        - Est cum calor [f] paulatim ad exteriora seipsum expandit, [g] & cum vsque adeò augetur caliditas, vt non modo locum exurat, qui est putredinis causa, & focus; sed etiam continuatim per totum corpus diffundatur.
    - Status [h] Vigor Tristitia
      - Est cùm ex æquo totum [h] corpus calet, & igneum videtur extensa æqualiter per vniuersum corpus caliditate, &, cùm ad summum feruorem deuenerint humores inflammati, vel putrefacti.
    - Declinatio Remissio
      - Est, cùm calor ad pedes descenderit, relicto thorace; vel, cùm remittitur caliditas, & [g] feruentes humores, aut per insensibilem transpirationem, aut per sudorem difflantur.
      - In hoc tempore potest mori æger, quia per dissolutionem vnà cum calore præternaturali [i] euanescit etiam calor naturalis, quod cognoscitur ex pulsu.
      - In declinatione Gale. non raro reponit quoq; interuallum, nam vocat declinationem [k] omnem partem periodi, quę statum subsequitur vsq; ad alterius aceessionis principium.
    - Interuallum Quies Intermissio Integritas
      - Hoc non est vera pars [l] paroxismi, ponitur tamen pars à Galeno [m] diuidente periodum, idest, circuitum in duas principales partes.
      - Vna est ab ipsius accessionis primo insultu episimasia [n] dicto vsq; ad remissionem. Altera est a remissione [n] ad secundę insultum, & in hac continetur interuallum.
      - Non pauci Medici (vt inquit [n] Gal.) nominant interuallum id, quod post statum est, siue id ad integritatem veniat, siue non. Sed Gal. clarioris doctrinæ causa vocat interuallum id, quod sequitur accessionem, & remissionem.

De

AVCTORITATES.

a De morb. tempor. 2. 6.
b De morb. tempor. 6.
c Secundo aph. primo.
In ſynopſi pulſ. 16.
d De totius morb. tempor. 4.
e Primo de criſ. 7. 19.
Secundo acut. 45.
f Primo de criſ. 6. 7. 19.
Primo prognoſtic. 8. 9.
A Primo aph. 12.
Primo de criſ. 2. 3. 6.
g Primo de criſ. 9. 20.
B Primo de criſ. 2.
de tempor. morb. primo.
de totius morb. tempor. pri. 4.
h Primo de criſ. 3
i Secundo aph. 29.
De tot. morb. tempor. 2.
κ Quarto aph. 22.
l De morb. temp. 5.
m De totius morb. temp. pri.
n Primo de criſ. 3.
o Primo de criſ. 8.
p De tot. morb. temp. 6.
q Primo aph. 7. 8. 2. aph. 30
r Primo de criſ. 3.
s Primo aph. 7. 8.
t Tertio de criſ. 5. 7. 9.
c Primo de criſ. 2.
u Primo de criſ. 2.
x Tertio de criſ. 5.
y Tertio de criſ. 6.

a Primo de cris. 2. 3.
De morb. temp. 5.
b Primo acut. 46.
Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
c Secundo de differ. febr. 11.
d Secundo aph. pri.
e De morb. temp. 3. 4. 5.
f Primo acut. 46.
g Secundo de differ. feb. 11.
h Primo acut. 46.
Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
i Tertio de criſ. 5.
κ Primo de criſ. 3.
l De morb. temp. 5. 6.
m Primo aph. 11.
n De morb. temp. 6.

ADNOTATIONES.

Tempus vel accipitur ſimpliciter prout eſt menſura motus, quo pacto, ſi accipiatur à tempore nulla ſumitur indicatio, vt rectè oſtendit Gal. aduerſus (a) *Methodicos in lib. de optima ſecta cap. 35., & 40.*

Poteſt altero modo tempus accipi, prout conſequitur variã morbi conſtitutionem penes mutationem ipſius morbi hac ratione à tempore ſumitur indicatio, non quatenus eſt tempus, ſed quatenus in tali tempore eſt talis diſpoſitio morbi, vel virtutis. Quocirca vigor (b) *morbi indicat vtendum eſſe tenuiſſimo victu, quia tunc morbus eſt maximus. Ita quoq;* (c) *pueritia, & hiems* (d) *indicat exhibendum eſſe plurimum alimenti, non pro vt ſunt tempora, ſed quatenus in tali tempore calor eſt plurimus, & plurimum reſoluit. At in* (e) *ſenibus è conuerſo calor eſt minimus, & minimùm reſoluit, paucis ob id egent fomentis, & alimentis.*

Tempora vniuerſalia diſtinguuntur, vel penès alteratione (f) *materiæ, ideſt penes actionem naturæ; vel penes ſymptomata, ideſt penes actionem materiæ. Penès quidem actionem naturæ dicitur principium, in quo non apparent ſigna* (g) *coctionis. Incrementum, in quo incipiunt apparere. Status, in quo perfectè apparent.* (h) *Et declinatio, in qua expellitur materia. Quæ diſtinctio eſt propriè in febribus putridis, & alÿs morbis pendentib' à materia. Penes autẽ ſymptomata, ideſt actionẽ materiæ dicitur principiũ, & declinatio carere* (i) *vel ſymptomatis, ſymptomata ẽẽ ĩbecilliora, At in Augmẽto augeri ſymptomata, & in ſtatu* (κ) *eſſe maxima. Quarè ſæpiſſimè coincidit ſtatus morbi; & ſymptomatum. In quibusdam autem non coincidit, vt in pleuritide,* (l), *peripneumonia, & eiusmodi: in quibus tota materia non ſeruatur ad vnicam expulſionem, ſed paulatim expellitur. nam in talibus ſtatus ſymptomatum antecedit ſtatum morbi, ita, vt ſtatus morbi ſit in declinatione ſymptomatum.*

Tempora vniuerſalia, & particularia in quibusdam febribus coincidunt, vt in (m) *Diaria, & ſynocho. quare eadem eſt diſtinguendi ratio. & licet Gal.* (n) *vocet interdum totum ſynochum ſtatum, tamen etiam in ſynocho (vt aſſerit idem* (o) *Gal.) ſunt omnia tempora. Ad tollendam controuerſiam, dicendum eſt, tempora illa eſſe ferè* (o) *inſenſibilia, vt aſſerit Auicenna* (p) *eſſe principium in Synocho.*

Galenus interdum ponit quatuor (q) *tempora morborum videlicet Principium, Incrementum, ſtatum, & declinationem Interdum ponit ſex,* (r) *adiungens inæqualitatem, & interuallum. Ad tollendam controuerſiam dicendum eſt inæqualitatem reduci ad incrementum, & interuallum ad* (s) *declinationem.*

a In lib. de opt. ſect. 35. 40.
b Primo aphor. 8.
c Primo aph. 14.
d Primo aph. 15.
e Primo aph. 13. 14.
f Tertio acut. 62.
g Primo de criſ. 5. 6.
h Primo aph. 8. 12.
i Secundo aph. 30.
k Primo aph. 7. 8.
l Tertio acut. 62.
m Primo de criſ. 17.
n De morb. temp. 5.
o De tot. morb. temp. 4.
p Auic. l. 4. f. p. tr. pri. cap. 3.
q De tot. morb. temp. primo.
r de morb. temp. 5.
s De morb. temp. 6.

Tabula Trigeſimaquarta, Signa temporum febris.

Signa temporũ febris ſunt

- **Vniuerſalia, q̃ (vt aſſerit Gal. pri. de criſ. 9.) cognoſcuntur ex anni temporibus, & circuituũ proportione, & p̃ter hæc omnia ex poſt apparentibus. Quæ tẽpora vniuerſalia cognoſcenda per talia ſigna ſunt**
  - **Præſentia, quæ ſunt**
    - **Principiũ quod eſt**
      - Primus inſultus febris Epiſimaſia dictus — Quia impropriè dicitur [a] principium, huius ſigna ab Authoribus non traduntur. Dicit Aet. hoc [b] dici principium propriè.
      - Spatium primorum trium, aut quatuor dierum — Quia caret artificio[c] talis principij cognitio, nõ traduntur ſigna pro illo cognoſcẽdo.
      - Totum illud tẽpus, in quo non apparent ſigna coctionis, nec ſigna læthalia, quod propriiſſimè vocatur principium ab Hip. & Gal. [e]
        - Cum huius [d] artificioſa ſit cognitio, & maxima poſſit oſtendere, in eo elaborandum eſt, vt cognoſcatur non modò cum adeſt, ſed etiam quamdiu ſit duraturum. Propriè cognoſcitur ex ſignis [c] cruditatis apparentibus, cùm in alijs excrementis, tùm in vrinis: cognoſcitur etiam ex leuitate exacerbationum, [d] & ſymptomatum [g f] licet non ita propriè, ſed quamdiù ſit duraturum, cognoſcitur ex iiſdem ſignis [g] cruditatis maioribus, vel minoribus, nam extrema cruditas diuturnius, remiſſior breuius principium ſignificat.
        - Præſcitur quoq; ex morbi ſpecie, quia in peracutis principium eſt extremè [h] anguſtum; ita; vt videantur eſſe ſine principio, quod fieri nequit; ſed in diuturnis eſt valdè latum, facit [i] quoq; ad cognoſcendam latitudinem principij tempus anni, temperatio, natura acceſſionum. Verùm de abſoluta principij latitudine non poteſt haberi exquiſita [k] cognitio, priùs, quàm incipiat incrementum. In febribus læthalibus principium in ipſarum [l] generatione conſtituitur, & ſignis cruditatis determinatur. In principio accidit mors, [m] cum materia à morbo plurimũ ſuperatur, & vocatur quartus modus [n] mortis, qui eſt ſine turbatione, & excretione, quia natura non aggreditur pugnam. Quare nulli ſalutarium modorum aſſimilatur.
    - **Incrementũ, vel aſcẽſus in febribus**
      - Salubrib⁹ — Incipiunt apparere ſigna [o] coctionis. Acceſſiones [p] anticipant, diutiùs perdurant, & magis affligunt. Quare augẽtur ſymptomata. Incrementi non poteſt haberi exquiſita [q] cognitio, anteqnam veniat ſtatus.
      - Læthalib⁹ — Augetur ſymptomata, & apparent ſigna [r] læthalia cum ſignis cruditatis. Mors perſæpè accidit in incremento, nõ alio modo, quàm ſtatus ratione, quia natura à morbi vehementia ſuperatur.
    - **Status, vel vigor in febribus**
      - Salubrib⁹ — Adſunt [s] ſigna exquiſitè, & perfectę coctionis, phlegmaſię [t] maximè vigent, ideſt, inflammationes, vel febres; ſic, & ſymptomata [u] vt ſunt vigiliæ, dolores, faſtidium, ſitis, & ſimilia. Acceſſiones ſunt æquales. [x] In ſtatu fit criſis optima, quæ ſimpliciter, & per [y] excellentiam dicitur criſis, & eſt omnium regula, eſt autem talis criſis ſubita mutatio ad ſanitatem cum inſigni euacuatione, vel abſceſſu eſſatu digno. Defecta verò criſis eſt mutatio ad melius cum aliqua vacuatione, vel abſceſſu. At, ſi criſis, vel ob morbi magnitudinem, vel motũ, vel aliud irritamentum ante ſtatum fiat tantò erit deterior; quantum anticipauit ſtatum. Criſim antecedunt ſigna critica, [a] vt vigiliæ, deliria, cathaphoræ, diſpnæa, vertigines, dolores, & eiuſmodi.
      - Læthalib⁹ — Adſunt peſſima, & maxima ſymptomata, & demùm ipſa mors, quæ nihil aliud eſt, quàm abſoluta naturæ proſtratio. Tribus etiam modis mors in ſtatu accidit, [b] aut enim ſubitò aduenit cum inſigni aliqua euacuatione, vel abſceſſu, & dicitur criſis [c] peſſima, vel ex tali turbatione æger labitur in deterius, ac tandem moritur, & eſt criſis mala. Sed imperfecta, vel ſine criſi per ſolutionem mors [b] paulatim aduenit, & dicitur maraſmus. Quare cum [d] vnus etiam contingat mortis modus in principio, & tres in ſtatu, quatuor modi ſunt ipſius mortis.
    - **Declinatio quæ ſolum eſt in ſalubribus** — Symptomata [e] ſunt multò mitiora, ſic febris breuior, facilior, ac mitior. In declinatione vniuerſali, [f] niſi contingat error, æger mori non poteſt, quia tempore ſtatus elapſo cum natura febrem ſuperauerit, nullum eſt mortis periculum, [g] hoc tempore nõ fit criſis, ſed ſolutio. Quamobrem tres ſunt [h] conualeſcendi modi, duo primi ſunt per criſim; primus quidem per perfectã, alter verò per imperfectam, & iſti ſunt in ſtatu, quamuis tangant etiam declinationem, quia neceſſe eſt, vt omnes conualituri [i] quatuor tempora pertranſeãt: dicuntur tamen magis pertinere ad ſtatum, quia in his, & præſertim in primo modo, declinatio eſt inſenſibilis. Eſt etiam hic tertius modus per ſolutionem, qui propriè fit in declinatione.
  - **Futura q̃ ſunt**
    - **Principiũ** — Anteceſſerunt cauſæ aptæ ad faciendam febrem. Sentitur [k] laſſitudo ſpontanea. Adeſt Almeliletu Arabum, qui ex Gal. eſt inæqualitas [l] quædam in tota corporis mole, in qua ſentitur calor, vel acrimonia, vel vtrumq;. Adeſt ſegnities, [m] oſcitatio, pandiculatio, tuſſicula ſubaſpera, dolor quidam, præcipuè in capite, cataphora, & eiuſmodi.
    - **Incremẽtum** — Prænuntiant futurum incrementum ſigna cruditatis, cùm incipiunt remitti; [n] ſic anticipatio, longitudo, & incrementum acceſſionum, & initium ſymptomatum. [o]
    - **Stat⁹, vel vigor** — Cũ generoſi Medici, atq; arte Hippocratica digni (vt inquit Gal. 1 de criſ. 3.) ſit officiũ præcognoſcere futurũ ſtatum, vt omnem victus rõnem ad ipſum inſpiciẽs inſtituat, cæteris omnibus antepomenda eſt [T] exercitatio ad ſtatum prænoſcẽdum. Prænoſcitur aũt ſtatus, vt dictũ eſt de alijs tẽporib⁹ vniuerſalib⁹ ex morbo tempore anni, & eiuſmodi, quæ ſunt
      - **Cauſa febris q̃ ẽ**
        - Externa, & ſunt res
          - Faciendæ, Aſſumẽdę, Excernẽdę — Anteacta [p] in his victus ratio, quæ humores generauit, vel calidos, vel frigidos, multum facit ad prænoſcendum propinquum, vel remotum ſtatum, nam, quæ genuit calidos, propinquum; quæ frigidos remotum ſtatum prænunciant.
          - Incidentes extrĩſecùs, & eſt aeris qualitas
            - Calida [p] — Indicat morbum eſſe acutum, & ſic ſtatum propinquum.
            - Frigida [p] — Indicat morbum diuturnum, & ſic ſtatum remotum
            - Hinc ſumpſit indicia Hipp. primo aph. 12. dicens. *Acceſſiones indicant anni tempora, &c.*
        - Interna
          - Antecedens — Temperatio, Aetas [q] ſexus — Hæc, ſi ſint calida, indicant ſtatum breui affuturum, ſi frigida, tardè.
          - Continens, q̃ cauſa ẽ humor putreſcẽs
            - Calidus, vt [r] bilis — Indicat morbum acutũ, & ſic ſtatum breui affuturum.
            - Frigid⁹, & [r] craſſ⁹, vt ẽ pituita — Indicat febrẽ diuturnã, & ſic ſtatũ remotũ.
      - **Morb⁹, .i. febris cui⁹ ſpectatur**
        - Species, [s] vel Idæa
          - Si ſit ſynoch⁹, cauſus, tertiana, indicat ſtatũ propinquũ
          - At, ſi ſit quartana, vel quotidiana, indicat ſtatũ remotũ
          - Hinc ſũpſit indicia Hip. 1. aph. 12. dicẽs. *Acceſſiones morbi indicabũt.*
        - Motus sũ ipſorum paroxiſmorũ
          - Anticipationem, [s] & poſtpoſitionem — Si valdè anticipet, & poſtponat, indicat ſtatum proximum, & ẽ conuerſo.
          - Magnitudinem, & paruitatem — Si febris valdè affligat, indicat ſtatum propinquũ; ſi parum, remotum.
          - Longitudinem, & breuitatem — Si longiores ſint acceſſiones, indicant eſſe augumẽtum; ſi æquales, ſtatum
          - Hinc ſumpſit indicia Hip. 1. aph. 12. dicẽs *Acceſſiones, et cõſtitut. indicabũt circuituum ſucceſſiua incrementa.*
        - Mos, [s] vel modus — Hæc conditio [s] adiungitur à Galeno, & cognoſcitur [t] ex malignitate, vel benignitate.
      - **Symptomata**
        - Actiones læſę
          - Animales — Si rigor ſit longus, [u] vel breuis; ita quoq; erit febris, & ſtatus.
          - Vitales — Pulſus magnus, celer, creber, [u] indicat ſtatum propinquum, & ẽ conuerſo. Reſpiratio quoq; magnam habet vim [x] in morbis acutis.
          - Naturales — Ex iſtis actionibus valdè læſis, indicatur febris acuta, & contra.
        - Excreta — Si ĩ ipſis appareat coctio, vel ſigna lęthalia, ſtatus eſt ꝓpinquus, ſi cruditas ẽ remotus — Hęc (vt dictũ eſt) in more, vel modo morbi cõtinẽẽ & ab Hipp. poſita ſunt ſub *mox apparentibus.*
        - Affectus corporis — Vt, ſi citò appareat facies Hippocratica, ſtatus eſt proximus, ſi nulla adeſt extenuatio, ſtatus eſt remotus.
    - **Declinatio** — Præcognoſcitur ex ſignis oſtendentibus vigorem præſentem, & ex bona tollerantia, & conferentia vacuationis, quæ fit in ſtatu.
- **Particularia, q̃ ſumunt tùm ab ipſius febris eſſẽtia, videlicet à calore, tùm à ſymptomatis. Quæ tẽpora particularia p̃ talia ſigna cognoſcẽda ſũt**
  - **Prĩcipium**
    - Adeſt calor præternaturam in corde, [A] ad quod confluit calor omnis ex toto corpore, veluti per [B] cucurbitulam attractus, ex quo partes externæ, præſertim nares, aures, & pedes refrigerantur. Admota manu [C] mediocriter calida ſuper thoracem, vel ſtatim, vel per moram (quando ſcilicet refrigerato thorace cum reliquo corpore non ſubito apparet calor acris) ſentitur acris caliditas ex profundo emergens, quod ſignum ſatis fuit [D] Themiſoni ad febrem dignoſcendam. Adeſt propenſio [C] ad ſomnum, capitis dolor, ſegnities ad motum, ac ſermonem; anguſtia, tenſio, oſcitatio, pandiculatio cum almeliletu; pulſus eſt coarctatus, paruus debilis, tardè feriens, qui in ſyſtole habet [C] celeriorem motum, ſic in quiete externa eſt citatior [E]. Adeſt interdum animi deliquium. Reſpiratio eſt crebra, celer, & inæqualis. Adeſt nauſea, & non raro vomitus. Vrina eſt tenuis. Color in facie plumbeus. Sentitur frigus in extremitatibus, præcipuè in pedibus, auribus, manibus. Adeſt tinnitus aurium.
    - In hoc tempore interdum moritur ęger propter materiæ multitudinẽ, [F] aut craſſitudinem; vel propter inflammationis vehementiam.
  - **Incremẽtũ**
    - Calor [G] præternaturam vnà cum calore naturali paulatim, primò quidem inæqualiter: deinde autem æqualiter ad extremas vſq; partes diffunditur, & augetur. Pulſus eſt inæqualis, [H] & paulatim fit maior, & celerior.
    - In hoc tempore accidit mors [I] ratione ſtatus, quia à vehementia acceſſionis natura ſuperatur.
  - **Status** — Calor maximas [K] æqualiter totum corpus occupat. Adeſt æqualitas febris, & ſymptomatum. Pulſus eſt maior, celerior, & crebrior, quàm in alijs temporibus, & hoc eſt tempus dandæ potionis. In ſtatu [L] accidit mors ſuperata natura à vehementia acceſſionis.
  - **Declinatio** — Calor [K] eſt imminutus præcipuè circa thoracem, & iam ad pedes deſcendit, pulſus eſt moderatus, vt qui iàm redit ad naturalem ſtatum. Adeſt perſæpè ſudor. In hoc tempore interdum cum calore præternaturali [M] ob viriũ imbecillitatem euaporat ſimul calor naturalis, & tunc videntur ægri meliùs habere; & dum ſurgunt ad exonerandam aluum ſtatim moriuntur, moriuntur etiam non ſurgentes, vel ſtatim, vel paulò poſtea; quæ res cognoſcitur ex pulſu.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo de crif. vi.
b Aet.lib.5.cap.6.
c Primo de crif.7.
d Primo de cris.8.
e Primo de crif.9.15.17.
f Secundo aph.30.
g Primo de crif.16.19.
h Primo de crif.17.
i Primo de cris.4.5.9.19.
k Primo de crif.9.
l De tot. morb.tempor.6
m Tertio de crif.6.9.
n Tertio de crif.7.9.
o Primo de crif.2.6.7.9.
p Primo & 3. de crif.4.
q Primo de crif.9.
r De tot.morb.temp.6.
s Tertio de crif.v.
t Primo aph.7.
u Secundo aph.30.
x Primo de crif.3.
y Tertio de crif.1.5.6.9.

a Tertio de crif.2.7.
b Tertio de crif.7.
c Tertio de crif.1.
d Tertio de crif.7.
e Secundo aph.30.
f Tertio de crif.5.9.
g Tertio de crif.5.
h Tertio de crif.7.
i Tertio de crif.9.
de tot.morb.temp. primo.
k Secundo aph.v.
l Secundo de cauf.fympt.v.
m In fynopfi pulf.16.
n Primo de crif. 19.20.
o Secundo aph. 30.
p Tertio de crif.v.
q Tertio de crif. 4.
r Primo de crif.17.
Tertio de crif.4.11
s Primo de crif.4.
T Tertio de crif.v.
t Primo aph.12.
u Auic.lib.4.f.p.tr.p.cap.3.
x Primo prognoftic.24.25.

A Primo acut.46.
B Septimo aph.pri.
C In fynopfi pulf.10.
D Primo de differ.febr.7.
E Tertio de præfag. ex pulf. 7.
F Tertio de crif.9.
G Primo acut.46.
Secundo de differ.febr. 11.
H Tertio de pręfag. ex pulf. 7.
I Tertio de crif.9.
K Primo acut.46.
L Tertio de crif.9.
M Tertio de crif.9.

ADNOTATIONES.

Non videtur (n) synochus (cùm fit totus ftatus) habere omnia tempora, fic neque apoplexia, neque epilepfia. Soluitur, habent quidem omnia tempora, vt reliqui morbi falubres. Verùm in apoplexia, & fynocho, & eiufmodi talia tempora funt infenfibilia.

Tabula Trigesimaquinta, Putridæ curatio generatim.

In putridæ curatione opa, seu intētiones curatiuæ sumūtur à

- Causa q̃ pōt considerari
  - Diuisim, & seiunctim; & tūc considerat solū causa efficiens ipsi⁹ febris, quæ causa est
    - Remota quæ est
      - Mediata, vel ātecedens, quæ causa est
        - Causa solum quæ est
          - [e f] Multitudo, à quā indicat [e] paucitas prǽstanda p.
            - Sanguinis [a b] missionē ex
              - Cubito — Hęc est euacuatio [b] exquisita, quæ si vires consentiant semper conuenit in febre [f] putrida; [a] præcipuè ab initio lenita priùs aluo.
              - Talo [d] per scarificationem malleolorum — Proximè accedit [d] ad prædictā sangu. missionē.
            - Medicamenta
              - Lenientia — Hæc ab initio [c] conueniunt, tùm per os abhibita, [c] tùm per anum.
              - Soluentia — Non conueniunt, nisi materia [d] turgeat in principio.
            - Inediā [b] — Hæc vacuat per accidens [b] non reponendo id, quod dissoluitur.
            - Exercitationem, [b] frictiones, & balnea relaxantia
              - Hæc vacuant per se.
              - At in febre putrida exercitatio non confert, frictio verò, & balneum non sunt adhibenda ante vniuersales vacuationes.
          - Crassitudo, [f] à quā indicatur attenuatio per ea, quæ dissecant tùm alimenta, tum medicamenta.
          - Tenacitas, [g] vel viscositas, à qua [f] indicatur incisio, & detersio per alimenta, & medicamenta incidentia.
        - Causa, & morbus
          - Est obstructio, quę est morbus in meatibus clausis, à qua indicatur [f] apertio, q̃ prǽstatur amota causa obstruēte. In obstructiōe āt ē.
            - Faciendum, vel id quod futurum est — Ab hoc indicatur inhibitio, ne fiat, quod [g] propriè ad prophilacticē .i. prouisionem pertinet. Inhibetur [g h] autem, si affluxus obstruentium succorum compescatur per euacuationem [m] adhibitam per sanguinis missionem, medicamenta, & inediam.
            - [h] Factū — Ab hoc indicatur [h] apertio, vel reclusio, per incidentia, non valdè calida, quæ sunt vsurpanda dempta priùs multitudine.
    - Propinqua
      - Hęc [h] est prohibita transpiratio, [k] quæ est symptoma excernēdi retenti. In qua inhibita transpiratione est
        - Retinēdū
          - Ab hoc [h] idicat inhibitio, ne retineatur, quod præstabitur amota
            - Obstructione — Hæc tollitur (vt dictum est) per vacuationem, attenuationē, & incisionē.
            - Stipatio ne facta à cutis
              - Astrictione — Ab hac indicatur relaxatio per fundētia, vt est balneū ex aqua dulci calida, & mora in aere calidiore.
              - Dēsitate — Ab hac indicatur rarefactio p relaxātia, vt sunt frictiones, oleum camem., Balneum aquæ dulcis
              - Nō est vtendū fūdētibus nec relaxātib⁹ āte [i] totius corporis vacuationē.
        - Retentum — Ab hac indicatur vacuatio tùm per sanguinis missionem, tùm per medicamenta ducentia per deiectiones, per vrinas, per sudores, & insensibilem transpirationem.
  - Immediata, vel continens, quæ à Gal. causa antecedens nominatur
    - Est putredo, à qua primo, & p se fit febris putrida q̃uis à Gale. [r] dicatur causa antecedens febris putridę. Est autem in putredine
      - Eiēs, [k] idest, quod putrescit, à quo indicatur inhibitio ne putrescat per
        - Confirmationem, [h] & refectionem virium, vt ipsæ superantes putredinem succos concoquant. — Id præstant alimenta boni succi, præcipuè vinum album tenue, quod mouet vrinam, & sudorem. Ad hoc ēt referuntur acida, vt succus citri, limonis, & similia.
        - Perspiratum [k l] refrigerantē, per pulsum, & respirationem — Ad hoc facit mora in aere frigidiore, siue sit talis natura, siue arte.
        - [k l] Vētilationem
          - Hanc prǽstant frictiones [l] mediocres rarefacientes, ita oleum chamemel., anethinum, vel amygdalinum relaxantia.
          - Confert quoq; vinum albū, & cætera per vrinas, aut aliter vacuantia, sic pulsus, & respiratio.
      - Factū [k] .i. quod iā putruit, à quo cū sit omninò alienum indicatur vacuatio per
        - Sanguinis missionem — Licet sanguinis missio non vacuet absolutè illud, [m] quod putrefectum est; quia tamen minuit calorem, & materiam, in qua accensus est calor præter naturam, saluberrimum [n] est in omni putrida venam incidere, leuata namq; quo velut sarcina præmitur natura, quod reliquum est, vincet, atq; habile concoquet, & pellendum expellet.
        - Medicamēta non valdè calida ducentia quo natura vergit p loca conferentia. Vergit autē natura per
          - Vomitum — [k o] Facit aqua tepida cum oximelle præcipuè in principio accessionis.
          - Deiectiones — Conferunt clysteres ex mulsa cum oleo, sic cōes dicti, cassia fistula, manna, syr. ros. sol. & cætera lenientia in principio, & incremento; licet Medici Florentini id renuant; quia minorē [p] factam materiā natura faciliùs vincit. In declinatione aūt conferunt soluentia, [q] vt rhabarbarum, agaricus. [nū albū.
          - Vrinas [k o] — Iuuat aqua hordei, decoctū anisi, anethi, oxim. sīpl., acetos⁹, ptissana, mulsa, vinū albū.
          - Sudores [k o] — Conferunt eadem, quæ mouent vrinas, exteriùs verò frictiones, oleum chamem. anethinum amigd. & dulcis aquę balneum calidum, vel tepidum.
  - Coniunctī .i. cum accipitur putredo cū subiecto, quod subiectum est humor putrescēs, à quo indicatur
    - Inhibitio, ne noua subinde materia generetur nam longē [n] prǽstātius est prohibere ab initio ne multa materia generetur, quàm sollicitum esse de vacuanda. Non generabitur autem materia si habeatur ratio.
      - Materię quæ suppeditatur à victus ratione in sex rebus non naturalibus
        - Quantitas alimentorum ratione febris putridę nulla esse deberet; nam morbus [s] indicat inediam, vires verò alimenta, ē conuerso morbus contraindicat, vel non tollerat cibum, & vires contraindicant, vel non tollerant inediam. Quare isti scopi diligenter sunt inter se conferendi, & ei plus tribuendum, quod magis vrget, altero non neglecto. Maximè nocet cibus in statu [u] vniuersali, minùs in incremento, adhuc minùs in principio vniuersali. De temporibus verò particularibus maximè nocet in accessione, [a b] hoc est in principio, incremento, & statu particulari quæ in accessione continentur. At dubium est, in quo nam horum magis noceat. Dicit Celsus [c] satius esse consistente, quàm increscente, & in stante, quam incipiente incremento aliquid offerre. Gal. [d] monet, vt inspiciatur mos principij, & status, si in principio sit maxima perfrigeratio extremorum cum phlegmone viscerum aut redundantia, maximè nocet cibus, sic, si in statu sit magnus æstus absque squalore.
        - Qualitas alimentorum sit contraria humori febrem facienti; sic, & cæteræ res non naturales.
        - Quiescet æger, fugietq; vehementes animi perturbationes, ac solita deijciat excrementa.
      - Efficiētis .i. caloris partiū seruiētiū coctioni — Cùm in [e] omni febre ciborum coctionem perspicere oporteat, roborandus est ventriculus, & hepar per astringentia exteriùs & interiùs adhibenda.
    - Alteratio [f] genitæ materiæ p
      - Victus rationem — Cibi, & potiones, ita etiam cæteræ sex res nonnaturales debent ita vsurpari, vt resistant humori febrem facienti, vel potiùs humorem contrarium generent.
      - Medicamēta
        - Decocta, vel aquas
        - Syrupos
        - Antidotos
          - Si humor sit crassus, [g h] ac tenax, vsurpentur incidentia, & extenuantia.
          - Si calidus, ac tenuis, refrigerantia, & incrassantia, nam sic redditur humor habilis ad expulsionem.
    - Vacuatio per
      - Sanguinis missionem — In oībus putridis confert [i] mittere sanguinem ab initio lenita priùs aluo, nam sic leuatur natura tanq̃ sarcina nisi mitti queat ex cubito, scarificentur [k] malleoli, & vsurpetur inedia, quę vacuat p accidēs.
      - Medicamēta ducentia per
        - Vomitum — Maximè confert vomitus præcipuè in [l] principio accessionis.
        - Deiectiones
          - Faciunt clysteres, conferunt ēt lenientia per os adhibita, licet non probentur à Medicis Florētinis.
          - Apparentibus manifestis [m] coctionis signis, & in declinatione, conueniunt catharctica.
        - Vrinas — Post sanguinis missionem conferunt diuretica non valdè [n] calida.
        - Sudorem — Sæpè iuuat sudor, ad quem mouendum confert vinum album tenue, aqua hordei, ptissana, frictiones, oleum chamem., anethinum, ex amygdalis dulcibus.
- Morbo, .i. ipsa febre, in quā est
  - Fiens [o] idest, illud, quod est in generatione — Ab hoc indicatur [o] inhibitio, ne fiat, per ea, quę obstructioni medentur.
  - [o] Factum
    - Est essētia ipsi⁹ febris quę est caliditas, ab hac indicatur refrigeratio [p] p ea, quę refrigerant
      - Per se
        - Actu — Vt est aqua vel aer frigidus,
        - Potentia — Vt est ptissana calefacta
        - Vtroq; modo — Vt ē potio frigidæ
        - Hæc autē oīa, quæ refrigerāt sunt
          - Alimēta
            - Cibi — Vt ptissana, panis lotus, vel in aqua decoctus, lactuca, endiuia, cucurbita, cucumeres, pepones, licet ex Auic. [q] fructus oēs sint euitandi, quia ebulliūt, & putrescunt.
            - Potiones — Cōfert aqua hordei cū iulep violato, sed nihil ē meli⁹ aqua frigida copiosè bibita. Si igit febris sit ardētissima, vires firmæ cū signis coctionis frigida audacter est dāda. In declinatione conuenit vinum album, tenue dilutum.
          - Medicamēta
            - Interiùs — Faciūt syr., decocta, vel aquæ, & antidoti refrigerantes.
            - Exteri⁹ [s] — Sūmopere confert [s] balneū aquę dulcis, si administret citrà horrorem, & non sit debilitas in visceribus, neq; cruditas in primis venis. Conferunt etiam epithemata, & vnguenta refrigerantia ad cor, hepar, & renes.
      - Per accidens — Refrigerāt per accidens missio sangu. & cæteræ dictę vacuationes per deiectiones, vomitum, & eiusmodi.
- Symptomate [x] quando scilicet symptoma subijt vicem causæ
  - Prosternentis, [t] & deijcientis vires
    - Vt syncopa [t], indicat nutriendum esse in ipsa accessione.
    - Sic dolor vtendum esse narcoticis, [u] etiam vigilia opiatis.
  - Augentis morbum — Vt in vigilia quando adest phrenitis vtimur opio, & eiusmodi ad somnum conciliandum.

Vndecima

AVCTORITATES.

a 11.meth. 15.
b Secundo aph.17. 22.
Quarto aph.2. 14. meth. 7.
c Secundo aph. 29.
d Primo aphor. 22.
e 11. meth. 13.
f 11. meth. 13.
g 11. meth. 2.
h 11. meth. 10.
i 11. meth. 9.
k 11. meth. 8.
l 11. meth. 8. 9. 13.
m 11.meth. 14.
n 11. meth. 15.
o 11. meth. 9.
p Secundo aphor. 29.
q Primo aphor. 22.
r 11.meth. 9.
s Primo aph. 7. 1. ad Glauc. x.
t Secundo de natur. facult. 8.
De præsag. ad Postum. 8.
u Primo aph. 7. 8. x.

a Primo aphor. 11. 19.
Quarto acut. 39.
b De tempor. morb. 6.
c Celf. lib. 3. cap. 5.
d 11.meth. 21.
e 11.meth. 15.
f De art. medicin. c. 89. 99.
g Primo ad Glauc. 9. 10. 11.
h Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 7.
i 11. meth. 15.
k Secundo aphor. 17.
l 11.meth. x. Pri. ad Glauc. 10. 11.
m Primo aph. 22.
n 11. meth. 9.
o 11. meth. 7. 9.
p 11. meth. 2.
q Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 7.
r 11. meth. 9. De marcore 8.
s 11. meth. 20.
t Decimo meth. 3.
u 12. meth. 1. 2. Pri. ad Glauc. 14.
x 11. meth. 11.

ADNOTATIONES.

Sumuntur etiam Intentiones à rebus ipsis naturalibus, quæ sunt (a) *conseruandæ, vt à viribus,* (b) *ita à temperatione,* (c d) *consuetudine, ætate, & eiusmodi. Desumuntur quoq; à rebus nonnaturalibus, vt ab ipso aere.*

Vbi secus pugnant Indicationes, (e) *quando scilicet aliud ĩdicat causa, aliud morbus, aliud symptoma, aliud vires; eligendæ sunt illæ intentiones, quas præscribunt scopi* (b) *maiores, & digniores. Dignitas scoporum ratione vitæ* (b) *est indicanda; magnitudo autem, vel propriæ substãtiæ ratione, vel declinatione à nãli statu.*

Quarè, si à causa indicatur (e) *vacuatio, & à viribus refectio, priùs reficiendæ sunt vires, deinde vacuandum.*

Galenus, (f) *& Aetius* (g) *ponunt septem, à quibus Indicationes in putridæ curatione sumuntur; ea autem sunt, Multitudo, crassitudo, tenacitas, obstructio, prohibita transpiratio, putredo, febris, quæ omnia in tabella sumus complexi, nam illa sex priora in causa diuisim sumpta recensuimus; Febrem verò in morbo sumus complexi, & ab his omnibus desumpsimus curatiuas intentiones, & materias inuenimus ad eadem tollenda. Præterea causam etiam coniunctim sumptam, idest, humorem putrescentem perpendimus, & demùm symptomata tetigimus.*

Possunt interdum plures ex istis causis coire, (h) *& tunc omnibus est per contraria occurrendũ, vt, si coarctatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul, ac tenaces humores sub sint, atque ita adsit astrictio, densitas, multitudo, ac tenacitas, prius tollenda est multitudo per venæ sectionem, deinde extenuandi sunt humores, postea remittenda, quæ sunt constricta, & rarefacienda quæ sunt densata.*

a *Primo aph. 9.* *Primo ad Glauc. x.*
b 11. *meth.* 3.
c *Nono meth.* 14.
d *Nono meth.* 16.
e *Nono meth.* 10. 13.
f 11. *meth.* 13.
g *Aet. lib. 5. cap. 75.*
h 11. *meth.* 4.

Tabula Trigesimasexta, Synochi definitio, differentiæ, dubitationes.

Synochus .i. cōtinēs est febris, in qua vna accessio ab initio ad finem in multos dies pducit. Ne relinquéretur sine nomine à Iuniori bus Gręcis [K] cōmisso[h] solecismo σῦνοχος fuit dicta [K] est autē synochus

- **Sine Putrēdine**
  - Synocha inflatiua, vel inflammatiua dicitur à Iunioribus ponentibus discrimen inter synocham, & synochum in genere, & declinatione, quod non faciunt Græci; qui solùm vocant vno modo, videlicet synochum.
  - Hæc febris conuenit cum diarijs in duobus, quia vna continetur accessione, & quia est sine putredine.
  - At differt ab ijsdem; quia in multos dies producitur.
  - Reponitur tamen à Galeno in Diarijs.
  - Est autem synochus
    - Anabatic⁹ [b] vel epacmasticus, .i. inualescens, vel increscens — Qđ dissoluit [c] minus est eo, qđ inflāmat. Quare semper augetur
    - Homotonus, [b] vel Acmasticus, idest, eiusdē tenoris, vel vigoris — Quod dissoluit [c] æquale ē ei, quod inflāmatur. Quare febris ęqualis permanet.
    - Paracmasticus; [b] .i. decrescens — Quod dissoluit, [c] ac diffluit maius est eo, quod inflammatur. Quare febris semper minuitur.
  - Sauonarola, [a] & plerique ex Iunioribus asserunt has differentias synochi esse solùm in synocho putrido.
  - Sed Aet. [d] & cæteri græci dicunt easdem esse in synocho putrido, & non putrido.
  - Erant plurimi ex Iunioribus; qui barbaram sequuntur medicinam vocantes synochum, qui semper augetur; Augmasticum nam græci vocant [b] Acmasticum, & non augmasticum illum, qui æqualis permanet ἀπὸ τῆς ἀκμῆς, idest, à vigore.
- **Cum putredine**
  - Synochus putridus dicitur, qui conuenit cum diarijs in vno; quia [b] vna continetur accessione; sed ab ijsdem differt in duobus; quia est cum putredine, & in multos dies producitur, & conuenit cum alijs putridis, quia in plures dies producitur; & quia est cū putredine.
  - In hac febre humores, [i] qui continebantur in venis, & arterijs omnibus præsertim inter alas, & inguina putrescūt ob prohibitam transpirationem putredine mediocri, & non excellenti, & magna, vt in febre pestilenti.
  - Sed magna est inter Authores controuersia; An synochus fit à
    - **Sanguine. [E]**
      - Synochum esse à sanguine putrescēte asserit Gale. 9. meth. 3. & 5. đ diff. febr. in fine; & primo sexti epid. 2. Idem sētit Aet. [f] & Paul⁹ [g] Ita etiā Arabes ferè omnes; & præcipuè Auice. [e] q. sic argumentatur aduersus Galenū.
        - Si vera esset sententia Galeni quod synochus esset à putredine bilis. Ergò sanguis ipse esset bilis; vel post putredinem, vel in ipsa putredine: Sed sanguis faciens febrem putridā non est bilis
          - Post putredinē, quod ostenditur his tribus rationibus
            - Primá
              - Nullam factum post putredinem bilis, & humor melancholicus est factus bilis tantum, & sic non putrescet vt bilis tātum, sed etiam vt humor melancholicus.
              - Sanguis post putredinem est factus bilis, & humor melancholicus, quia vt asserit Gal. 2. de differ. febr. 9. & 2. de cris. 12. Sanguis cum putrescit, conuertitur secundum tenuiorem partem in bilem; & secundum crassiorem in humorem melancholicum.
              - Ergo sanguis post putredinem non est factus bilis tantum, & sic non putrescit, vt bilis tantùm.
            - Secundá
              - Nullus sanguis factus bilis post putredinem est in dispositionem putredinis, idest, in natura, & affectu putredinis.
              - Omnis sanguis faciens febrem putridam est in dispositione putredinis.
              - Ergò nullus sanguis faciens putridam est factus bilis post putredinem.
            - Tertiá
              - Nulla bilis facta post sanguinis putredinem est putrida necessariò, quia quod fit ex putrido non est putridum necessariò, vt acetum factum ex putredine vini.
              - Omnis sanguis faciens putridam est putridus necessariò.
              - Ergò. Nullum faciens putridam est bilis facta post sanguinis putredinem.
          - In putredine, quod monstratur his tribus rationibus
            - Primá
              - Nulla generatio bilis est via corruptionis sanguinis, sed est ipsa corruptio sanguinis, & terminus corruptionis.
              - Omnis putredo sanguinis est via corruptionis sanguinis in bilem.
              - Ergò nulla putredo sanguinis est generatio bilis.
            - Secundá
              - Nulla mutatio sanguinis in bilem fit in tempore.
              - Omnis putredo sanguinis fit in tempore.
              - Ergò nulla putredo sanguinis est mutatio sanguinis in bilem.
            - Tertia
              - Vbicunq; alij humores sunt, & dicuntur tales, sanguis quoque est, & dicitur talis.
              - In putredine alij humores sunt, & dicuntur tales, idest pituita, bilis, & humor melancholicus in ipsa putredine sunt, & dicuntur pituita, bilis, & humor melancholicus.
              - Ergò. In putredine sanguis est, & dicitur sanguis.
    - **Bile**
      - Synochū esse à bile asserit Gal. [l] 2. de diff. feb. 2. & 2. de cris. 6. 9. 12. In hac opinione est Mōtanus, Vegà, & alij; Quorū hæ quatuor sunt rationes
        - Primà
          - Si tria tantùm sunt genera febrium putridarum. Ergò Synochus cum debeat in aliquo harum contineri, erit à bile.
          - Sed tria tantùm sunt genera [l] febrium putridarum, vt patet ex Gal. 2. de differ. febr. 2. 9. [l] & 2. de cris. 6. 9. & 12. Et patet etiā in intermittentibus, quæ sunt tres Tertiana, Quotidiana, Quart. Ergò synochus erit à bile.
            - Falsum est tria tm̄ esse genera febriū putridarū, nam est quartum, quod est à sanguine, à quo nō est febris intermittens, quia sanguis extrà vasa non est sanguis, nisi æquiuocè.
            - Dicit Gentiles, quod sanguis extrà vasa est sanguis parùm & in illo paruo tempore facit febrem sanguineam.
        - Secūda
          - Si sanguis secundum tenuiorem sui partem vertitur in bilem, & secundùm crassiorem in humorem melancholicum. Ergò ex sanguine putrescente febris erit biliosa, & sic à bile.
            - Istud connexum non est omninò verum, quia poterit etiam esse febris melancholica, & non solùm biliosa.
          - Sed sanguis secundum tenuiorem partem vertitur in bilē, & secundùm crassiorem in humorem melancholicū.
          - Ergo ex sanguine putrescente febris [m] erit biliosa, & sic à bile.
            - Non statim ab initio fit talis mutatio, sed in processu. Verùm statim cum sanguis putrescit, facit febrē putridam, quæ nō est biliosa, cum bilis non dùm sit facta.
        - Tertia
          - Curatur synochus, vt Causus
            - Hoc est falsum, quia in synocho mittitur sanguis vsque ad animi defectum, quod non fit in causo.
        - Quarta
          - Sanguis non putrescit, quia (vt inquit Montanus) non relinquitur à natura.
            - Hoc etiam est falsum, quia sanguis interdum ob nimiam quantitatem, vel crassitudinem relinquitur à natura.

Sauonarola

AVCTORITATES.

- a Sauonarola ĩ lib. de feb. c. de synoc.
- b Secundo de diff. febr. 2.
- b Secundo de cris. 6.
  Primo sexti epid. 29.
- c Nono meth. 3.
- d Aet. lib. 5. cap. 70.
- e Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. c. 43.
- E Nono meth. 3.
  Secuudo de diff. feb. in fine.
  Primo sexti epidem. 2.
- f Aetius lib. 5. cap. 75. 76.
- g Paul. lib. 2.
- h Nono meth. 2.
- i Secundo de diff febr. in fine.
  Nono meth. 3.
- x Secundo de nat. hum. in fine.
  Secundo prim. epid. 29.
  Secundo de cris. sexto.
- l Secundo de differ. febr. 2. 8. 9.
  Secundo de cris. 6. 12.
- m Secundo de differ. febr. 9.
- m Secundo de cris. 12.

ADNOTATIONES.

Galenus (vt rectè asserit Auerrhoes 4. colliget. 31.) fuit varius in tractatione synochi, nam interdum (vt ix. methodi 3. & 2. de differ. febr. in fine; & primo 6. epide. 2.) dicit synochum esse à sanguine. Interdum, (vt secundo de differentijs febrium secundo; & secundo de crisibus sexto, duodecimo, dicit esse à bile.

Auicenna dicit Galenum opinatum esse hanc febrem non esse à sanguine, sed à bile, & rationibus demonstratiuis confutat talem opinionem, vt ostensum est in tabella.

Conciliator in differentia 89. sic nititur conciliare Auic. cum Gal. Si sanguis in putredine recedit parùm à natura sanguinis facit febrẽ sanguinem; si verò multum recedit, facit febrem à bile. Auicenna considerauit parum illud, vt Philosophus, & ideò dixit talem febrẽ esse sangu. Sed Gal. locutus fuit, vt multum recedit.

Gentiles verò inquit. Sanguis putrescens stat sub forma sanguinis parũ, & ferè tempore insensibili. nam citò vertitur in bilem: Gal loquens vt Medicus, qui est Artifex sensitiuus, non considerauit tempus illud insensibile, in quo sanguis stat sub forma sanguinis & ob id inquit hanc febrem esse à bile. Sed Auicenna considerans tempus illud, vt philosophus, dixit hanc febrem esse à sanguine.

Sed istæ solutiones nullæ sunt, nã ad Conciliatorẽ dicimus, nos nunc nõ quærere, vtrũ sanguis recedat à sua natura parũ, vel multũ; sed an sit sanguis, vel bilis. Et ad Gentilẽ dicimus, sanguinẽ stare sub forma sanguinis non tẽpore (vt ipse inquit) insensibili, sed sensibili, nã durat synochus ad 4. [illegible]. & 7. dies, quod tempus non est insensibile.

Montanus exclamat Auicennam non intellexisse Galenum, rationes tamen Auicennæ non audet attingere.

Gorrhæus ẽt reprehendit Auic., quod non intellexerit Gal., & ponit discrimen inter synochum nonputridum, & putridum, & dicit non putridum antecedere, & subsequi putridũ, nisi rectè curetur. Sed hoc est falsum, quia fit synochus putridus ab initio, vt patet 9. met. 4. in seruo, qui ab initio laborauit synocho putrido.

Altimarius post longã disputationẽ dicit esse duplicẽ synochum, alterũ à sanguine, & alterũ à bile. Et in hac opinione est ẽt Trincauellius, qui dicunt Auic. malè reprehendisse Gal. cum loquatur Gal. in locis oppugnatis ab Auic. de synocho à bile, & non de synocho à sang., de quo locutus fuit in 9. meth. & primo sexti de morbis vulgaribus.

Sed ista distinctio est mihi penitùs suspecta, quia neq; Gal.; neq; vllus alius bonus Author ponit istã duplicem synochi significationẽ. Quin potiùs Gal. 1. 6. epid. 2. inquit. Synochũ ex putrescente sanguine accendi ostensum est. *Et in 2. de diff. feb. c. 2. & 2. de cris. 6. dicit synochum fieri à bile, non intelligit synochum diuersum ab eo, quẽ dixerat 9. meth. & 1. 6. epid. 2. sed intelligit eumdem synochum, dicit tamen fieri à bile, ne cogeretur ponere quartum genus febriũ putridarum. Quarè in 2. de cris. 12. inquit.* Atq; in hoc illud seruatur triplex esse genus vniuersum febrium simpliciũ, quæ .n. ex sanguine putrescente fit, iàm sanè biliosa est quodãmodo. *Quare distinctio Altimarij, & Trincauelli nulla est, nã synochus biliosus ab illis positus nihil aliud est, q̃ causus, qui nõ habet illas tres species epacmasticum, acmasticum, & paracmasticum, quas habet synochus; neq; vna continetur accessione, vt optimè animaduertit Aetius lib. 5. c. 77. Falsum est etiam synochum esse febrem compositã, vt asserit Vega in suo lib. 2. de febribus c. 12. immò est febris simplex, vt tertiana, & quartana. præterea falsum est, quod forma naturalis sit diuisibilis, & quod introducatur in tempore, vt ipse asserit contra Auicennam destruens principia naturalia.*

Falsum quoq; est id, quod asserit Altimarius synochum posse fieri à pituita, & humore melancholico, nam isti humores quocunq; in loco putrescant, habent suas periodos, & non continuò in una accessione affligunt, vt synochus.

Attamen verum est synochum esse acutiorem causo, quia celerius mouetur, cum rarò petranseat quartum, & rarissimè quintum diem

Tabula Trigeſimaſeptima, Synochi ſigna.

Signa ſynochi ſunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio cauſarum procatarcticarum, [a] quæ magis faciunt ad Medici [b] gloriam, quàm ad ægri ſalutem; haberiq; poſſunt ex ægro, vel aſſidentibus, & inferius ponentur inter ſigna à cauſis ſumpta. Quarè hic omittuntur.
- **Indicatiua de ſumpta ab**
  - **Eſſentia** — Synochi eſſentia eſt calor [c] plurimus ſecundum quantitatē; ita, vt veluti [g] plurima flamma ſeſe tangentis manui offerat, cum inſigni vapore, ſicut ex balneo offerri conſueuit calido. Caret calor [d] hic periodo, nī in vna ſolum acceſſione, [d] aut extinguitur, aut interficit, & in hac vnica acceſſione, vel progreditur [e] æqualiter, vel ſemper inualeſcens, vel decreſcens. Eſt autem hic calor.
    - **Mitis, & [d s] ſuauis at fumoſus aliquo pacto**
      - Quamuis in omni febre ſit calor [g] acris, ſi comparetur cum calore naturali, poteſt tamen calor vnius febris comparatus cum calore alterius dici mitis, & ſuauis [g].
      - Eiuſmodi calor eſt in ſynocho ſinè putredine, qui ex Galeno [d] reponitur in febribus [E] diarijs, à quibus differt, [f] quòd in plures dies producitur, & quòd calorem habet fumoſum, quem diariæ habent vaporoſum.
    - **Acris, [d s] & magis fumoſus**
      - Eſt in ſynocho [d] putrido, qui habet calorem [h] plurimum cum aliqua acrimonia, minori tamē, & humidiori, quàm in alijs febribus putridis, & præſertim in cauſo, in quo eſt calor longè ſiccior, & ſqualidior, quàm in ſynocho [d].
      - In quotidiana ſentitur [c] quidem ab initio calor debilis, ac mitis, at poſtea longè acrior, quàm in ſynocho, & videtur veluti per cribrum tranſmiſſus.
      - Reponitur in putridis, quibus cum [f] duo habet communia, & quòd in plures dies producitur, & quòd eſt cum putredine.
  - **Cauſis**
    - **Externis i. reb'**
      - **Faciendis** — Anteceſſit motus, & quies, ita ſomnus, & vigilia moderata, & conuenienti tempore vſurpata, ſic abſentia vehementium, animæ perturbationum, quæ faciunt ad multum ſanguinem gignendum; quemadmodum multa, & vehemens [i] exercitatio poſt multum otium ſanguinem confertim ad vaſorum oſcula ducens obſtruit, atque ita ob prohibitam tranſpirationem ſynochus excitatur.
      - **Aſſumendis** — Plurimi cibi boni ſucci, [κ] ſic potiones calidæ humidę, vt vini, gignentes multum ſanguinem præſertim in bono habitu. Plurimi quoq; fructus fugaces reddunt ſangninem putredini obnoxium.
      - **Excernendis** — Niſi excernatur ſanguis ſolitus per nares, hæmorrhoidas, vterum, aut aliter fluere, facilè, tùm ſua multitudine, tùm etiā interdum qualitate obſtruens ſynochum procreat.
      - **Incidentibus Extrinſecùs** — Mora in aere circumfuſo temperato facit ad multum ſanguinem procreandum. Sic, ſi quis multo refertus ſanguinē poſt vehementem exercitationem ſeipſum exponat aeri frigidiori, vel in frigidam mergat, facilè ex obſtructione incidet in ſynochum vel putridum, vel non putridum.
    - **Internis & tunc cauſa eſt**
      - **Per accidens**
        - Temperatio temperata [d l].
        - Habitus quadratus.
        - Aetas adoleſcentiæ, [l] & iuuentutis — Dicit Rhaſis ſynochum fieri ab anno quarto ad decimum.
        - Sexus maſculinus.
      - **Per ſe, & tunc talis cauſa eſt**
        - **Antecedēs**
          - Eſt multus ſanguis redundans [m] in corpore, qui cognoſcitur ex ſuis cauſis, & effectibus præſeferentibus plenitudinem quoad vaſa.
          - Dicitur cauſa antecedens ipſe ſanguis, quando nondùm inflammatus, vel putrefactus facit febrem.
        - **Continēs, vel Coniuncta** — Eſt idem ſanguis actu faciens ſynochum, qui ſanguis eſt
          - **Inflammatus tantū & ebulliens** — Facit ſynochum ſine putredine, qui nec in qualitate caloris, nec in pulſu, nec in vrinis præſefert vllam putredinis notam.
          - **Putreſcēs [n]** — Hinc eſt ſynochus putridus, cuius apparent manifeſta ſigna in [n] qualitate caloris, pulſibus, & vrinis.
  - **Effectis ideſt ſymptomatis**
    - **Actionibus læſis**
      - **Animalibus**
        - **Rectricibus** — Adeſt [o] interdum delirium, & obliuio cum riſu. In ſomno, & etiam in vigilia apparent [p] rubra, vt ſerpens rubri coloris.
        - **Senſitiuis** — Adeſt perſæpè capitis [q] dolor, magnus calor, ſitis, pruritus in naſo, vigilia, & interdum propenſio ad ſomnum.
        - **Motiuis** — Adeſt inquietudo, & interdum ſegnities.
      - **Vitalibus**
        - Pulſus eſt vehemens, magnus celer, creber qui eſt
          - **Aequalis [ſ]** — Eſt in ſynocho ſine putredine, in quo eſt potiùs [r] celerior diaſtole, & quies interna ob neceſſitatem attrahendi aeris frigidioris.
          - **Inęqualis [ſ]** — Eſt in ſynocho putrido, in quo eſt celerior ſyſtole, & breuior quies externa ob neceſſitatem depellendæ fuliginis.
        - Reſpiratio quoq; eſt magna, celer, crebra.
      - **Naturalibus** — Læditur interdum expulſio, interdum retentio, ſic attractio, vel coctio.
    - **Excretis**
      - Vrina in ſynocho ſine putredine [ſ] non valdè diſtat à naturali, quamuis ſit magis colorata, & craſſa. Sed in ſynocho putrido eſt craſſa, [ſ] rubra cum pauco, aut nullo ſedimento, eſt valdè fætida, & interdum cum vrina craſſa, & rubra eſt ſedimentum etiam [t] craſſum, & rubrum.
      - Deiectiones interdum adſunt copioſæ, ac fætidæ præcipuè in ſynocho putrido.
      - Sudores quoq; copioſi non rarò adſunt ſine fætore quidem in ſynocho non putrido, ſed in putrido cum fætore.
      - Sanguis fluit non rarò ex naribus.
    - **Affectibus corporis**
      - Adeſt color ruber [u] in facie, oculis, & vniuerſo corpore, quarè febris hæc maximè rubra dicitur ab Hippocrate [u].
      - Adeſt tumor in facie, ac toto corpore, venæ præcipuè in oculis apparent ſanguinis [x] plenæ. Palatum, ac tonſillæ ſunt inflammatæ: Sentitur dulcedo in ore, pruritus in naſo, & circa collum.
- **Prognoſtica, per quæ pręcognoſcitur**
  - **Euētus** — Præcognoſcitur [a b] euentus, vel exitus ex maiore robore naturæ, vel morbi, robur morbi cognoſcitur ex propria ſpecie, ac ſymptomatis, robur verò naturæ ex actionibus cū alijs, tùm pulſu. Synochus (vt aſſerit Hipp. & Gal. [c]) eſt morbus acutiſſimus, maximus, & grauiſſimus præcipuè qui eſt cum putredine. Sed etiam vires in ſynocho teſte Gal. [d] ſunt validæ, nam ſit ſynochus in adoleſcentibus, vel iuuenib' bono habitu præditis. Quamobrem adeſt quidem periculum, ſed non deeſt futuræ ſalutis ſpes. Ob quod omnia ſigna ſunt diligenter perpendenda, & cum ſit ab humore benigno potiùs eſt ſperandum, quàm timendum, præſertim ſi omnia ex arte fiant. Synochus non putridus [e] plerumq; vergit ad ſalutem, niſi ob errorem in aliam febrē conuertatur.
  - **Tempus** — Cùm ſynochus ſit morbus acutus, [f] vel potiùs peracutus, immò cauſo peracutior, plerumq; in [g] die quarta, & interdùm in ſeptima iudicatur. Si pertranſeat ſynochus dictum temporis ſpatium, in aliam febrem vertitur.
  - **Modus ad**
    - **Salutem** — Eſt per criſim cum aliqua inſigni euacuatione, vel per fluxionem ſanguinis e naribus, [h] vel per ſudorem, interdum per vrinas, rariùs per vomitum, aut deiectiones.
    - **Mortē per**
      - **Se** — A calore præternaturali extinguitur calor naturalis abſumpto illius pabulo.
      - **Aliud**
        - Syncopam, cùm fertur materia ad cor.
        - Hecticam, vel maraſmum, ideſt, hecticam maraſmodem — Perſæpè niſi [i] rectè curetur, in hunc affectum conuerſus interficit ſynochus.
        - Cauſum, ideſt, febrem ardentem — Vertitur non rarò in cauſum.
        - Phrenitidem, vel lethargum delata ad caput materia.
        - Variolas, vel morbillos — Interdum (vt aſſerit Auic.) in hos affectus deſinit.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſt. 4.
c Secundo de differ. febr. 9.
d Nono meth. 3. 11. meth. 5.
e Nono meth. 4.
E Nono meth. 5.
f 11. meth. 6.
g Primo 6. epidem. 29.
h Alex. lib. 12. cap. 3.
i Tertio aph. 20.
κ Alex. lib. 12. cap. 2.
l Aet. lib. 5. cap. 70. 75.
m De mult. 10. 11.
Secundo aph. 17.
n Primo de differ. febr. 7. 9.
n Aet. lib. 5. cap. 75.
o Sexto aph. 53.
p De præcogn. ad Poſthum. 13.
q Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 44.
r Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
In ſynopſi 10.
s Decimo meth. 2. 4.
t De vrinis 34.
u Primo 6. epidem. 29.
Primo de differ. febr. primo.
x Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 44.

a Secundo prognoſtic. 6.
b De conſtit. art. medic. 18.
c Tertio primi epidem. 3.
d Nono meth. 3.
e Gordonius de prognoſt. part. 5. c. 6.
f Tertio primi epidem. 3.
g Tertio de criſ. 3. 4.
h Tertio de criſ. 4.
i Decimo meth. x.

In

Tabula Trigesimaoctaua, Synochi curatio.

- In synochi curatione operatio, seu intentiones curatiuæ sumuntur à
  - Causa, i. ab ipso sanguine à quo ne inflammetur, vel putrescat, indicatur
    - Inhibitio, ne nouus sanguis generetur, qui synochū foueat, vel augeat; quod præstatur per
      - Victus rationem
        - Cùm synochus sit morbus [a] peracutus, indicat victu extremè [b] tenuissimo vtendum esse. Quarè, vel sola [b c] inedia, vel mulsa, vel ptisanæ cremor vsurpanda sunt, vt medicamenta potiùs, quàm vt alimenta, si vires [c] possint ferre, quòd, si fuerint imbecillæ, & morbus longior, plenior victus conuenit. [d]
        - Qualitas alimenti, si sanguis tenuis, [d] ac biliosus fuerit, conuenit refrigerans, & madefaciens. At, si crassior, & magis pituitosus, aliquo pacto incidens, veluti, si temperatus, refrigerans, & siccans, vt per acida.
        - Tempus nutriendi est, cùm faciliùs tolerat [e] æger, & quo tempore solebat in sanitate.
        - Aer sit modicè [f] frigidus, vt est in domibus subterraneis. Irrigetnr pauimentum ex aqua rof. & aceto spargantur rosæ, capreoli vitis, rubi, cannæ, salices.
        - Conuenit quies, somnus, absentia iræ, & aliarum animæ perturbationum.
        - Nisi aluus fungatur suo munere; irritetur clysteribus mollioribus, ac mitioribus, vt ex mulsa cum oleo. [g]
      - Medicamenta roborantia ventriculum, & hepar
        - Cùm in omni febre ciborum concoctioni prospicere [h] oporteat, ne succi vitio exacerbentur, & intendantur: In synocho vngendus est ventriculus & hepar oleo rosato omphacino, melino, de Absynthio, & vtendum est epithemate ex decocto menthæ, absynthij, ac rosarum.
    - Alteratio ipsius sanguinis
      - Tenuioris, [d] & biliosi, à quo indicatur incrassatio per refrigerantia, & madefacientia.
        - Alimenta [d]
          - Facit ptisana, [d] lactuca, cucurbitæ, cucumeres; Iuuat somnus, quies corporis, & animi, aer frigidus, humidus.
        - Medicamenta adhibita
          - Interiùs
            - Conuenit syr. viol., de nenuphare, de endiuia, sic aquæ, & decocta ex violis, lactuca, endiuia.
            - Confert quoq; aqua [g] frigidissima, saccarum violatum, diacodion, conserua de nenuphare.
          - Exteriùs
            - Facit refrigerans [i] Gal. ad thoracem, hepar, & renes admotum, sic epithemata ex aqua lactucæ, viol., rof., [k] & apparentibus signis coctionis maximè confert balneum aquæ dulcis.
      - Crassioris, & pituitosi, à quo indicatur extenuatio, & incisio per
        - Alimenta
          - Confert [l] victus extenuans.
        - Medicamēta admota
          - Interiùs
            - Facit acetosus simpl. de duabus radicibus, oximel simpl., syr. de capil. veneris.
            - Decocta, & aquæ ex agrimonia, cap. veneris, cetrach.
            - Sic diacalamentum, dianisum.
          - Exteriùs
            - Confert oleum camemelinum, anethinum, de capparibus.
      - Mediocris, & temperati, à quo indicatur refrigeratio, & exiccatio
        - Ad id faciunt acida omnia, vt succus limonis, citri, decoctum ex acetosa, syr. de acetositate citri, limonis, de succo acetosæ.
    - Vacuatio per
      - Sanguinis missionē
        - Si vires, [m] ætas, & cætera consentiant, nisi adsit cruditas ventris, & fæces in intestinis, mittendus est sanguis statim morbo incipiente. Mittitur autem sanguis ex interna cubiti vena.
          - Vsq; [n] ad Animi defectum
            - In hac opinione ē Gal. [n] Aetius [o] Paulus, [p] multiq; alij. Gal. prēter experientiā has duas rōnes adducit.
              - Prima
                - Corpus [n] ægrotantis ex ipsa syncopa refrigeratum ducit celerrimè in contrarium habitum, quod ipsi ægro, & naturæ est vtilissimum.
              - Secunda
                - Post [n] eiusmodi sanguinis missionem necessariò superuenit deiectio, nonnumquam bilis vomitus; quas res madores statim, ac sudores per totum corpus excipiunt.
          - Non vsque ad animi defectū
            - In hac opinione ē [q] Auerrhoes qui contra Galenum has tres adducit rationes
              - Prima
                - Naura [q] nunquam vacuat vsq; ad animi defectū, nisi in malis crisibus ob læsam expultricē, ergo, cum ars debeat imitari naturā, nō debet vacuare vsq; ad animi defectum.
                  - Negatur, quia ars interdū præstat, q̄ natura nō facit. Preterea suspectū est antecedens, quia natura interdum vacuat vsque ad animi defectum.
              - Secūda
                - Vacuatur [q] simul cū malo bonū. Minuit calor nālis, & corpus nimiū refrigeratur. Ergò talis vacuatio non est facienda.
                  - Negatur consequentia, quia omnia potiùs eligenda sunt, quàm mors, & extremis morbis extrema remedia. [r]
              - Tertia
                - Debilitatur virtus adeò, vt nequeat corrigere semiputria, nec vacuare putrida. Ergò. Non est facienda talis euacuatio.
                  - Negatur antecedens, quia potiùs ex tali vacuatione leuata natura [s] validius depellit noxia.

        Licet rationes Auerrhois solui possint, quia tamen nec putredo, nec obstructio per sanguinis [t] missionem curari potest, seruari aliquid sanguinis ad reliquum curationis debet, ne intempestiuè nutrire cogamur.
      - Medicamēta
        - Cùm neq; putredo, neque obstructio curari per solam sanguinis missionē queat; adhibenda ēt sunt medicamenta ducentia quò natura vergit per loca conferentia. Vergit autem natura per
          - Vomitum [u]
            - Confert aqua calida cum oximelle simpl., vel cum acetoso simpl., &, si materia sit crassior, decoctum radicularum.
          - Deiectiones [u]
            - Iuuandus est motus naturæ [u] cum clysteribus, & interdum quoq; cum aliquo medicamento, siue leniente, vt est cassia, & syr. rof. solutiuus; siue soluente, vt est rhabarbarum pro bile, & Agaricus pro pituita.
          - Vrinas [u]
            - Faciunt diuretica, sed non calida, [x] at temperata, vt est acetosus simplex, decoctum apij, adianthi, anethi.
          - [u x y] Sudores
            - Confert aqua hordei, ptisana, & quæ mouent vrinam.
  - Morbo, idest, ab ipsa febre
    - Ab hoc, cùm sit affectus calidus indicatur refrigeratio. Quarè curabitur febris per alimenta, & medicamenta refrigerantia.
      - Per se, [a] & primò
        - Actu [a]
          - Huiusmodi est potus [y] frigidæ, quæ ob id dicitur, perpetuum febris remedium. Quarè maximè conuenit in synocho ad satietatem pota, si adsint conditiones ad illam bibendam requisitæ, quæ ponentur in curatione causi, in quo magis conuenit, quàm in synocho.
        - Potētia
          - Sic est aqua dulcis tepida, vel calefacta, quam sæpè vsurpat [c] Alex. cum ventriculus est debilis, aut calor exiguus. Hæc me quomdam acuta febre laborantem tanquam à morte ad vitam reuocauit Vido Vidio, & Michaele Angelo Angelio Bargæo Præceptoribus curantibus.
          - Huiusmodi quoq; est ptisana calefacta, sic cætera facultate frigida, vt omphacium, lactuca.
      - Per accidens [d e]
        - Huiusmodi est missio sanguinis, [d] purgatio, clister, fomentū, cataplasma. quod digerat, & cōcoquat, & similia.
      - Vtroq; [d e] modo, videlicet per se, & per accidens
        - Sic est [e] balneum aquæ dulcis ex partibus varia facultate præditis compositum, nam per calorem, quem habet actu rarefaciens vacuat, & ita per accidens refrigerat. Sed quatenus facultate, vel potentia est frigidum per se refrigerat. Hoc, si administretur [f] citra horrorem, nec adsit cruditas humorum in primis venis, nec imbecillitas viscerum, est vtilissimum.
  - Symptomate
    - In hac febre non rarò adsunt symptomata, quæ subeuntia vicem causæ [g] prosternentis vires, vel augentis morbum, trahunt ad se curationem, & indicantia lenitionem, aut mitigationem, cogunt Medicum, vt relicta, causa, & morbo, symptomati occurat.
      - De huiusmodi symptomatis agetur seorsum in tabella de symptomatis febrium putridarū, vt facit [g] Gal. q. seorsum agit [h] de febribus, & seorsū de symptomatis.

Tertio

AVCTORITATES.

a Tertio primi epidem. 3.
Tertio de cris. 4.
b Primo aphor. 7.
c 11.meth.5. Nono meth.4.
d Auic.l.4. f.1. tr.2.cap.45.
e 11. meth.5.
f Decimo meth. 8.
g 11. meth. 9.
h 11. meth. 15. 16.
i Decimo meth. 9.
k 11.meth. 20.
l In lib.de exten. vict. ratione .
m 11.meth. 14. 15.
n Nono meth.4. Primo aph.23.
o Aet.lib.5.cap.71.75.
p Paul. lib.2.cap.28.
q Auerr.7. collig.8.
r Primo aph.6.
s 11.meth.15.
t 11.meth.14.
u 11.meth.8.9.
x 11.meth. 10.11.
y 11. meth.9.

a 11. meth.2. Decimo meth. 10.
b Nono meth.5.
c Alex.lib.1. cap.16.
d Secundo aph.17. Dec. meth. x.
e Decimo meth.x.
f 11. meth. 20.
g 12. meth.per totum.
g 11. meth. 11.
Primo ad Glauc. 14.
h 11. meth. per totum.

ADNOTATIONES.

Auicenna ponit sex intentiones pro curando synocho, videlicet vacuationem, æquationem, refrigerationem, mundificationem, digestionem, & resolutionem: quas omnes in tabella complexi sumus, nam vacuationem exposuimus in intentionibus à causa suppeditatis.

In ipsa vacuatione continetur etiam mundificatio, & resolutio Auicennæ, veluti æquatio, & digestio continetur in alteratione indicata à causa, & refrigeratio continetur in alteratione indicata ab ipso morbo, idest, ab ipsa febre.

Febris

Tabula Trigesimanona, Tertianarum, vel Biliosarum febrium diuisio.

- Febris [h] tertio quoq; die inuadens, & ob id Tertiana nominata, dicitur, q̃
  - Non venit [h] ad integritatem, vel infebricitationem, sed est cõtinua. [H] Et hęc est, quæ
    - Habet [e h] accessionẽ tertio quoq; die solùm, quę accessio est
      - Obscura, [e] & immanifesta
        - Est febris ardens, quæ à Græcis vocatur [a] causus verus & legitimus.
        - Fit autem talis causus à putredine bilis in vasis magnis, & propinquis cordi, præcipuè verò hepatis [b] ventriculi [c] orificij ventriculi, stomaci, vel gulæ, ieiuni, pulmonis, vteri.
        - Quarè differt à Tertiana exquisita [b] solùm [d] loco.
        - Ab [f] Altimario, Trincauellio, [g] & Vega dicitur synochus à bile.
      - Clara, & manifesta
        - A Galeno [h i] vocatur Tritrophyes, [o] idest, Tertianæ naturam referens.
        - Ab Auicenna, [k] & alijs semper, & à Galeno [l] interdum vocatur Tertiana continua, & biliosa [m] continua.
    - Habet accessionem tùm tertio quoque die, tùm in die intermedio. Adeò, vt accessio adueniat singulo quoq; die. Et tunc accessiones ipsæ
      - Sunt [q] sine horrore, vel rigore, quę accessiones sunt
        - Aequales, ita vt secunda, & tertia sint similes primæ [n i].
          - Vocatur duplex [n] tertiana continua, quæ potest esse & legitima, & notha, seu spuria.
          - Hæc febris in ipsis accessionibus est similis quotidianæ continuę, vt asserit Galenus [i].
        - Inæquales, [i n] ita tamen, vt tertia sit similis primæ, & quarta [n o] secundæ.
          - Vocantur duæ tertianæ continuæ, quæ plerumq; sunt nothæ. Vocantur etiam Tritrophyes. [o]
          - A Gal. [p] dicuntur progredi in figura duarũ tertianarũ.
      - Sunt [q] cũ horrore, vel rigore.
        - Hæc [q] febris est hemitritæus, [o] .i. semitertiana. quæ est composita ex tertiana [R] intermittente, & quotidiana continua, nam fit à bile putrescente extra vasa, & pituita intra vasa. In tali autem febre
          - Non sunt [r] reduplicationes, quia solùm semel adest rigor in ipsa accessione tertianæ
            - Est [m] quando febres inuadunt diuersis horis
          - Adsunt reduplicationes; adeò, vt ęger pluries in die horreat, ĩ ea .s. die, in qua inuadit tertiana.
            - Est quando febres inuadunt eadem hora [m].
  - Venit ad integritatem, quia est Intermittens [H] quæ febris
    - Non pertransit [q] spatium duodecim horarũ, sed in septem, octo, nouem, decem, aut ad summum duodecim horis finitur.
      - Tertiana [s] exquisita, vel simplex, aut sĩpliciter dicitur, Ab Auic. [t] pura.
      - A Galeno vocatur [u] etiam legitima, vera, & syncera.
      - Fit ex putredine bilis sinceræ [x] in carnibus, & habitu totius corporis.
    - Pertransit [q] spatiũ duodecim horarum
      - Tertiana [* a] notha, vel spuria, vel non [t] pura, & non syncera, & non legittima vocatur.
      - A Galeno [q] etiam dicitur Tertiana simpliciter, vel Tertiana producta.
      - Ab Agathino, & Archigene vocatur semitertiana magna, vel mediocris, vel parua, prout scilicet, recedit à tertiana exquisita. Sed reprehenditur à Galeno, [c] qui dicit talem febrẽ non esse hemitritæum, sed tertianã ab exquisita distantem.
        - Parùm
          - Est, quæ producitur vsque ad 18. horas, quam Aghatinus, [b] & Archigenes vocabant paruam semitertianam.
        - Mediocritèr
          - Producitur ad vigintiquatuor horas.
          - Hanc Agathinus, & Archigenes appellabant mediam semitertianam.
        - Multùm
          - Producitur vsq; ad trigintasex horas, & vlteriùs.
          - Ab Agathino, & Archigene dicitur magna semitertiana.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto acutorum 13.
b Secundo primi epidem. 20.
Quinto de loc. affect. 7.
2. de crif. 3. 6.
c Quarto acutorum pri.
d Quarto aph. 59.
Secundo de crif. 3. 6.
e Aet. lib. 5. cap. 77.
Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 35.
f Altimar. part. 2. de febr. cap. 7. 14.
g Trincauel., & Vega 2. de diff. feb. 2.
H Secundo de diff. febr. 8.
h Tertio pri. epidem. v.
i Secundo de differ. febr. 2.
De tempor. morborum 8.
k Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 35.
l Secundo de differ. febr. 7.
m Secundo de differ. febr. 8.
n De Typis V. fecundo de crif. 9.
fecundo de differ. febr. 2.
o Secundo primi epidem. 25.
p Secundo de differ. febr. 2.
q Tertio primi epidem. 5.
r Secundo de differ. febr. 7. 8.
R Secundo de differ. febr. 7.
s Quarto aph. 59.
Secundo de differ. febr. 3.
Secundo de crif. 3.
t Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2.
cap. 35. 37. 39.
u Quarto acutorum. 13.
x Secundo primi epidem. 20.
quarto aph. 59.

a Primo ad Glauc. 8. 9.
b Secundo de differ. febr. 7. 8.
c Tertio primi epidem. 5.

ADNOTATIONES.

Hæc tabella ferè tota deſumpta eſt ex Galeno (d) *in tertio primi de morbis vulgaribus in commento quinto, & in hac recenſentur ſolùm tertianæ nothæ, quæ ſunt ex putredine bilis mixtæ cum pituita, quæ febres à Iunioribus* (e) *vocantur tertianæ nothæ maioris famæ; quia ſæpè fiunt.*

Sed poteſt quoq; putreſcere bilis cum humore melancholico, (b) *& tunc febris à Iunioribus dicitur tertiana notha minoris famæ; quia rarò fit.*

d *Tertio primi epidem. 5.*
e *Sauonarola in lib. de febribus cholericis cap. 12. rubr. 1. 3.*

Tabula Quadragesima. Causi, ideſt, febris ardentis ſignificationes & differentiæ.

- **Cauſus, vel cauſon, ideſt, febris Ardens ita dicta ab ardore, vel æſtu, vel incendio [p] fit à putredine**
  - **Bilis, quæ putreſcit**
    - **In vaſis**
      - **Totius corporis, quæ vaſa ſunt**
        - **Magna, & [a] vicina cordi**
          - Eſt cauſus propriè dictus, verus, & exquiſitus tùm à Galeno, [a] tùm ab Auicenna [a].
          - Hic habet illa duo tamquàm patognomonica, videlicet [a b] calorē exurentem, & ſitim inexplebilē.
          - Ab Altimario, [c] Trincauellio [d] & Vega, [e] febris hæc dicitur ſynochus à bile. Oppoſitum tamen videtur aſſerere Aetius lib. 5. cap. 78. inquiens. *Febris ardens ex flaua bile putreſcente incenditur, & quamdam habet febris imminutionem, [f] & veluti remiſſionem.*
          - *Continens [f] verò putrida ſimilis manet vſq; ad ſolutionem.* Paulus quoque inquit.
          - *Cæterum quæ omninò nullam inclinationis notam præſefert, confinis, atq; adeò cognata hęc eſt ardentibus, à quibus ſola acrimonia, & acutie diſpeſcitur.*
        - **Parua, [a] & remota à corde**
          - Hæc febris ex Gal. [a] plerumq; in exquiſito cauſo continetur. At etiam aliquando ab eodem Triteophyes, [g] .i. Tertianæ naturam referens vocatur, & eſt Tertiana [h] continua, quæ mitiora habet ſymptomata, quàm cauſus exquiſitus. Quare Auic. & cęteri Arabes, ita quoque Iuniores latini duo diuerſa faciunt capita de cauſo, & tertiana continua.
      - **Partium**
        - **Cerebri**
          - In cerebri inflammatione, vel potiùs eryſipela fit ex [i] Galeni ſententia febris ardens cum perpetuo delirio, aurium tinnitu.
          - De cauſo hoc nullus præter Gal. (quod viderim) meminit. Continetur in phrenitide.
        - **Stomaci, [a] gulæ, oris ventriculi, [k] Ventriculi, Ieiuni, [l] hepatis, pulmonis, vteri.**
          - Ex putredine bilis in vaſis harum partium fit tùm Eryſipela, tùm febris putrida, quæ verus, exquiſitus, & legitimus cauſus dicitur. In qua febre exurens caliditas reperitur: ſed ſitis interdum maior, interdum minor adeſt, nam, ſi bilis putreſcat in partibus circa ventriculum, maximam ſitim affert. At, ſi in pulmone, maiorem frigidi aeris attrahendi cupiditatem inducit.
    - **Extra vaſa in**
      - **Toto corpore**
        - Eſt tertiana exquiſita, quæ communiter dicitur cauſus à Galeno [m] pluribus in locis.
        - Quarè cauſi nomen latiſſimè patere videtur.
      - **Parte [n] aliqua**
        - Si à bile putreſcente in aliqua corporis parte, vt in aliqua eryſipela perueniat putrida fuligo, aut vapor ad ipſum cor, fit febris putrida, ideſt, tertiana exquiſita, quæ etiam cauſus dicitur à Galeno.
  - **Pituitæ ſalſæ**
    - Hæc febris analogicè in cauſo continetur, quamobrem ab Hipp. [o] & Galeno [o] cauſi genus aliud vocatur, nam ab ijſdem cauſi primum genus nominatur illud, quod eſt à flaua bile.
    - Cauſus hic à pituita ſalſa habet quidem magnum æſtum, & ingentem ſitim, & cætera eiuſmodi ſymptomata, attamen remiſſiora, & mitiora, quàm cauſus à bile. Hinc eſt, vt cauſus dicatur nothus, falſus, & ſpurius, & non verus, & legitimus.
    - Cur autem fiat pituita ſalſa, variæ ſunt opiniones. Nam Galenus [p] inquit eſſe ſalſam, vel propter putredinem, vel propter ſalſæ ſeroſæ ſuperfluitatis mixtionem. Alij dicunt [q] eſſe ſalſam ex mixtione ſeroſitatis pituitæ, ac bilis acutæ.
  - **Sanguinis**
    - Vocatur propriè febris [hæc à Gal. [r] & ab alijs [s] omnibus ſynochus cum putredine. Interdum [t] tamen ab eodem appellatur cauſus (vt patet ſecundo de criſibus cap. 6.), vbi febrem hanc dicit eſſe de genere febrium deurentium, atque eſſe bilioſam, & in ſecundo de diff. febr. cap. 2. aſſerit hanc eſſe continuam à bile cum perpetuo feruore. In quibus locis ex opinione Trincauellij, Altimarij, & Vegæ differit de ſynocho à bile, cùm nono methodi egiſſet de ſynocho à ſanguine.
    - Sed mihi ſuſpecta eſt horum virorum ſententia, quia nullus bonus Author hanc facit diſtinctionem, quæ, ſi vera eſſet, reprehendendus vtique videretur Gal. [u] quòd in nono methodi, vbi egit de ſynocho à ſanguine, non meminerit eſſe quoque ſynochum à bile.
    - Atq; in ſecundo de differentijs [x] febrium cap. ſecundo, & ſecundo de criſibus 6. [y] quibus in locis ex horum virorum ſententia agit de ſynocho à bile, non meminerit eſſe etiam ſynochum à ſanguine, quin potius primo [a] ſexti de morbis vulgaribus com. ſecundo aſſeruerit ſynochos ex putreſcente ſanguine accendi, & omnibus in locis dixerit [b] ſynochum eſſe vocem impropriam, & cōmiſſo ſolæciſmo à Iunioribus [b] eſſe inuentam ad ſignificandam febrem continuam à ſanguine, vel inflammato, vel putreſcente, quæ eſt diuerſa ab alijs continuis, quia vnica continetur acceſſione, & vbiq; Galenus vtitur ijſdem verbis, quo circa eamdem febrem ſemper intelligit tùm 9. methodi, tùm 2. de differ. febr. & 2. de criſ. Verùm illum dicit eſſe à ſanguine 9. meth. quia ſic erat rei veritas. Sed in ſecundo de diff. feb. 2. & ſecundo de criſibus 6. dicit eamdem eſſe à bile, ne cogeretur quartū genus febriū putridarum ponere, & ideo ſecundo de criſibus cap. 12. inquit ad verbum. *Atque in hoc illud ſeruatur triplex eſſe genus vniuerſum ſimplicium febrium, quæ enim ex ſanguine putreſcente fit, iam quodammodo bilioſa eſt.* Nec dicendū eſt (vt Vega [c]) quòd hæc ſit excluſa ab alijs putridis, quia eſt compoſita, cùm aliæ ſint ſimplices, nam Galenus non dixit eſſe bilioſam, quia putaret eſſe compoſitam, ſed vt illam ad febrem bilioſam reduceret. Et ob hanc eamdem cauſam vocat febrem hanc à ſanguine bilioſam [d] & deurentem & dicit eſſe de genere deurentium, quicquid viri illi dicant.

AVCTORITATES.

a Primo acutorum primo xiij.
a Auic.lib.4.f.pri.t.2.cap.40.
b Tertio 3.epidem.34.46.
c Altimar.2.partic. de febribus 7.14.
d Trincau.2. de differ.febr.2.
e Vega 2. de differ.febr.2.
f Aetius l.5.cap.77.
Paul.lib.2.cap.27.
g Secundo de differ.feb.2.
Tertio pri. epid. 5.
h Secundo de differ.febr.8.
i Primo prorrheticorum 18.
k Primo primi epidem.9.
l Quinto de loc.affect.7.
m De trem., rig., palpit.7.
Quarto acutorum pri.
De decret. Hip.,& Plat.6.
n Quarto acutorum pri.13.17.
o Quarto acutorum 13.
Alex.lib. 12.cap.3.
Paul.lib.2.cap.30.
P Secundo de differ.febr.p.
p Secundo de differ.febr.6.
q Auic.lib.primo f.pri.d.4.cap.primo
r Nono meth.2.3.4.
r Secundo de differ. febr.in fine.
Primo 6. epidem. 2.
s Aet.l.5. cap.77.
s Alex. lib.12.cap.2.3.
s Paul.lib.2.cap.27.
t Secundo de differ.febr.primo.
u Nono meth.2.3.4.
x Secundo de differ.febr.2.
y Secundo de crisi.6.

a Primo 6. epidem.2.
b Nono meth.2.
Secundo de natura hum. in fine.
Primo 6.epidem.29.
Secundo de crisi.6.
c Vega in 2.de differ.febr.12.
d Secundo de crisibus 6.

ADNOTATIONES.

Vt patet in tabella, causus propriè dictus, qui exquisitus, & legitimus vocatur, fit solùm à bile putrescente, (a) vel in vasis magnis vicinis cordi, vel in vasis (b) gulæ, oris ventriculi, ventriculi, ieiuni, hepatis, pulmonis, (c) & cerebri. (d) At dicitur etiam causus, cũ eadem bilis putrescit in vasis (a) paruis, & remotis à corde, vt patet 4. Acutorum primo. Sed communius (d) dicitur causus cùm eadem bilis putrescit extra vasa.

Causus (e) nothus, vel spurius vocatur, cum pituita salsa putrescit intra vasa magna.

Febris à putredine sanguinis (vt in alia dictum est tabella) vocatur (f) synochus. reponitur tamen interdum à Galeno in causo. (g)

De humore melancholico, quidam asserunt causum ab illo fieri posse.

Verũ, quia rarissimè ab hoc fit febris cõtinua (g) nam rarissimè colligitur in vasis, multò minus colligitur in vasis vicinis cordi. quoniam ab his facilius depellitur, quàm à vasis paruis, & à paruis depellitur. quarè etiam à magnis multò magis. & ob id non facit synochum Galenus laborauit (h) semel causo, (i) & quatèr tertiana.

a Quarto acut.primo 13.17.
b Quinto de loc.affect.6.7.
c Quarto de presag.ex puls.2.
d Primo prorrhetic.18.
d De trem.rig.palp.7. 4. acut.primo.
d Octauo de decret.Hipocratis & Plat.6
e Quarto acut.13.
f Nono meth.2.3.4.
g Secundo de differ.febr.2.
Secundo de crisibus.6.
h De de trem.,rig.palp.conuul.7.
i Quarto de loc.aff.2.

Tabula Quadragesimaprima, Causi signa.

- **Signa causi propriè dicti sunt**
  - **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ex ægrotante, & assidentibus, quæuè magis faciunt ad Medici [b] gloriã, quàm ad ægri salutem, & de ijsdem agetur inter signa indicatiua. Quarè hic omittuntur.
  - **Indicatiua, q̃ sunt**
    - **Cõmunia omni causo propriè dicto, siue sit cum erysipela, siue sine erysipela. Talia autem signa communia sumuntur à**
      - **Causis q̃ sunt**
        - **Externę, & sunt Res**
          - Faciendæ [g] — Motus, [c] vt in longo itinere, in exercitatione multa, sic [d] vigilia, ira, & aliæ vehementes perturbationes.
          - Assumendæ
            - Alimenta
              - Cibi — Vt sunt [c] allia; cępæ, salsamenta, mel, & demùm omnia salsa, [e] & acria, sic inedia.
              - Potiones — Vt est plurimum vinum generosum [e] merum, vel mixtum [f] cum aqua maris, vel ipsa aqua maris. Sitis [g] quoq; facit causum. [c]
            - Medicamenta — Vt, synapi, [d] piper, cinnamomum.
          - Excernendæ — Vt, si retineatur bilis solita per deiectiones, vomitum, vel sudores [d] excerni.
          - Incidentes extrinsecùs — Fit causus in aere circumfuso calido [h] sicco, siue fuerit in vltimo vere, siue prima ęstate, [i] siue media, siue extrema [h] siue primo autumno.
        - **Internis quæ causæ sunt**
          - Per accidens — Sic sunt illæ causæ, quę non per se sũt causæ ipsius causi, sed quatenus gignunt bilem. Tales autem causæ sunt
            - Temperatio [K] biliosa, videlicet calida sicca.
            - Habitus corporis gracilis [l].
            - Ætas [m] iuuenilis, vel consistens.
            - Sexus masculinus.
          - Per se, & talis causa est
            - Antecedens — Est multa [c d] bilis copia, priusquam putrescat, quæ cognoscitur ex causis, & effectis.
            - Continens, vel coniuncta — Est [c d] eadem bilis putrescens in vasis ob prohibitam transpirationem ex obstructione à tali humore facta concurrente interdum cutis densitate, siue putredo sit in vasis totius [n] corporis, siue orificij ventriculi, siue ventriculi, ieiuni, hepatis, pulmonis, aut cerebri [o].
      - **Essentia**
        - Est autem causi essentia calor plurimus secundum qualitatem, nam est acris, [p] ardens, subitò apparens, & non succũbens tactui; sed magis in tactum agens, quinè plerumq; in internis [q] partibus magis, quàm in externis est vrens, vt patet ex maxima siti, linguæ ariditate, asperitate, nigredine, ac magna inquietudine.
        - A tali exurente calore ita certò significatur causus, vt illius ponatur signum proprium, & inseparabile, & sit patognomonicum à Galeno, [r] veluti secundum esse dicitur sitis inexplebilis.
      - **Effectibus, .i. symptomatis**
        - Actionibus læsis
          - Aĩalibus
            - Rectricibus — Adest non raro [s] delirium præsertim circa statum, vt accidit Galeno. [t]
            - Sensitiuus
              - Sentitur perpetuus, exurens, [r] iniucundus, & fastidiosus calor, sic perpetua, inextinguibilis, & irrequieta sitis, nisi adsit [u] tussicula leuiter irritans. Et hæc sunt signa patognomonica ipsius causi.
              - Adest vigilia, dolor capitis, [s] ventris morsus, & similia, quæ sunt assidentia.
            - Motiuis — Adest inquietudo.
          - Vitalibus — Pulsus est magnus, [x] celer, creber, inæqualis, ita, & respiratio. Sentitur pulsatio in temporibus.
          - Naturalibus — Læditur appetentia, coctio, expulsio.
        - Excretis
          - Vrina est biliosa, [a] tenuis, & plerumq; sine sedimento. Interdum quoq; ob nimiam vstionem est nigra. [b]
          - Deiectiones sunt [c] biliosæ, liquidæ.
          - Vomitus persæpè adest, sic semper nausea.
          - Sudor sæpè adest, ac præsertim post rigorem. [d]
          - Fluxio sanguinis ex naribus, [e] quæ sæpè soluit causum.
        - Affectibus, & qualitatibus corporis — Adest color pallidus in facie, ac toto corpore, ita etiam in lingua, in qua est nigredo, [E] ariditas, asperitas, & sentitur insignis amaritudo.
    - **Propria ostendentia causum ex bile putrescente in vasis**
      - **Totius [f h] corporis, quę vasa sunt**
        - Magna, [f] & propinqua cordi — Adsunt signa priùs dicta, sed præsertim illa duo, calor [f] exurens, & sitis inextinguibilis. Non adest signum alicuius partis affectæ, nec adsunt accessiones manifestæ. Quarè est febris similis synocho.
        - Parua, & remota à corde — Adsunt signa prædicta, sed remissiora, & adest longè [g] manifestior exacerbatio, & accessio tertio quoque die, sic & remissio, licet febris sit continua.
      - **Partium, [f h] in quibus adest erysipela cum febre ardente, & maligna. Sunt autem, tales partes**
        - Cerebrum — Adest perpetuum delirium, & cætera signa phrenitidis. [i]
        - Os vẽtriculi [K], Ventriculus [k], Stomachus [K] vel Gula
          - Adest maxima, & vehementissima [i] sitis affecto orificio ventriculi, deinde ventriculo, atque ab eo affecta gula.
          - Adest vomitus, nausea, singultus, dolor in parte affecta, & cætera signa ad tales partes pertinentia.
        - Ieiunum [k] — Adsunt signa dicta, & signa iliacę passionis.
        - Hepar [l] ĩ partibus
          - Simis, [l] vel cauis — Adest maior inappetentia, nausea, vomitus, sitis.
          - Gibbis, [l] vel conuexis — Adest maior difficultas respirandi, tussis, dolor vsq; ad iugulum, ad quod videtur retrahi hypochondrium.
          - Et, si adest debilitas hepatis, deiectiones sunt liquidę, sin minùs sunt scibala, idest sicca.
        - Pulmo — Adest maxima [m] difficultas respirandi, maximum incendium, tussis, sitis, & maior cupiditas attrahendi, aerem frigidum, quàm bibendi aquam frigidam, & cætera peripneumoniæ signa.
        - Vterus [n] — Adsunt affectus isterici, [n] & cætera signa erysipelæ in vtero.
  - **Prognostica, p quæ prę cognoscitur**
    - **Euent⁹, vel exitus**
      - Hæc febris suapte natura est valdè periculosa, & [o] læthalis. Interdum tamen ad salutem vergit. Quare diligenter perpendenda [p] est vis morbi ex symptomatis, & ipsius naturæ ex proprijs actionibus, & præsertim [s] ex pulsu, nam, si vires validę sint, & morbus non vehemens, exitus erit, ad salutem, præcipuè, si corpus æqualiter calidum sit, vel superueniat rigor [q] cum signis coctionis.
      - At, si febris sit maligna, & vehementissima, vt est in erysipelate ventriculi, hepatis, & huiusmodi aliarum partium, & cum frigiditate [r] extremorum, conuulsione, phrenitide, syncopa, vigilijs, multo [s] fastidio, siti, timore, mæstitia, vrinis prauis, tenuibus, nigris, stillis ex naribus, & eiusmodi symptomatis positis ab Hipp. [s] æger morietur.
    - **Tẽpus** — Inquit Galenus [t] exquisitam febrem ardentem intra primam septimanam necessariò iudicari. At Hipp. [u] dicit finiri, cùm est breuissima in nona, aut decima die, cum est longissima in 14. Quarè patet hanc febrem interdum inter peracutos morbos, interdum inter acutos tum exactè, tum non exactè reponendam esse.
    - **Modus ad**
      - Salutem — Rarò [x] iudicatur per abscessum, sed sępissimè per crisim cum insigni vacuatione per
        - Fluxionem sanguinis ex naribus — Adeò sæpè iudicatur causus hoc pacto, vt dixerit Gal. [y] *sanè proprium est si quid aliud synceris febribus ardentibus per sanguinis eruptionem iudicari,* rariùs tamen, quàm synochus ita iudicatur.
        - Sudorem [q] post rigorem — Sic [q] sæpissimè iudicatur.
        - Vomitũ [A] biliosum, Deiectiones biliosas — Inquit [A] Gal. 4. acut. 12. *Vacuatio bilis fit per sudorẽ, p̃ vomitũ, p̃ deiectiones, interdũ per vnũ solũ ex his, pluries per duo, & plerũq; per oĩa tria.*
      - Mortem per
        - Se — Extinguitur paulatim à calore præternaturali [B] calor ipse naturalis consumpto illius pabulo, vel vritur oĩnò sanguis [C]
        - Aliud
          - Syncopam — Cùm fertur materia ad cor, vel ad os ventriculi, fit syncopa citò interimens. [D]
          - Phrenitidem, spasmum — Cum rapitur ad caput, interdum per phrenitidem, interdum per spasmum interficit, facit autem spasmum per siccitatem. [D]
          - Peripneumoniam [E] — Non rarò bilis delata ad pulmones interimit. [E]
          - Hecticam [F] marasmodem — Persæpè causus per marasmum interficit. [F]

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic. 4.
c Quarto acutorum 3.
d Secundo de criſibus 3.
e Quarto acutorum 8.
f Quarto acut. pri. 3.
g Primo 6. epid. x.
h Quarto acut. primo.
i Tertio aph. 21.
k De atra bile. 4.
l Decimo meth. 5. 8. meth. 3.
m Tertio aph. 29. 30.
n Quinto de loc. affect. 7.
o Primo prorrhetic. 18.
p Primo 6. epid. 29.
Pri. de differ. febr. pri.
q Quarto acutorum primo 4. 13.
r Tertio Tertij epid. 34. 46.
Quarto acut. 13.
s Quarto acutorum 4.
De comate 2.
Primo primi epidem. 9.
t Quarto de loc. affect. 2.
u Quarto aph. 54.
x Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
y Quarto de differ. pulſ. primo.
a Secundo de criſ. 3.
b Primo prorrhetic. 4.
c Quarto acutorum 4.
d Quarto aph. 58.
Secundo de cauſ. ſympt. 5.
De trem. rig. 7.
e Primo pri. Epid. 8.
Quarto acut. x.
De comate 2.
E Aetius lib. 5. cap. 77.
f Quinto de locis affect. 7.
Quarto acut. primo.
g Auic. lib. 4. f. prima tr. 2. c. 35. 38.
h Secundo de criſibus 7.
i Primo prorrhetic. 18.
k Quarto acutorum primo.
l Quinto de loc. affect. 7.
Quarto acutorum. 17.
m Quarto de præſag. ex pulſ. 2.
Quarto de loc affect. 8.
n Raſ. 17. continent. cap. 4.
o De comate 2.
Primo primi epidem. 9.
p De conſtit. art. medicæ 18.
q Quarto aph. 58. de trem. rig. 7. 8.
r Secun. prorhetic. 49. 3. prorhetic. 6.
s Secundo pri. epidem. 75.
t Secundo de criſ. 6.
u Hipp. in lib. de affectionibus.
x Quarto acutorum. 11.
y Primo primi epidem. 9.
A Quarto acut. 12.
B Quarto aph. 37.
C De atrabile. 4.
D De trem. rig. 8.
E Hip. lib. de affectib. & de morbis.
E Quinto de loc. affect. 7. de marc. 7.

ADNOTATIONES.

Signa cauſi nothi, vel ſpurij, qui eſt à Pituita ſalſa Indicatiua quidem ſnmuntur (vt dictum eſt in exquiſito cauſo) à cauſis, eſſentia, & effectibus.

A cauſis quidem, vt ab ipſa pituita redundante.

Ab eſſentia autem in cauſo notho eſt calor non ita vrens, vt in exquiſito.

Ab effectibus verò, quia non adeſt ſitis adeò immenſa, & inexplebilis, non adeſt in lingua (a) *nigredo, neq; amaritudo. Sed potius ſalſedo, ſiccitas, & aſperitas. Sic excrementa non ſunt bilioſa, ſed corrupta. Adeſt vrinæ* (b) *interceptio, vigilia, frigus in extremis partibus.*

Prognoſtica verò ſunt, vt hic affectus ſit valdè periculoſus, ac terminetur in tempore longiore, & ſæpiſſimè per abſceſſum (c) *ad collum, poſt aures, & ad crus.*

Signa cauſi ex putredine bilis extrà vaſa exponentur in tractatione tertianæ exquiſitæ.

Signa verò cauſi ex putredine ſanguinis dicta ſunt in ſynochi tractatione.

a Quarto acutorum 13.
Alex. lib. 12. *cap.* 3.
b Quarto acutorum 14. 15. 16.
c Quarto acut. 17.

Tabula Quadragesimasecunda, Causi curatio.

- **In causi curatione opera, seu intentiones curatiuæ sumũtur à**
  - **Causa, à quasi dicat**
    - **Inhibitione**
      - **Generetur**
        - Id præstat conueniens victus ratio, quæ in hac febre, cum sit [a] acuta, vel potiùs peracuta, debet esse tenuissima.
        - Quarè, aut nihil est [b] dandum, aut sola aqua hordei, vel mulsa [c] aquosa cocta ad libitum.
        - Qualitas victus confert refrigerans, [d] & madefaciens, vt est aqua hordei vel ptisana refrigerata, sed, si opus fuerit vberius nutrire, facit panis in aqua decoctus, vel in aceto madefactus. Laudat Alex. [e] lactucam, intybum, cucurbitam. Auerrhoes [f] aquam Anguriæ, idest, peponis: Quæ omnia hora magis quieta sunt offerenda, abstinendumq; à salsis, & acribus omnibus [F].
        - Aer sit [d] frigidus humidus, vt est in domibus subterraneis. Irroretur pauimentum ex aqua rosacea cum aceto, spargantur frondes cannarum, salicis, nymphæę, capreoli vitis, ruborum, folia lentisci, lactucæ, rosæ, violę, & similia.
        - Conuenit quies, somnus, qui omni ratione est conciliandus, quare tùm interiùs, tùm exteriùs adhibenda sunt [g] somnifera, vt syr. de papauere cum aqua lactucæ, vel violarum, diacodion, loch de papauere post cibum. Confert ad tempora, & nares admotum vnguentum Populeon, oleum violatum, de nenuphare, valdè quoq; facit ad somnum conciliandum aqua [d] ex vase in vas decidens.
        - Aluus irritanda est [h] alternis diebus clystere molliore.
        - Inhibet quoq; , ne noua materia generetur, si roboretur calor ventriculi, & hepatis cum oleo rosaceo, omphacino, melino.
      - **Genita feratur ad**
        - **Caput vbi dolorem, & phrenitidem, & vigilias excitet. Inhibebunt autem id**
          - **Reprimentia**
            - Confert oxyrodinum [i] ex oleo rosac. omphacino partibus quatuor, & vna aceti compositum, ac deraso [k] capiti ad futuram coronalem admotum.
            - Faciunt epithemata ex aqua rosata, lactucæ, portulacæ; sed tutius est oleum dictum.
          - **Auertentia cum vacuatione**
            - **Sensibili [l]**: Facit sanguinis missio ex cubito, pede, hæmorrhoidibus, sic medicamenta lenientia, soluentia, & clysteres.
            - **Insẽsibili [l]**: Conferunt frictiones, ligaturæ, cucurbitulæ ad brachia, dorsum, nates, coxas, crura.
        - **Non modò ad caput, sed ad quálibet aliam partem principalem**
          - Cum interdum hæc materia sit turgens, [m] & de loco ad locum moueatur, & ob id periculum sit, ne ad partem aliquam principalem feratur, pharmaco est vacuanda, vt rhabarbaro cum manna, syr. ros. sol, & eiusmodi.
          - Ad hoc faciunt etiam clysteres acriores, ita quoq; vomitus ex aqua calida.
    - **Alteratio per**
      - **Victus ratione**
        - Conueniunt alimenta [n] dicta, videlicet frigida humida, [m] vt aqua hordei, peponum, ptisana, lactuca, cucurbita.
        - Sed nihil præstantius est aqua [o] frigida. Cæteræ res nonnaturales habeant vim refrigerandi, & madefaciendi.
      - **Medicamẽta adhibita**
        - **Interiùs**: Facit syrupus de nenuphare, violatus, de papauere, de endiuia, cichorio, Acetosus simpl. Aqua lactucæ, portulacæ, endiuiæ, violarum, acetosę. Sed nihil melius est aqua frigida, nam ex huius [p] insigni potione ad decem vsq; libras roboratur facultas partium solidiorum, quæ postea per vomitum, deiectionem, vel sudorem, vel per omnes istas vias materiam noxiam depellit. Nisi igitur æger sit debilis, & assuetus frigidæ, & absit phlegmone, & adsint signa coctionis, vt inquit [n] Galenus, vel ex Auerrhoe [q] ab initio adhibetur. Quidam tamen impudenter frigidam bibens in incremento causi à Galeno [r] visus est mori, nullus tamen causo laborans, cui Galenus [R] aquam dedit, est mortuus.
        - **Exteriùs**: Conueniunt epithemata [s] ex aqua rosacea, acetosæ, endiuiæ, lactucę, admota cordi, hepati, renibus. Facit oleum violatum, vnguentum ros. Mes. Refrigerans [s] Galeni. Sed nihil præstantius est balneo aquæ [t] dulcis vsurpando in declinatione, & post factas vniuersales euacuationes.
    - **Vacuatio per**
      - **Sanguinis missionẽ**: Timet Auicenna, [u] & alij permulti sanguinis missionem, nam (vt inquiunt) sanguis est frenum bilis, & certè ob id non temerè, nec in magna quantitate est mittendus, ne bilis agatur in furorem, vt mihi accidit in curatione legati Ducis Ferrariæ. Mittatur igitur [x] parcè, ac potiùs iteretur missio, si vires ferre possint, mittaturq; ex hepatica, & interdum ex hæmorrhoidibus admotis hirudinibus.
      - **Medicamenta ducentia quò natura vergit per loca conferentia. Vergit autem natura per**
        - **Vomitum**: Ad vitandam syncopam, & cardialgiã, & ad tollendam (vt inquit [y] Hipp.) oris amaritudinem, confert vomere. Quare bibita aqua calida, & pennis, vel digitis in os immissis vomatur, præsertim in principio accessionis.
        - **Deiectiones ex medicamẽtis adhibitis per**
          - **Os**: Turgens [a] materia statim est euacuanda per rhabarbarum, & interdum per scammoneam; non turgens autem per leniens pharmacum. Exhibet Hippoc. [b] lac asinæ. Galenus verò laudat serum.
          - **Anũ**: Conueniunt in hora magis quieta clysteres [y] mitiores, vt ex mulsa, decocto maluæ, violarum, oleo viol. & simili.
        - **Vrinam sudorẽ**: Id præstant diuretica [c] non valdè calida, vt decoctum apij, anethi, hordei, acetosus simplex, syr. de cap. veneris.
  - **Morbo, idest ab ipsa febre**
    - **Ab hac cum sit affectus calidus, quẽ sequitur siccitas, indicatur refrigeratio, & madefactio per ea, quæ id præstant**
      - **Per se tũ actu, tùm potẽtia, tùm vtroque modo. Talia autem sunt**
        - **Alimenta**: Facit aqua [d] hordei, aqua decocta cum iulep violato, ptisana, panis lotus, lactuca, cucurbita, cucumeres.
        - **Medicamẽta admota**
          - **Interiùs**
            - Conferunt syrupi, aquæ, & antidoti superius positi.
            - Verùm nihil est præstantius [e] aqua frigida copiosè bibita.
          - **Exteriùs**: Conueniunt epithemata, [f] vnctiones, & balnea supradicta. Alex. [d] omnibus alijs remedijs anteponit balneum, quod maximè confert causo exquisito, si adsit coctio, [g] & absit inflammatio, erysipela, & omnis tumor. Sed nocet causo [g] notho, licet oppositum dicat Auicenna cap. 42. f. 1. quarti tr. 2.
      - **Per accidens**: Id pręstat [h] sanguinis missio, clyster, & cæteræ vacuationes prius dictæ, id etiam facit balneum aquę dulcis calidæ relaxans, quod iuuat etiam per se potentia refrigerans.
  - **Symptomate**
    - **Prosternente, vel deijciente vires, quod symptoma ẽ**
      - **Syncopa**: Ab hac indicatur virium refectio, [i] & instauratio, & exuscitatio per alimenta, bonos odores, & attractionem caloris, & spirituum nunc ad externas, nunc ad internas corporis partes.
      - **Vigilia**: Ab hac indicatur somnus per soporifera. Laudat Alexander [k] Diacodion.
      - **Dolor**: Ab hoc indicatur [l] lenitio per præsidia anodina vera, & non vera.
      - **Vacuatio superflua**: Indicatur inhibitio vacuationis, & virium refectio.
    - **Augente morbũ quod symptoma est**
      - **Sitis**: Dandæ sunt paulatim potiones frequentes [m] frigidissimæ.
      - **Vigilia**
      - **Delirium, [n]**
      - **Inquietudo, & similia.**
        - Ab his indicatur mitigatio, & lenitio per propria remedia.
        - Sunt alia symptomata in hac febre, de quibus agetur sigillatim in propria tractatione ipsorum symptomatum febrium putridarum.

AVCTORITATES.

a Secundo de crisib. 6.
b Primo aph. 6.7.
c Quarto acutor. 5.
d Decimo meth. 8.
e Alex. lib. 12. cap. 3.
f Auerrh. 7. collig. 9.
F Quarto acut. 8.
g Aetius lib. 5. cap. 77.
h Hippo. in libr. de affectionibus.
i Quarto de locis affect. 2.
k Secundo catatop. primo.
l 13. meth. 9.
m Primo aph. 22. 24.
n Decimo meth. 11.
o Nono meth. 14. 11. meth. 9.
p Alex. lib. 12. cap. 3.
Nono meth. 5.
q Auerrh. 7. collig. 8.
r Primo de cauf. sympt. 7.
R Quarto acutor. 12.
s Decimo meth. 9.
t Tertio acut. 62.
u Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 42.
Auic. lib. 1. f. 4. doct. 4. cap. 20.
x Alex. lib. 12. cap. 3.
y Quarto acut. 6.

a Primo aphor. 22.
b Quarto acutor. 7.
c Aet. lib. 5. cap. 78.
d Alex. lib. 12. cap. 3.
e Nono meth. 5. 11. meth. 9.
De marcore 8.
f Decimo meth. 9.
g Tertio acutor. 62.
h Decimo meth. x.
i 12. meth. 3.
k Alex. lib. 12. cap. 3.
l Quinto simplic. 19.
m Hipp. in lib. de affectionibus.
n 11. meth. 11. 12. meth. 12.
Primo ad Glauc. 14.

ADNOTATIONES.

Sumuntur etiam intentiones curatiuæ à rebus naturalibus, non quod ipsæ sint curandæ, sed conseruandæ per similia: huiusmodi sunt vires, temperatio totius, & partium, & ætas, quæ ad temperationẽ, & vires reducuntur.

Sumuntur quoq; à nonnaturalibus, (o) idest, ab ipso aere circumfuso, qui si iuuat, pro gratia est habendum, sin minus indicat vsus contrariorum.

De causi nothi cognitione, prænotione, & curatione partim dictum est, partim dicetur in tractatione febrium pituitosarum.

Tertiana continua eodem modo curatur, quo causus, at conueniunt paulò mitiora.

o *Nono meth.* 14.

Tabula Quadragesimatertia, Tertianæ exquisitæ definitio, causæ.

Tertiana [x] exquisita, vel simplex, simpliciter, pura impermixta, legitima, vera, syncera, vel tertiana solũ, omnibus .n. his nominib° vocatur, est febris ex [b] putredine bilis in habitu totius corporis, vel in carnibus, vel in partibus sensibilibus, & sic extra vasa. Hæc febris cùm sit species specialissima non habet differentias. Possunt tamen in ea considerari

- **Causæ, quæ etiã faciunt causum, quę causæ sunt**
  - **Externę, & sunt Res**
    - **Faciendæ**
      - Motus corporis vehementior, [a] vt in maxima exercitatione, labore, nimia, & immodica vigilia.
      - Sic vehementes animę perturbationes, vt ira, tristitia, curæ, & cogitationes plurimæ.
    - **Assumendæ**
      - Alimenta [b]
        - Cibi — Vt mel, allia, cæpæ, salsamenta, [c] fructus fugaces, aromata, inedia.
        - Potiones — Vinum merum generosum copiosè bibitum, aqua [c] maris, vel vinum cum illa mixtum.
      - Medicamenta [b] — Vt synapi, aqua sulphurea, euphorbium.
    - **Excernendæ**
      - Retentio bilis solitæ per deiectiones, vomitum, vrinas, & sudores expelli.
      - Sic vacuatio humoris contrarij nempè pituitæ.
    - **Incidentes extrinsecùs**
      - Aer circumfusus calidior, [d] & siccior, siue ob anni tempus, vt in fine veris, prima, media, & vltima æstatis parte, siue ob regionem, vt in Aethiopia, siue ob præsentem cæli statum.
      - Autumnus [e] etiam inhibens perspirationem bilis facit tertianam.
      - Aqua sulphurea, alluminosa, & medicamenta calida exterius adhibita, vt synapi, thapsia.
  - **Internæ quæ causæ sunt**
    - Per aliud, vel (vt dicitur) per accidens, idest, quæ non per se gignunt tertianam, sed quatenus gignunt bilem. Tales autem causæ sunt.
      - Temperatio — Calida sicca, idest, [f] biliosa tùm totius corporis, tum hepatis, quod in tertiana potissimùm afficitur.
      - Habitus corporis gracilis.
      - Aetas iuuenilis, [g] & consistens.
      - Sexus Masculinus.
    - Per se, quę [h] causa est
      - Antecedens — Est flaua bilis redundans in habitu totius corporis antequàm putrescat.
      - Continens, vel coniuncta — Est eadem flaua bilis actu putrescens in habitu, vel carnibus totius corporis, vel in partibus sensibilibus, vel extra vasa.
- **Morbus**
  - Est ipsa febris tertiana exquisita, quę cùm sit species specialissima nullas habet differentias ratione morbi.
  - Consideratur tamen ipsius tertianę exquisitæ essentia, quæ est calor [i] acris, ardens, subitò apparens, & succumbens tactui.
  - Quarè essentia tertianę est eadem [i] cum essentia causi, [k] quarè dicetur causodes, differt solùm, quia in causo calor non succumbit tactui, sed magis agit in tactum. Calor autem tertianæ [i f] succumbit tactui, & à tactu vincitur, & non pertransit spatium duodecim horarũ, sed, vel in 4.5.6.7.8.9. & ad summum 12. [g] horis euanescit.
- **Locus affectus**
  - Locus affectus in tertiana exquisita est habitus totius corporis, vel (quod idem est) sunt carnes, vel partes sensibiles, vel demùm est locus extra venas, vel vasa, & per talem locum differt tertiana exquisita à causo, & à tertiana continua, in quibus locus affectus est intra vasa. Sed in tertiana est extrà vasa in habitu totius corporis, qui locus est affectus.
    - Per se, per essentiam, & primariò. — Est quando bilis flaua [l] in tali loco gignitur, vel paulatim in tali loco succrescit. [m]
    - Per consensum, vel per communitatem — Est plerumq; talis consensus ab hepate, quia in ipso hepate bilis flaua generatur, & quia hepar in [n] tertiana ferè semper afficitur. Potest tamen talis consensus esse etiam ab alijs partibus, in quibus sit focus febris tertianæ, vt in ventriculo, [o] pulmone, cerebro, [p] & alijs partibus.
- **Symptomata quę sunt**
  - **Actiones læsæ**
    - Animales
      - Rectrices — Adest interdum delirium ob vapores acres ad cerebrum elatos.
      - Sensitiuæ — In principio accessionis adest [q] frigus, postea calor acris. Sentiuntur per carnes punctiones velut ab acu [r] profectæ. Adest sitis [s] vehemens; inappetentia, vigilia, dolor capitis.
      - Motiuæ — Adest ab initio [q] mediocris horror, qui postea ita augetur, vt corpus concutiatur, atque ita fiat rigor insignis.
    - Vitales — Pulsus ab initio [q] est durior, & minor, quàm prius, celerior in systole, tardior in diastole. Quies externa est citatior, interna verò rarior, circa statum [t] pulsus est maior, celerior, crebrior, omnis inæqualitatis præterquàm febrilis est expers. Respiratio est, vt pulsus.
    - Naturales
      - Læditur expultrix, & retentrix facultas, vt patet ex vomitionibus, & deiectionibus.
      - Lęditur quoq; attractrix, & coctrix, vt indicat deiecta appetentia, & quæ depelluntur.
  - **Excreta**
    - Vrinæ [t]
      - Vrinæ [t] sunt biliosæ, idest, vel subruffæ, [u] vel subflauæ, sic, vel crassæ mediocriter, vel tenues.
      - Plerumq; sunt sine sedimento, & interdum cum alba nebula, vel suspenso.
    - Sudores [t u] — Adest [x] ferè semper sudor in declinatione.
    - Vomitus [t u] — Adest vomitus biliosus maximè in principio, sępè in incremento, & interdum in statu.
    - Deiectiones [t u x] — Sæpè adsunt biliosæ deiectiones.
  - **Affectus, & qualitates corporis**
    - Adest in toto corpore, & præcipuè in facie color pallidus, in excrementis color flauus.
    - Sentitur amaritudo [y] in lingua. Interdum adest tumor in hepate.

Secundo

AVCTORITATES.

a Secundo de crif. 3.
Primo ad Glauc. 5.
Secundo de differ. febr. pri. 3.
Quarto aph. 59.
b Secundo de differ. febr. p.
c Quarto acutorum. 3.
d Tertio aph. 21.
e Secundo epidem. 20.
f Secundo de crif. 3.
g Secundo de differ. febr. pri. 3.
h Secundo primi epidem. 20.
4. aph. 59.
i Primo 6. epidem. 29.
Primo de differ. febr. primo.
k Quarto aph. 59.
x Secundo de differ. febr. 3.
l De trem. rig. cap. 7.
m Quarto de fanit. tuend. 2.
n Primo ad Glauc. 5.
o Quinto de loc. affect. 7.
p Primo prorrhetic. 18.
q De tempor. morb. 3.
r Secundo de crif. 3.
s Primo ad Glauc. 5.
t Secundo de crif. 3.
u Primo ad Glauc. 5.
x Secundo de differ. febr. 3.
y Secundo de crifibus 3.

ADNOTATIONES.

Quamuis Tertiana exquifita, cùm fit fpecies fpecialiffima, non habeat differentias, nos tamen noftra methodo vtentes, explicauimus in hac Tabella Tertianæ caufas, & fymptomata, nec non locum affectum, & ipfum affectum, vt in alijs morbis facere confueuimus.

Tabula Quadragesimaquarta, Tertianæ exquisitæ signa.

Signa tertianæ exquisitæ sunt

- **Memoratiua** — Nihil aliud sunt, quàm [a] inuentio causarum procatarcticarum, quæ haberi possunt ex ægrotante, & assidentibus, & quæ magis faciunt ad [b] Medici gloriam, quàm ad ipsius ægri salutem. Quarè hic omittuntur præsertim, cùm inferiùs ponenda sint inter signa à causis externis desumpta.
- **Indicatiua sūpta ab ipsius tertianæ**
  - **Essentia** — Est autem tertianæ exquisitę essentia calor [c d] acris, ardens, subitò appatens, & succumbens tactui, qui in incremento, & statu æqualiter quaq; versus per vniuersum corpus extenditur, ita, vt thorax extremitatibus nihilo plus caleat, & hic calor paulò postea per sudores hora 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & ad summum 12. [e] euanescit. Ex tali igitur [d] calore existente in ægro proposito, & populariter in multis vagante cognoscitur certò esse tertiana exquisita. Quarè hoc signum est proprium, [f] & inseparabile, atque ita patognomonicum [g] tertianæ exquisitæ.
  - **Causis**
    - **externis idest rebus**
      - **Faciendis** — Motu, [d e] & exercitatione vehementiore, laboribus, [h] curis, tristitijs, cogitationibus intensis, nimia, & immodica vigilia, ira.
      - **[d e] Assumēdis** — Cibis calidioribus, [e] & siccioribus, vt melle, [i] cæpis, allijs, salsamentis, fructibus fugacibus aromatibus, vino mero generoso copiosè bibito, aqua maris, vel vino cum illa mixto, inedia, [k] cibi parcitate, siti, [i] medicamentis calidis, vt synapi, aqua sylphurea, euphorbio.
      - **Excernendis** — Retenta bile, & excreta pituita.
      - **Incidentibus extrinsecùs** — Aere circumfuso calidiore, & sicciore, siue ob anni tempus, vt in [h k l] æstate, siue ob regionem, siue ob pręsentem [d] cęli statum. Autumno [m] etiam inhibetur perspiratio, & sic fit tertiana, aqua sulphurea, & alluminosa, medicamentis calidis exterius adhibitis, vt thapsia, synapi.
    - **externis**
      - **Per accidens**
        - Temperatione [d] calida sicca, idest biliosa.
        - Habitu corporis gracili.
        - Ætate iuuenili consistente.
        - Sexu masculino.
      - **Per se, quæ causa est**
        - **Antecedens** — Est bilis redundans [n] antequam actu putrescat — Cognoscitur [n] ex suis causis, & effectibus.
        - **Continēs, & coniuncta** — Est bilis actu [n] putrescens extra vasa, idest, in habitu, & carnibus totius corporis, vel in partibus sensibilibus. Cognoscitur talis causa ex essentia tertianę, & causis dictis, ita ex effectibus, vt ex rigore, & eiusmodi cognitio per talem causam non est per signa, sed est scientifica, nam est per propriā causam.
  - **Effectibus idest symptomatis**
    - **Actionib[us] læsis**
      - **Animalibus**
        - **Rectricibus** — Delirio.
        - **Sensitiuis**
          - Frigore [o] in principio accessionis ob reuocationem caloris ad interiora.
          - Sentiuntur in carnibus punctiones [p] veluti ab acu [d] profectę cum rigore, & horrore.
          - In incremento, ac statu sentitur calor acris, sitis [q] vehemens, adest inappetentia, vigilia dolor capitis.
        - **Motiuis** — Horrore [p] mediocri ab initio, sed paulò post adeò magno, vt corpus concutiatur, fiatq; rigor vehemens [q r] cum insigni inquietudine in principio, incremento, & statu.
      - **Vitalibus** — Pulsu in principio accessionis duro, [p] paruo, tardo, raro, debili, parùm inæquali. Sed in incremento, & statu, magno, celeri, crebro, & vehementi paulatim, & æqualiter cum calore aucto, & experti omnis [r] inæqualitatis præterquàm febrilis, respiratione quoq; magna, celeri, crebra.
      - **Naturalibus** — Læsa expulsione, & retentione (vt patet ex vomitione, ac deiectione biliosa, sic attractione, & coctione, vt ex eisdem, & ex inappetentia est manifestum.
    - **Excretis**
      - Vrinis [r] biliosis, idest subruffis, [s] vel subflauis, crassis mediocriter, & interdum [t] tenuibus, & absq; sedimento, & aliquando cum hypostasi, vel potiùs nebula, aut suspenso albo.
      - Sudore [r] in declinatione, [t] quæ res non adest in causo, nisi quando indicatur.
      - Vomitu [r s t] bilioso in principio, incremento, ac statu.
      - Deiectionibus [r s t] quoq; biliosis plurimis.
    - **Affectibus, & qualitatibus corporis**
      - Colore pallido in facie, & vniuerso corpore, & flauo in excretis.
      - Amaritudine [u] in lingua.
      - Tumore interdum in hepate.
- **Prognostica per quæ præcognoscitur.**
  - **Euentus, vel exitus** — Exitus, vel euentus in tertiana exquisita [a] non est lęthalis, quin potius est sine [b] periculo ad salutem, nisi committatur error, at, si malè [c] tractetur, cureturq; insanabilis redditur, vt quidam vtens [d] balneis calidis, tabe tamdem consumptus interijt, & Medici vtentes intempestiua [e] inedia, vel occidunt, vel [f] in hecticam, & marasmum ducunt ęgrotantes. At ex se tertiana exquisita ad salutem [b] pergit.
  - **Tempus** — Hoc est breuissimum, nam (vt inquit Hippocr. [a]) citò iudicatur; adeò, vt non pertranseat 14. diem, [g] vt patet 4. aph. 59. Tertiana exquisita (quod longissimum est) septenis circuitibus terminatur. Finitur sæpè citiùs, vt in quinto, quarto, tertio, & eiusmodi circuitibus.
  - **Modus** — Est per crisim cum insigni vacuatione per [h]
    - Vomitum biliosum
    - Deiectiones biliosas
    - Sudorem.
    - Vrinam.

    Sæpissimè adest vacuatio in tertiana exquisita per vnam ex dictis vijs, persæpè per plures: & non rarò per omnes istas vias.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag.ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic.4.
c Primo 6. epid. 29.
primo de differ. febr.pri.
d Secundo de criſ.3.
e Secundo de differ.febr.3.
primo ad Glauc.5.
f Primo de differ. febr.7.
g Quarto acut.13.
Tertio 3.epid.34.
h Primo ad Glauc.5.
i Quarto acutorum.3.
k Secundo de differ.febr.primo.
l Tertio aph.21.
m Secundo primi epidem.20.
n Secundo primi epidem.20.73.
Quarto aph. 59.
o Secundo de cauſ.ſympt.5.
p De tempor.morb.3.
q Primo ad Glauc.5.
r Secundo de criſibus 3.
s Primo ad Glauc.5.
t Secundo de differ.febr.3.
u Secundo de criſibus 3.

a Tertio primi epidem.8.
b Quarto aph.43.
c Alex.lib.12.cap.6.
d Primo ad Glauc.9.
e Decimo meth.3.
f Decimo meth.3.10.
g Quarto aph.59.
de Typis 4.
h Secundo de differ. febr. 3.
Secundo de criſ. 3.
Secundo de cauſ. ſympt.5.
De trem., rig., conuulſ.7.

ADNOTATIONES.

Signa Tertianæ exquiſitæ complexus eſt Galenus accuratè primò ad Glauc. capite quinto, ſecundo de criſibus capite tertio, & ſecundo de differentiis febrium capite primo, & tertio. ex quibus locis fere omnia, quæ hac tabella continentur deſumpſimus.

Tabula Quadragesimaquinta, Tertianæ exquisitæ curatio.

- **In tertianæ exquisitæ curatione, intentiones curatiuæ sumũtur**
  - **Causa q̃ est bilis, à qua indicatur**
    - **Inhibitio, ne noua materia generetur p**
      - **Victus rationem**
        - Quantitas alimentorum tanta sit, [a] quanta optime confici, & concoqui potest. Qualitas verò sit frigida, & humida; quia humor est calidus, & siccus. Abstinendum est [a] à vino vsq; ad morbi coctionem, qua [b] apparente non generosum, & antiquũ, sed albuia tenue, ac dilutum est offerendum. Prius autem aqua hordei, vel aqua decocta cum iulep violaceo est bibenda.
        - Caueatur à melle, & ab omnibus dulcibus, acribus, & [a b] salsis. Optima est ptisana, qua multi vtuntur vsq; ad morbi solutionem.
        - Conuenit panis lotus, & in aqua decoctus. Confert lactuca, atriplex, malua, endiuia, cucumeres, cucurbitæ, blitum, lapatum, [a b] sic pepones, qui nunc in Hetruria cucumeres nominantur, nec verendum est, quod multi dicunt ex Gal., eos choleram facere, nam (vt inquit [c] Alex. gignunt quidem choleram morbum, cum sint ventriculo infesti, sed tertianæ mirabiliter conferunt. Laudat quoque Alex. melopeponem, [c] cauliculos lactucæ, ac demum omnia refrigerantia, & madefacientia.
        - In declinatione conferunt pisces [a] saxatiles, auiculę montanæ, testiculi gallorum, ouorum recentium lutea, quia faciliùs, [c] quàm alba concoquuntur. Ita etiam fructus, qui non difficilè coquuntur.
        - Aer sit frigidus, & humidus. Quarè sæpè irrigandum est pauimentum aqua frigida, & sternenda folia nymphææ, [d] vitis, cannarum, salicis, rubi, lentisci. Confert aqua ex vase in vas decidens.
        - Maximè confert somnus, & quies, quarè Diacodion, syr. de papauere, aqua violarum, lactucæ, & eiusmodi post cænam sunt exhibenda, & nares oleo violato, de nenuphare, & vnguento populeo sunt illinendæ. Vitanda est ira, & cæteræ animi perturbationes, & hilarè viuendum. Aluus irritanda est clysteribus mitioribus, & mollioribus, vt ex mulsa.
      - **Medicamēta roborantia ventriculum, & hepar adhibita**
        - Interius: Facit saccarum rof., viol., diamarenatum, cotonea. Dat Gal. [d] & Oribasius, [e] cum apparent signa coctionis comam absynthij intinctam in melicrato. Sed hanc habet suspectam Alex. Trallianus. [f]
        - Exterius: Confert mirabiliter oleum rosatum omphacinum, oleum melinum: sic vnguentum rosatum santal inum, & eiusmodi ad ventriculum, & hepar ante cibum.
    - **Alteratio per**
      - **Victus rationem**: Confert [a] mirabiliter dicta victus [g] ratio non modo ad inhibendum, ne noua materia generetur, sed etiam ad alterandam genitam.
      - **Medicamenta admota**
        - Interiùs
          - Facit syr. violatus, de papauere, de nenuphare, de endiuia. Laudat Auic. [h] acetosum simplicem. Confert aqua hordei, violarum, lactucæ, endiuiæ, portulacæ nymphææ.
          - Iuuat quoq; apparentibus signis coctionis absynthium, quod confert etiam ventriculo.
          - Conferunt etiam Antidoti, vt saccarum violatum, conserua de nenuphare, diacodion, loch de psillio.
        - Exterius: Confert [i] aqua violarum, lactucæ, rosarum, maluæ, portulacæ, sic vnguentum rosatum, refrigerans Gal. & similia ad cor, hepar, renes, ac testes adhibita, sic etiam balneum aquæ. [a d]
    - **Vacuatio p**
      - **Sanguinis missionem**: Licet sanguinis missio in omni febre putrida ex Gal. [l] conueniat, quia tamen tertiana est morbus paruus, & benignus, non requirit [i] tam egregium remedium, nisi timeatur, ne conuertatur in aliud genus febris. Quarè, cùm plerumq; adsit multitudo, & vrina sit crassa, [h] & rubra, mittatur sanguis ante tertiam accessionem.
      - **Medicamẽta ducentia quò natura vergit per loca cōferentia. Vergit aũt natura per**
        - Vomitũ [n]: Maximè confert [a] vomitus præsertim in principio [m] accessionis, nam vacuat causam febris antecedentem, & coniunctam. Quarè tunc aqua tepida sola vel cum modico aceto, aut oximelle est propinanda, digitisq;, aut pennis in os immissis vomitus est ciendus.
        - Deiectiones, [n] quas mouent medicamenta adhibita p
          - Os
            - Facit syr. ros. sol. magistr. ad vnc. 4. vel 5. dissolutus cum aqua endiuiæ, & in aurora bibitus.
            - Confert cassia cum hiera, sic dilutum rhabarbari, monet [h] Auicenna non esse vtendum validis, nec mouendum in die paroxismi.
          - Anũ
            - Mirabiliter prosunt clysteres [m] mitiores, vt sunt communes, vel ex mulsa. Iuuat etiam hic infrascriptus.
            - ℞. Diacassiæ, Hieræ simpl. Gal. an. drach. 5. mellis violati vnc. 3., olei viol. vnc. 4. salis q. s. addatur decocto communi q. s. pro clystere.
        - Vrinam [n]
          - Maximè conferunt diuretica, vt decoctum apij, anethi, petroselini; sic acetosus simplex, & alij syrupi cientes vrinam, modo non calefaciant, vt est hic.
          - ℞. Syrupi de endiuia, acetosi simpl. an. vnc. j., aquarum endiuiæ, cap. veneris, an. vnc. ij. mis. pro Aurora.
          - Vtitur Gal. [o] (cum apparent signa coctionis) coma absynthij, red reprehenditur à Tralliano.
        - Sudorem [n]: Exhibenda est aqua hordei, decoctum radicum petroselini, apij, anethi (vt diximus) nam eadem, cient sudorem, & vrinam.
  - **Morbo, i. ab ipsa febre**
    - **A febre, cum sit calor præter naturam, quẽ sequitur siccitas, indicatur esse refrigerandum, & madefaciẽdum per**
      - Victus rationẽ: Conuenit victus ratio refrigerans, [o] & madefaciens in omnibus sex rebus nonnaturalibus, quæ ratio fuit superius exposita, quia vna, & eadem requiritur à viribus, & à morbo.
      - Medicamenta adhibita
        - Interiùs
          - Nihil est præstantius copiosa frigidæ [p] aquæ potione præsertim cùm calor ad pedes descenderit, nam postea sequitur, vel alui fluxio, vel vomitus, vel sudor, aut omnia, aut aliqua.
          - Conuenit aqua hordei, faciunt syrupi, aquæ, & antidoti superius dictæ.
        - Exteriùs
          - Apparentibus signis coctionis [o q r] optimus est vsus balnei ex aqua dulci tribus his perpensis. Vno, quòd citrà horrorem sit administratum, secundo, quod nullum primæ notę viscus sit imbecillum, tertio, quod multitudo crudòrum humorum in primis venis non contineatur.
          - Conueniunt etiam irrigationes præcipuè ad brachia, & crura ex decocto lactucæ, nymphææ, maluę. Conferunt etiam epithemata, & inunctiones ad cor, hepar, & testes, vt supra diximus.
  - **Symptomate**
    - **Rigore**
      - Ab hoc, [s] quia fit à bile mota per corpora sensibilia, indicatur eiusdem bilis vacuatio insensibilis præstanda per reuocationem caloris à centro ad circumferentiam, & pororum dilatationem per
        - Frictiones [s]: Hæ conferunt mirabiliter, si fiant manibus calefactis, & inunctis cum oleo camomelino, anethino, vel ex amigd. dulc. n i reuocant calorẽ à centro ad circumferentiã, & cutis poros aperiunt, ac dilatãt.
        - Vicula [s]
          - Si arctè, strictèq; ligentur crura supra talum, & genu, sic brachia supra brachiale, & cubitum, reuocabitur similiter calor à centro ad circumferentiam.
          - Hoc etiam præstant cucurbitulæ affixæ scapulis, dorso, natibus, at videndũ est, ne corpus refrigeretur.
        - Pannos calidos
          - Hi admoti ad pedes, genua, renes, thoracem, & deniq; ad totum corpus mirabiliter faciunt ad reuocandum calorem ad partes externas, & ad aperiendos cutis poros, & præterea ad frigus depellendũ in ipso febris principio.
          - Cõferunt ẽt aliæ res calefactæ, vt lateres, ligna, & eiusmodi pãnis inuoluta, & ad partes dictas admota.
    - **Dolore capitis Delirio**
      - Tollentur per præsidia auertentia vapores à capite, & per vacuationes dictas, idest, per sanguinis missionem, & medicamenta, quæ omnia vsurpari debent non in ipsa accessione, sed in hora magis quieta.
      - Tollentur etiam in ipsa accessione per [t] oxyrodinum huiusmodi. ℞. olei rosati omphacini vnc. 4. Aceti ros. vnc. 1. Intinge in hoc petias lineas, expressasq; modicè deraso capiti ad suturam coronalem adhibe.
      - Admoue quoque ad frontem, & collum, interdum (cum opus est magis refrigerare) augetur aceti quantitas. [u]
    - **Vigilia**: Ab hac indicatur somnus per refrigerantia, & madefacientia dicta, & præcipuè per ea, quæ superius dicta sunt conciliare somnum.
    - **Siti**: Bibatur aqua hordei, aqua frigida cum iulep violato. Teneantur in ore ossa prunorum, cerasiorum, lactuca, frustula peponis, aut cucumeris, loch de psillio, diamarenata, gargarizetur sæpè frigida, concilieturq; somnus, adhibeanturq; refrigerantia, & madefacientia dicta.
    - **Vomitu**: Hic (veluti supra dictum est) [x] iuuari debet, nisi sit superfluus. At, quando est superfluus, roboretur ventriculus cum astringentibus interius, & exterius adhibitis, vt cum oleo ros. melino exterius, & cum succo punicorum, & diacotoneon interius.
    - **Syncopa [y]**: Huius ratione interdum nutriendus est æger in principio [y] accessionis cum ptisana, & aliquando cum pane madefacto in vino albo tenui diluto.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo ad Glaucon. 9.
b Oribaſ. 6. ſynopſ. 10.
Aetius lib. 5. cap. 80.
Paul. lib. 2. cap. 20.
c Alex. lib. 12. cap. 6.
d Decimo meth. 8.
e Oribaſ. 6. ſynopſ. x.
f Alex. lib. 12. cap. 6.
g Aetius lib. 5. cap. 80.
h Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 39.
i Decimo meth. 9.
l 11. meth. 15.
m Oribaſ. 6. ſynopſ. decimo & tertio ad Eunap. 3.
n Secundo de differ. febr. 1.
o Primo ad Glauc. 9.
Alex. lib. 12. cap. 6.
p 11. meth. nono.
Nono meth. quinto.
q Primo acutor. 46.
r 11. meth. 20. 9.
s Auic. l. 4. f. 1. tr. 2. cap. 12.
t Quarto de loc. affect. 2.
u De remedijs paratu facil. lib. c. 1.
x Primo ad Glauc. nono.
y 12. meth. 3. 4. 5.

Tertiana

Tabula Quadragesimasexta, Tertianæ nothæ definitio, differentiæ.

Tertiana notha, spuria, vel non pura est febris ex putredine bilis nō synceræ, sed mixtæ cū alio humore. Cuius differētiæ sumūtur à

- **Causa** — Est autem causa proxima tertianæ nothæ bilis mixta cōplexione (vt īquit Auic. [d]) complexionali vnita, idest, quæ continetur vna forma, ob quam est vna tātum febris. At in hemitritæo humores cōtinētur proprijs formis, & ideò sunt plures febres. Fit autē tertiana notha à bile mixta cum
  - **Pituita** — Non propriè est tertiana notha; ita, vt quando Authores loquuntur simpliciter de tertiana notha hanc intelligant. [b] Fit ex bile, & pituita, & cum prædominetur bilis habet nomen tertianæ. A iunioribus vocatur [c] tertiana notha maioris famæ, quia fit sæpius. In hac bilis cū pituita [c] putrescit.
    - **Extra vasa**
      - Vocatur tertiana [a] simpliciter, vel tertiana non exquisita sine vlla adiectione, & ab alijs tertiana [b] notha tantùm. Quæ non modò vna, sed plures esse potest.
      - Differt à tertiana exquisita, tùm quia fit à bile non syncera, tùm quia pertransit spatium duodecim horarum.
    - **Intra vasa**
      - Dicitur Tertiana notha continua, quę non modò vna, sed etiā duæ, vel plures esse potest.
      - Et potest etiam misceri cum alijs febribus, vt dicetur in tractatione febrium compositarum.
  - **Humore melancholico** — Rarissimè fit hęc febris, non tamen negandum est posse fieri. Nam quemadmodum ex Galeno [e] potest fieri hemitritæus ex mixtione bilis cum humore melancholico, ita etiam potest fieri tertiana notha ex tali mixtione. Sed erit (vt dictum est) differentia. Quoniam in hemitritæo humores sunt seiuncti, in tertiana autem sunt mixti, & vna communi forma continentur. Potest humor hic mixtus putresceret tùm extra vasa, tùm in vasis. A Iunioribus [c] febris hęc tertiana notha minoris [d e] famæ dicitur.
- **Morbo, id est ab ipsa febre, quæ est**
  - **Vna quæ tunc fit, quando focus febris est in vna solùm parte, & tūc febris ista degenerans à tertiana exquisita duodecim horarum spatiū superat**
    - **Parum, vt tertiana notha, quæ ad 15. horas, vel ad 16. 17. & 18. producitur.** — Vocatur tertiana [a] simpliciter, vel tertiana non exquisita, & à quibusdam parua semitertiana nominatur. [f]
    - **Mediocriter, vt est in tertiana quę ad 24. horas producitur. Quare duo interualla occupat**
      - A Galeno [g] vocatur simpliciter tertiana, & tertiana extensa, vel producta.
      - Ab Agathino [h] autem, qui omnes productas tertianas appellauit semitertianas, vocatur media semitertiana. Sed ab alijs (vt patet in lib. de Typis cap. 4.) dicitur parua semitertiana.
      - Quare patet Antiquos fuisse varios in vocanda parua, & media semitertiana.
      - Galenus [g h] ponit in duobus diebus, ac noctibus, quod est spatium 48. horarum quatuor interualla, & vnumquodq; interuallum habet 12. horas, ex quo hæc febris ad duo interualla producitur.
    - **Multum vt est in tertiana, quæ vltra 14. horas protenditur. Hæc febris est extensa**
      - **Sufficienter** — Producitur ad horas 30. & sic occupat duo interualla cum dimidio.
      - **Multùm**
        - Protenditur ad horas 36. atq; ita tria interualla occupat.
        - A nonnullis media semitertiana, & ab alijs magna semitertiana dicitur.
      - **Plurimùm**
        - Producitur ad horas 40. & vlterius, ita, vt ad 48. etiam perueniat, atque ita quatuor interualla occupet.
        - Ab Agathini sectatoribus, & multis alijs Magna semitertiana nominatur.
  - **Plures, & tunc focus febris, siue sit extra venas, siue intra, est in diuersis partibus, & licet non modò duę, sed etiam tres, vel quatuor febres esse possint, sunt tamen plerumq; duæ. Quæ siue sit intermittentes siue continuæ sunt.**
    - **Similes, & tunc febris dicitur duplex tertiana** — Est, cum secunda accessio est similis primæ, & tertia est similis secundæ, & ita deinceps, & quamuis hæ febres possint inuadere eadem die, plerumq; tamen inuadunt vna in prima, & altera in secunda die, sed eadem hora, & eodem modo; adeo vt febris hæc sit similis quotidianæ.
    - **Dissimiles, & tunc febres dicuntur duæ tertianæ**
      - Est cum secunda accessio non est similis primæ, sed tertia respondet primæ, & quarta secūdę, & sic deinceps, & licet possint inuadere eadem die, plerumq; tamen inuadunt vna in prima, & altera in secunda die, & habent vnā diem leuiorem, & alteram grauiorem, vt hemitritæi, à quibus differunt, quia non habent in vna die duas accessiones.
      - Huiusmodi febres fiunt sæpissimè Pisis, & interdum sunt pestilentes.
- **Loco affecto, qui locus est**
  - **Extra vasa** — Hinc sunt febres intermittentes, quæ incipiunt potiùs cum horrore, quàm cum rigore, & sunt tertianæ nothę intermittentes pertranseuntes spatium duodecim horarum nunc magis, nunc minus.
  - **Intra vasa** — Hinc sunt tertianæ nothæ, continuæ, quæ possunt esse vna, duæ, vel etiam plures.
- **Symptomate**
  - Plurima, & varia sunt symptomata, quæ in tertianis nothis fiunt, à quibus, cum varient curationem, differentiæ sumi possunt.
  - Sed, quia illa sunt incerta, ideò seorsum à nobis tractabuntur in propria tabula de symptomatis febrium putridarum.

Primo

AVCTORITATES.

a Tertio primi epidem. 5.
Secundo 6. epidem. 23.
b Primo ad Glauc. 8. 10.
c Sauonarola cap. 12. rubrica prima & 3.
d Auic. l. 4. f. pri. tr. 2. cap. 35.
e Secundo de differ. febr. 8.
f Secundo de differ. febr. 8. de Typis. 4.
g Secundo 6. epidem. 23.
h De Typis 4.
Secundo primi epidem. 25.
h Secundo de crisibus 9.
Secundo de differ. febr. 2.
Secundo de crisibus 9.

Tabula Quadragesimaseptima, Tertianæ nothæ signa.

Signa tertianæ nothæ sunt.

- **Memoratiua**: Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægrotante, atq; assidentibus, quæue magis faciunt [b] ad gloriam Medici comparandam, quàm ad ipsius ægri salutem. Quare hic omittuntur.
- **Indicatiua sumpta ab ipsius febris**
  - **Essentia**: Tertianæ nothæ essentia est calor [c] acris, ardens, fumosus, non statim apparens, verùm post insurgens, qui in intermittente non euanescit intra duodecim horas, sed longiùs producitur, quoniam interdum ad 15., 16., 18., non raro ad 24., sæpè ad 36., 40, vel 48. horas protenditur, & in continua numquam euanescit penitus, nisi, cùm illa, vel penitus discedit, sed in intermittente conuertitur.
  - **Causis quæ sunt**
    - **Externæ & sunt Res**
      - **Faciendæ [d]**: Multum otium, balneũ post cibũ, multus somnus, curæ.
      - **Assumendæ**: Multæ crapulæ, ebrietates, cibi pituitosi. Potus frigidæ præsertim post cibum.
      - **Excernendæ**: Retentio bilis, ac pituitæ solitæ per vomitum, aut aliter vacuari.
      - **Incidentes extrisecus**: Fiunt tertianæ nothæ in Autumno, vel hieme. Sic ex mora in aere, vel aquis frigidioribus. In quibusdam etiam locis, vt Romæ, Pisis solent vagari.
      - Non modò hæ, sed etiam contrariæ causæ tertianam notham facere solent, si vsurpentur à fœmina, vel sene, vel puero, vel à predito temperatione pituitosa, in quibus [d] secundum naturam pituita redundare consueuit, & ex vsu rerum calefacientium gignitur bilis. Vtcumq; causæ partim ad bilem, partim ad pituitam gignendam habiles vsurpatæ, tertianam notham procreant.
    - **Internæ & tunc talis causa est**
      - **Per accidens, vel per aliud**: Huiusmodi sunt eæ causæ, quæ non per se gignunt tertianam notham, sed quatenus generant bilem, & pituitam. Tales autem causæ sunt
        - **Temperatio**: Qui præditi sunt temperatione pituitosa [d] vsurpantes ea, quæ calefaciunt. Sic biliosi vsurpantes ea, quæ pituitam gignunt, in tertianam nothã incidũt.
        - **Habitus corporis**: Fit in habitu corporis (vt dictum est) de temperatione.
        - **Aetas [d]**: Adolescentes, [d] vel iuuenes vtentes ijs, quæ pituitam generant, & senes, vel pueri vsurpantes, quæ bilem procreant, tertiana notha tentari consueuerunt.
      - **Per se, quæ causa est**
        - **Antecedens**: Est bilis vnà cum pituita redundans in corpore, antequàm putrescat. Cognoscitur causa hæc ex suis causis, & effectibus.
        - **Continens, vel coniuncta**: Est bilis mixta [e] cum pituita actu putrescens extra vasa quidem in tertiana intermirtente, sed in continua intra vasa. Cognitio per talem causam non debet propriè dici per signa, sed per propriam causam.
  - **Effectibus idest symptomatis**
    - **Actionibus læsis**
      - **Animalibus**
        - **Rectricibus**: Adest interdum delirium, præsertim in febre continua.
        - **Sensitiuis**: Sentitur in principio febris frigus in extremis partibus. Sentitur horror in febre intermittente, sed non in continua. Adest [f] dolor circa ventriculum, & caput, grauitas, sitis, & interdum cibi fastidium, & inappetentia.
        - **Motiuis**: Adest inquietudo, & in intermittente (veluti dictum est) horror.
      - **Vitalibus**: Pulsus est paruus, languidus, & inæqualis, qui eò est [d] durior, quò morbus est crudior. In respiratione res habet, vt in pulsu.
      - **Naturalibus**: Læditur coctio, retentio, & expulsio, vt patet ex ijs, quæ excernuntur. Læditur etiam attractio, vt patet ex cibi fastidio, & eiusmodi.
    - **Excretis**
      - Vrina in principio est semper cruda, sed interdum est subcrassa, & rubra, interdum tenuis, & aquosa, & sine sedimento, quæ paulatim postea concoqui incipit.
      - Deiectiones plerumq; sunt liquidæ, & crudæ: & interdum supprimuntur.
      - Vomitus biliosus non adest, vt in tertiana exquisita; sed est mixtus ex bile, & pituita.
      - Sudor in intermittentibus aliquando adest in fine accessionis, & interdum exeunt humidi vapores.
    - **Affectibus corporis**
      - Adest color in facie cum palliditate albus.
      - Tumor est persæpè in hypochondrijs, & facie.
      - Adest sæpè ructus, crepitus, & sentitur flatus in ventre.
- **Prognostica, per quæ præcognoscitur**
  - **Exitus, vel euentus**
    - In intermittente, [g] nisi contingat error, exitus est ad salutem, non tamen ita certò, vt in tertiana exquisita.
    - Continua verò valdè periculosa existit, & suapte natura est læthalis, si tamen vires sint validæ vergit ad salutem.
    - Quare diligenter perpendenda est vis [h] naturæ, & morbi, atq; ex maiore huius, vel illius robore mors, aut salus est expectanda, & prædicenda.
  - **Tempus**
    - Hoc interdum est longius, interdum breuius. In intermittentibus tempus eò est longius, quò magis distant à tertiana exquisita [i].
    - Quare interdum ad sex menses eiusmodi febris producitur.
    - In continuis autem persæpè tempus est breuissimum, quia continuæ plerumq; sunt acutæ.
  - **Modus ad**
    - **Salutem**: Est plerumque per crisim cum aliqua insigni euacuatione, vel per vomitum, vel per deiectiones, aut sudores. Est quoque interdum per abscessum, vel per solutionem.
    - **Mortem**: Ad hanc ducit ipsa febris, vel per syncopam, vel per spasmum, vel per dissolutionem.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de pręsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic. 4.
c Secundo ſexti epidem. 23.
Secundo de differ. febr. 8.
d Primo ad Glauc. 8.
Alex. lib. 12. cap. 6.
e Secundo de differ. febr. 8. 11.
f Auicen. lib. 4. fen. 1. tr. 2. cap. 37.
g Quarto aphor. 43.
h Secundo prognoſt. 6.
i Primo ad Glauc. 8.

Tabula Quadragesimaoctaua, Tertianæ nothæ curatio.

- **In curanda tertiana notha intentiones curatiuæ sumũtur à**
  - **Causa, .i. à bile mixta cũ pituita, à qua ĩdicatur**
    - **Inhibitio; ne noua materia generet, quæ febrẽ foueat, vel augeat. Quod præstat per**
      - **Victus rationẽ**
        - Quantitas victus tanta [a] esse debet, vt vires conseruentur, & morbus non augeatur. At difficile est seruare vtrumque quia inedia, quantum confert morbo, tantùm nocet viribus, & cibus quantum confert viribus, tantùm nocet morbo. Quamobrem artificiosa coniectura est vtendum, & victus tenuior est adhibendus, cùm vires sunt validæ, & morbus coctu contumax. E conuerso plenior, vbi vires sunt debiles, & morbus mitis. In statu [b] autem, & circa statum conuenit victus tenuior, antea verò plenior, [b] vt vires possint perdurare, exhibeaturq; cibus alternis diebus, [A a] idest in die magis quieto. Vbi febris est continua, præcipuè si celerem motum habeat, & si cum periculo, vt plerumq; accidit in duplici tertiana, vel duabus tertianis nothis continuis, quæ sæpè sunt pestilentes. Conuenit victus tenuior, licet in pestilenti non [c] adeò tenui victu sit vtendum, vt in alijs febribus acutis, quia vires magis dissoluuntur.
        - Qualitas victus non sit absolutè, quæ refrigeret, [d] ac madefaciat, [g] vt in tertiana exquisita, sed aliquid assumat, ad incidendum, & extenuandum.
        - Conuenit ptissana [d] cum pipere, hyssopo, origano, aut cinnamomo, quamuis in hoc malè Alex. [e] Gal. reprehendat, in quem ob id inuehitur Auic. [f] mirandum in modum.
        - Confert panis in iure paruæ pullæ decoctus, præsertim si cum pulla gallinacea ferueant radices apij, petroselini, & aliquid intybi, idest endiuiæ, & acetosæ.
        - Potus sit aqua hordei, cum qua ebullierit cinnamomum, & mixtum sit saccarum. A vino abstinendum est, vsq; ad declinationem, & tunc adhiberi potest album, tenue.
        - Vitentur animi perturbationes; & nisi aluus fungatur suo munere, irritetur clysteribus nunc mitioribus, nunc [g] acrioribus, nunc mediocribus.
      - **Medicamenta roborantia calorem membrorũ naturalium**
        - Adhibendum est ad ventriculum, & hepar [g] fomentum ex decocto rosarum, absynthij, meliloti, camemeli post factas aliquas vacuationes. Ita vnctio ex oleo mastichino, de absynthio, vnguento rosato, & similibus ante cibum.
    - **Alteratio per**
      - **Victus rationem** — Facit victus [d] ratio exposita.
      - **Medicamenta**
        - **Syrupos** — Conuenit oximel simplex, compositum, & scylliticum: Acetosus simplex, de duabus, & quinque radicibus, de bisanthis, de cap. veneris, de cichoreo simpl. de cichoreo nicoli, de endiuia, & eiusmodi, qui non semel, sed sæpiùs sunt adhibendi, quia non sufficit vna, & altera purgatio, transeundum est à mitioribus ad valentiores.
        - **Decocta, vel aquas** — Ex cap. veneris, cetrach, cichoreo, endiuia, acetosa, radic. petroselini, fœniculi, cappar.
        - **Antidotos** — Conuenit diarrhodon Abbatis, Aromaticum rosatum, dianisum, diacalamentum, conserua de stechade, betonica, rosis, &c. Facit etiam pilula vna ex trochiscis de rhabarbaro, de agarico, de eupatorio, absynthio cum syrupo assumpta.
    - **Vacuatio per**
      - **Sanguinis missionem** — Si vires, & cetera consentiant, lenita prius aluo, & non existente cruditate in ventriculo, mittendus est sanguis [h] ex interna dextri cubiti vena, quantùm morbus exigit, & vires tolerant, & eò plus extrahendum est sanguinis, quò est crassior, & venæ magis rubræ, crassęq;, &, si è re videatur, iteranda est missio non modò ex cubito, sed ex hęmorrhoidibus affixis [i] hirudinibus, & ex scapulis, dorso, coxis, cruribus affixis cum scarificatione cucurbitulis.
      - **Medicamenta ducentia, quò natura vergit per loca conferẽtia. Vergit autem natura per**
        - **Vomitum** — Maximè confert vomitus præcipuè post cibum, quare dicit Galenus [k] permultos solo vomitu fuisse curatos [k].
        - **Deiectiones**
          - Conferunt ab initio medicamenta lenientia, vt cassia cum hiera, syr. rof. solutiuus, diacatolicon, diasena, diaprunis, diacassia, & præ cæteris diaphinicon, quo ego sæpissimè maxima cum vtilitate sum vsus.
          - Sed mirabiliter etiam iuuant soluentia non semel, ac iterum, sed sæpiùs vsurpata prius [l] mitiora, deinde valentiora, huiusmodi sunt agaricus, rhabarbarum, aloe, scammonea, colocynthis, turbith, quæ sunt simplicia, sic quoq; composita, vt diaphinic., electuarium rosatum, indum, hamech, de succo rosarum, pillulę de hiera cum agarico, Aggregatiuæ, de agarico, de rhabarbaro, cochiæ, & similes, vt monet Trallianus [l].
        - **Vrinas** — Facit oximel, acetosus simplex, de duabus, & quinque radicibus, decoctum ex anetho, licet damnetur à Tralliano, [l] ex radicibus petroselini, asparagi, fœniculi. Conferunt etiam radices petroselini, si bulliant cum carnibus comedendis.
        - **Sudorem** — Confert aqua hordei, anethi, & aliorum cientium vrinas.
  - **Morbo, idest, ab ipsa febre**
    - Cum febris sit affectus [m] calidus, quem sequitur siccitas, indicat esse refrigerandũ, & madefaciendum per ea, quæ [n] id præstant per se, per accidens, actu, & potentia. Talia autem sunt
      - **Alimenta**
      - **Medicamenta**
        - Si valdè vrgeat febris, per hæc omnia, aut quædam est refrigerandum, ac madefaciendũ. Sed in tertiana notha febris plerumq; non vrget. Quarè magis incumbendum est in causam per auxilia exposita.
  - **Symptomate**
    - Si adsint symptomata [o] subeuntia vicem causæ prosternentis vires, aut augentis morbum, quemadmodum sæpè solent esse in tali febre, cogitur Medicus relicta causa, & morbo succurrere symptomati, vt syncope reficiendo vires, dolori capitis, & delirio adhibendo oxyrodinum. Sic nimio somno per ea, quæ à somno excitant, & sic de alijs. At nisi valdè vrgeant symptomata, nihil indicant, quoniam facilè tolluntur ablato morbo, quem sequuntur velut [p] vmbra corpus.

AVCTORITATES.

a Primo ad Glauc.x.
A Oribaf.vi.fynops.xi.
b Primo aph.8.9.
c Tertio 3. epidem.58.
Auic.lib.4.f.p.t.4.cap.4.
d Primo ad Glauc.x.
Oribas.6.fynops.11.
e Alex.lib.12.cap.6.
f Auic.l.4.f.pri.tr.4.cap.19.
g Oribaf.6.fynops.11.
h xi.meth.15.
Primo ad Glauc.x.
Oribaf.6.fynops.xi.
i De cucurbit., reuulf. fcarific.
k Primo ad Glauc.x.
x Oribaf.6.fynops.11.
l Alex.lib.12.cap.6.
m Primo aph.16.
n xi.meth.2.
Decimo meth.8.10.
o 11.meth.11.
12.meth.pri.2.
o Primo ad Glauc.14.
p De differ.fympt.primo.

ADNOTATIONES.

Curatio in tabella tradita conuenit Tertianæ nothæ maioris famæ, quæ eft à bile cum pituita, & conuenit præcipuè Tertianæ nothæ intermittenti, conuenit etiam Tertianæ nothæ continuæ, quia eft ab eadem caufa.

Sed Tertianæ nothæ minoris famæ, hoc eft, quæ fit à bile mixta cum humore melancholico conferunt ea, quæ tùm bilem, tùm ipfum humorem melancholicum refpiciunt.

Tabula Quadragesimanona, Pituitosarum febrium diuisio.

- Febris [n] singulo quoque die inuadens, & ob id amphimerina [o] idest quotidiana nominata, dicitur quæ
  - Non venit, [l] ad integritatem, vel infebricitationem, [m r] sed est continua, [g] ob putredinem pituitæ in vasis.
    - Magnis, & vicinis cordi, vt in vasis pulmonis, hepatis, ventriculi
      - Hinc fit causus nothus, vel spurius, qui ab Hippocrate, & [a] Galeno causi aliud genus vocatur, & fit à putredine salsæ pituitæ in vasis magnis: nam causi primum genus ab ijsdem nominatur illud, quod est à flaua bile. Huiusmodi febris non modò inuadit sine rigore, quemadmodum cæteræ continuæ, [c] sed etiam absq; horrore, ac frigore, vt quotidianæ [d] intermittentes. Et gignit quidem irrequietam [a] sitim, sed non tantum ardorem, [b] & æstum, quantum gignit verus causus, quo est etiam periculosior.
    - Paruis, & remotis à corde, & tunc pituita [e] putrescens est
      - Dulcis, [e] & sub hac [f] continetur etiam insipida
        - Hinc est quotidiana [g] continua, quæ singulis diebus sine frigore, aut horrore [g H] inuadit.
      - Acida, [e] & acerba, sub qua [h] comprehenditur vitrea, quæ vel putrescit
        - Ex toto [i] — Facit pituitosam continuam.
        - Ex parte, .i. partim [h i] putrescit, partim non putrescit
          - Hinc fit hepiala, [h] siue hepialus [k] continuus.
      - Salsa [e] — Facit quotidianam continuam, sed cum sæuioribus accidentibus, quàm aliæ prædictæ.
  - Venit ad integritatem [m] quia est intermittens, [l g] ob putredinem pituitæ in toto corpore extra vasa, quæ pituita est
    - Dulcis, [e f] & insipida
      - Hinc fit febris, quæ propriè amphimerina [o] à græcis, scilicet quotidiana exquisita, [p] simplex, legitima, pura, & [o] simpliciter dicitur: & est quidem intermittens, at non integrè [q r] fuligo ipsius, paucis exceptis expurgatur. Quarè non venit ad absolutam infebricitationē, vt facit tertiana, [p] & quartana; inuaditq; sub [s] vesperam cum frigore, [d] & horrore, non rigore, & vt plurimum per decem & octo horas detinet. [t]
    - Acida, [e] acerba, & vitrea putrescens
      - Ex toto — Facit quotidianam intermittentem, sed diuturniorem quotidianam à pituita dulci.
      - Ex parte, idest partim [h] putrescit, partim non putrescit [i k].
        - Hinc fit hepiala, siue hepialus; in quo per vniuersum corpus exiguis portionibus eodem [u x] tempore semper simul calor, & frigus percipitur.
        - Huiusmodi febrem Gal. [y] valdè diuturnam esse testatur, nec non difficiliter solui, & in quotidianæ figuram progredi.
    - Salsa [e] — Facit febrem quotidianam intermittentem, sed cum sæuioribus symptomatis, quàm faciant aliæ pituitæ species dulcis, & acidæ prædictæ.

Hanc Tabellam, quæ in Auctoris exemplari manuscripto desiderabatur, Marcus filius suppleuit.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de ration.vict.13.
Alex.lib.12.cap.3.
Paul.lib.2. cap.30.
Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.40&46
b Alex.lib.12.cap.3.
c Secundo de crif.3.6.
d Secundo de diff.febr.4.
Secundo de crif.5.
Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.48.
e Secundo de differ.febr.6.
Auic.l.4.f.p.tr.2.cap.46.
f Tertio aphorifmor.12.
primo de natura humana 31.
g Secundo de diff.febr.2.
Secundo de crif.6.12.
H Auic.lib.4.f.1.tr.2.cap. 48.
h Secundo de diff.febr.6.
i Paul.lib.2.cap.26.
K Primo in 6.epid.29. 7.aphor.42.
l Secundo de differ.febr.8.
m Secundo de crif.6. 2.de diff. feb.7.
Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.46.
n Secundo de crif.12.
Tertio in prim. epid. 2.
o Secundo de differ.febr.5.7.
p Secundo de differ. febr.4.
Alex.lib.12.cap.7.
q Secundo de diff.febr.6.
Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.46.
r Primo ad Glauc.7.
Paul.lib.2.cap.24.
Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.4.
s Secundo de crif.5.
t Aet.lib.5.cap.85.
u Secundo de diff. febr.6.
Aet.lib.5.cap.87.
x De inæquali intemp.8.
y Secundo de diff.febr.5.

ADNOTATIONES.

Continet hæc tabella differentias febrium quotidianarum, quæ conftant ex putredine pituitæ fynceræ, ac puræ, ideft non mixtæ cum alio humore, nam de his fatis copiofe dictum eft in tabellis de tertiana notha, & hemitritæo.

Tabula Quinquagesima, Quotidianæ definitio, differentiæ.

- Quotidiana, ẽ febris ex putredine pituitæ singulis diebus sub vesperam inuadens. Cuius differentiæ sumuntur à
  - Causa, id est ab ipsa pituita, quæ est
    - Dulcis, [a] & sub hac continetur etiam insipida, quæ est qualitatis expers. Et hæc pituita putrescit.
      - Extra vasa
        - Hinc febris fit, quæ propriè à Græcis Amphimerina [a] idest quotidiana, dicitur; quæ est quidem intermittens, at non [e] integrè fuligo [b] illius paucis [D] exceptis expurgatur, priùs quàm [b] secundæ accessionis adueniat inuasio: [d] quæ est cũ frigore potius, quàm cum rigore; sine [c e i] siti; & cum difficultate accenditur calor, qui est similis igni fumido in lignis viridibus accenso. Fit in [b c e f g] temperie pituitosa, habitu [i] obæsiore, in senibus, ac pueris, & in fœminis, in hieme, & ex vsu alimentorum frigidorum, & humidorum; & sub vesperam inuadit singulo quoq; die, duratq; in vniuersum illius accessio [E] vt plurimum decem, & octo horas.
      - Intra vasa
        - Hinc est febris, quæ grece non cathemerina [a] (vt non nulli existimant) sed amphimerina synochi, idest quotidiana continua dicitur, quæ singulis [b b] diebus sine frigore, aut horrore inuadit, & fit in eisdẽ temperaturis, & ab eisdem causis, à quibus fit quotidiana intermittens.
    - Acida, [a] & acerba, sub qua comprehẽditur vitrea, quæ
      - Non putrescit
        - Nisi putrescat non facit [k] febrem; sed cum transmittitur per partes sentientes ob suam frigiditatẽ facit [b] rigorem sine febre.
      - Putrescit
        - Ex toto
          - Extra vasa — Facit quotidianã intermittentẽ
            - Hoc fit, quia, pituita vitrea à calore putredinali vndique calefacta, reducitur ad naturam pituitæ dulcis, vnde facit [l] febrem, vt pituita dulcis. Sed hæc à pituita vitrea est diuturnior.
          - Intra vasa — Facit quotidianam continuam.
        - Ex parte, idest, partim putrescit, partim non putrescit
          - Hinc fit hepiala, [l] siue hepialus sic dictus ab hipias, [m] & alos idest à tranquillo mari primo occursu apparente, sed quod postea maxima tempestate exagitetur. Ita febris hæc, primò videtur mitis, & facilis, postea fit difficillima. Vel sic dicta est, quia blande, & clementer excalfaciat.
          - In hac [l n] simul sentitur rigor, & calor: rigor quidem ob pituitam nondum putrefactam per sensibiles partes latam; calor autem ob aliam pituitæ partem putrefactã, ac per easdem partes latas.
          - Galenus [o] hanc febrem reponit inter continuas. Auicenna, [p] & multi ex Iunioribus dicunt in hepiala sentiri calorem in exterioribus, & frigus in interioribus: in lypiria verò calorem in interioribus, & frigus in exterioribus. Verum quidem dicunt de lypiria, sed falsum de hepiala, nam Galenus, [q] & omnes græci dicunt, quod in hepiala sentitur in toto corpore calor, & frigus.
    - Salsa, [a] sub qua comprehenditur gypsea, q̃ putrescit
      - Extra vasa
        - Facit febrem quotidianam intermittentem, sed cum sæuioribus accidentibus, quàm faciant aliæ pituitæ species dulcis, & acida prædictæ.
      - Intra vasa
        - Parua, & remota à corde
          - Facit quotidianam continuam cum sæuioribus symptomatis, quàm aliæ species dictæ.
        - Magna, & vicina cordi, vt in vasis
          - Pulmonis
          - Hepatis
          - Ventriculi
            - Hinc fit causus, [r] vel causon nothus, vel spurius, qui gignit quidem irrequietam sitim, sed non tantum ardorem, & æstum, quantum gignit verus causus, idest vera febris ardens.
  - Loco, in quo putrescit pituita, qui locus est
    - Extra vasa [s t] — Hinc est quotidiana simpliciter, vel intermittens.
    - Intra vasa [t] — Hinc est quotidiana [t] continua.

Secundo

AVCTORITATES.

a Secundo de differ.febr.7.
b Secundo de differ.febr.4.
c Secundo de crif.5.
d De morb.tempor.2.
D Primo ad Glauc.7.
E Aet.l.5.cap.85.
e Primo ad Glauc.7.
f Secundo de crifib.6.12.
g Secundo de differ.febr.primo.
h Secundo de crifibus 6.12.
i De typis 4.
x Secundo de differ.febr.pri.6.
De inæquali int.8.
l Secundo de differ.febr.6.
m Paul.lib.2.cap.26.
n Tertio fimplic.6.
de inæquali intemper.8.
o Primo 6.epidem.29.
p Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.49.50.
q Secundo de differ.febr.6.
de inæquali intemp.8.
r Quarto de ratione vict.13.
Alex.l.12.cap.3.
s Secundo de differ.febr.4.
t Secundo de crif.6.

ADNOTATIONES.

Galenus fuit varius in recenfendis pituitæ fpeciebus, nam (a) tres tantùm effe dicit, videlicet dulcem, acidam, & falfam: (b) interdum verò plures fcilicet dulcem, infipidam, acidam, acerbam, feu ponticam, vitream falfam, Auic. (B) gypfeam quoq; addit. Dicimus has omnes pituitæ fpecies ad tres illas reduci poffe; nam dulcis continet fub fe (c) infipidam; fub acida, & acerba, feu pontica comprehenditur (d) vitrea; fub falfa verò Auicenæ gypfea.

Vel dicendum cum (e) Galeno pituitam fecundum naturam infipidam effe, fed naturali qualitate mutata, non tantùm falfa, fed acida quoq; redditur, quin etiam dulcem qualitatem tempore quodam affumit.

a De atr.bil.cap.2.
Secundo de differ.febr.6.
Quarto fimplic.17.
Primo de natura humana 31.
Tertio aphor.12.
Secundo de nat.facult.9.
b De plenitud.11.
Secundo de diff.febr.6.
Primo de alimentor.fac.primo.
Primo de natura hum.31.
B Auic.lib.pri.f.pri.doct.4.cap.primo.
c Tertio aphorifm.12.
Primo de natura hum.31.
d Secundo de diff.febr.6.
Aet.l.5.cap.87.
e De atr.bil.fecundo.

Tabula Quinquagesimaprima, Quotidianæ signa.

- **Signa quotidianæ intermittentis sunt**
  - **Memoratiua** — Sunt inuentio [a] causarum procatarcticarum, vt quod præcesserit vita [B] otiosa, crapulis dedita, vsus alimentorum pituitosorum, & difficilis co ctionis; sic balnea, & exercitationes post cibum; mora in aere, aut aqua frigidiore.
  - **Indicatiua sumpta ab ipsius febris quotidianæ**
    - **Essentia** — Quotidianæ essentia est calor humidus, [b] fumosus, non vrens; sed qui primo occursu [g] mitis, licet sit malignus [f] postea acrior apparet, cum inæqualitate, [c f D] habens augmentum. Quare pulchrè assimilatur igni fumido in viridibus lignis accenso; nam cum difficultate accenditur, & cum difficultate euaporat singulo quoq; die, sed non integrè [d E] nisi rarò expurgatur: vnde non venit ad absolutam infebricitationem hæc febris. vt facit tertiana, & quartana, & in principio plerumq; est maior iste calor, qui in alijs temporibus fit mitior, inuaditq; [e] sub vesperam cũ frigore, [o] & horrore, non rigore, & vt plurimũ vniuersum [F] accessionis tempus decẽ, & octo horas detinet.
    - **Causis**
      - **Internis**
        - **Immediatis** — Est ipsa pituita [h] putrescens, quæ cognoscitur ex suis causis, & effectis, & cognitio quotidianæ per pituitam putrescentem est cognitio à priori, & per causam, & non à posteriori, & per signa.
        - **Mediatis, quæ sunt eatenus causæ quotidianę, quatenus gignunt pituitam, & hæ causæ sunt**
          - Temperamentum — Pituitosum [i m].
          - Habitus corporis — Obæsus, & pinguis. [k]
          - Aetas — Puerilis [l m] ob voracitatem, senilis propter imbecillum calorem.
          - Sexus — Fœmininus.
      - **Externis, quæ sunt Res**
        - **Faciendæ** — Vt vita otiosa, [n m] crapulis, balneis post cibum, somno, & nullis curis dedita.
        - **Assumendæ** — Vt sunt alimenta, & medicamenta pituitam gignentia.
        - **Excernendæ** — Vt retentio pituitæ solitæ per vomitum, vel aliter vacuari.
        - **Incidentes extrinsecus** — Vt est mora in aere, vel aqua frigidiore, sicut in hieme, [n] regione, ac tempestate frigida.
        - Ex his causis nocentibus, idest quotidianam facientibus; vel augentibus; ita etiam ex contrarijs causis iuuantibus, idest, quotidianam expurgantibus, vel minuentibus, quotidianam ipsam cognoscere licet.
    - **Effectis, idest symptomatis, quæ sunt**
      - **Actiones læsę, idest ablatæ, diminutę, vel deprauatæ**
        - **Animales**
          - Rectrices — Hebes est imaginatio, ratio, memoria.
          - Sensitiuæ — Hebes est sensus: in initio [o p] accessionum sentitur frigus, & horror, non [s] rigor; postea calor fumidus, qui [p s] ægre accenditur, & incrementum [q s] diuturnum habet, non adest sitis. [r s]
          - Motiuæ — Adest ignauia, & segnities ad motum corporis, & animæ.
        - **Vitales**
          - Pulsus — Hic est debilis, [t u] paruus, inæqualis, inordinatus, & etiam frequens in fine, & multò [x] minor pulsu quartanarum, quàm istarum pulsu tertianarum, & sic tribus, aut quatuor digitis minor est pulsu quartanæ, & quartana duobus tertiana, ergo quotidiana quinque aut sex minor tertiana.
          - Respiratio — Hæc est [y z] parua, & non multum frequens. Adest sæpè [t] syncopa.
        - **Naturales** — Deprauata est coctio; sic & aliæ naturales actiones nunc magis, nunc minus, quia in quotidiana semper afficitur [y] ventriculus.
      - **Excreta**
        - Vrinę — Hæ sunt tenues, [x] & albæ [t] velut in quartanis [y] incipientibus. Interdum [x] crassæ, & turbulentæ, & rubræ, quæ postea sæpè sunt [t] rubræ propter putredinem, & sæpissimè sunt inæquales.
        - Fœces — Sunt deiectiones humidę, [z x] frigidæ, crudę, aquosę, & pituitosæ.
        - Vomitus — Sæpè adsunt vomitus præsertim in principio accessionum, & cum adsunt semper sunt [x z] pituitosi.
        - Sudore — In principio [y] non adest sudor; in alijs temporibus interdum adsunt multi [t] humores, vel rores, propter multitudinem humiditatis, & vaporis sui; sed sudores pauci propter viscositatem.
      - **Affect⁹, seu qualitates corporis**
        - Visibiles — Adest [y] color cum palliditate [p] albus, vel plumbeus, vt ait Auicenna [t]. Adest persæpè tumor in liene.
        - Audibiles — Adest flatus per ructus [y] acidos, ac ventris crepitus emissus, & in ventriculo, ac intestinis murmura sentiuntur.
        - Tangibiles — Calor adest in corpore fumosus, vt antea dictum est. Patitur os [y] ventriculi, & hepar, præcordia sunt tumida.
  - **Prognostica, per quę pręcognoscitur**
    - **Euentus**
      - Hæc febris quamuis non sit sine [a] periculo, non tamen est læthalis, sed diuturna, & si vires admodum sint debiles, interficit.
      - Quarè tùm naturæ, tùm morbi robore [a] diligenter perpenso exitus est præuidendus, ac prędicendus, & desperatis [b] non est manus admouenda.
    - **Tempus** — Cum hæc febris longa sit, & diuturna, [a] breui solui non potest, non habet tamen determinatum tempus solutionis, nam interdum citiùs, interdum tardiùs finitur. Auicenna [c] dicit hanc vt plurimum terminari in quadraginta, aut sexaginta diebus. Pro cognoscendo [d] termino, siue tempore diligenter animaduertenda sunt signa coctionis, & cruditatis.
    - **Modus**
      - Modus terminationis quotidianæ est potius per solutionem, quàm per crisim; quia paulatim natura coquit, & expellit morbi causam.
      - Interdum tamen coctam materiam, vel ex se, vel ope artis natura, vel per deiectiones, [e] vel per vomitum, vel sudorem, aut vrinam pellit.

AVCTORITATES.

a Quarto de præſag. ex pulſ. 11.
b Primo ad Glauc. 7.
B Secundo de differ. febr. primo.
primo ad Glau. 7. 2. de criſ. 5.
Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 46.
c Secundo de differ. febr. 4.
D Oribaſ. 6. ſynops. 14.
E Primo ad Glauc. 7.
F Aet. lib. 5. cap. 85.
d Primo ad Glauc. 7.
Secundo de differ. febr. 4.
e Secundo de criſ. 5.
f Paul. lib. 2. cap. 24.
g Alex. lib. 12. cap. 7.
h Secundo de differ. feb. 4.
i Secundo de differ. febr. primo & 4.
k Primo ad Glauc. 7.
l Secundo de differ. febr. primo.
Secundo de criſ. 5.
m Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 46.
n Secundo de differ. febr. pri. 4.
Primo ad Glauc. 7.
o Secundo de criſ. 5.
p Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 47.
q Paul. lib. 2. cap. 24.
r Primo ad Glauc. 7. 2. de criſ. 5.
s Oribaſ. 6. ſynops. cap. 14.
t Auic. lib. 4. f. pr. tr. 2. cap. 47.
u Secundo de criſ. v. 2. de diff. feb. 4.
x Primo ad Glauc. 7.
y Secundo de criſ. 5.
z Oribas 6. ſynops. cap. 14.

a Primo ad Glauc. 8.
Oribaſ. 3. ad Eunap. cap. 5.
Primo de criſ. 17.
b 11. meth. 9.
Primo aphoriſmor. 8.
Secundo aphoriſ. 29.
c Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 46.
d Primo ad Glauc. 8.
e Tertio de criſ. 3.

Tabula Quinquagesimasecunda, Quotidianæ curatio.

- **In curãda quotidiana ĩtermittente, opera, seu intẽtiones curatiuæ sumuntur à**
  - **Causa, quæ est pituita, à qua indicatur**
    - **Inhibitio, ne noua materia generetur per**
      - **Victus ratione** — Sit conueniens victus ratio in sex rebus nonnaturalibus. Cibus igitur, & potus in quantitate ratione humoris peccantis, qui potest verti in alimentum conuenit [A] tenuis: at ratione longitudinis morbi tenuis [a] nequaquam conuenit, sed potius mediocris. In qualitate sit extenuans, & [b e d k] incidens, calfaciens, & siccans. Potus sit mulsa, aut vinum tenue [c f] album. Cibus sint auiculæ montanæ, turdi, perdices, pulli gallinacei, & columbacei, oua mollia, seu sorbilia, pisces saxatiles. Inter olera calamintha, pulegium, cappares ex oximelle; conueniunt aromata. Aer sit calidus, & siccus. Motus magis conuenit, quàm quies. Ira iuuat, nocet tristitia, cura, & similia. Si aluus non fungatur suo munere, irritanda est clysteribus acrioribus.
      - **Medicamẽta roborantia calorem ventriculi** — Cum plerumq;, vel semper in hac febre lædatur [b] ventriculus; [e d f g h] roborandus est præsertim circa statum medicamentis admotis
        - **Interiùs** — Conuenit diatrion pipereon, aromaticum rosatum, diagalanga, & similia ad drach. j. vel ij., per tres horas ante cibum præsertim factis vacuationibus, & hæc etiam faciunt ad materiam alterandam.
        - **Exteriùs [b]**
          - Fouendus est ventriculus cum spongia imbuta vino, in quo absinthium, mentha, & rosæ ferbuerint.
          - Inungendus est etiam oleo mastichino, nardino, & de absynthio.
          - Sic etiam cerato hunc in modum parato. ℞. Olei nardini, mastichini, an. vnc. j. gariofillorum, cinnamomi, mastiches an. drach. j. cum cera quantum sufficit fiat ceratum pro ventriculo. Hæc in omni tempore conueniunt, sed in principio mitiora, deinde valentiora.
    - **Alteratio genitæ per incidentia, & extenuãtia**
      - **Alimenta** — Facit dicta victus ratio, non modò ad inhibendum ne noua materia generetur, sed etiam ad alterandam genitam.
      - **Medicamenta**
        - **Syrupi** — Conuenit acetosus [i] simplex, [i k] oximel, mel rosaceum, syr. de capillo veneris, de hissopo, de duabus, & quinque radicibus, syr. de bettonica, de stecade, oximel compositum, scilliticum, & eiusmodi syrupi, qui non semel, sed sæpiùs sunt adhibendi, quia non sufficit vna, & altera purgatio, transeundum est à mitioribus ad valentiores.
        - **Aquæ, seu decocta** — Ex agrimonia, adhianto, anetho, pulegio, calaminta, sabina, betonica, asparago, radicibus petroselini, fœniculi, capparum.
        - **Antidoti** — Aromaticum rosatum, diatrion pipereon, diambra, diamuschus, diacalamenthum, diaciminum; quæ etiam ventriculum roborant.
    - **Vacuatio per**
      - **Sanguinis missionem** — Licet humor peccans sit frigidus, si tamen vires, & cętera consentiant, mittendus [l] est sanguis (lenita priùs aluo) ex cubito in parua quantitate: deinde vtendum est incidentibus, & extenuantibus: postea iterum mittendus est sanguis ex interiori, aut media cubiti vena, quia sic facilius natura, [M] à quo veluti à pondere præmebatur, ex onerata, quod reliquum est vincet.
      - **Medicamẽta ducẽtia, quo natura vergit per loca consentia. Vergit aũt natura per**
        - **Deiectiones, [n] & tunc iuuandus ẽ naturæ motus per medicamẽta admota per**
          - **Os**
            - Primo vtendum est mitioribus, vt pro leniendo ℞. Cassiæ vnc. j. specierum hieræ drach. j. s. fiat cum zaccaro bolus sumendus ante cibum. Pro soluendo post quatuor, aut quinq; syr. ℞. mellis rof. sol. vnc. iij., diaphinic. min. mes. drach. iij. dissolue cum aqua betonicæ, pro Aurora.
            - Deinde, quia materia non potest vnica vice vacuari post assumptos alios syr. valentiores sumãtur. ℞. Agarici optimi infusi in oximelle cum sale gemma drach. j. s. sic rhabarbari electi infusi s. ar. drac. j. Deinde facta forti vtriusq; expressione addatur diasenæ, & diacatoliconis an. vnc. s. electuarij Indi. drac. iij. dissolue cum aqua fœniculi, & exhibe in Aurora.
            - Tertio post alios syrupos detur valentius medicamentum cum [n] turbith. Faciunt pillulæ cochiæ, ex colocynthide, sic descriptæ ab [m] Alexandro.
          - **Anum** — Vsurpandi sunt crebri clysteres primò mitiores, deinde acriores.
        - **Vomitum [n]** — Conuenit vomitus maximè post statum. Assumatur itaq; decoctum radicularum cum oximelle post multos & varios cibos, præsertim pingues; deinde digitis, aut pennis oleo imbutis in os immissis vomitus prouocetur.
        - **Vrinam [n]** — Raro vergit natura in quotidiana ad vias vrinæ ob sui crassitiem: cum tamen id facit, iuuandus est illius motus cum decocto radicum petroselini, fœniculi, apij, asparagi, cum oximelle, acetoso simplici, & & composito.
        - **Sudorem** — Primò exhibeantur mitiora, deinde valentiora, vt decoctum anethi, petroselini, fœniculi, asparagi, capparis, cum acetoso simplici, & composito, oximelle scillitico, & similibus.
  - **Morbo quatenus ẽ**
    - **Febris** — Cum febris sit affectus calidus, quem sequitur siccitas indicat refrigerandũ [p] & madefaciendum per ea, quæ id præstant per se, [q] per accidens, actu, & potentia. Talia sunt
      - **Victus ratio** / **Medicamenta**
        - Victus ratio, & medicamenta ratione febris conueniunt frigefacientia, & madefacientia; sed ratione causæ ipsius scilicet pituitæ (vt dictum est) conueniunt calefacientia, & siccantia, & cum febris tollatur ab ablationem causæ, negligitur indicatio suppeditata à febre.
        - Quare Authores de hac indicatione nihil dixerunt: si tamen inspicienda interdum sit febris, misceantur cum frigidis calida, vt cum aqua hordei bulliant radices petroselini, cinnamomum, & similia.
    - **Talis febris scilicet quotidianæ** — Lapis Aetites [o] corpori alligatus. Araneus [o] linteolo alligatus, & sinistro brachio appensus, & similia, quæ nobis potius ethnica habentur, vtq; talia notata volumus.
  - **Symptomate**
    - **Imbecillitate ventriculi** — Veluti in tertiana hepar, in quartana, lien, sic in quotidiana ventriculus afficitur; cui succurrendum est per medicamenta ventriculum roborantia tùm exteriùs, tùm interiùs admota, vt supra dictum est.
    - **Somno cataphorico seu lethargo** — Huic occurritur per pituitæ ad caput ascendentis.
      - **Vacuationem** — Faciunt ad vacuandam pituitam medicamenta priùs exposita.
      - **Reuulsionem p** — Frictiones [r], Ligaturas, Cucurbitulas — Omnia ista conueniunt ad partes inferiores.
      - **Repercussionem** — Faciunt oxirodina, sed non frigida simpliciter, &c. quæ tradita sunt in curõne lethargi.

De

AVCTORITATES.

A De attenuante vict. ratione primo.
a Primo aphorismor. 4.
b Primo ad Glauc. 12.
Oribas. 6. synops. cap. 15.
c Alex. lib. 12. cap. 7.
d Paul. lib. 2. cap. 25.
e Aet. lib. 5. cap. 86.
f Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 55.
g Gal. primo ad Glauc. cap. 12.
h Alex. lib. 12. cap. 7.
G Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 47.
Primo ad Glauc. 5.
Secundo de cris. 5.
i Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 55.
Aet. lib. 5. cap. 86.
Paul. lib. 2. cap. 25.
k Oribas. lib. 6. Synops. 15.
& Tertio ad Eunap. cap. 5.
Gal. primo ad Glauc. 12.
l xi. meth. 4.
M xi. meth. 15.
m Alex. l. 12. cap. 7.
n Auic. lib. 4. f. p. tr. 2 cap. 55.
Aet. lib. 5. cap. 86.
Paul. lib. 2. cap. 25.
Gal. primo ad Glauc. cap. 12.
Oribas. 6. synops. 15.
& 3. ad Eunap. 5.
o Alex. lib. 12. cap. 7.
p Primo aphors. 16.
q xi. meth. 2.
x. meth. 8. x.
r Auic. l. 4. f. pri. tr. 2. cap. 55.

ADNOTATIONES.

Curatio hæc conuenit quotidianæ ex dulci, & insipida pituita, at illi, quæ est à pituita vitrea, conueniunt valentiora, vt hepialæ (o) cui succurrit diatrion pipereon, diacalamenthum, diacastoreum. Quotidianæ autem à pituita salsa, & causo notho faciunt frigida, & humida.

o *Paul. lib. 2. cap. 26.*

Tabula Quinquagesimatertia, Hepialæ definitio, differentię.

Hepiala, siue hepialus [h] sic dictus ab ἠπίας, & ἁλός, idest à tranquillo mari primo occursu apparente, quòd tamen maxima tempestate perpetuò agitatur: nam hæc febris primò videtur mitis, & facilis, cũ alioquin sit difficilis: vel sic dicta ab ἠπίως [i h] ἀλεαίνειν, quia scilicet blandè, leniter, & clementer excalfaciat; vel ab ἐπὶ ἅλλα, [P] idest supra, vel circa aliud, quasi frigus sit super calidũ. Est febris [c h] ex acida, & vitrea pituita partim putrescẽte, partim non putrescente, in qua per vniuersum corpus exiguis portionib⁹ eodẽ tẽpore [i d g k] semper simul calor, & frigus, febris, & rigor sentitur. Hæc febris cũ sit species specialissima non habet differentias. Possunt tamen in ea considerari.

- Causæ, quę etiam faciunt quotidianam quę causæ sunt
  - Externæ, & sunt res
    - Faciendæ: Vita otiosa, [a] crapulis, balneis post cibum, somno, & nullis curis, dedita.
    - Assumendæ: Crapulæ, [a] sic alimenta, & medicamenta talem pituitam gignentia.
    - Excernendæ: Retentio pituitæ solitæ per vomitum, vel aliter vacuari.
    - Incidentes extrinsecùs: Vt est mora in aere, vel aqua frigidiore sicut in hieme, [a] regione, ac tempestate frigida, & humida.
  - Internæ quæ causæ sunt
    - Per aliud, vel (vt dicitur) per accidens, idest, quæ non per se gignunt hepialam, sed quatenus gignunt pituitam acidam. Tales autem causæ sunt
      - Temperatio: Frigida, & humida, idest pituitosa. [a]
      - Habitus corporis: Obæsus, [a] & pinguis.
      - Aetas senilis, ac puerilis [b].
      - Sexus fœmininus.
    - Per se, quæ causa est
      - Antecedẽs: Est pituita vitrea, & acida, ac tenax in toto corpore [c] redundans antequam putrescat; quæ cùm non actu faciat febrem, meritò à Galeno [d] dubitatur an semper adsit in hepiala causa duplex.
      - Continens, vel coniuncta: Est eadem actu sed non tota [e] æqualiter putrescens acida, [f] pituita, frigida, & tenax, vitrea à Praxagora [g] nuncupata, ab alijs verò, & Philippo [f] cruda.
- Morbus: Cum hepiala febris sit è genere [l] quotidianarum, erit illius essentia calor humidus, [m] fumosus, qui primo occursu [h n] mitis, postea acrior apparet, quemadmodum etiam mare tranquillum difficillimum tempestate mutuata redditur. Singulis diebus [o] accenditur, neque integre expurgatur: semperq; eodem [x d g h] tempore simul calor, & frigus in toto corpore percipitur.
- Locus affectus: Si hepialam in continuarum numero reponamus, vt facere videtur Galenus, [p] locus affectus erunt vasa: quoniam verò ad hoc, vt rigor excitetur necessarium est, vt partes sentientes [q] afficiantur, idcirco locus affectus in hepiala erit potiùs habitus corporis, vel quod idem est, sunt carnes, vel partes corporis [r s] sentientes, & demùm est locus extra venas, vel vasa. Et à quotidiana exquisita hepiala differet, quòd in quotidiana pituita ex toto putrescit sine rigore in hepiala verò partim putrescit, partim non putrescit, cum rigore, & est diuturnior pręterea in quotidiana calor æqualiter totum occupat corpus, in hepiala verò inęqualiter. Paulus, [s] & carnosum, & venosum genus affici putat.
- Symptomata quæ sunt
  - Actiones læsæ
    - Animales
      - Rectrices: Adest imaginatio hebes, sic ratio, & memoria.
      - Sensitiuæ: Quemadmodum [t] si quis pedes in aquam calidam, manus verò in frigidam indiderit, manifestò ab ambobus patitur simul incalescens, & frigescens; hoc vtiq; in hepialis vsu venit, excepto quod in his non extrinsecus, sed ex ipso corpore caliditatis, frigiditatisq; affectus exoritur. Quare in hepiala eodem tempore [u] in vniuerso corpore semper exiguis portionibus rigent, & febricitant, rigent quidem ob pituitam [r] nondum putrefactam per sensibiles partes latam, febricitant autem ob aliam pituitæ partem putrefactam per easdem partes latam. Non adest sitis, hebes est sensus.
      - Motiuæ: Adest rigor veluti dictum est.
    - Vitales: Pulsus, & respiratio se habent ferè vt in quotidiana.
    - Naturales: Deprauata est coctio, sic & aliæ naturales actiones.
  - Excreta: Vrinę, fœces, vomitus, & sudores in hepiala sunt similes quotidianę.
  - Affectus, seu qualitates corporis tales sunt in hepiala, quales in quotidiana.

Hanc, & tres sequentes Tabellas Marcus auctoris filius suppleuit.

AVCTORITATES.

a Secundo de differ. febr. pri. 4.
Primo ad Glauc. 7.
Auic. lib. 4. f. p. tr. 2. cap. 46.
b Secundo de differ. feb. pri.
Auic. l. 4. f. pri. tr. 2. cap. 46.
c Secundo de diff. febr. 6.
Auic. l. 4. f. p. tr. 2. cap. 49.
De inæquali intemp. 8.
Aet. lib. 5. cap. 87.
d Secundo de differ. febr. 6.
e Paul. lib. 2. cap. 26.
f Secundo de diff. feb. 6.
Aet. lib. 5. cap. 87.
g De inæqual. int. 8.
h Paul. lib. 2. cap. 26.
i Aet. lib. 5. cap. 87.
k Secundo de diff. feb. 6.
Tertio de simpl. medic. c. 16. A.
Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 46.
l Paul. lib. 2. cap. 26.
Gal. 2. de diff. febr. 5.
m Primo ad Glauc. 7.
n Alex. lib 12. cap. 7.
o Secundo de diff. febr. 4.
primo ad Glauc. 7.
P Petrus Aponen. 27. problematum, problemate secundo.
P Gentiles, & Arcul. super Auic. f. p. 4. tr. 2. cap. 51.
p Primo 6. epid. 29.
7. aphorism. 42.
q Quarto aphoris. 58. 63.
Secundo de cris. 3.
x. meth. cap. 4.
r Secundo de differ. febr. 6.
De inæqual. int. 8.
s Paul. lib. 2. cap. 26.
t Tertio simplic. 16.
u Aet. lib. 5. cap. 87.
Secundo de diff. febr. 6. 5.

ADNOTATIONES.

Quamuis hepiala, cùm sit species specialissima non habeat differentias, nos tamen, quemadmodum in aliis morbis facere consueuimus, explicauimus in hac tabella hepialæ causas, symptomata, locum affectum, & ipsum affectum.

Differt (a) *hepiala à cæteris febribus, quæ cum rigore inuadunt, ueluti sunt tertianæ, & quartanæ intermittentes, quòd in his rigor præcedit, febris verò sequitur; at in hepiala ambo semper* (b) *eodem tempore accidunt.*

Differt etiam (c) *ab inuasione nonnullarum febrium, in quibus febricitantes tùm rigent, tū febricitant, tùm ambo sentiunt frigus immodicum, & calorem vnà; quòd isti non eodem loco vtrumq́; sentiunt; nam intùs,* (d) *& in ipsis visceribus calorem sentiunt, in externis autem partibus vniuersis frigus (quales perpetuò sunt febres, quæ græcè lypiriæ vocantur, præterea quoddam ardentium febrium perniciosum genus). Verùm quod in his maioribus portionibus accidit, hoc in hepialis contingit minutis.*

Ex quo patet (e) *Aristotelem, & Auicennam* (f) *nonnulla de hac febre scripsisse, quæ Galeni sententiæ conuenientia minimè sunt;* (e) *Aristoteles namq́; scriptum in problematibus reliquit quos hepiala exercet calere per intima, refrigerari per summa, non enim illis pars eadem corporis inalgescit, & concalescit.*

Arabes (f) *verò dicunt in hepiala sentiri calorem in exterioribus, & frigus in interioribus; in lypiria calorem in interioribus, & frigus in exterioribus; & ponunt quædam carmina vt Gordonius* (h) semper in epiala calescunt interiora exteriora frigēt, lipparia vertitur illi.

Sed hi omnes verum quidem de lypiria dicūt, falsum autem de hepiala; quia Galenus, (b) *& omnes græci* (g) *testantur in hepiala sentiri in toto corpore simul calorem, & frigus.*

a De inæqual. intemp. 8.
b Secundo de differ. febr. 6. 5.
Auic. l. 4. f. p. tr. 2. cap. 46.
Tertio simplic. 16.
Aet. lib. 5. cap. 87.
De inequali. intem. 8.
c De inequal. intem. 8.
d Secundo prognost. 4.
e 27. sect. problem. problem. 2.
f Auic. l. 4. f. p. tr. 2. c. 49. 50.
Gentiles, & Arcul. ibidem.
Sauon. rubrica 9. & 11. de Febribus phlegmaticis.
g Paul. lib. 2. cap. 26.
h Gordon. partic. pri. de feb. cap. 8.

Signa

Tabula Quinquagesimaquarta, Hepialæ signa.

- **Signa hepialæ sunt**
  - **Memoratiua**
    - Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quę haberi possunt ex ægrotante, & assidentibus, & quæ magis faciunt ad [b] medici gloriam, quàm ad ipsius ægri salutem.
    - Quare hic omittuntur, præsertim cum inferius ponenda sint inter signa à causis externis desumpta.
  - **Indicatiua sumpta ab ipsius hepialæ**
    - **Essentia**
      - Est hepialæ essentia, vt etiam quotidianæ, calor [c] humidus, fumosus, cum quo vnà [d e] semper rigor quoq; per vniuersum corpus sentitur exiguis portionibus. Et ex tali calore, [f] ac rigore eodem tempore simul totum corpus occupante certò cognoscitur esse hepiala.
    - **Causis**
      - **Externis, idest rebus**
        - Faciendis — Vita otiosa, [g h] crapulis balneis post cibum, somno, & nullis curis dedita.
        - Assumendis — Crapulis, [g] & alimentis talem pituitam gignentibus.
        - Excernendis — Retenta pituita solita per vomitum, vel aliter vacuari.
        - Incidentibus extrinsecus — Mora in aere, vel aqua frigidiore, sicut in hieme, [g] regione, ac tempestate frigida.
      - **Internis**
        - Per accidens
          - Temperatione pituitosa. [i κ]
          - Habitu [l] corporis obæso, & pingui.
          - Aetate puerili, [m κ] & senili.
          - Sexu fœminino.
        - Per se, quæ causa est
          - Antecedens — Est pituita vitrea, acida, & tenax [n] in toto corpore redundans — Cognoscitur ex suis causis, & effectibus.
          - Continens, & coniuncta
            - Est eadem actu putrescens non quidem ex toto [n] æqualiter, sed exiguis portionibus [o] acida, vitrea, frigida, ac tenax pituita.
            - Cognoscitur talis causa ex hepialæ essentia, & causis iam dictis, ita ex effectibus, vt ex rigore, & calore simul totum corpus semper occupante. Et eiusmodi cognitio per talem causam non est per signa, sed est scientifica, nam est per propriam causam.
    - **Effectibus idest symptomatis**
      - **Actionibus læsis**
        - Animalib⁹
          - Rectricibus — Imaginatione hebeti, sic ratione, ac memoria.
          - Sensitiuis
            - Rigore, [o p q] & calore simul eodem tempore in vniuerso [r] corpore ob acidam pituitam partim putrescentem, partim non putrescentem.
            - Non adest sitis, hebes est sensus.
          - Motiuis — Rigore veluti dictum est.
        - Vitalibus
          - Pulsu quemadmodum in quotidiana debili, [s t] paruo, inæquali, inordinato, raro, [u] tardo.
          - Respiratione [x y] parua, & non multum frequenti.
        - Naturalibus — Læditur coctio, vt patet ex vrinis, cæterisq; deiectionibus.
      - **Excretis**
        - Vrinis tenuibus [a y s] & albis, frigidis, [u] crudis, interdum crassis, & turbulentis, quæ postea sepè sunt rubræ propter putredinem, & sæpissimè inæquales.
        - Deiectionibus [y u] humidis, frigidis, crudis, aquosis, & pituitosis.
        - Vomitibus pituitosis [a y] præsertim in principio accessionum.
        - Sudoribus [t] paucis propter viscositatem.
      - **Affectibus corporis**
        - Adest color [x y] in facie albus.
        - Tumor est persæpè in hypochondrijs, & facie.
        - Adest sæpè ructus, crepitus, & sentitur flatus in ventre.
  - **Prognostica, per quæ præcognoscitur**
    - **Euentus**
      - Hæc febris est valdè diuturna [b c] & difficulter solubilis, &, si vires sint admodum debiles, interficit; si verò validæ vergit ad salutem. Quare diligentèr perpendenda est vis naturæ [d] & morbi, atq; ex maiore huius, vel illius robore mors, vel salus est expectanda, & prædicenda.
    - **Tempus**
      - Cum hæc febris [b] diuturna sit, breui solui non potest, non habet tamen determinatum tempus solutionis, nam interdum citius, interdum tardius finitur.
      - Pro cognoscendo [e] termino, siue tempore diligenter animaduertenda sunt signa coctionis, & cruditatis.
    - **Modus**
      - Modus terminationis hepialæ est (veluti dictum est in quotidiana) potius per solutionem quàm per crisim: quia paulatim natura coquit, & expellit morbi causam: interdum tamen coctam materiam, vel ex se, vel ope artis natura, vel per deiectiones, [f] vel per vomitum, vel per sudorem, aut vrinam pellit.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag.ex pulſ.11.
b Primo prognoſtic.4.
c Primo ad Glauc.7.
d Secundo de diff.febr.6.
Aet.lib.5.cap.87.
e Paul.lib.2.cap.26.
Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.46.
f Secundo de differ.febr.6.
De inęqual.intemp.8.
g Secundo de diff.febr.pri.4.
primo ad Glauc.7.
h Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.46.
i Secundo de diff.febr.pri.4.
k Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.46.
l Primo ad Glauc.7.
m Secundo de diff.febr.primo.
Secundo de criſ.5.
n Secundo de diff.febr.6.
De inæqual.intem.8.
Paul.lib.2.cap.26.

o Secundo de diff.febr.6.
p Secundo de diffe.febr.5.
q De inæqual.intemp.8.
r Secundo de diff.febr.pri.
Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.46.
s Auic.ibidem cap.47.
t Secundo de criſ.5.
Secundo de differ.febr.4.
u Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.49.
x Secundo de criſ.5.
y Oribaſ.6.synopſeos cap.14.

a Primo ad Glauc.7.
b Secundo de differ.febr.5.
c Paul.lib.2.cap.26.
d Primo ad Glauc.8.
Secundo prognoſt.6.
e Primo ad Glauc.8.
f Tertio de criſ.3.

Tabula Quinquagesimaquinta, Hepialæ curatio.

- **In curanda hepiala, operationes seu intentiones curatiuæ sumuntur à**
  - **Causa, quę est pituita vitrea, acida, ac tenax, à qua indicatur**
    - **Inhibitione noua subîde materia generetur, quæ febrem foueat, vel augeat. Quod præstatur per**
      - **Victus ratione**
        - Cum hepiala sit morbus diuturnus [a] nullo pacto conuenit [b] victus tenuis, prætérquam in statu [c]. Sit igitur in quantitate mediocris, in qualitate verò extenuans, [d] & magis incidens victu quotidianæ, magisq; calfaciēs, & siccans, & qualis ferè vsurpatur in vsu cynæ, vel ligni Indici.
        - Cibus sit ptisana, & cum ea ferueat coma porri, hyssopum, pulegium, apium, piper, cinnamomum. Conueniunt auiculæ montanæ, pulli gallinacei, & columbacei, quibus pro condimento admisceatur apium, anisum, cuminum, piper, cinnamomum. Boni etiam sunt pisces saxatiles cum iure albo.
        - Cappares præsertim ex oximelle, asparagi, porrum, fœniculum, amigdalæ. Lutea ouorum recentium mollia, seu sorbilia cum pipere, vel cinnamomo.
        - Potus sit mulsa cum cinnamomo, aut vinum album tenue dilutum. Aer sit calidus, & siccus. Conuenit motus, & frictiones [e] totius corporis.
        - Somnus moderatus, & conuenienti tempore. Conuenit ira, lætitia, & alię vehementes animi passiones. Aluus irritanda est clysteribus [f] acrioribus, ita glandibus ex ruta, nitro, cumino, melle, ac hiera.
      - **Medicamenta roborantia calorem partium coctioni seruiētiū.**
        - Cum plerumq;, vel semper lædatur ventriculus, quemadmodum, & in quotidiana, [g] roborandus [h] est præsertim circa [i] statum factis aliquot vacuationibus medicamentis admotis
          - **Interiùs**
            - Diatrion [k] pipereon, diacalaminthes, diacastoreum, aromaticum rof., diagalanga, & similia ad drac j. vel ij. per tres horas ante cibum. Et hæc etiam faciunt ad materiam alterandam
          - **Exterius**
            - Faciunt fomenta, inunctiones, & cerata, quorum exempla, explicata sunt in quotidianæ curatione.
    - **Alteratio genitæ, idest, incisio, & extenuatio per**
      - **Victus rationem**
        - Facit victus ratio extenuans in sex rebus non naturalibus, vt supra dictum est, & qualis vsurpatur, quando cynæ, vel ligni Indici decocto vtimur.
      - **Medicamenta**
        - Faciunt antidoti, syrupi, aquæ, seu decocta in curatione quotidianæ exposita, sintq; tantò [k] calidiora, acutiora, magisque incisoria, [l] quantò pituita hepialam efficiens frigidior est pituita quotidianam generante.
    - **Vacuatio per**
      - **Sanguinis missionem**
        - In principio [m] non conuenit, sed in progressione post vsum incidentium, & extenuantium si vires, & cætera consentiunt, mittendus est ex interiori aut media cubiti vena, qua sic facilius [n] natura, à quo veluti à pondere præmebatur exonerata, quod reliquum est vincet.
      - **Medicamenta ducentia, quo natura vergit per loca conferentia**
        - Hæc omnia in quotidianæ curatione planiùs explicata sunt.
        - Verùm ad inhibendum, alterandum, & vacuandum post vnam, & alteram purgationem (non enim [o] vniuersè, sed per vices huiusmodi febricitantes purgandi sunt) nihil est præstantius decocto radicis cynæ seu chynæ cum solita diæta; quoniam hæc [p] radix febres longas absq; corporis excalfactione finit.
  - **Morbo idest ab ipsa febre**
    - Si febris valdè vrgeret, cum sit affectus [q] calidus, quem sequitur siccitas, indicaret refrigerandum, & madefaciendum esse per ea, quę id præstant [r] per se, per accidens, actu, & potentia. Verùm quia in hepiala plerumq; quando scilicet est lenis, [s] & mitis febris non vrget, magis incumbendum est in causam per auxilia exposita.
  - **Symptomate**
    - Si adsint symptomata [t] subeuntia vicem causæ prosternentis vires, aut augentis morbum, quod rarò solet esse in tali febre, cogitur medicus relicta causa, & morbo succurrere symptomati, vt syncopę reficiendo vires, nimio somno per ea quæ à somno excitant, & sic de alijs, at nisi valdè vrgeant [u] symptomata, nihil indicant, quoniam facilè tolluntur ablato morbo, quem sequuntur velut vmbra [x] corpus.

Secundo

AVCTORITATES.

a Secundo de diff. febr. 5.
b Primo aphorismorum. 4.
c Primo aphorism. 8.
d Aet. lib. 5. cap. 87.
Paul. lib. 2. cap. 26.
Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 55.
e Auic. lib. 4. f. pr. tr. 2. cap. 55.
f Auicena ibid. cap. 57.
g Primo ad Glauc. 5.
Secundo de cris. 5.
Auic. l. 4. f. pr. tr. 2. cap. 46.
h Primo ad Glauc. 12.
Aet. lib. 5. cap. 86.
Alex. lib. 12. cap. 7.
i Auic. lib. 4 f. prima tr. 2. cap. 55.
Oribasius 6. synops. 15.
x Paul. lib. 2. cap. 26.
l Aetius lib. 5. cap. 87.
m Auic. lib. 4. f pri. tr. 2. cap. 55.
n 11. meth. 15. 4.
o Alex. lib. 12. cap. 7.
Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 55.
p Nicc. Monardes pri. Indic. rer. 10.
q Primo aphorism. 16.
r 11. meth. 2.
x. meth. 8. 10.
s Paul. lib. 2. cap. 26.
Aet. lib. 5. cap. 87.
t 11. meth. 11.
12. meth. 1. 2.
Primo ad Glauc. 14.
u De differ. symptom. pri.

Tabula Quinquagesimasexta, Melancholicarum febrium diuisio.

- Febris [n] quarto quoq; die inuadens, & ob id quartana nominata dicitur, quę
  - Non vertit [b] ad integritatem, [a] vel infebricitationẽ, [f] sed est continua, & hæc est, quæ
    - Habet [a d] accessionem quarto quoque die solum, quæ accessio est
      - Obscura, & immanifesta
        - Est febris quartana [a] continua, quæ fit à putredine bilis atræ in vasis magnis, sed [b] rarissimè: nam hic humor cum sit paucus, facilè expellitur extra vasa, & ob id sæpissimè [c] facit febrem intermittentẽ. Facit tamen interdum etiam [a d] continuam; & tunc febris horrore carebit, ac [e] rigore, neq; sequetur [f] sudor.
      - Clara, & manifesta
        - A Galeno [d] vocatur febris continua, cuius accessio in figura quartani circuitus progreditur. Et hæc etiam [a] raro fit.
    - Habet [a] accessionem tum quarto quoq; die, tum etiam diebus intermedijs; ita, vt, & duobus diebus affligat vno intermittat, & etiam singulo quoq; die exercitat, sicut [g] enim febris tertiana, aliquando fit duplex, aliquando triplex, ita, & hæc pro vario putredinis foco, & multitudine, vel paucitate, crassitie, vel tenuitate materiæ.
    - Tunc autem accessiones ipsæ
      - Sunt [i] sine horrore, vel rigore, quæ accessiones sũt
        - Aequales, [a] & similes, ita vt secũda, tertia, & quarta sint similes primæ
          - Vocatur [a] duplex, aut triplex quartana continua, quemadmodũ tertiana duplex [a h] vocabatur quando secunda, & tertia accessio erant similes primæ. Huiusmodi febres in ipsis accessionibus sunt similes quotidianę [a] continuæ, vt asserit Galenus [g] differuntq; [d] accessionum idæa, & possunt esse legitimæ, & nothæ, seu spuriæ.
        - Inæquales, [a] & dissimiles; ita tamen vt quarta accessio sit similis primę, quinta secundæ, & ita deinceps
          - Vocatur tres quartanæ, quẽadmodum etiam duæ [a] tertianæ dicebantur, quando tertia accessio erat similis primæ, quarta secundę, & plerumq; sunt nothę.
        - Quæ de triplici, vel tribus quartanis diximus, eadem ad duplicem, vel duas referenda sunt, quoniam nõ [K] solum tres, seu triplices, verũ duæ, seu duplices quartanæ fieri [l] possunt.
      - Sunt cum horrore, [i] vel rigore
        - Huiusmodi febres ad hemitritæos [m] referendę sunt, nam quemadmodum in hemitritæi tractatione dicetur, febris semitertiana vocata, nõ modò fit ex biliosæ, ac pituitosæ, sed etiam ex melancholicæ febris mixtione.
  - Venit [b a] ad integritatem quia est intermittẽs, & tunc
    - Omne corpus [y] vnã habet affectionẽ, vel in cũctis venis, alijsq; partibus eadem est affectio, & tunc materia, scilicet humor melancholicus [r] naturalis
      - Est in [r o] conuenienti qualitate, & quantitate, idest, non admodum multus, neque crassus, sed mediocris
        - Hinc est quartana intermittens, quæ quartana [q] simpliciter, simplex, [o] exquisita, vera, pura atq; legitima dicitur. De hac præcipuè agit [r] Galenus, quia fit [r] sæpissimè, quæ
          - Non pertransit spaciũ [o] 12. horarum quemadmodum tertianæ, fitq; ex atrę bilis sinceræ putredine in carnibus, [p] & habitu totius corporis
            - Talis quartana breuis à Galeno [l] appellatur
          - Nonnumquam paulò [o] longiùs progreditur, licet adhuc quartana exquisita perseueret
            - Id fit [o] quoniam humor melancholicus frigidior est
      - Non est [r o] in conuenienti quantitate, & qualitate, sed in minori quantitate vt paucus; sic in qualitate crassus magis, minusue
        - Hinc est quintana, [u] sextana, septimana, nonana, quos typos negat se vidisse Galenus [x].
    - Nondum [y] omne corpus vnam habet affectionem, sed atra bilis in quibusdã partibus [a] mouetur, in quibusdam immota manet: in alijs putrescit, aut feruere incipit, in alijs nequaquam.
      - Hinc sunt febres inordinatæ, quæ vocantur erraticæ, [b] & fiunt propter inæqualitatem tùm ipsius humoris, tùm temporis.

Secundo

AVCTORITATES.

a Secundo de differ. febr. 2.
Secundo de crisib. 7. 9.
De typis. 4.
b Secundo de differ. febr. 2. 8.
De tempor. morb. 7.
Secundo de crisf. 6.
Tertio in primum epidem. 2.
Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 61.
c Primo ad Glauc. 6. 11.
Secundo de crisf. 3. 4. Auic. ibid.
Secundo de diff. febr. pri. 2. 5.
d Secundo de crisf. 9.
e Quarto aphorisf. 63. 2. de crisf. 6.
f Secundo de crisf. 6.
g Secundo de differ. feb. 2.
Secundo de crisf. 9.
Primo ad Glauc. 11.
h De typis. 5.
i Tertio in prim. epidem. 5.
k Secundo de diff. febr. 2. 2. de crisf. 9.
l Primo ad Glauc. 11. de typis, 4.
m Secundo de diff. febr. 8.
n De typis. 4.
o Secundo de diff. febr. 5.
p Secundo de differ. febr. 1. 2.
Secundo de sympt. causas. 5.
De trem. rig. conuulsf. palp. 7.
Secundo de crisf. 6. 12.
q Secundo de diff. febr. 3.
Secundo de crisf. 4. 9.
r Auic. lib. 4. f. p. tr. 2. cap. 67.
s Primo ad Glauc. 6. 11.
Secundo de crisf. 3. 4.
Secundo de diff. febr. pri. 2. 5.
t Auic. l. 4. f. p. tr. 2. cap. 61.
Tertio in primum epid. 2.
u Tertio primi epidem. 2. 17.
x Primo de diff. febr. 5.
Tertio primi epid. 2. 64.
y Tertio prognostic. 27.
z Tertio primi epidem. 2.

a Secundo de diff. febr. in fine.
Secundo de crisf. 9.
b Tertio aphor. 22.
Tertio prognostic. 27.

In hac tabella recensentur solum quartanarum febrium differentiæ, quæ ex putredine constant humoris melancholici puri, ac synceri, id est non mixti cum alio humore: nam de melancholicis febribus non puris, nec synceris in tabulis de tertiana notha, & de Hemitritæo actum est.

De quartana verò ex ustione humorum genita in sequenti tabella 57. pertractatur.

Tabula Quinquagesimaseptima, Quartanæ definitio, differentię.

Quartana est febris ex putredine humoris melancholici; & eius differentiæ sumuntur à

- Causa, .i. ab humore, q. est melancholic⁹ humor, in quo spectatur
  - Substantia, ideſt species. Vnde sumuntur differentiæ ex Alex. & Auicenna. Est autem humor melanchoclic⁹
    - Naturalis
      - Dicitur propriè humor, [a] vel ſuccus, vel ſanguis melancholicus, & non rectè atra bilis appellari poteſt. Respondet proportione ſubſi
        denti in dolio [b] vini feculæ; ex quo fex ipſius ſanguinis, & atra bilis mitior vocatur, nam communiter [c] quilibet humor melan
        cholicus dicitur atra bilis. Quidam (vt refert Auic. [d]) putāt hunc humorem non putreſcere cum ſit frigidus, & ſiccus. Quarè
        (vt aſſerit Raſis [d] ex opinione Simeonis) exiſtimant fieri ſolū quartanam à putredine ſanguinis vſti, bilis vſtæ, & pituitæ vſtæ.
        Gal. [e] è conuerſo (vt patet primo ad Glauc. 6. 11.; necnon 2. de diff. feb. 1., & 5., atq; 2. de cri. c. 3. & 4.) agit ſolùm de quartana,
        quæ eſt ab humore melancholico naturali. Ob quod reprehenditur à Tralliano, [f] quòd omiſerit quartanam à bile vſta.
      - Et [d] Auic. addit alias quartanas ex vſtione ſanguinis, bilis, pituitæ, ac humoris melancholici.
        Poſſet defendi Gal., quia egit de illa quartana, quæ fit [e] ſæpiſſimè, & eſt ex putredine humoris melancholici naturalis.
        Verùm quod nouerit etiam fieri ex putredine bilis vſtæ, [g] patet ex libro 3. aphor. 22. Quod ēt viderit fieri poſſe [h] ex putredine
        humoris melancholici nonnaturalis, ideſt geniti ex vſtione tùm bilis, tùm ſanguinis, tùm pituitæ, tùm humoris melancholi-
        ci, patet ex 3. progn. 27. Quartanam ab humore melancholico naturali, quia ſæpiùs fit Iuniores [i] vocant quartanam veram, a-
        lias verò quæ ſunt ex vſtione humorum appellant non veras.
    - Præternaturalis
      - Humor melancholicus præternaturalis eſt, qui propriè vocatur atra, vel nigra bilis, quę gignitur ex vſtione humorum, & cū diutiùs retinetur ī corpore [v] putreſcit, & facit quartanam, quæ à Iunioribus dicitur [i] non vera. Gignitur autem hæc atra bilis ex vſtione
        - Bilis
          - Dicitur propriè bilis [k] atra, vel nigra, gigniturq; ex flaua bile ſuperaſſata, [l] flaua enim bilis (vt inquit Ga-
            le. [m]) cum aduritur, vel aſſatur primò in æruginoſam, deinde in atram bilem migrat, gignitur etiam ex
            vſtione bilis [n] vitellinæ. Eſt eſſentiæ [o] multò tenuioris, quàm ſit humor melancholicus acris ero-
            dens, terram radit, attollitq;, ac fermenti ritu eleuans ampullas, quales feruentibus iuſculis ſupernatant
            excitat. Hæc atra bilis [o] vomentibus, & olfacientibus videtur acida, & eſt omnium [p] moleſtiſſima;
            ita, vt ſit pernicioſior altera nigra bile genita ex vſtione humoris [q] melancholici.
          - Ab hac putreſcente fieri quartanam febrem diuerſam ab ea, quæ fit ab humore melancholico, aſſerit Alex. :
            & cum diuerſam exigat curationem reprehendit Gal., quòd eam non tradiderit. Sed (veluti diximus)
            Gal. [r] tractauit curationem eius, quæ fit ſæpiùs, & omiſit curationem quartanæ à bile vſta, quia fit ra-
            riùs, & quia patet ex curatione tertianæ, & quartanę. Sed huius febris meminit tùm 3. aph. 22., tùm 3.
            prognoſt. 27., & idem videtur aſſerere 3. de loc. affe. 7. dicens quartanam fieri poſt alias febres.
        - Humoris melācholici
          - Hæc etiam [s] dicitur atra bilis, vel nigra exquiſitè, fitq; ex humore melancholico ſuperaſſato, & vſto. Hu
            mor. n. melancholicus qui eſt veluti ſanguinis limus, [t] & fex ſi diutiùs moretur [T] in corpore, neq;
            per aliquem ſenſibilem affluxum, neq; occultum excernatur, ex putredine fit bilis nigra exquiſitè, quæ
            eſt acris, corrodens, & acida, ſicut acetum: niſi quod eſt eſſentiæ multò [u] craſſioris; Terram abradit,
            [x] ac fermenti ritu eleuat, eſtq; veluti [a] fex vſta, & cinis; nam ex putredine, vſtione [b] & aſſatione
            malignam induit acrimoniam ob quam [u] nullum animal, imò nec muſcæ [t] quidem hæc guſtare
            volunt. Quæ omnia licet conueniant etiam atræ bili genitæ ex vſtione bilis [a c] flauæ, à Gal. tamen
            multis [d] in locis tribuuntur atræ bili genitę ex vſtione humoris melancholici.
          - Ab hac ex opinione Simeonis (vt inquit [e] Raſis) non fit febris. Sed ex Auic. [f] ex hac putreſcente fit
            vna quartanæ ſpecies. Gal. [g] quoq; inquit, ſi natura non excernat veluti cinerem humorum vehemē
            ter aſſatorum; hic rurſus permanens in corpore putreſcit, & quartanam, vel erraticā febrē procreat;
            & ſic ab humore melancholico vſto ex Gal. fit febris quartana, qñ videlicet eiuſmodi humor putreſcit.
        - Sanguinis
          - Vocatur humor [l] melancholicus, vel atra bilis genita ex vſtione ſanguinis.
          - Ab hoc humore putreſcente fieri quartanam aſſerit [f] Auic., & Galenus. [g]
        - Pituitæ
          - Auic. [f] & Simeon (vt recenſet [e] Raſis) putant quartanam fieri à pituita vſta putreſcente, id, quod vi-
            detur etiam velle Gal. [g]. Sed Manardus [h] aſſerit, numquam pituitam ipſam conuerti poſſe in humo
            rem melancholicum. Poteſt tamen conuerti pituita in atram bilem, præſertim ſi ſit ſalſa, & gypſea.
  - Quantitas, & qualitas .i. multitudo, & craſſities. Talis enim humor eſt
    - Mediocris in quantitate, & qualitate, ideſt, non eſt admodum multus, nec admo-
      dum craſſus, ſed mediocris in multitudine, & craſſitie
      - Facit quartanam propriè dictam.
    - Multus, & craſſus
      - Facit vel plures quartanas, vel quartanam continuam.
    - Paucus, & admodum craſſus
      - Facit [i K] quintanam, aut ſextanam, aut ſeptimanam, aut nonanam, prout eſt magis, vel minus paucus, & craſſus, nam cum
        eſt minus paucus, & minus craſſus facit quartanam, cum magis ſextanam, aut ſeptimanam; ſed cùm maximè, fa-
        cit nonanam.
      - Dicit Galenus, [i] ſe non vidiſſe liquidò typum quintanum, [l] neq; alium vltra quartanum, & tertio tertij epid. 64. aſſerit
        ſe vidiſſe non apertè, [m] ſed obſcurè typum quintanum.
      - Quarè putat inſerta eſſe ab aliquo, quę dicuntur ab Hippo. de quintano, ſeptimano, aut nonano. Hos enim typos ponit in
        [n] libro de typis 4. ſi liber ille eſt Galeni, & in libro ad eos, qui de typis ſcripſerunt, hos etiam ponit Author [o] Intro-
        ductorij cap. 13., ſic Auicenna, [K] & Raſis.
- Morbo
  - A morbo ſumuntur quidem eædem quartanæ differentiæ, quas diximus deſumi à cauſa, nam eſt quartana ex humore melancholico naturali, quę ſæ-
    piſſimè fit, & quam tractat Galenus.
  - Eſt, & à bile vſta, ab humore melancholico vſto, ſic à ſanguine, & pituita.
- Loco affecto, ideſt, in quo putreſcit talis humor, qui eſt
  - Extra vaſa
    - Omne corpus [p] vnam habet affectionem, ideſt, in cunctis venis, vel
      partibus corporis eſt affectio apta eodem modo ad gignendam pu-
      tredinem
      - Hinc eſt quartana intermittens, quæ poteſt eſſe vna, & duæ,
        & tres, aut quatuor pro multitudine, vel paucitate mate
        riæ, & pro vario putredinis foco.
    - Non omne [p] corpus vnam habet affectionem, & tunc atra bilis in quibuſdam partibus moue-
      tur, & in quibuſdam quieſcit: atq; in alijs putreſcit, ac feruere incipit, in alijs nequaquam.
      Huc etiam referri poteſt focus putredinis, qui plerumq; eſt lien, interdum etiam hepar.
      - Hinc ſunt febres inordinatæ, q̄ errati
        cę vocantur. [q] Hæc autem fiunt
        propter inęqualitatem tùm ipſius
        humoris, tùm temporis.
  - Intra vaſa
    - Hinc eſt quartana continua, quæ fit [r] rariſſimè, nam hic humor cùm ſit paucus, facilè pellitur extrà vaſa, & ob id ſæpiſſimè facit
      febrem intermittentem: facit etiam interdum continuam, vt ego aliquando vidi.
- Accidente aliquo
  - Vt à tempore quo inuadant. Vnde aliæ quartanæ dicuntur æſtiuæ, [s] aliæ autumnales, ſic quartanæ plerumque, & interdum quintanæ, aut
    ſecundum alium typum.
  - Vt etiam à tempore, quo perdurant. Vnde aliæ [s] breues, aliæ longæ nominantur.
  - Vt etiam à vehementia. Vnde vehementes, vel mites. Sic ab euentu, vnde periculoſæ, vel ſecuræ appellantur. [t]

Tertio

AVCTORITATES.

a Tertio de loc.affectis 7.
Sexto aphorism.53.
Secundo de Natural.facult.9.
b Tertio prognostic.27.
Quarto aphorism.21.
De tumoribus præter naturam.9
c Decimoquarto meth.9.
d Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.52.
d Rasis 18.continent.cap.2.
e Primo ad Glauc.6.11.
Secundo de differ.febr. prime
Secundo de cris.3.4.
f Alex.lib.12.cap.8.
g Tertio aphorism.22.
h Tertio prognostic.27.
i Sauonarola de febribus melancholic.rubrica prima.
k De multitudine 11.
l De atra bile cap.3.
m Primo prorrheticorum 4.10.
n De natural.facult.9.
o Tertio de loc.affect.7.
p Sexto aphorism.53.
q De atra bile 3.
r Primo ad Glauc.11.
s Quarto aphorism.21.21.23.
T Sexto aphorism.53.

t Quarto aph.21.
14.meth.9.
v Tertio prognostic.27.
u De atra bile 3.
x Quarto aphor.23.
a Secundo de natur.facult.9.
b Sexto aphoris.56.
c Tertio de loc.affect.7.
d Quarto aphor.21.23.
d 14.meth.9.
e Rasis 18.continent.2.
f Auic.lib.4.f.pri. tr.2.cap.61.
g Tertio prognostic.27.
h Manardus lib.9.epistol. epistol.2.
i Tertio primi epidem.2.7.17.
k Auic. lib.4.f.pr.tr.2.cap.67.
l Primo de differ.febr.cap.5.
m Tertio 3.epidem.64.
n De typis 4.
o Introduct. auctor. ad medic. 13
p Tertio prognostic.27.
q Tertio aphorism.22.
r Secundo de differ.febr.2.
& Tertio pri.epidem.2.
r De tempor. morb.7.
s Secundo aphorism.25.
t Tertio primi epidem.4.

Signa

Tabula Quinquagesimaoctaua , Quartanæ signa.

Signa quartanæ sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quę haberi possunt ab ægro, vel assidentibus, & quæ magis faciunt ad Medici [b] gloriam, quàm ad ægri salutem , ideò hic omittuntur.
- **Indicatiua, à quibus monstratur**
  - **Quartana quæ est**
    - **Vera .i. ab humore melancholico naturali, quam tractat Gal. cuius signa indicatiua sumuntur ab ipsius quartanæ**
      - **Essentia** — Quartanæ essentia est caliditas non vehemens, sed fumosa, quæ non citò, sed paulatim accenditur, [c] vt in lapide, texta, vel osse; neq; emittit veluti flammam propter frigiditatem, & crassitudinem humoris; nec etiam nisi post multu tempus occupat totum corpus . Hęc ab initio inuadit cum horrore, in temporis autem progressu cum rigore non pungenti, vt in tertianis; sed cum frigore insigni in exterioribus, & ossium contusione, neq; penitus euaporat, ante 14. horas, & inuadit quarto quoque die.
      - **Causis**
        - **Externis, id est à rebus**
          - **Faciẽdis**
            - Antecessit, & perseuerat [d] cura, tristitia, timor, sunt melãcholici difficiles, ac præter oẽm rõnem tristes.
            - Antecessit etiam sæpè multus motus, vigilia, & cętera, quæ sanguinem assare potuerunt.
          - **Assumẽdis** — Antecessit vsus [e] vini nigri, crassi ; vsus carnis [f] bubulæ, leporinæ, ceruinæ, apri, cætaciorum, cochlearum, casei vetusti, brassicæ lentium inter legumina; sic alliorum, cæparum, panis furfuracei, aut ex vitiosis seminibus, sic farinæ elixatæ, [g] & rerum sale conditarum .
          - **Excernendis** — Si retineatur humor melancholicus solitus per deiectiones, aut hemorrhoidas vacuari. [g]
          - **Incidentibus extrinsecùs** — Ambiens frigidus siccus, & inæqualis, [h] vt in autumno; sic pręsens cæli constitutio inæqualis, regio etiam palustris, vt labronæ, & cæteris alijs locis crassos humores procreantibus, quartanam excitant .
        - **Internis**
          - **Per accidens**
            - Temperamentum melancholicum [e i] ferax est quartanæ .
            - Habitus gracilis, [e] latarum venarum, & tumidi [l] lienis .
            - Aetas declinans, [i] & huiusmodi .
            - Sexus masculinus magis, fœmininus minùs.
          - **Per se** — Talis causa est ipse humor melancholicus naturalis, qui cognoscitur ex causis dictis , ac symptomatis inferius dicendis. Talis humor antequam putrescat dicitur causa antecedens quartanæ; sed cum actu putrescit est causa continens, & coniuncta, & cognitio per talem causam est scientifica.
      - **Effectibus idest, symptomatis**
        - **Actionibus læsis**
          - **Animalibus**
            - **Rectricibus** — Læditur sæpè ratio, adeò, vt adsit timor, & tristitia præter [κ] rationem .
            - **Sensitiuis** — In accessione non sentitur punctio, [l] sed vehemens refrigeratio, qualis præ gelu sentitur tempore hiberno; sentitur etiam contusio, & contractio vsq, ad ossa .
            - **Motiuis** — Adest horror in principio accessionis ab initio, sed febre progrediente , & [l] aucta superuenit rigor, sensusq; aduenit ægrotis non quasi pungantur, sed refrigerentur, & veluti contundantur vsq; ad ossa .
          - **Vitalibus** — Pulsus in accessione est [l] debilis, paruus, tardus, & rarus ; ita vt arteria videatur quodammodo esse alligata, atq; ad interiora detracta, vt quamuis æger sit iuuenis, talis sit motus arteriæ, qualis in ætate decrepita; [m] & post principium , non habet liberum accessum , sed multò celerius est principium, & finis motus, quàm medium, licet in statu sit celer, & creber. Respiratio etiam ferè eodem modo vt pulsus læditur .
          - **Naturalibus** — Læduntur etiam actiones naturales, vt patet ex excretis , & , quia interdum adest [n] innappetentia, interdum verò intensa appetentia .
        - **Excretis**
          - Vrinæ sunt tenues [l o] albæ, & ad viriditatem decliues in principio, postea sunt crassiores, & magis coloratæ, & in declinatione etiam nigræ, interdum sunt turbulentæ, & crassæ.
          - Deiectiones non raro supprimuntur, & sæpè sunt atræ .
          - Vomitus non raro adsunt [n] pituitosi in ipsa accessione .
        - **Affectibus, & qualitatibus corporis** — Adest color, niger, aut plumbeus in facie, ac toto corpore.
    - **Non vera, sed illa, quæ fit ab vstione**
      - **Bilis** — In iuuene bilioso tẽpore æstiuo, [p] antecesserũt curæ, vigiliæ, tristitiæ, ira, cibi biliosi, medicamẽta acria, & febres tertianæ, aut ardentes. Pulsus est valdè [q] celer, & creber . Adest maior æstus, & sitis, quàm in quartana ab humore melãcholico.
      - **Humoris melancholici** — In ætate consistentiæ, temperatione melancholica in autumno, antecessit vsus [r] rerum gignentiũ humorem melancholicum, & successit vsus earum rerum, quæ talem humorem adurere potuerunt, vt multus motus, ira, & aliæ vehementes animi perturbationes, sic febres, vel ardentes, vel quartanę continuę .
      - **Sanguinis** — In adolescente boni [q] habitus, antecessit vsus rerum gignentium sanguinem, & successerunt ea, quæ sanguinẽ adurere potuerunt, vt multus labor, febris synochus, inflãmationes, &c. Vrina est rubra, color in facie, ac toto corpore ruber.
      - **Pituitæ** — In temperatione pituitosa, & habitu obæso post cibos, & crapulas, & cibos pituitosos, successerunt ea, quæ pituitam adusserunt, præsertim febres quotidianæ. Paroxismi [s] sunt longiores, vrina est crassa, sudor tardus, & pulsus minus durus , quàm in alijs quartanis .
  - **Locus affectus ĩ quartana qui ẽ**
    - **Extra vasa** — Hinc est febris intermittens, quæ facilè cognoscitur, quia febris incipit cum refrigeratione , & horrore , & tunc
      - Omne [t] corpus vnam habet affectionem — Hinc est quartana vera, [t] quæ cognoscitur ab essentia, causis, & effectis, vt supra expositum est .
      - Non omne corpus vnam habet affectionem, sed atra bilis in quibusdam partibus mouetur, in quibusdam quiescit, in alijs putrescit, in alijs verò non putrescit — Hinc sunt febres erraticæ, quæ cognoscũtur ex redundante humore melancholico, & febrib⁹ inordinatis, ac sine typo
    - **Intra vasa** — Hinc est febris continua, scilicet quartana continua , quæ facilè cognoscitur ex signis dictis, sumptis à causis, & ab effectis, & quia febris caret [u] horrore.
  - **Accidens, vel symptoma** — Cum hoc sensu ipso dignoscatur, non opus est alijs signis.
- **Prognostica per quæ prçcognoscitur**
  - **Euẽtus**
    - Exitus in quartana sæpiùs est ad salutem iuxta Hippocratis [a] sententiam dicentis, *at verò omnium est securissima quartana, facillima.*
    - Si tamen sit continua, non caret periculo. Periculosa [b] est interdum ob implicita sibi symptomata, vt est phthisis, hydrops .
  - **Tempus**
    - Hoc est longissimum, quia quartana suapte natura est morbus [b c] longissimus; ita, vt ad biennium producatur .
    - Ego vidi per triennium durare, potest ad plures [B] etiam annos, & vsq; ad mortem produci .
  - **Tempus**
    - Terminatur plerumq; per solutionem, & (vt ait [d] Gal.) solui nequit, nisi rigor mitigetur . Interdum soluitur per sensibilem vacuationem, & sæpiùs per alui fluxionem : interdum [e] etiam per vomitum ; rarius per sudorem, & vrinas .
    - Malè interdum terminatur in hydropem , [b] & abscessum aliquem .

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic. 4.
c Secundo de differ. febr. 1. 5.
 2. De criſ. 3. 4.
d De plenitudine 11.
e Tertio de loc. affect. 7.
f Quarto acutorum 98.
g Secundo ad Glauc. 10.
h Tertio aph. 22.
 Secundo de differ. febr. pri.
I Primo ad Glauc. 6.
 Secundo de criſ. 4.
K Sexto aph. 23.
l Secundo de criſ. 3. 4.
m Primo ad Glauc. 6.
n De typiſ. 4.
o Aet. l. 5. cap. 83.
 Secundo de criſ. 4.
p Alex. lib. 12. cap. 8.
q Auic. l. 4. f. pri. tr. 2. cap. 62.
r Tertio aphoriſ. 22.
 Tertio prognoſtic. 27.
s Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 62.
t Tertio prognoſtic. 27.
u Quarto aph. 63.

a Tertio primi epidem. 4.
b De typis 4.
 Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 61.
B Auic. ibidem.
c Secundo aph. 25.
d Primo 6. epidem. 9.
e Tertio de criſ. 3.
 De præcog. ad Poſthum. 3.

ADNOTATIONES.

Signa oſtendentia quintanam, ſextanam, ſeptimanam, & nonanam, ſunt, quæ ſuprà dicta ſunt, ſcilicet deſumpta à cauſis, & effectis quartanæ, vel potiùs humoris melancholici, cuius paucitatem, & maiorem, (f) vel minorem craſsitudinem, oſtendunt ipſi varij typi, ac periodi.

f Auic. lib. 4. f. p. tr. 2. cap. 67.

Tabula Quinquagesimanona, Quartanæ curatio.

- In quartanæ curatione opã; seu ĩ̄tétiones curatiuæ sumuntur à
  - Causa, q̄ est humor melácholicus
    - Nalis à quo indicatur
      - Inhibitio ne noua materia generetur per
        - Victꝰ rationem
          - Sint alimenta boni succi, in quantitate mediocri, ita tamen vt in primis [a] viginti diebus sit victus tenuior postea plenior.
          - Apud statum, [b] & in statu sit longè tenuior. In qualitate verò sit incidens, & extenuãs, non flatuosus. Abstinendnm est à [b] carnibus porcorum, & ab omnibus edulijs, quæ [d] tenacia sunt, ac tardum habent exitum, & quæ refrigerant, humectantq; corpus, vt ait Gal. quem sequitur Oribasius, [c] Aetius, [d] Paulus, [e] qui cum Gal. dicunt vitanda esse refrigerantia, & madefacientia, & idem etiam probat Stephanus [f] Atheniensis. Alexander [g] etiam dicit, Gal. probasse calefacientia, & siccantia, & ob id ipsum reprehendit laudans humectantia. Conuenit vinum album tenue, carnes auicularum montanarum, & non auium, quæ in paludibus degunt; carnes hædinæ, veruecinæ, oua sorbilia; pisces adhibẽdi sunt coctu faciles, mollis carnis quales sunt saxatiles, vtendum est etiam salsamentis, & synapi. Conferunt cappares, radices petroselini, aromata.
          - Aer sit calidus, & siccus. Motus ita confert, vt diebus interiectis ægroti ad consueta exercitia se transferre possint, neq; a frictionibus, ambulationibus, & alijs vsitatis exercitationibus, sunt penitus prohibendi. Iuuat somnus madefaciendo, & vigilia extenuando, ac digerendo. Confert ira, nocet tristitia, timor, sollicitudines, & curę. Aluus irritanda est clysteribus primo mitioribus, deinde acrioribus. [b]
        - Medicamẽta roborantia
          - Vẽtriculum, & hepar, & tunc medicamenta admouentur
            - Exteriùs
              - Facit oleum nardinum, mastichinum, de nuce muscata, de absynthio; sic etiam ex gariophillis, mastice, nuce muscata cum dictis oleis, & cera.
              - Confert etiam emplastrum de melilotho; decoctum ex absynthio, menta, & rosis in vino.
            - Interiùs
              - Conuenit diatrion pipereon, sic diospoliticum per interualla sumptum post statum, & si quotidie bibatur piper cum aqua maximè confert.
          - Lienem
            - Hunc roborant ea, quæ faciunt ad educendum humorem melancholicum relaxantia, & digerentia cum aliqua adstrictione, vt est oleum chamemelinum, amigd., de capparibus, de lilio, de costo, de euphorbio, &c.
      - Alteratio genitæ materiæ per
        - Victꝰ rationem
          - Cum humor melancholicus sit frigidus, & siccus, indicat calefaciendum, & humectandum esse, vt monet Alex. [g] qui reprehendit Gal. dicentem abstinendum esse à refrigerantibus, & humectantibus, nam (vt ipse dicit) cùm humor melancholicus sit siccus, non est abstinendum ab humectantibus, sed à siccantibus.
          - Altimarius [i] volens defendere Gal. ait eum dixisse, abstinendum esse à refrigerantibus, & siccantibus, vt etiam in Galeno à Leoniceno conuerso legitur, sed quicquid dicat Altimarius, [i] & Leonicenus in Gal. [k] sic est legendum, *abstinendum est ab ijs, quæ refrigerant, humectantq;*. Ita legit Oribasius, Aetius, & Paulus, & Alex., quamuis oppugnet Gal., Stephanus [f] etiam Atheniensis hoc modo legit, atq; exponit verba ista legenda esse coniunctim, & non seiunctim: & per hanc Stephani distinctionem responderi potest Alex.: nam, cùm Gal. dixit abstinendum esse à refrigerantibus, humectantibusq; debent refrigerantia, & humectantia simul, & coniunctim intelligi, ita, vt per refrigerantia, & humectantia intelligat ea, quæ tenacia sunt, & tardum habent exitum, nam ista augent humorem melancholicum, qui crassus est, &, vt crassus indiget extenuantibus, quæ potiùs sunt calida sicca, & nullo pacto frigida humida, quæ (vt dictum est) tenacia sunt, & tardum habent exitum, & ob id subiungit Gal. vtendum esse salsamentis, & synapi.
        - Medicamẽta incidentia, & extenuantia
          - Syrupos
            - Conueniunt ab initio molliores, ac mitiores, vt oximel. simpl., mel ros., syr. de fumoterræ, syr. de glycyrrhiza, & postea valentiores, vt syr. de fumoterræ compositus, de epithimo, oximel compositum, scylliticum.
          - Decocta, & aquas
            - Ex asplenio, adiantho, agrimonia, sena, epithimo, radicibus petroselini, fœniculi, capparis.
          - Antidotos
            - Confert diatrion pipereon, diaspoliticon, piper ex aqua, si quotidie detur, quæ omnia incidunt, & extenuãt; sed etiam conferunt humectantia, prout resistunt siccitati humoris melancholici, vt syr. de pomis, syr. violatus, zaccarum ros. diaborragin. Optimum est electuarium Alchermes.
      - Vacuatio p
        - Chirurgiã misso sãguine ex
          - Cubito
            - Si vires, & cætera consentiant, mittendus est sanguis ex interna dextri cubiti vena, si laboret hepar, [l] sinistri autem, si patiatur lien, & hæc est sententia Aetij. Stephanus [m] autem Atheniensis exponens Gal. censet ex sinistro cubito interdum mittendum esse sanguinem, qui, si exeat crassus, & niger copiosè mittatur; at, si tenuis, & flauus, statim supprimatur. Nam sanguis in quartana intempestiuè missus, [n] debilitat vires, mouet humores ad exteriora, & vacuat humorem contrarium humori melancholico, ob quas tres causas valdè nocet, & fortè his de causis adducti Alex. [g] & Auic. [n] dicunt sanguinem in statu esse mittendum.
          - Manu inter anularem, & minimum digitum
            - Ex saluatella dicta vena multi rectè mittunt sanguinem, & præsertim ex saluatella sinistra, quæ lienem respicit.
          - Hæmorrhoidibus
            - Mirabiliter faciunt hyrudines ano affixæ, nam educunt fæcem sanguinis, quę potissimùm in quartana peccat, & vires non debilitant.
        - Medicamẽta mouẽtia, quò natura vergit per loca cõferentia. Vergit autem per
          - Vomitũ
            - Valdè confert vomitus, tùm ante [o] tùm post cibum, sed multò magis iuuat incipiente [p] accessione, nam illã, aut extirpat, aut minuit. Ad mouendum vomitum propinanda est mulsa, & decoctum radicularum, præcipuè si in radiculis infixi fuerint surculi hellebori albi, sed etiam ipse helleborus albus minutim incisus ad drac. j. & s. est propinandus, & post duas, aut tres horas, nisi vomitus spontè veniat, digitis, aut pennis oleo imbutis in os immissis est ciendus,
          - Deiectiones, quas mouent medicamenta indita per
            - Os
              - In principio cum leuiter tractanda sit quartana nullum forte medicamen, aut vacuatiuum adhiberi oportet: sed mitiora, et lenientia conueniunt, vt ℞. Diasenæ magistr. drac. x. exhibe ante cibũ per mediam horam. Sed postea apparente coctione, conferunt ẽt soluentia pluries exhibita, vt sunt mirabolani indi, & emblici, sena, polipodium, epithimum, lapis lazuli, Armenus, Helleborus niger; sic composita, vt confectio hamech, elect. indum, pil. indæ, de fumoterræ, de lapide lazuli.
            - Anum
              - Conueniunt clysteres primò mitiores, deinde acriores. [Q]
          - Vrinam Sudorẽ
            - Prius, & ante statum ad ciendam vrinam, & sudorem, conueniunt mitiora, vt est aqua hordei, decoctum petroselini, apij, anethi, & similia, cum oximelle, vel acetoso simplici. In statu autem, & in declinatione, in qua vrinã prouocandam esse inquit Gal., conferunt valentiora, vt decoctum ex radicibus asparagi, capparis fœniculi cũ oximelle composito, vel scyllitico, vel acetoso, de duabus, tribus, & quinq, radicibus.
          - Insensibilẽ transpirationem
            - Mirabiliter confert Theriaca, sic succus cirenaicus, si haberetur, & eius loco vti licet assa fætida. Confert ẽt [q] diasulphur, quæ tum alterant, & concoquunt, tum etiam digerunt, & vacuant materiã. Sed danda sunt in declinatione & purgatis infernè vehementius. Theriacã alij [r] dant summo mane ad drac. j. s. dissolutam cum vino generoso, sed non ante coctionem, quoniam ex vna, duæ, aut tres quartanę fierent. Auctor [s] libri de Theriaca ad Pisonem cap. 15. sic illam exhibet. In die post accessionem à cæna ex varijs, & pinguibus cibis vomitum mouet, mane succum absynthij ad ventriculum confirmandum, ac bilem euacuandam exhibet, postea in die accessionis per duas horas ante paroxismum Theriaca ad Fabę Aegyptię, vel nucis auellanæ magnitudinem nunc per se, nunc dissolutam cum mulsa prębet. Licet etiam eamdem dissolutam exhibere cum vino generoso,
    - Præternaturalis genitus ex vstione
      - Sanguinis
      - Bilis
      - Humoris melácholici
      - Pituitæ
        - Ab his indicatur eadem inhibitio ne noua materia generetur, alteratio genitæ, & vacuatio, quę omnia præstanda sunt varia pro vario humore peccante, nam in genito ex vstione sanguinis, competunt ferè eadem, quæ in synocho. In genito ex vstione bilis, quæ dicta sunt in curatione tertianæ exquisitæ, vel causi. Sic ex vstione pituitæ, & humoris melancholici, quæ dicuntur in curatione quartanæ, & quotidianæ.
  - Morbo quatenus ẽ
    - Febris
      - Ab hac indicatur refrigerandum, & madefaciendũ esse, [t] per ea, quæ id pręstant per se, & per accidens, actu, & potentia. Sed videndum est, ne talia febrem augeant, augendo febris causã. Quarè conferendæ sunt ad inuicem indicationes suppeditatę à morbo scilicet à febre, & à causa, & illi magis est incumbendum, quod magis vrget, altero non neglecto.
    - Talis febris scilicet quartana
      - A quartana indicantur ea, quæ siue à tota substantia, siue à qualitate quadam occulta, vel à forma specifica quartanæ resistunt. Hæc ab Alex. Tralliano [u] nãlia, dicuntur, & ab alijs varia, & pænè innumerabilia proponuntur. Alex. hæc proponit. Scarabæus viuus fuluo linteolo adligatus, & collo suspensus quartanam sanat, sic lacerta viridis appensa, ita millepes pilosus, & mollis. Facit, & sanguis menstruus, qui primus Virginibus erumpit, sic sanguis virginis corruptæ, & sanguis à partu fluens.
  - Symptomate
    - Tumore lienis
      - Huic occurrendum est per mollentia, & digerentia, vt ante dictum est.
    - Rigore, sic fractione, & contusione ossium
      - Ab his indicatur vacuatio materiæ per vomitum, & attractio caloris à centro ad circumferentiam per fomenta calida, & frictiones. Laudat Aetius castoreum potum ad mitigandos rigores.

AVCTORITATES.

a Auic.lib.4.f.1.tr.2. cap.65.
Oribas.lib.6. synops.13.
b Primo ad Glauc.11.13.
c Oribas.6. synops.13.
Et 3. ad Eunap. 4.
d Aet.lib.5.cap.84.
e Paul. lib.2. cap.23.
f Stephanus Ath.1.ad Glauc.136.
g Alex. lib.12. cap.8.
h Primo ad Glauc. 11.
i Altim.3.partic.de febrib.cap.5.
k Primo ad Glauc. 11.
l Aet. lib.5. cap.84.
m Steph. Atheniensis 135.
n Auic.lib.4. f.1.tr.2.c.63.
o Auic.lib.4.f.1.tr.2. cap.63.
p Alex.lib. 12. cap. 8.
Q Primo ad Glauc. 11.
q Paul. lib.2.cap.23.
r De prasag. ad Posthum.3.
s De Theriaca ad Pisonem 15.
t Decimo meth. 8.
u Alex. lib.12. cap.8.

ADNOTATIONES.

Quartana continua eadem methodo, & ijsdem præsidijs curatur, differt solùm, quia sanguis magis competit in hac, quàm in intermittente. Præterea minùs calida, & magis temperata sunt vsurpanda in continua, quàm in intermittente, & in continua carnes, & vinum non cõueniunt, vt in intermittente, vt colligitur ex Auicenna fen. 1. lib. 4. tr. 2. cap. 66.

Quintana, sextana, septimana, & nonana curantur curatione quartanæ pituitosæ.

Confert plurima inedia, & somnus, & iterũ plenior victus, vt vires reficiantur.

Confert maximè vomitus cum helleboro, & semine raphani, & nuce vomica, & vacuatio cum hieris vt patet ex Auicenna lib. 4. fen 1. tr. 2. cap. 68.

Tabula Sexagesima, Erraticæ febris definitio, differentiæ.

Erratica, [m] siue errans [n] errabũda erronea, [g] inordinata, vaga [o] incerta, [q] incõstans [p] febris latinè, πλανὴς πυρετὸς, καὶ ἀκατάστατος [p] græcè, Est febris, cuius [n] singulæ accessiones nullam inter se [s] proportionem, nullam [p] exactè formam, nullum circuitus [r] ordinem, [u] ac typum [x] seruant, & est

- Vera [k]
  - Est quando accessionum [k] circuitus, atque ordo euariatur, & peruertitur; ita vt vel anticipent, vel diuersæ [k] naturæ sint à prioribus: nihil [l] quieti, certi, vel constantis habentes siue in periodis, siue in vrinis. Cuius differentiæ sumuntur à
    - Causis, quę etiam faciunt [s] quartanã, quę causæ sunt
      - Externæ
        - Causæ externę, vel procatarcticæ, [a] vel primitiuę, [b] quę rebus faciendis, assumendis, excernendis, & incidentibus extrinsecus continentur, febres erraticas, & inconstantes gignunt, quatenus humorem melancholicum, vel atram bilem producunt.
        - Quare quæ quartanas febres efficere diximus, eadem etiam errantes febres generabunt, præcipuè in autumno [c] propter temperaturæ [d] inæqualitatem.
        - Dicit Galenus, [e] & Auicenna [f] errata in victus ratione ægrotantium, & eorum, quæ ex morbo referuntur effatu digna, circuituum ordines in febribus euertere.
      - Internę, & tunc tales causæ sunt
        - Peraccidẽs vel per aliud
          - Huiusmodi sunt illæ causæ, quæ non per se gignunt erraticas febres, sed quatenus gignunt humorem melancholicum, vel atram bilem genitam ex [g] vstione humorum: quæ quia in quartanæ tractatione sunt explicata, ideò hic omittuntur. Scribit [h] Auicenna post febres diuersas multoties sequi inordinatas.
        - Per se
          - Est autem causa proxima febrium erraticarum humor melancholicus, seu potius [g k] atra bilis genita ex humorum transmutatione, quæ veluti cinis est assatorum humorum. Hęc cum in quibusdam partibus mouetur, in quibusdam immota maneat, in alijs putreat, [n g] ac feruere incipiat, in alijs nequaquam; in huiuscemodi mutationibus ordinem accessionum variari necesse est. [g k]
    - Morbo
      - Est ipsa febris [g m] erratica, siue errabunda, errans, [n] erronea, inordinata, [g] vaga, [o] inconstans, [p] incerta, [q] cuius forma est non exactè [p] formam vnam, neque vllum circuitus [r] ordinem seruare; sed nunc verbi gratia tertio, vel quarto quoq; die febris inuadit, nunc quinto, vel sexto. Huius singulæ [n] accessiones, & principia [s] sunt inordinata, [t] ita vt modò anticipent, [k] modò non absq; vlla proportionis [s] similitudine, quæ manifestissimè in alijs febribus constantibus siue simplicibus, siue compositis appareant.
      - In hac nihil certum, [p] nihil compertum, quietum, nihil constans existit siue in periodis, siue in vrinis, sudoribus, [r] vomitibus, pulsu, cæterisq; symptomatis.
    - Loco affecto
      - Locus affectus (quemadmodum in tabulis 30. 56., & 57. dictum est) in erratica febre est habitus totius corporis, vel (quod idem est) sunt carnes, vel partes sensibiles, vel demùm est locus extra venas, vel vasa. Et à quartana differet, quod in quartana omne [y] corpus vnam habet affectionem, idest in cunctis venis vel partibus corporis est affectio apta eodem modo ad gignẽdam putredinem: in erratica verò nondum omne corpus vnam habet affectionem, sed atra bilis in quibusdam partibus mouetur, in quibusdam immota manet, in alijs putrescit, ac feruere incipit, in alijs nequaquam. Talis autem locus est affectus
        - Per se, per essentiam, & primariò
          - Est quando atra bilis in tali loco gignitur, vel paulatim in tali loco succrescit.
        - Per cõsensum, vel p cõitatem
          - Est plerumq; talis consensus à liene, vt in quartana [a] interdum ab hepate, aliquando à [b] renibus. Potest etiam talis consensus esse ab alijs partibus, in quibus sit focus febris erraticæ.
    - Symptomate
      - Plurima, & varia sunt symptomata, quæ fiunt in febribus erraticis, de quibus agemus in proxima sequenti tabella.
- Non vera [c]
  - Medici, qui circa [c] talia parùm sunt exercitati, circuituumq; complicationes ignorant, cum plures febres inuicem complicari vident, siue eiusdem generis sint, siue diuersi, dummodò inordinata habuerint principia, quamuis sæpiùs manifestissimam habeant proportionis similitudinem, erraticas tamen sed perperam tales febres appellant.

Hæc, & duæ sequentes Tabulæ, quæ in Auctoris exemplari desiderabantur, à Marco filio suppletæ sunt.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo meth. 8.
b Auic. & Gentil. l. p. f. 2. doct. 2. c. p.
c Hip. 3. aphor. 22.
d Gal. 3. aphoris. 22.
e Secundo de differ. febr. in fine.
f Auic. lib. 4. f. pr. tr. 2. cap. primo.
g Steph. Athen. in primum ad Glauc. cap. 5. tex. 43.
Tertio prognostic. 27.
h Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 62.
i Auic. ibidem cap. 67.
K Secundo de diff. febr. in fine.
Secundo de crisibus 9.
Tertio primi epidem. 23.
Auic. lib. 4. f. p. tr. 2. cap. 1. et 62.
l Quarto acutorum 52.
m Tertio aphoris. 22.
Secundo de cris. 4. 3. progn. 27.
Primo ad Glauc. 5.
n Tertio primi epidem. 17.
Stephan. Atheniensis in primum ad Glauc. cap. 5. tex. 43.
o Tertio tertii epid. 64.
Cel. lib. 3. cap. 5.
p Quarto acutorum 52.
q Cel. lib. 2. cap. pri.
r Tertio primi epid. 23.
s Secundo de cris. 9.
Steph. Atheniensis in pri. ad Glauc. cap. 5. tex. 43.
t De definit. medicis.
u Tertio in primum epid. 17.
In Finitionibus medicis.
Primo ad Glauc. 6.
x De typis 4.
y Tertio prognostic. 27.
Secundo de diff. febr. in fine.

a Primo ad Glauc. 5.
b Auic. l. 3. f. 18. tr. 2. cap. 2.
Auerrh. 4. collig. cap. 57.
6. de loc. affect. cap. 3.
c Secundo de differ. feb. in fine
Secundo de cris. 9.

ADNOTATIONES.

Animaduertendum est Hippocratem inconstantes non solùm appellasse (a) febres, cæterosq́; omnes alios (b) morbos, in quibus nihil constans, quietumq́; apparet; verùm etiam & anni tempora in quib. tempestiuè tempestiua (e) non redduntur, & rigores (c) qui nullum seruant ordinem, sed modò tardè, modò citò, (d) modò maiores, modò minores inuadunt.

Idem Hippocrates referens 3. epidemiorum (E) morbos illa constitutione vagantes, varia febriũ genera recenset, interquæ vagas, (e) seu erroneas febres, & inconstantes enumerat, quasi duo sint diuersa febrium genera. (f) Galenus verò hac de re nihil scriptum reliquit, sed erraticam febrem in veram, & non veram est partitus; & nos hanc distinctionem in tabella complexi sumus.

a Quarto acut. 52.
b Tertio aphoris. 8. primo pri. epid. pri.
c In coacis prædiction.
d Secundo pri. epidem. 25.
E Tertio 3. epid. 64.
e Lib. de aere aquis & loc. cap. 6.
f Secundo de diff. febr. in fine.
Secundo de crisib. 9.

Tabula Sexagesimaprima, Erraticæ febris signa.

- **Signa erraticæ febris sunt**
  - **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quę haberi possunt ab ægro, vel assidentibus, & quæ magis faciunt ad medici [b] gloriam, quàm ad ægri salutem, ideò hic omittuntur.
  - **Indicatiua, à quibus monstratur erratica febris**
    - **Vera, idest, in qua [b] circuitus accessionũ, ordo, ac typus variantur, ac verè peruertũtur. Et tunc talia signa indicant**
      - **Essentiam** — Erraticæ febris forma, [c] & essentia est, non exactè formam vnam seruare; neq; vllum circuitus ordinem, [d] ita vt singulæ ipsius [e] accessiones, & principia [f] sint inordinata, [g] modò anticipent, [b] modò non, & diuersæ naturæ sint à prioribus absq; vlla proportionis [f] similitudine, quæ manifestissimè in alijs febribus constantibus tàm simplicibus, quàm compositis apparent. Quarè in erratica febre nihil certum, [c] compertum, quietum, nihil constat is existit siue in periodis, siue in vrinis, [d] sudoribus, vomitibus, pulsu, cæterisq; symptomatis.
      - **Causas**
        - **Externas** — Signa ostendentia causas externas sunt eædem [i] causæ, quę antecesserunt, vel sunt præsentes, & faciunt, fouent, vel augent febres erraticas, vt sunt [k] errata in victus ratione effatu digna ab ægrotantibus facta, & ab ijs, qui è x morbo referuntur. Sic temporis constitutio inæqualis, vt in autumnò. [l]
        - **Internas; & tunc tales causæ sunt**
          - **Per accidens, vel per aliud** — Huiusmodi sunt eæ causæ, quæ non per se gignunt febrem erraticã, sed quatenus gignunt atram bilem: Tales autem causæ sunt
            - Temperamentum [m] melancholicum, quod quidem prout est ferax quartanarum, facilè etiam erraticis febribus est expositum, sic &
            - Habitus gracilis, [n] latarum venarum, & tumidi lienis. [m]
            - Ætas declinans, [m] & huiusmodi.
          - **Per se** — Talis causa est ipsa bilis [o] atra ex humorum transmutatione [p] genita, quorum est veluti cinis, quæ cognoscitur ex causis dictis, ac symptomatis inferiùs dicendis. Idem humor antequam putrescat dicitur causa antecedens febris inordinatę: sed cum actu putrescit est causa continens, & coniuncta. Et cognitio per talem causam est scientifica.
      - **Locum affectum, qui est extra vasa** — Facilè cognoscitur, quia febris incipit cum refrigeratione, horrore, vel rigore, [q] quemadmodũ cæteræ febres [r] intermittentes.
      - **Effectus, idest symptomata**
        - **Actiones lęsæ**
          - **Aïales**
            - **Rectrices** — Læditur aliquando ratio.
            - **Sensitiuæ** — Accessiones [s] alias aliter inordinatę sunt: modò anticipant, modò nõ, absq; vlla proportionis [t] similitudine. Adest aliquando capitis dolor, & interdum lateris sinistri: non numquam totum corpus est perinde ac lassum, & quemadmodum in quartana [u] contusio, & confractio vsq; ad ossa sentitur.
            - **Motiuæ** — Adest interdum horror ab initio: sed febre progrediente rigor. [t u]
          - **Vitales** — Pulsus est inæqualis, inordinatus, ita respiratio.
          - **Naturales** — Lęduntur actiones naturales, quemadmodum ex excretis patet: & quia interdum adest intensa appetentia, interdum inappetentia. [x]
        - **Excreta**
          - Sudor modò adest, modò non. [x]
          - Vomitus [x] aliquando est biliosus, sub creber, & postea virulentus.
          - Sanguis [x] è naribus erraticè fluit.
          - Vrinę [x] tenues à principio, postea fiunt crassiores, magis coloratæ, subrubrę, ac multæ. Interdum varię sunt, interim sedimentũ habent, interim non, & demũ (vt inquit) Gal. [y] alias alię.
          - Deiectiones non raró supprimuntur, non raró sunt atrę.
        - **Affectus, & qualitates corporis** — Adest color niger, aut plumbeus in facie, ac toto corpore.
    - **Non vera,** [a] sed quæ inordinata, & erratica censetur à medicis parùm exercitatis, qui febrium complicationes ignorantes, manifestissimas proportiones non animaduertunt.
  - **Prognostica per quæ præcognoscitur**
    - **Euentus** — Exitus in erratica febre, quemadmodum & in quartana, [b] sæpiùs est ad salutem. Cleonactides [c] prorsus iudicatus fuit. Et pro varietate humorum, qui aduruntur, maligna, [d] vel non maligna existit.
    - **Tempus** — Hoc est longissimum. Cleonactides [c] octuagesima die prorsus iudicatus fuit.
    - **Modus**
      - Febris erratica cum sit diuturna, plerumq; non per crisim, [e] sed per solutionem terminatur. Interdum soluitur per sensibilem vacuationem, sæpiùs per [c] sudores, vomitum, alui fluxionem, interdum per vrinas. Non raró vertitur in quartanam [f].
      - Malè aliquando in hydropem terminatur, hecticam, [g] & abscessum aliquem.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſt. 4.
c Quarto acut. 52.
d Tertio primi epidem. 23.
e Tertio primi epidem. 17.
f Secundo de criſibus 9.
g De definit. medicis.
h Secundo de diff. febr. in fine.
Secundo de criſ. 9.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 1. & 62.
i De remed. parat. fac. pri.
k Secundo de differ. febr. in fine.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. pri.
l Tertio aphoriſ. 22.
m Primo ad Glauc. 6.
Secundo de criſ. 4.
n Tertio de loc. aff. 7.
o Tertio prognoſt. 27.
p Secundo de diff. febr. in fine.
Secundo de criſ. 9.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 1. 62.
Tertio primi epidem. 23.
q Quarto aphoriſ. 64.
r Secundo de cauſis ſymp. cap. 5.
De trem. rig. palp. cap. 7.
Hipoc. lib. pri. de morb. cap. 5.
s Secundo de criſ. 9.
Secundo de diff. febr. in fine.
Tertio primi epid. 17. 23.
t Secundo de criſ. 9.
u Secundo de cris. 3. 4.
x Tertio pri. epid. 23.
y Quarto acutor. 52.

a Secundo de diff. febr. in fine.
Secundo de criſ. 9.
b Tertio primi epidem. 4.
c Tertio primi epidem. 23.
d Secundo de differ. febr. in fine.
e Tertio de criſibus 1. 2. 3.
f Primo ad Glauc. 5. 6.
Secundo de criſ. 4.
Tertio prognoſt. 27.
De typis 4.
Aetius lib. 5. cap. 83.
Paul. lib. 2. cap. 22.
Auic. lib. 4. f. 2. tr. 2. c. 61. 62 67.
g Auic. lib. 4. f. pri. tr. 2. cap. 67.

In

Tabula Sexagesimasecunda, Erraticæ febris curatio.

- In erratica febre curanda, opera seu intẽtiones curatiuæ sumuntur à
  - Causa, ideſt, ab atra bile, [m] vel cinere humorum aſſatorum, à quo indicatur
    - Inhibitio ne noua materia generetur, q̃ febrem foueat, vel augeat, qđ præſtatur per
      - Victus ratione
        - In principio [a] victu vtendum non eſt, nec priùs ratio [b] victus præfinienda, donec febris conſtiterit. Quarè in primis [c] viginti diebus ſit tenuior, poſtea plenior, exhibeaturq; (poſteaquam hora [d] qua debet acceſſio inuadere certo ſciri non poteſt) quando caliditas ad pedes [e] deſcenderit. Sit autem boni ſucci, in qualitate verò [f] madefaciens, & extenuans [c]. Abſtinendum à cibis craſſis, [g] tenacibusq;, [h] à flatuoſis, [c] & ab ijs, qui tardum habent exitum.
        - Conueniunt iura, & carnes auium montanarum non aquatilium, pulli, columborum, hædi, veruecis, oua ſorbilia, ptiſſana, piſces ſaxatiles. Conferunt cappares, radices petroſelini, aromata. Conuenit vinum [i] tenue, album.
        - Aer ſit temperatus. Quies vſurpanda. Somnus & vigilia [k] ſint moderata, & conuenienti tempore vſurpata, ſomnus enim in [l] acceſſione vitandus. Fugienda eſt triſtitia, timor, ſollicitudines, curæ. Aluus irritanda eſt clyſteribus [m] primò mitioribus, deinde acrioribus.
      - Medicamẽta roborantia
        - Ventriculum, & hepar, & tunc medicamẽta admouentur
          - exterius
            - Facit fomentum ex decocto roſarum, abſinthij, menthę, meliloti, chamemillæ.
            - Ita vnctio ex oleo maſtichino, nardino, de nuce muſcata, de abſinthio, quibus adiungi etiam poteſt puluis gariofillorum, maſticis, nucis muſcatę cum cera. Confert etiam emplaſtrum de meliloto.
          - Interiùs
            - Poſt ſtatum ſcilicet vbi febres [a b] conſtiterint factis aliquot vacuationibus conuenit diambra, diamuſchus, electuarium alchermes, de gemmis, & ſimilia.
        - Lienem
          - Hunc roborant, quæ faciunt ad educendum humorem melancholicum relaxantia, & digerentia cum aliqua adſtrictione, vt eſt oleum camemelinum, amygdalinum, de capparibus, de lilio, de coſto, de euphorbio, & ſimilibus.
    - Alteratio genitæ per
      - Victus rationem
        - Prædicta victus ratio facit non modò ad inhibendum, ne noua materia generetur, ſed etiam ad alterandam eam quæ genita eſt, præcipuè quæ habet uim madefaciendi, nam ita frænat humorem, vt commodè vacuari poſſit.
      - Medicamenta madefacientia, & extenuantia quæ ſunt
        - Syrupi
          - Conueniunt ab initio molliores, ac mitiores, vt oximel ſimplex, mel roſ., ſyr. de luppulis, de fumoterræ, de pomis ſimplex, de ſucco borraginis, ſyr. biſantinus, violatus ſimpl.; & poſtea valentiores, vt ſyr. de fumoterræ compoſitus, de epithimo, de oxim. compoſ. ſcilliticum.
        - Decocta, vel aquæ
          - Ex borragine, bugloſſa, adiantho, cetrach, meliſſa, luppulis, fumoterræ, radicibus petroſelini, fœniculi, capparum, ſena, epithimo, polipodio.
        - Antidoti
          - Primùm vſurpandæ ſunt humectantes, prout reſiſtunt ſiccitati humoris aſſati, vt diaborraginatum, diabugloſſatum, zaccarum roſ. cum ſyr. de pomis, vel violaceo: deinde valẽtiores, quæ incident, & extenuent vt diambra, diamuſchus, electuarium alchermes, de gemmis. Faciunt trociſci de capparibus, de lacha, de abſynthio.
    - Vacuatio per
      - Chirurgiam
        - De ſanguinis miſſione tàm ex cubito, ſaluatella vocata vena, quàm ex hæmorrhoidibus, par, atq; eadem ratio eſt in erratica febre, ac in quartana.
      - Medicamenta mouentia quò natura vergit per loca conferentia, ſiue per vomitum, ſiue per deiectiones, vrinas, ſudorem, & inſenſibilem tranſpirationem.
        - Faciunt ea, quæ ad quartanam indicari copioſè ſuprà fuerunt explicata.
  - Morbo, ideſt, ab ipſa febre
    - Cum febris ſit affectus calidus, [n] quem ſequitur ſiccitas, indicat eſſe refrigerandũ, & madefaciendum p̃ ea, quæ id præſtant per ſe, p̃ accidẽs, actu, & potentia. [o] Talia aũt ſunt
      - Alimenta
      - Medicamenta
        - Si valdè vrgeat febris per hęc omnia, aut quædam eſt refrigerandum, ac madefaciendum. Sed in erratica febre plerumque febris non vrget. Quarè magis incumbendum eſt in cauſam per auxilia expoſita.
  - Symptomate
    - Tumore
      - Lienis — Huic occurrendum eſt per ea, quæ in quartana dicta ſunt.
      - Hepatis — Faciunt ea, quæ ſuprà ſunt allata, & maximè emplaſtrum de meliloto.
    - Fractione, laſſitudine, & contuſione oſſium
      - Ab his indicatur vacuatio materię per vomitum, & attractio caloris à centro ad circumferentiam per fomenta calida, & frictiones.

AVCTORITATES.

a Hippocr.4. acut.52.
b Gal. in comment.
c Auic.lib.4. f.1. tr.2.cap.65.
d Tertio primi epidem. 7.
  Secundo de crif. 9.
  Secundo de differ.in fine.
  In Finitionibus medicis.
e Primo acutor. 46.
f Alex. lib. 12. cap.8.
g Primo ad Glauc. 11.13.
  Aet.lib.5.cap.84.
h Aetius ibidem.
i Primo ad Glauc. 11.
  Auic.lib.4.f.1.tr.2. cap.65.
K Secundo aphor. 3.
l Secundo aphor.primo.
m Tertio prognoft. 27.
n Primo aphor. 16.
o 11. meth. 2.
  Decimo meth. 8. x.

Tabula Sexagesimatertia, Diuisio morborum in dispersos, & communes; vel priuatos, & publicos.

- **Morbi sunt**
  - **Dispersi, [a] vel priuati, qui sporadici, vel sporades à Græcis vocantur.**
    - Non constant secundum [a] communem modum, sed simul plures diuersi genere vagantur, nec omninò multos. At seorsum vnumquemque prehendunt, & sparsim, priuatimque inuadunt: vt cum in eodem loco vnus laborat causo, alter lethargo, alius quartana.
    - Huiusmodi morbi fiunt [b] frequenter, opponunturq; è regione panchinis, vel pandinis, [c] idest, communibus, vel popularibus, vel vniuersalibus.
    - Horum causa est [d] propria cuiusque victus ratio.
    - De talibus autem plerisq; morbis agit Hippocrates [e] in libris de ratione victus in acutis.
  - **Communes, [h m] vel publici, aut populares, vel vniuersales, qui à Græcis panchini, & Pandimi nominantur.**
    - Constant [i] secundum communem modum [k] passim in populum sæuientes, eodemq; tempore multos homines [l] inuadentes, vt cum plures laborant dysenteria, ophtalmia, tertiana.
    - Hi fiunt rariùs, opponunturq; è regione sporadicis.
    - Horum causa [n] ab Hippocr. in vnum aerem refertur. Sed non rectè (vt asserit Galenus, [n] & alij [P] nam quidam in fame edere coacti triticum semiputre à communi causa communi morbo laborarunt, & olim Exercitus vniuersus vsus aqua vitiata in omnibus militibus malum sensit.
    - Hi autem morbi sunt.
      - **Proprij [f] vnius regionis, qui patrij, vernaculi vel regionales vocantur, & à Græcis Endemi, vel Endemij dicuntur**
        - Perpetuò tenent [f] locum quempiam, incolas; [g] ac, si cognati essent, nullo non tempore comitantes, fiuntq; per singulas habitationes.
        - Ex quo patet, eos esse morbos peculiares vnius regionis, vt verbi causa apud Labronem, quod Liburnium nunc dicitur, viget cachexia, & tumor lienis. Florentiæ verò vigent Apoplexiæ, & alibi alij morbi.
        - De his agit Hippocrates [h] in libro de Aere, Aquis, & Locis.
      - **Non [p] proprij, qui vulgares, vel populares, & à Græcis Epidemi, vel Epidemij vocantur, qui fiunt rariùs.**
      - Hi autem morbi sunt
        - **Non perniciosi, [m] sed mitiores, qui nomine generis dicuntur Epidemi, vel Epidemij, idest vulgares, vel populares**
          - De his agit Hippocrates communiter, & summatim in tertio libro aphor.: Particulariter [o] autem, & sigilatim in libris Epidemiorum.
        - **Perniciosi [p]**
          - Pestilentes [q] dicuntur, qui sunt omnium malignissimi, & maximè læthales.
          - Ex quo patet pestem esse Epidemiam perniciosam [q r]. De his morbis nullum peculiarem librum fecit Hippocrates, quia illos inter Epidimios enumerauit in libris epidemiorum.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo acutorum 9.
Primo primi epid. in principio.
b Tertio tertij epidem. 20.
c Primo primi epidem. in principio.
d Secundo de nat. hum. 3.
e Primo acutor. 9.
f Primo primi epidem. in principio.
g Primo acutorum 9.
h In lib. de aere, aquis, & loc. c. 1. & 2.
i Primo acutorum 9.
k Primo sexti epidem. in prohemio.
l Tertio tertij epidem. 20.
m Primo primi epidem. in prohemio.
n Secundo de nat. hum. 3.
o Tertio prognostic. 38.
P Oribasius 6. synops. 24.
Aetius lib. 5. cap. 93.
Paul. lib. 2. cap. 35.
p Primo primi epid. in prohemio.
primo acutorum 9.
q Tertio tertij epidem. 20.
Primo primi epidem. in proh.
r Primo acutorum 9.

Tabula Sexagesimaquarta, Febris pestilentis definitio, differentiæ.

Febris pestilẽs est à putredine, quæ [m] p se, & primariò est in corde, habetq; calorem differẽtem ab alijs febribus putridis per excellentiam putredinis; [o] qui calor in partibus externis & ægro, & medico, atq; alijs tangentibus apparet debilis. Verùm interiùs est exurens, prauaq; afferens symptomata. Quare febris hæc terribilis aspectu dicitur. Huius febris differentiæ sumuntur à

- **Causa q̃ est**
  - **Externa** — Hæc tùm gignens humores aptos ad excellẽtem putredine, tum ipsos putrefaciens, & cætera, quæ sũt in corde, est causa febris pestilẽtis. Quæ causa sũt res
    - **[a] Faciendæ**
      - Nimium otium [b] gignens superfluitates.
      - Motus, balneũ post cibũ, somn⁹ mult⁹ meridianus.
      - Tristitia, & reliquæ animi vehemẽtes pturbationes.
      - Multus vsus venereorum. [b]
      - Hanc causam [a] recenset Galenus inter ea, quæ faciunt morbos vulgares. Verùm ad febris pestilentis generationem magis facit gignens humores [c] habiles ad excellentem putredinem, quàm putrefaciens per se.
    - **Assumendæ** — Nimiæ crapulæ, ac ebrietates. Alimenta praui succi, vt [b] allia, cæpæ, nasturtia, porri, brassicæ, ocima, vrticæ, atq; alia agrestia. Sic fruges, & panis putrefactus. Ita vinum, & [d] potę aquæ infectæ, vt accidit in prælijs, ex huiusmodi enim alimentis paulatim in venis colligitur prauus succus, [e] qui exiguam ad putrescendum (vt inquit Gal. (c)) occasionem nactus, febrem pestilentem excitat. Ex quo patet febrem pestilentem posse fieri, licet aer non sit pestilens, nam quidam (vt idem Galenus [b] asserit) coacti in fame edere triticum semiputre, & olim vniuersus exercitus vsus aqua [d] vitiata, vt etiam nuper accidit in Corsica Insula, in febres pestilentes incidit.
      - Hæc causa facit ad febres pestilẽtes generãdas, tũ gignẽs humores habiles ad putrediné, tũ ipsos p se putrefaciens, vt facit [f] aqua infecta, & fruges putrefactæ. Hanc ẽt recenset Gal. [a].
    - **Excernẽdę** — Si retineantur superfluitates excerni solitæ per deiectiones, vomitum, vrinas, aut aliter.
      - Galenus [a] in prohemio primi de morb. vulgaribus, causam hanc omittit. Eamdem tamen innuit primo de diff. febr. c. 4. & illam semper [g] enumerat inter causas procatarcticas aliorum morborum, & etiam sanitatis.
    - **Incidentes extrĩsecus**
      - Est Aer, in quo est summa putredo ob putridos vapores eleuatos, vel à cadaueribus [b] non crematis, vel à lacu, stagno, palude, vel aqua, in qua linum, cannabis, aut asphaltum fuerit maceratum, potest quoq; eiusmodi [b] aeris putredo ferri ex vna in aliam regionem ob vim flatuum, & ob peregrinos in locis pestilentibus, & cum laborantibus pestẽ versatos.
      - Ab hoc aere pestilenti fit plerumq; febris pestilens, non tamen semper (vt asserit Altimarius, & quidam alij) nam potest interdum (veluti dictum est) fieri [c d] ab aqua infecta à frugibus, & pane putrido; & eiusmodi febris, quæ fit ab aere pestilenti est contagiosa; sed quæ est ab alijs causis, non semper est contagiosa, vt nunc apparet in vocatis petechijs. Et quamuis febris pestilens ob dictam causam plerumq; sit morbus [i] vulgaris; non tamen est semper, quia potest esse interdum morbus sporadicus, & sparsus, idest, priuatim inuadens, tùm ob prauam victus rationem, tùm ob aerem putridum; vt, si priuatus quispiam ingrediatur in barathrum, aut puteum, vbi sit Aer pestilens, quemadmodum testatur Gentiles [k]. Potest etiam aer valdè calidus, [l] & humidus facere febrem pestilentem.
  - **Interna** — Est subiectum, vel materia, in qua primò accenditur putredo p excellentiam ob conueniẽtiam, quã habet calor putredinalis cũ tali materia, quæ existens p se in corde est
    - **Spiritus [n]** — Quamuis febris in spiritibus plerumq; fit sine putredine à sola illorum inflammatione. Attamen, [n] veluti aer putrescit ob mixtionem vaporum putridorum, sic spiritus in finibus cordis contenti mixti cum aere pestilenti attracto per inspirationem possunt putrescere. Quarè (licet id raro contingat) fit diaria pestilens, vt dicunt accidisse in Hibernia Insula, & fortè illi, qui moriuntur in barathris, & alijs locis pestilentibus, ob hanc febrem vita excedunt.
    - **Humor** — Ab hoc putrescẽte in corde sæpissimè accẽditur febris pestilens. Est autem talis humor
      - **Simplex**
        - Sanguis — Hinc fit synochus pestilens — Quidam volunt [p] febrem pestilentem semper esse synochum, cum videant eam carere accessionibus.
        - Bilis — Hinc fit causus pestilens, vel tertiana continua pestilens — Persæpè febris pestilens est causus, vt patet apud Hippocr. [q] in epidemijs.
        - Pituita — Hinc est quotidiana pestilens, quæ raro fit.
        - Humor melãcholicus — Ab hoc humore semper esse febrem pestilentem asserit Rondeletius, & videtur verisimile, cùm plerumq; adsint carbunculi, & aliæ pustulæ præseferentes humorem melancholicum.
      - **Mixtus**
        - Ab humore mixto sæpissimè accenditur febris pestilẽs, & præsertim à bile, & pituita: vnde fit tertiana notha continua pestilens, aut duplex tertiana, vel duæ tertianæ nothæ pestilentes, vt patet passim nostra tempestate in petechijs, vel lenticulis: in quibus ab initio manifestæ sunt accessiones tertianæ, & excernitur bilis cum pituita.
        - Possunt etiam alij humores inuicem mixti facere febres pestilentes.
    - **Substantia solidior** — Quamuis febres ex putredine fiant propriè in humoribus, potest tamen aer pestilens per inspirationem [r] attractus statim putrefacere solidiores cordis partes, atque ita gignere hecticam pestilentem, vt apertissimè testatur Galenus [r].
- **Morbo qui est**
  - **Febris** — Hæc (veluti dictum est in causa interna) potest esse tùm diaria, tùm putrida, tùm hectica, &, si putrida, vel erit synochus, vel causus, vel tertiana notha, vel alia putrida pestilens.
  - **Tumor** — Vt est carbunculus, bubo, vel tumor sub alis, & eiusmodi alij affectus, qui licet ratione febris pestilentis, quam sequuntur, velut vmbra corpus, sint symptomata in affectibus corporis. Quatenus tamen lædunt actiones, dicuntur morbi in magnitudine aucta. Immò vulgares hos in peste vocant morbos.
- **Loco affecto** — Locus affectus in febre pestilenti est ipsum cor, nam in corde tũc est putredo [s] per se, sed in alijs febribus putridis non est humor putridus in corde, verum fertur ad cor putridus vapor, vel fuligo. Aliæ tamẽ ẽt partes afficiũtur in febre pestilenti, cum ad eas fertur materia pestilens, quæ partes sunt
  - **Internę quę sunt**
    - Cerebrũ — Sæpè fertur materia pestilens ad cerebrum faciens nunc delirium, nunc coma, & cataphoram tùm pigram, tùm non pigram, nunc conuulsionem, tremorem, & alia eiusmodi symptomata.
    - Cor — Licet humor putrescens per se sit in corde, potest tamen, & ab alijs partibus, & à toto corpore ad ipsum deferri, & vtcumq; facere syncopam, palpitationem, prauasq; pulsuum differentias.
    - Hepar — Interdum quoque ad hepar delata materia facit diarrhæas, fluxus hepaticos, prauas vrinæ differentias, & eiusmodi.
    - Ventriculus — Persæpè in febre pestilenti afficitur ventriculus. Vnde fit cardialgia, vomitus, sitis, læditurq; appetentia, & [t] coctio.
    - Thorax, pulmo — Interdum ad tales partes delata materia gignit difficultatem respirandi, tussim, & eiusmodi.
    - Aliæ partes — Potest quoq; ferri ad renes, vesicam, vterum, & alias partes, atque illas afficere.
  - **Externæ quæ sunt**
    - Vniuersa cutis corporis
      - Materia pestilens ad cutem delata interdum per insensibilem transpirationem, vel sudorem exalat, euaporatque.
      - Interdum facit exanthemata, [u] vt sunt, quæ nunc petechiæ, vel lenticulæ vocantur.
    - Pars aliqua
      - Peculiaris, & determinata — Vt in bubonibus, [x] vel alis, quando ibi in febre pestilenti excitantur tumores. Ita etiam interdum extremi pedes a peste putrefiunt [y].
      - Non peculiaris neq; determinata — Vt accidit in carbunculis, qui in [a] quacumq; corporis parte excitari possunt, & non raro cutem, [b] & carnem exedunt.
- **Symptomate, quod est**
  - **Actio læsa** — Omnes actiones tam animales, quam vitales, & naturales in febre pestilenti lædi possunt, plerumq; tamen illæ magis læduntur, ad quarum fontes, & principia fertur materia pestilens, vt cùm fertur ad cerebrum, læduntur animales; cùm ad cor, vitales; cùm ad hępar, naturales.
  - **Excreta**
    - Vrinæ — Hæ interdum sunt conturbatę, [c] interdum aquosæ, & tenues: aliquando etiam similes naturalibus, quo tempore maximè decipiunt.
    - Deiectiones — Interdum supprimuntur, & non raro sunt colliquationes.
    - Vomitus — Sępè adsunt vomitus virulenti.
    - Sudores — Non raro adsunt sudores syncoptici, & frigidi, ac fætidi. [d]
    - Sanguis — Stillæ [d] ex naribus frequenter sunt comites febrium pestilentium, & malignarum. Interdum quoq; adest sanguinea fluxio copiosa ex naribus, vtero, hæmorrhoidibus.
  - **Affectus, & qualitates corporis** — Omnia ferè horribilia in febre pestilenti fieri possunt. Quarè a Gal. [e] terribilis aspectu dicitur, & inter cætera sunt ea, quæ in cute apparent, vt sunt carbunculi, [f] bubones, [g] exanthemata, [h] quæ petechiæ, seu lenticulæ vocantur, & differunt a carbunculis, & bubonibus, quia in his materia venenosa, & pestilens est collecta in vna parte; In petechijs verò est sparsa, & diffusa per vniuersam ferè cutem, & sic in diuersis partibus.

AVCTORITATES.

a Primo primi epidem. in prohemio.
b Primo de differ. febr. 3.
c Primo de differ. febr. 4.
d Secundo de natura humana 3.
e Secundo de aliment. facultat. 6.
De cibis boni, & mali succi cap. 1
f Aet. lib. 5. cap. 94.
g Primo de sanit. tuend. 15.
Ad Trasibulum 40.
De partibus art. med. c. 7.
h Primo de diff. febr. 2. 4.
i Tertio tertij epidem. 20.
k Gentil. super 4. Auic. f. 1. tr. 4. c. 1.
l Primo de diff. febr. 4.
m Tertio de præsag. ex puls. 3.
n Auicen. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 1.
n Altimar. de febrib. pestilent. cap. 7.
o Primo 6. epid. 29.
p Fracast. lib. 2. de morb. contag. c. 7.
q Secundo primi epid. 73. 75.
q Tertio 3. epid. 11. 72. 76. 78. 80. & 3.
r Tertio de præsag. ex puls. 2. 3. 4.
s Tertio de præsag. ex puls. 3.
t Tertio tertij epidem. 58.
u Tertio tertij epidem. 51.
x Tertio tertij epidem. 49.
Quarto aph. 55.
y Tertio de vsu part. 5.

a Tertio tertij epidem. 50.
14. meeh. x.
b Primo de anatomic. administr. 2.
c Tertio de præsag. ex puls. 4.
d Tertio tertij epidem. 35.
Tertio primi epidem. 18.
Secundo primi epidem. 75.
e Primo sexti epidem. 29.
f Tertio tertij epidem. 50.
g Tertio tertij epidem. 49.
h Tertio tertij epidem. 51.

ADNOTATIONES.

Possunt & aliæ differentiæ de febre pestilenti adduci, quæ sint desumptæ ab aliquo accidente. Sed à nobis omittuntur, quia nequeunt methodo comprehendi.

Tabula Sexagesimaquinta, Febris pestilentis signa.

Signa febris pestilẽtis sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio [a] causarum procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægrotante, & assidentibus, cumq; magis [b] faciant ad Medici gloriam, quàm ad ægri salutem, atq; inferiùs inter signa à caußis externis sumpta, sint recensenda, consultò hic omittuntur.
- **Indicatiua q̃ sumũtur ab ipsius febris pestilẽtis**
  - **Essentia** — Essentia febris pestilentis est calor præternaturam, qui exteriùs & Medico, & alijs tangentibus apparet debilis (quia febres pestilentes (vt inquit Gal. [d]) nõ sunt calore vehementes) sed in internis ita vrit, vt ægri magno [e] flagrẽt incendio, & ob id inæqualiter se iactent, neq; valdè subtilium vestimentorum, aut lintheolorum velamenta, neq; aliud quicquam præter nuditatem ferre possint. Interdum tamen non valdè vrit nec in externis, nec in internis partibus, & febris admodum [e] lentaapparet, sed citò interficit.
  - **Causis**
    - **Externis. i. à rebus**
      - **Faciendis** — Nimio [f] otio, vel motu, aut balneo post cibum, vsu immodico venereorum, tristitia immodica, somno meridiano, & statim à cibo vsurpato: quæ omnia, & horum similia eatenus sunt causa febris pestilentis, quatenus gignunt humorem aptum ad putredinem per excellentiam.
      - **Assumendis** — Alimentis praui succi, [g] vt porris, cæpis, allijs, brassica, nasturtio, ocimo, vrtica, & alijs radicibus in penuria esitatis; ita frugibus putrefactis, pane, vino, vel aqua putridis, quæ omnia humores malignos, aptosq; ad putredinem per excellentiam possunt generare, vt etiam facit interdum crapula, & fames: quædam etiam ex his per se gignunt febrem pestilentem, vt sunt aquæ infectæ, ac vitiatæ (vt asserit [h] Gal. de vniuerso exercitu vso aqua vitiata.)
      - **Excernendis** — Galenus [h] in prohemio primi epidemiorum non ponit inter causas morbi popularis, vel vulgaris excreta, & retenta, quia ista potiùs faciunt morbos sporadicos, vel dispersos: possunt tamen esse causa febris pestilentis, quatenus diutiùs retentæ superfluitates aptæ fiunt ad putredinem per excellentiam.
      - **Incidentibus extrinsecus**
        - Si adsit aer [i] pestilens, qui cognoscitur ex suis causis, vt à cadaueribus non crematis, [l] & ab exhalatione ex lacu, stagno, palude, & aqua, in qua linum, cannabis, vel asphaltum fuit maceratum: sic à suis effectibus, vt à febribus pestilentibus passim vagantibus. Vndè etiam Archigenis coniectura vti possumus dicentes: nunc vagantur febres pestilentes; igitur, & hæc est pestilens, vt accidit in peste.
        - Possunt etiam sine peste fieri febres pestilentes (vt asserit Gal. [m]) & (vt sæpè vidimus) in petechijs, vel lenticulis, quas vocant, accidisse. Et hæ febres non ita sunt contagiosæ, vt febres verè pestilentes.
        - Has ego sæpissimè curaui, & in Equitibus, & alijs, qui in Triremibus vixerunt: vbi aliquando ob putridos vapores elatos tùm à sentina, tùm ab ijs, qui remo sunt addicti, aer quodammodo est pestilens: Cibi etiam ibidem eduntur non modò praui succi, sed etiam putrefacti, vt est panis biscoctus putridus; ita aqua putrida, & vermium plena. Quarè non mirum, si ibidem sint febres pestilentes. Si quis etiam versetur cum homine laborante peste, vel tangat illius vestes, & cætera, quæ ab eiusmodi ægrotante contrectata fuerunt, facilè incidit in febrem pestilentem.
    - **Internis**
      - **Per accidens** — Huiusmodi causa est, quæ existens in corpore non per se gignit febrem pestilentem, sed eatenus est febris pestilentis causa, quatenus generat humorem aptum ad excellentem putredinem, vt est temperamentum [n] calidum humidum, ætas adolescentiæ, sexus masculinus.
      - **Per se** — Causa interna per se, & immediata ipsius febris pestilentis est humor cordis, in [o] quo est putredo per excellentiam, est etiam interdum substantia solidior [p] ipsius cordis, aliquandò etiam ipsi spiritus cordis. At hoc rarò accidit. Cognitio, quæ habetur per talem causam est demonstratio propter quid, & debet dici cognitio per causam.
  - **Effectis. i. symptomatis, quæ sunt**
    - **Actiones læsæ**
      - **Animales**
        - **Rectrices** — Adest plerumq; delirium ob læsam imaginatiuam, ratiocinatiuam, & memoriam.
        - **Sensitiuæ**
          - **Communes** — Adest vigilia interdum, interdũ cataphora: non sentitur [q] febris, dolor, & mala præsentia.
          - **Propriæ**
            - **Tactiuæ** — Sentitur sæpè frigus in extremitatibus, & incendium in partibus internis: dolor capitis, ventriculi.
            - **Gustatiuæ** — Sentitur amaritudo in ore. Adest sitis, ac tantum cibi fastidium, [r] vt prius velit æger mori, quàm cibum assumere. [s] Adest nausea, [t] & sæpè quoque sunt læsæ aliæ actiones, vt visiuæ, auditiuæ, olfactiuæ.
        - **Motiuæ** — Adest tussis [t] sicca, oscitatio, pandiculatio, conuulsio præsertim in brachijs, in quibus sentitur motus ille tremulus, qui iectigatio vocatur ab Iunioribus. Adest inquietudo ferè perpetua.
      - **Vitales**
        - **Dominantes** — Adest persæpè animi defectus, & syncopa. [u]
        - **Seruientes** — Pulsus est debilis, paruus, creber, inæqualis, inordinatus, & interdum est similis [x] naturali. Respiratio est magna celer, crebra, inæqualis, inordinata, sæpè etiam magna, & rara.
      - **Naturales** — Læditur attractio, quia persæpè adest difficultas deglutiendi læditur retentio, coctio, & expulsio, quia sæpè adest vomitus, alui fluxio, stillæ [y] ex naribus.
    - **Excreta**
      - **Vrina** — Hæc plerumq; est turbida, quam subiugalem vocant; [a] Interdum est aquosa, & tenuis: Aliquando liuens, ac nigra, & praua habens sedimenta. Interdum etiam est similis [b] naturali.
      - **Deiectio** — Est multa, biliosa, liquida, fætida, [c] vt videatur, vel potiùs re vera sit [C] colliquatio.
      - **Vomitus** — Adest nunc biliosus, nunc pituitosus, & semper fætidus.
      - **Sudor** — Est plerumq; frigidus, & semper fætidus.
      - **Sanguis** — Adsunt sæpè [d] stillæ ex naribus
    - **Affectus corporis**
      - **Visibiles** — Adest plerumq; facies Hippocratica, hypochondria sunt tensa. Adest color humorem redundantem referens, plerumq; tamen est pallidus, liuens, aut plumbeus. Adest nigredo, & siccitas in lingua. Adsunt carbunculi, [e] bubones, exanthemata, [f] & alij tumores, vel vlcera.
      - **Audibiles** — Sæpè adest singultus, ructus, ventris crepitus, & eiusmodi.
      - **Odorabiles** — Sentitur maximus fœtor in excrementis, ita etiam in expiratione [g] ęgrotantis, & hoc est signum, quo vulgares cognoscunt febrem pestilentem.
      - **Tangibiles** — Partes externæ nũquam sunt [h] valdè calidæ, quin potiùs persæpè sunt frigidæ: Adest tensio in hypochondrijs.
- **Prognostica, per quæ præcognoscitur**
  - **Euentus**
    - Hęc febris suapte natura [i] est læthalis, est enim morbus maximus, cum putredo per se fit in corde, & praua admodum afferat [k] symptomata ob affectas partes principales. Si tamen vires sint validæ, non omnino desperata est salus, præsertim si putredo fit in humoribus.
    - Quarè diligenter perpendenda est vis [l] naturæ, & morbi, & ex maiore huius, vel illius robore prædicenda est salus, aut interitus, cautè tamen, quia sæpè febris [m] hæc solet decipere, vel peritissimos Medicos.
  - **Tempus** — Rarò pertransit quatuordecim [n] dies, verùm in his plerumq; iudicatur; interdum in septem, aliquando in vndecim; nonnumquã etiam longiùs producitur: ita, vt ego viderim nonnullos ad 24., alios ad 27. & quadraginta etiam peruenisse.
  - **Modus, vel via, quæ plerumque est per crisim ad**
    - **Salutem** — Sequitur salus post crisim cum insigni aliqua vacuatione per
      - Vrinas — Fit persæpè
      - Deiectiones [o] — Fit sæpissimè
      - Vomitum — Id etiam sæpè euenit.
      - Sudorem — Accidit non rarò
      - Fluxionem sanguinis ex — Naribus, Hęmorrhoidibus, Vtero — Contingit rariùs
      - Sæpè accidit (quod ego in facienda medicina sum expertus) vt soluatur febrrs pestilens per omnes has vias, & vacuationes, ferè eodem tempore.
    - **Mortem per**
      - Syncopam — Fit sæpissimè
      - Conuulsionem — Fit non rarò.
      - Strangulationem — Fit interdum.
      - **Aliter** — Vt per dissolutionem virium ex vi morbi, superfluis vacuationibus, & inedia, [p] quia ægroti voluerint potiùs mori, quàm cibum sumere. [p]

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulf. 11.
b Primo prognost. 4.
De arte medicin. 7.
c Primo 6. epidem. 29.
d Nono simpl. de bolo armeno.
e Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 2.
f Primo de differ. febr. 2. 4.
f Aetius lib. 5. cap. 94.
g Primo de differ. febr. 3. 4.
De cibis boni, & mali succi in pric.
g Secundo de aliment. facult. 6.
Aetius lib. 5. cap. 94.
h Secundo de nat. humana 3.
h Primo primi epid. in prohemio.
i Tertio tertij epidem. per totum.
i Tertio de præsag. ex pulf. 4.
l Primo de differ. febr. 4.
Aetius lib. 5. cap. 94.
m Tertio de præsag. ex pulf. 4.
n Rases in lib. de pestilentia 21.
o Primo 6. epidem. 29.
p Tertio de præsag. ex pulf. 2. 3.
q Secundo aphor. 6.
Secundo primi epidem. 75.
r Tertio tertij epidem. 58.
s Aetius lib. 5. cap. 95.
t Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 2.
u Primo ad Glauc. 14.
u Aetius lib. 5. cap. 95.
x Tertio de præsag. ex pulf. 3.
y Tertio tertij epidem. 35.

a Tertio de præsag. ex pulf. 3.
a Tertio tertij epidem. 15. 41.
b Tertio de præsag. ex pulf. 4.
c Aet. lib. 5. cap. 95.
C Tertio in tertium epidem. 57.
d Tertio primi epidem. 18.
d Tertio tertij epidem. 35.
e Tertio tertij epidem. 49. 50.
f Tertio tertij epidem. 51.
g Tertio de præsag. ex pulf. 4.
h Primo sexti epidem. 29.
i Tertio de præsag. ex pulf. 3. 4.
k Primo sexti epid. 29.
l De medicæ artis constit. 18.
m Tertio de præsag. ex pulf. 4.
n Secundo aphor. 23.
o Quinto meth. 12.
p Tertio tertij epidem. 58.

Inter signa febris pestilentis illud videtur enumerandum, vel potius ante alia ponendum, scilicet magnitudo, & prauitas ipsorum symptomatum, quæ longo interuallo superant ipsum morbum; adeò, vt maiora sint symptomata, quàm ipse morbus.

Tabula Sexagesimasexta, Febris pestilentis curatio.

- **In curãda febre pestilenti opera, seu intẽtiones curatiuę sumuntur à**
  - **Causaquę est**
    - **Externa**
      - Hæc si abijt, [a] nihil indicat, sed totum facit ad morbum cognoscendum: si verò adsit excitans, fouens, aut augens febrem pestilentem, indicat ab eadem esse abstinendum, & transeundum ad vsum contrariæ causæ. Vitanda igitur est [b] tristitia, otium, nimius labor, præsertim post cibum, sic & balneum: vitanda est fames, repletio, & vsus alimentorum, ac potionum putridarum, ac pestilentium: ita quoque omnia, quę sunt praui succi. Vacuandæ sunt [c] superfluitates per deiectiones, vrinas, vomitum; corpus est siccandum, ac tollendæ obstructiones. Verùm aduersus aerem pestilentem nullum est prętantius remedium, quàm fuga, vt scilicet vitetur aer putridus, & eligatur apricus, & salubris, si id non licet, alterandus est aer tùm per ignem, vt fecit [c] Hippo & Airon Agrigentinus, tùm per odores varios.
      - Quæ omnia maximè conferunt ad preseruandum à febre pestilenti: ad quod etiam mirabiliter confert Bolus armenus, Medicamentum Rufi, Theriaca, Mithridatum, & eiusmodi plurima.
    - **Interna, q̃ licet possit esse spirit⁹, & pars solidior cordis, tamen plerumq; est humor, in quo est putredo p̃ excellentiam. A tali humore indicatur**
      - **Inhibitio, ne noua materia generetur, quæ res præstabitur per**
        - **Victus rationem**
          - Substantia alimentorum sit boni succi. De quantitate, vult Auic. [d] vt sit vtendum victu tenui. Sed hunc reprehendit Aetius, [e] inquiens famem facere peiorem materiam, & vires deijcere, quod etiam videtur sentire Gal. [f]. Quare vult vt ægri cogantur ad accipiendum cibum, vt etiam sentit Auic. [d] quia (vt aiunt) qui viriliter agunt, & cogunt seipsos, vt cibum accipiant, [f] omnes euadunt. Sit igitur victus non absolutè, sed mediocriter tenuis.
          - In qualitate verò sit refrigerans, & siccans, nam sic resistit putredini per excellentiam, quæ est essentia febris pestilentis, qua de causa valdè conueniunt omnia acida.
          - Potus sit aqua hordei, vel de endiuia, vel de acetosa cum syr. de acetositate citri.
          - Confert vinum punicorum acidorum. A vino autem penitùs est abstinendum, nam est vehiculum materiæ venenosæ ad caput, vel ad cor, vel ad aliam partem principalem, & si vires sint debiles, vsurpetur destillatum ex parua pulla gallinacea dilutum cum aquis dictis.
          - Cibus sit ptisana, cum qua contundantur semina citri, & misceatur aliqua portio boli armeni, & dissoluatur cum succo citri, vel limonis, vel punicorum.
          - Conuenit panis lotus ex dictis succis: facit panis in aqua decoctus, &, si vires sint debiles, coquantur in iure paruæ pullæ gallinaceę, cum qua ferbuerit acetosa, vel cicerbita, potest etiam misceri contusum ex hac pulla cũ ptisana.
          - Aer sit siccus absq; prauis odoribus. Irroretur pauimentum cum aqua ros., & aceto ros., bulliantq; cum aqua ros. gariophilli, caphura, cinnamomum, santali, sparganturq; folia vitis, cannarum, rosę, salicis, & similia.
          - Conuenit quies, & vacatio ab omnibus animi perturbationibus. Somnus, & vigilia sint mediocria, & conuenienti tempore vsurpata. Si aluus non fungatur suo munere, irritetur clysteribus nunc mitioribus, nunc acrioribus.
        - **Medicamenta roborantia**
          - Ventriculum § Facit oleum ros. omphacinum, de cotoneis, de absynthio, nam calidiora sunt vitanda.
          - Hepar § Faciunt dicta olea, vnguentum rosatum, sandalinum, & eiusmodi.
      - **Alteratio genitæ materię per ea, quę tali materiæ pestilenti resistunt per qualitates.**
        - **Manifestas**: Huiusmodi sunt ea, quæ sunt frigida, & sicca, præsertim acida, quæ sunt
          - Alimenta: Conueniunt, quæ dicta sunt, quia non modo faciunt ad inhibendum, ne noua materia generetur, sed etiam ad alterandam eam, quæ genita est.
          - Medicamẽta quæ sũt
            - Decocta, vel Aquæ: Ex acetosa, endiuia, cicerbita, cichorio, hordeo, scabiosa, rosis, floribus mali medici, vel Arancij, vt vocant.
            - Syrupi: De acetositate citri, limonum, de succo acetosæ, acetosus simplex, syr. de cichorio, de endiuia.
            - Antidoti: Zuccarum rosatum, diamarenatum, conserua de ribes, de succo citri, limonis, & similium.
        - **Immanifestas, à tota substãtia**
          - Sic est Theriaca, Mitridatum, Diamuschus, & similia. Sed maximè ipsa Theriaca, quæ valdè confert in hoc casu, tùm, quia resistit veneno, prohibens, non corrumpat temperamentum corporis, & mutat aeris inspirandi malignitatem, tùm quia materiam digerit, & exhalare facit.
          - Datur Theriaca [g] drachmæ pondere per tres horas ante cibum, & postea bibitur aqua cicerbitæ, vel endiuiæ, vel acetosæ cum modica potione vini albi tenuis.
        - **Manifestas, & immanifestas**
          - Huiusmodi est bolus armenus, terra lemnia, cornu cerui vstum, dens apri, semina citri, & similia, quæ maximè conferunt, tùm, quia resistunt veneno, tùm quia frigida sunt, & sicca.
          - Datur [h] semidrachma, vel scrupulus vnus boli armeni cum duabus vncijs aquæ de cicerbita, vel endiuia, vel acetosa, Gal. [i] dat ex vino albo, tenui.
      - **Vacuatio per**
        - **Sanguinis missionẽ ex**
          - Cubito
            - Multi vituperant sanguinis missionem prętertim si apparuerint bubones, carbunculi, vel exanthemata, quia (vt inquiunt) retrahitur materia à circumferentia ad centrum, & non peccat sanguis. Ad hæc adest sæpè alui fluxus, & vires sunt debiles.
            - Galenus [l] tamen, Aetius, Paulus, & Auic. mittunt sanguinem, & interdum vsq; ad animi defectum.
            - Quare, si vires consentiant, mittendus est sanguis ab initio ex interiore cubiti vena copiosè.
          - Hæmorrhoidibus § Maximè confert, si affigantur hyrudines ano, & inde multus fluat sanguis.
          - Cruribus: Secunda [m] morbi die inclinante febre affigendæ sunt cruribus cucurbitulæ cum scarificatione, & duæ sanguinis libræ sunt extrahendæ [m] quia maximè prodest sanguis ita missus.
          - Naribus: Hyrudines affixæ naribus, & post aures maximè iuuant, sic vena secta in fronte, pręcipuè cum materia est in capite.
          - Vniuersa corporis cute præsertim in scapulis, & natibus: Factis alijs vacuationibus valdè conferunt cucurbitulæ cum scarificatione, nam auertunt à capite, & ducunt à centro ad circumferentiam.
        - **Medicamẽta [n] ducẽtia quo natura vergit p̃ loca conferentia. Vergit aũt per**
          - Os, & Anum, & tunc iuuandus [n] est naturæ motus per admota p̃
            - Os, & tunc medicamẽta sunt
              - Lenientia: Conuenit ab initio cassia cum hiera, sic syr. ros. sol. & eiusmodi, quicquid dicant nonnulli.
              - Soluentia: Hæc ẽt valdè conferunt, licet resoluant spiritus, & ita vires debilitẽt, q̃uis ẽt apparuerint exanthemata, & materia sit cruda, quia morb⁹ est extremus, & materia venenosa, quę nullo pacto coqui potest. Immò est plusquàm turgens. Quare, & Rhabarbarum, & manna, & electuarium ros., Diaphinici, & cętera humorem peccantem respicientia non semel, sed bis, & ter sunt propinanda.
            - Anum § Faciunt clysteres tùm mitiores, tùm acriores.
          - Os cum vomitu § Propinanda est aqua calida cum modico oximelle.
          - Vesicam § Conferunt diuretica dicta, vt decoctum apij, petroselini, acetosus simplex, & de duabus radicibus.
          - Cutem per
            - Sudorem § Optima sunt diuretica dicta, sic decoctum hordei, & si æger se operiat pannis.
            - Apparitionem exanthematũ: Iuuãt motum naturæ frictiones, at magis cucurbitulæ affixæ ad vniuersam cutẽ semel, atq; iterum, & sæpè, tùm cum scarificatione, tùm sine scarificatione.
  - **Morbo q̃ est**
    - **Febris simpliciter**: Ab hac indicatur refrigeratio, & madefactio per ea, quæ refrigerant per se, & per accidens, actu, & potentia, & vtroque modo, siue sint alimenta, siue medicamenta, & siue interiùs, siue exteriùs admoueantur.
    - **Talis febris, idest, pestilentis**: Ab hac, quia valdè vires debilitantur, indicantur ea, quæ vires ipsas possint reficere. Præterea, quia habet adiunctum venenum indicantur Alexiteria, vel Alexipharmaca adhibita
      - Interius: Conferunt, quæ dicta supra sunt facere aduersus materiam pestilentem per qualitates manifestas, immanifestas, & vtrasq; & etiam mirabilis est quædam aqua, quæ vocatur contra petechias per elambicum ex varijs alexipharmacis facta. Huius exhibentur quinq; drachmæ per horam ante accessionem cum duabus, aut tribus vncijs aquę ex acetosa, aut vini albi tenuis. Mirabilis est quoq; puluis quidam ex varijs alexiterijs dictus contra petechias, exhibetur drach. j. cum vino albo, tenui. Mirabilis est etiam lapis Bezoar in puluerem tenuissimum redactus, dantur grana 6. aut octo cum duabus vncijs destillati ex pullo summo mane. Puluis quoq; cornu rhinocerotis hoc modo exhibetur. Est etiam Aurum potabile, cuius exhibetur medius scrupulus per mediam horam ante cibum cum duabus vncijs destillati dicti.
      - Exterius: Inter cætera mirandum est illud oleum Magni Ducis aduersus venena, quo ex sex in sex horas inunguntur tempora, pulsus in vtroq; brachio, & crure, mamma sinistra, & finis clauicularum, quæ loca prius fricanda sunt cum vino albo gener., vt vis olei altius penetret. Conferunt etiam epithemata cordialia.
  - **Symptomate quod est variũ prout ad varias partes fertur materia, nã fertur ad**
    - Caput gignens lethargum, vel phrenitidem, vel affectum mixtum: Indicatur repercussio per oxirodina. Sic auersio cum vacuatione sensibili, & insensibili. Ita etiam extractio per medicamenta, & chirurgiam.
    - Cor faciens syncopam: Indicatur auersio prædicta. Indicatur quoq; roborandum esse ipsum cor per alexiteria dicta, per epithemata cordialia nuncupata, sic per vnguenta ex caphura, santalis, nuce muscata cum vngu. santalino rosaceo, sed nihil melius est oleo Magni Ducis.
    - Ventriculum faciens nauseam, vomitum, cardialgiam § Roborandus ventriculus, & materia ad alias partes est ducenda.
    - Anum faciens diarrhæam, & dysenteriam § Conferunt clysteres ex aqua hordei tosti, aqua chalibeata, & de villa, & similibus.
    - Cutem faciens
      - Carbunculos, bubones, glandulas: Admonenda est cucurbitula cũ scarificatione, [o] & vrendus est ferro candenti tumor, atq; ad locũ affectum faciunt caustica, sed circa locũ facit cataplasma ex plantagine, aut lente cũ pane decocto.
      - Exanthemata: Iuuandus est motus naturæ cum cucurbitulis scarificatis, [o] sed causa exanthematum nihil est faciendũ, quia illa sponte abeunt.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Primo de differ. febr. 3.
c Aetius lib. 5. cap. 94.
c Paul. lib. 2. cap. 35.
d Auicen. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 4.
e Aet. lib. 5. cap. 129.
f Tertio tertij epidem. 58.
g De theriaca ad Pison. 16.
g De vsu theriac. ad Pamphil. primo.
h Paul. lib. 2. cap. 35.
i Nono simpl. cap. de Terra samia.
l 14. meth. 10.
Aetius lib. 5. cap. 129.
m De cucurbitulis, scarificat. &c. 20.
Oribas. lib. 3. cap. 20.
n Primo aph. 21. 22.
Quarto acut. 76.
o Secundo sexti epidem. 30.

ADNOTATIONES.

Cum Variolæ, & morbilli sint de genere morborum (a) pestilentium, & contagiosorum, (b) meritò post febrium pestilentium tractationem de his est agendum, quod præstatur in tribus sequentibus tabulis.

a Auer. 4. Collig. 37.
b Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 6.
Gentiles, & alij ibid.
Fracastor. 2. de morbis contag. cap. 2.

Tabula Sexagesimaseptima, Variolarum, & Morbillorum definitio, differentiæ.

Variolæ, sic dictæ à varis, & morbilli sunt pustulæ, siue [l] papulæ (ecthymata [q] græcè ab ἐκθύειν, quod est erumpere, & exanthemata [r] ab ἐξανθεῖν) siue inflammatiunculę [s] tùm in alijs partibus, tùm pręcipuè in cute [n] omnium erumpentes, [m f] natura prauos humores illùc excernente cum febre continua. Quorum differentiæ sumuntur à

- Causa quæ est
  - Externa & sunt Res
    - Faciendæ: Motus, [a] & exercitatio intempestiua, atque immodica.
    - Assumendæ: Crapulæ, [a] ebrietates, & alimenta praui [b] succi, corrupta, non consueta, humida, calida & humidā quemadmodum sunt cibi dulces, vsus lactis camelini, vel equini, præsertim si superbibatur plurimū vini, & vsurpentur medicamenta calida vt sunt aromata, electuaria, & similia.
    - Excernendæ: Nisi vacuentur superfluitates solitæ, per deiectiones, vomitum, vrinas, vel aliter excerni, facilè prauus humor, qui à natura separari debet, accumulatur, à quo isti affectus (vt dicetur) producuntur.
    - Incidentes extrinsecùs
      - Aere circumfuso calidiori, & humidiori, siue ob anni tempus vt in vere, [b] siue ob præsentem cœli statum calidum & humidum, in constitutione australi, in regionibus calidis atque humidis fiunt variolæ, & morbilli. Ita in Autumno [c] præsertim in fine.
      - Aer quoque pestilens [d] persæpè hos affectus protulit.
  - Interna quæ est
    - Per aliud, vel (vt dicitur) per accidens, ideſt quæ non per se gignit variolas, & morbillos, sed quatenus gignit ipsos prauos [f] humores, & ichores [g] à natura secernendos. Talis autem causa est
      - Temperatio: Qui præditi sunt temperatione calida, [b] & humida facilè his affectibus corripiuntur, minùs qui sicca.
      - Habitus corporis: Crassior.
      - Ætas: Pueri [b] maximè [h] omnium his affectibus tentantur minùs iuuenes, adhuc minus senes.
      - Sexus: Mares pariter ac fœminæ variolis, & morbillis afficiuntur, sed præcipuè [e] mares.
    - Continens: Est ipse malus, & impurus, [f] humor, & ichor, [g] qui per ebullitionem à natura [m n] (vnde quasi crisis [f] ab Auic. nuncupatur) separatur, [κ] siue fit ex reliquijs nutrimenti [f i n] menstrualis, siue aliter in corpore collectus. Talis materia, quando biliosa [o p] fuerit calidior ac tenuior, morbillos excitat, quæ sunt exanthemata sublimia, quando pituitosior & crassior, variolas, quæ sunt pustulæ latiores.
- Morbo qui est
  - Febris: Hæc in huiusmodi pustulis est continua, [t] conclusa, de genere [n] synochorum modò cum putredine modò sine putredine, valdè impetuosa, [d] & maligna, ardentior quidem in morbillis, quia fiunt à materia [o p] magis biliosa, minùs in variolis.
  - Tumores: Sunt ipsimet variolæ, ac morbilli; qui quatenus hanc febrem sequuntur velut vmbra corpus sunt symptomata in affectibus corporis: quatenus verò lædunt actiones, dicuntur morbi in magnitudine aucta, immò vulgares has pustulas vocant morbos.
- Loco affecto
  - Locus affectus in variolis, & morbillis sunt ipsa vasa, & præcipue magnain quibus fit ebullitio. Aliæ tamen etiam partes afficiuntur quando materia impura, & inquinata ad eas fertur.
  - Quæ partes sunt
    - Internæ
      - Hæc exanthemata non in cute [u] solum, cæterisq; partibus externis erumpunt, sed quando facultas expultrix est parùm valida, materia inobediens, copiosa, cutis densa, & aliquis error committitur inficiuntur etiam
        - Membranę [u]
        - Nerui [u]
        - Fauces [x]
        - Pulmo [x]
        - Intestina [x]
        - Ossa [y]
    - Externæ quę sunt
      - Cutis totius corporis
      - Oculi [x]
      - Nares [x]
      - Aures [z]
- Symptomate: Plurima symptomata hos affectus comitantur: quę in proxima sequenti tabella explicabuntur.

Hæc, & reliquæ, quæ supersunt Tabulæ de Febribus, cum in auctoris exemplari desiderarentur Marci filij opera, ac studio elaboratæ fuerunt.

Tertio

AVCTORITATES.

a Tertio primi epidem. 19.
b Auic. l. 4. f. 1. tr. 4. cap. 6.
c Raſis 18. continentis.
d Auenzoar in fine ſuæ medicinę.
e Raſ. 30. contin. tr. 13.
f Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 6.
Raſ. 30. contin. tr. 13. cap. 2.
g Hier. Merc. 1. de morb. puer. c. 2.
h Raſ. 30. cont. tr. 13. cap. 2.
i Hier. Fracaſt. 2. de morb. contag. c. 2.
Gentiles, & Arculanus ſuper primã quarti Auicen. tr. 4. cap. 6.
k Franc. Valleſ. in 7. epid. partic. 94.
& in tertium aphoriſm., aph. 26.
l Plinius lib. 20. cap. 8. & 20.
& lib. 24. cap. 8.
Celſ. lib. 5. circa finẽ. & lib. 26. c. 11.
m Tertio primi epidem. 19.
Secundo 6. epid. 30. 2. aph. 15.
n Auerrh. 3. collig. cap. 8.
o Sexto aph. 9. Scđo 6. epid. 30.
Paul. lib. 4. cap. 8.
o p Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 8.
Raſ. 30. contin. tr. 13.
q Tertio tertij epidem. 51.
r Paul. lib. 4. cap. 8.
s Franc. Valleſ. in 4. epid. partic. 113.
t Auerrh. 4. collig. 37.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 7. & alij.
u Auic. ibid. cap. 6.
x Auic. ibid. cap. 11.
y Ambroſius Parȩus lib. 19. cap. 1.
z Ambroſ. Parȩus ibidem.
Merc. lib. 1. de morb. puer. c. 2.

ADNOTATIONES.

Animaduertendum eſt hanc tabulam ex Auicennæ, cæterorumq́; Arabum placitis deſumptam eſſe; quòd græci (a) *ſcriptores de his morbis (id quod magis veriſimile eſt) aut non pertractarunt, aut eos non alio nomine quàm papularũ, & puſtularum, quas illi ſua lingua* (c) ἐκθύματα, & (b) ἐξανθήματα *appellant, comprehenderunt.*

Vtcumq́; ſicuti (d) *papulæ fiebant natura morbo repugnante, & humorum ſuperfluitatem malorũ ad cutem propellente: paripacto vitiatus qui in ſanguine eſt humor, & ichor* (e) *ſiue ex reliquijs menſtruorum (quemadmodum placet Arabibus) ſiue aliter* (e f) *collectus, à natura ſemel in vita, niſi* (g h) *quis immatura morte perimatur, per ebullitionem ſeparatur: non aliter ac in muſto* (i) *feruente excrementa omnia tàm craſſa, quàm tenuia à puro vino ſecernuntur, & butyrum* (k) *per conquaſſationẽ à caſeo ſegregatur, & quemadmodũ ſemel exactè butyrum extractum licet millies conquaſſetur lac, amplius non ſecernitur: ſic vbi quis ſemel variolis, aut morbillis captus fuit, ampliùs capi non poteſt, ſi autem denuò corripiatur,* (l) *quod nonnumquam contigiſſe videmus, non exquiſitè prima vice ſanguis à praua illa materia defæcatus fuit; vnde relicta ſeminaria partim ex cibis praui ſucci, partim ex mala aeris conſtitutione aucta, & irrigata, naturam ad ebullitionem irritarunt.*

a Fracaſt. lib. 2. de morb. contag. cap. 2.
b Paul. lib. 4. cap. 8.
c Tertio tertij epidem. 51.
d Tertio primi epidem. 19.
Secundo aph. 15. Tertio tertij epid. 51.
Tertio de cauſ. ſympt. 2. 2. 6. epid. 30.
e Valleſ. in 7. epidem. 94.
& in tertium aphor. 26.
f Auicen. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 6.
Raſis, & alij.
Fernel. 2. de abdit cauſis cap. 12.
Mercurialis 2. de morb. puer. 2.
g Auicen. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 6.
h Fracaſt. lib. 2. de morb. contag. cap. 2.
i Auicen. ibidem.
Auenzoar tr. 7. cap. 2.
k Auenzoar cap. vlt. ſuæ medicinæ.
l Auicenna ibidem cap. 6.
Raſis.
Fracaſtor. lib. 2. de morb. contag. cap. 2.

Tabula Sexagesimaoctaua, Variolarum, & morbillorum signa.

Signa variolarũ, & morbillorum sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum [a] procatarcticarum, quæ haberi possunt ab ægrotante, & assidentibus; cumq; magis faciant [b] ad Medici gloriam quã ad ægri salutem, consultò hic omittuntur.
- **Indicatiua, à quibus monstrat̃**
  - **Causa quæ est**
    - **Externa** — Signa ostendentia causas externas sunt eædem [c] causæ externæ quæ antecesserunt, vel sunt præsentes, & faciunt, fouent, vel augent variolas, & morbillos, vt sunt motus, [d] & exercitationes intempestiuæ, & immodicæ crapulæ, ebrietates, [e] alimenta praui succi, non consueta, corrupta, [a] humida, calida, [e] & humida. Sic à suis effectibus vt à febribus cum variolis, vel morbillis vagantibus præcipuè in pueris [f] & in alijs, qui huiusmodi affectu numquam laborauerunt.
    - **Interna**
      - **Per accidens** — Huiusmodi est causa, quæ existens in corpore non per se gignit variolas, & morbillos; sed eatenus est illorum causa, quatenus generat, vel in se continet hunc prauum humorem à natura secernendum, veluti est temperamentum calidum, & humidum; habitus corporis obæsus; ætas puerilis; vterq; sexus præcipuè [g] masculinus.
      - **Per se** — Causa per se, & immediata febris variolarum, & morbillorum est prauus humor, siue ichor separandus, qui est contractus à
        - **Sanguine menstruo [h] in fœtu** — Cognoscitur quia non fuit antea expurgatus, nam vt plurimum semel saltim in vita fit huiusmodi secretio, & miraculum [i] esset, si quis euaderet.
        - **Prauis cibis [h]** — Antecessit vsus ciborum corruptorum [h] non consuetorum & morborum, vt multi lactis equini vel camelini, præsertim si superbibatur vinum plurimum, & vsurpentur medicamenta calida.
        - **Aere [h]** circumfuso calido humido, vel etiam [k] pestilenti, constitutione [l] australi.
  - **Morbo quæ est**
    - **Febris**
      - **Simpliciter** — Cognoscitur ex suis causis, & effectis, præcipuè ex [m] qualitate caloris, ex [n] pulsibus, & vrinis.
      - **Talis febris .i. variolarum, & morbillorum** — Hæc cum sit synocha, cognoscitur, quia est [o] continua, & vnica continetur accessione, quia caret [p] periodo. Sed in his affectibus est valdè impetuosa [q], maligna, contagiosa, [r] tangenti [s] non multum acris, sed quæ interiora vrat, morosa, in morbillis [t] ardentior, minùs in variolis, populariter in multis præcipuè pueris vagans, & in alijs, qui prius tentati non fuerint.
    - **Tumores scilicet pustulæ, & papulæ, seu exanthemata, & ecthymata** — Sunt ipsimet morbilli, & variolæ: Morbilli fiunt quando sanguis à materia tenuiori, magisq; biliosa secernitur, & cognoscuntur quia [t] pustulæ sunt paruę, cutim non eleuant, vt plurimum subitò erũpunt, dorsum, & oculos non admodum affligunt, neque in abscessum, aut vlcus terminantur, sed inflammatio, angustia, & ventriculi subuersio maior. Variolæ vero fiunt quando sanguis ab excremento [t] crassiori defœcatur, & cognoscuntur quia circa tertiam vel quartam à febre diem pruritu in cute & oculis excitato cum maximo dorsi dolore paulatim sese ostendunt, primùm veluti [u] capita acuum, & grana milij, vt plurimum rubræ, nonnumquam cinereæ, albæ, flauę, virides, nigræ. Deinde verò in augumento egrediuntur, intumescunt, cutim [t] eleuant. Postea in statu ad suppurationem vertuntur. In declinatione pus [u] vacuatur, exulcerantur, siccantur, crustæ variegatæ fiunt, & paulatim cadunt, nonnumquam in phlegmonem, vel cancrenam transeunt.
  - **Loco affecto qui est pars aliqua**
    - **Interior**
      - **Vasa magna** — Cognoscitur quia febris est continua de genere synochorum cum dolore circa dorsum [t].
      - **Membranæ [u] ac nerui** — Adest dolor, conuulsio, paralysis.
      - **Guttur [x]** — Adsunt anginæ signa, æger non potest deglutire nec respirare, adest gutturis dolor, & exulceratio.
      - **Pulmo [x]** — Difficultas respirandi est maxima, adsunt peripneumoniæ signa, & demum in phthisim transitus fit.
      - **Intestina [x]** — Adest dysenteria vel tenesmus.
    - **Exterior**
      - **Cutis** — Sensui patet.
      - **Oculus [x]** — Corrumpitur, vlceratur, & aliquando fit [x] in eo albugo.
      - **Nares [x]** — Vlcera sensibus patent, narium foramina clauduntur.
      - **Aures [y]** — Adest aurium dolor.
  - **Symptomate quod est**
    - **Actio læsa**
      - **Animalis**
        - **Rectrix** — Adest interdum delirium, [a] timor in somno, [b] & imaginatio rerum colore rubro infectarum.
        - **Sensitiua** — Adest dolor [c] dorsi præcipuè in [d] variolis, capitis, faucium, pectoris: pruritus narium, oculorum: punctio in facie, & vniuerso corpore (præsertim in augumento [e] variolarum) quod est graue, ita caput: tempora pulsant: sentitur maximus æstus in interioribus, & frigus in exterioribus. Adest [c] sitis, lingua arida, vigilia, cibi fastidium, vox rauca, angustia.
        - **Motiua** — Adest iactatio totius corporis, inquietudo maxima, anxietas, [c] oscitationes, sternutationes, manuum ac pedum tremor, tussis sicca, conuulsio, paralysis.
      - **Vitalis**
        - **Dominans** — Adest interdum animi defectus, & syncopa.
        - **Seruiens** — Pulsus est frequens, paruus, vehementior in nocte. Respiratio est magna, frequens, celer, inæqualis, difficilis. [e]
      - **Naturalis** — Læditur attractio, quia persępè adest difficultas deglutiendi. Læditur retentio, coctio, expulsio, quia sæpè adest vomitus, alui fluxio, & sanguinis è naribus profluuium.
    - **Excreta**
      - Lachrymæ inuoluntariç [e] excernuntur, sputum crassum, pus.
      - Vrina est tenuis, & aquosa, interdum biliosa, & melancholica, aliquando cruenta, rubra, nonnumquam turbida.
      - Deiectiones sunt liquidæ veluti colliquationes, fœtidæ, spumosæ; interdum cruentæ, & quales in dysenteria; aliquando nigræ, nonnumquam supprimuntur.
      - **Vomitus** — Modò est melancholicus, modò biliosus, aliquando pituitosus, interdum variegatus, fœtidus.
      - Sudor adest fœtidus.
    - **Affectus, & qualitates corporis**
      - Faciei, & oculorum [e] rubor.
      - Pustulæ non solùm per vniuersam erumpunt cutem modò rubræ, non altæ vt in morbillis, modò altæ vt in variolis, sed etiam in ore, faucibus, & alibi: quod vbi fit etiam vulgus affectum cognoscit.
- **Prognostica pertinentia ad tales affectus**
  - **Futuros**
    - Variolas antecedunt dolor dorsi gutturis, pectoris, & capitis; pruritus narium; [f] timor in somno; punctio in facie, & vniuersa cute; pulsus temporum, grauitas oculorum capitis totiusq; corporis; iactatio, anxietas, facies rubra, oculi lucidi, quibus splendores præsentantur, lachrymæ inuoluntariæ, oscitationes, pandiculationes, sternutationes, tusses, difficultas respirandi, vox rauca, angustia, sitis, deiectiones liquidæ, tremor pedis in erectione corporis.
    - Morbillos verò præcedunt inflammatio [g] maior angustia, & ventriculi subuersio, sed dorsi dolor minor.
  - **Factos, & tunc per signa prognostica pcognoscit**
    - **Euetus vel exitus** — Cum variolæ, & morbilli sint motus quidam [h] criticus, vbi vires validæ fuerint, cutis rara & mollis quemadmodum est in ijs, qui ortui sunt proximiores, materia separanda sequax, facilis [i] spiratio, & vox clara, vt plurimum exitus est ad salutem. Cæterum pustulæ [i] tenaces, virides, violaceæ, nigræ, albæ, paruæ, cum plures continuantur, & coniunguntur, paruę duræ, tardi, difficilisq; exitus, tardæ maturationis cum multa angustia, & febre valida, nec per exanthemata, quæ iam eruperunt, minuitur, omnes malę. Minus malæ quæ ab his declinant scilicet albæ, non duræ, rubræ, paucæ, magnæ absq; continuatione, facilis, & celeris exitus (variolæ scilicet tertia, aut quarta die, morbilli autem secunda, aut tertia) ac maturationis, si angustia febris, & alia accidentia per papulas iudicentur, & minuantur. Valdè malæ, & plerumq; læthales sunt quæ quandoq; apparent, quandoq; delitescunt, & si violaceæ retrocedunt cum syncope mortem certò afferunt; quemadmodum si difficilis fit respiratio cum frigiditate extremorum, & exanthematibus viridibus æger moritur, & eo citiùs, quò difficilius erũpunt [i]. Lethale est si mingatur sanguis, & vrina fuerit nigra, sub viridis, si aderit syncope, ita fluxus alui cum virium resolutione, nam sine virium resolutione non est lethale. Vt plurimum variolæ morbillis sunt magis mortiferæ.
    - **Tempus** — Raro decimamquartam diem pertranseunt, & morbilli septima die sæpè iudicari solent. Interdum tamen longius pducuntur.
    - **Modus, vel via quæ plerũq; est per crisim ad**
      - **Salutem** — Si tota materia inquinata ex cute per pustulas quę citò erumpant, & suppurentur excernatur, benè iudicatur. Aliquando terminatur per abscessum, nam papulæ, seu pustulæ nigræ, si vires fuerint validę, in vlcus abscedunt.
      - **Mortem per**
        - Strangulationem, [i] & anginam.
        - Per virium [i] resolutionem cum abrasione intestinorum, & alui fluxione.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſt. 4.
De art. medicin. 7.
c De remed. parat. facil. 1.
d Tertio in primum epidem. 19.
e Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 6.
f Fracaſt. 2. de morb. contag. cap. 2.
g Raſis 30. contin. tr. 13.
h Auic. & cæt. Arab. lib. 4. f. 1. tr. 4. c. 6.
Franc. Vall. in 7. epid. part. 94. & in 3. aphor. 26.
i Auenzoar vlt. cap. ſuæ medic.
k Fern. 2. de abditis rerum cauſ. 12.
l Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 6.
Raſ. 30. cont. tr. 13. cap. 1.
m Primo de diff. febr. 7.
Tertio de preſag. ex pulſ. cap. 7.
Primo de differ. febr. primo.
Primo ſexti epidem. xxix.
Quarto 6. epid. 25. 8. meth. 1.
n Primo ad Glauc. 2.
o Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 7.
Auer. 4. collig. 37.
p Nono meth. 3. 11. meth. 5.
q Auenzoar. in fine theiſir.
r Auic. ibidem cap. 6.
s Fracaſt. 2. de morb. contag. 2.
t Auic. ibid. cap. 6. & 8.
Raſ. 30. contin. tr. 13. cap. 1.
u Auic. ibid. cap. 6.
x Auic. ibid. cap. 11.
y Ambr. Paræus lib. 19. cap. 1.
Hier. Merc. lib. 1. de morb. puer. c. 2.

a Auenzoar.
b Auic. ibid. cap. 7.
c Auic. ibid. cap. 6. & Raſ.
d Auic. ibid. cap. 8.
e Auic. ibid. cap. 7.
f Auic. lib. 3. f. 5. tr. 2. cap. 18.
& lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 7.
Raſis 30. cõtin. tr. 13. c. 1. & c. oẽs.
g Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 8.
h Tertio primi epidem. 19.
2. 6. epidem. 30. 2. aph. 15.
Auicen. ibidem cap. 6.
Raſis 30. cõt. tr. 13. c. 2. Frac. & alij.
i Auic. ibidem. Raſ. ibid. cap. 1.

Tabula Sexagesimanona, Variolarum, & morbillorum Curatio.

In Variolarũ, & morbillorum curatione, opera seu intentiones curatiuæ sumuntur à

- Causa quæ est
  - Externa: Hæc si abijt nihil [a] indicat, sed solùm facit ad morbum cognoscendũ: si verò adsit excitans, fouens, aut augens variolas, ac morbillos, indicat ab eadem esse abstinendum, & transeundum ad vsum contrariæ. Vitandus igitur [b] motus, & exercitationes intempestiuæ, atq; immodicæ; Vitandæ crapulæ, ebrietates, & vsus alimentorum praui [c] succi, non consuetorum, & quæ calida sunt, atq; humida. Vacuandæ sunt superfluitates, quæ prauum illum humorem, & ichorem augẽt, vel fouent. Fugiendus est aer [e] frigidus, sic venti.
  - Interna quæ est prauus & vitiosus humor, & ichor. A quo indicatur
    - Inhibitio, ne nouus subinde generetur per
      - Vict⁹ rõnẽ: Cibus in quantitate sit tenuis (morbus enim est [d] acutus:) in qualitate verò modicè refrigerans [e] roborans, & leniens; Conueniunt ab initio, & in fine lentes decoctæ prima semper decoctione abiecta; panis in aqua cum prunis, & iuiubis decoctus. Facit ptisana, amygdalatum, cucurbita cum qua morbo inclinante omphacium ferueat; quo tempore potest exhiberi panis in iure paruæ pullæ decoctus, cum quo acetosa, omphacium, cicerbita, & huiusmodi bullierint. Dulcia [f] vitentur, & calida veluti sunt aromata, sic frigidæ potio [e]. Apparentibus pustulis adhibenda sunt deobstruentia, vt radices, & semina fœniculi, [e] apij, caricæ. Potus sit aqua, in qua lentes decorticatæ sint decoctæ, [e] ficus citrinæ, semina fœniculi, ordeum. In fine conuenit vinum granatorum, & victus plenior. Somnus sit moderatus. Fugiendæ animæ perturbationes, ira iuuat. Quies vsurpanda, &, si aluus munere suo spontè fungatur, vel mouendum, sin minùs inijciendi sunt clysteres mitiores, vt sunt communes, ex mulsa cum oleo, ita glandes parentur blandæ.
      - Robur additum partibus coctioni seruientibus: In variolis, & morbillis Auicenna [e] tàm emplastra, quàm vnguenta, & olea extrinsecùs hypochondrijs admota vituperat.
    - Alteratio præstanda
      - Victus rationem: Facit victus ratio exposita.
      - Ab initio idest antequam appareat exanthemata quæ alteratio præstatur per Medicamenta quę sunt
        - Syrupi: De acido citri, limonis, de succo acetosæ, acetosus simplex, de omphacio, de granatis, & syrupus ab Auicen. [e] descriptus.
        - Aquæ seu decocta: Ordei, endiuiæ, lactucæ, portulacę, acetosæ, iuiubarum, prunorum acetosorum, capreolorum vitis, cap. veneris.
        - Antidoti: Facit conserua ex acido citri, limonis, [e] omphacij, de succo acetosæ, de ribes.
      - Post principium, .i., cũ apparent ipsa exanthemata per
        - Syrupos: Facit acetosus de duabus, & de quinque radicibus.
        - Aquas seu decocta: Ex capillo veneris, apio, petroselino, caricis cũ dragantis, & lacca. Item ex radicibus, & seminibus [e] fœniculi, apij, petroselini, graminis, citri.
        - Antidotos: Faciunt dictæ antidoti.
    - Vacuatio per
      - Sanguinis missionem
        - Ex cubito: Ab initio primis [e] duobus, aut tribus diebus scilicet antequam pustulæ appareant si vires, & cætera consentiant, & adsit plenitudo, lenita priùs aluo mittendus est sanguis sufficienter ex interna cubiti vena; Quòd si pustulæ iam apparuerint nequaquam mittatur, nisi maxima plenitudo adsit; & tunc in parua quantitate extrahatur.
        - Ex naribus: Hirudines affixæ [e] naribus maximè iuuant, præcipuè infantibus, & quibus non potuit mitti sanguis ex cubito, sic enim tuentur partes superiores.
        - Ex cute: Nisi aliter possit mitti sanguis, multi vtiliter etiam pueris post secundum ætatis annum cucurbitulas applicant cruribus, coxis, natibus, lumbis; maximè si papulæ difficulter erumpant. Et Galenus [g] præcepit succos ad cutem vergentes per eam esse vacuandos.
        - Hæmorrhoidibus: Maximè confert si affigantur hyrudines ano.
      - Medicamẽta ducentia p
        - Anũ quæ sunt
          - Lenientia: Conueniunt ab initio antequam exanthemata se se ostendant existente cruditate in ventriculo, & primis venis cassia, [e] tamarindi, infusio prunorum, manna, syrupus ros., & violatus solutiuus, sed in parua quantitate ne superueniat alui fluxio. Faciunt etiam lenes clysteres, & glandulæ, vbi aluus suo munere non fungitur.
          - Soluentia: Hæc sunt fugienda (dũmodo cachochimia [h] non adsit) ne criticus [g] naturæ motus impediatur. Nonnulli [i] tamen illis in declinatione vtuntur ad morbi reliquias penitus extrahendas. Cæterum si [k] natura probè sese per cutem exonerauerit, nil tentandum erit,
        - Cutem per ea quæ adhibentur
          - Intrĩsecus: Facit decoctum ficuum aridarum, lentium decorticatarum prima semper aqua deiecta, seminũ citri, fœniculi, apij, petroselini. passularum, dactilorũ, foliorum cap. ven., radicis graminis.
          - Extrĩsecus: Conferunt ab initio moderatæ frictiones, & cucurbitulæ veluti dictum est. Transacta septima die variolæ perfectè suppuratę acu aureò ab Arabibus [e] perforabantur, vt pus extraheretur, deinde aqua communi vel rosaceą salita cum croco, aut decocto tamarisci lentium, rosarum cum camphora & santalis eas fouebant, & earumdem rerum fumis suffumigabant; in lecto verò farinam orizæ, milij, ordei, fabarum spargebant, & culcitras implebant folijs tamarisci, cupressi, & eiusmodi. Hodiè solùm curant vt in loco calido morentur, [i] pãnis rubris conuenienter tegantur, vtq; (nisi oculi sint affecti) omnia rubra intueantur.
- Morbo quatenus
  - Febris simpliciter: Ab hac indicatur refrigeratio, & madefactio per ea, quæ id præstent per se & per accidens; actu & potentia, & vtroq; modo, siue sint alimenta, siue medicamenta.
  - Talis febris idest variolarum & morbillorum: Conferunt ea quæ superius dicta sunt facere aduersus materiam quæ à puro sanguine secernenda est.
  - Pustulæ, & exanthemata quæ sunt
    - Sola: Indicãtur ea, quæ supra dicta sunt.
    - Coniuncta cum
      - Inflammatione: Prius tollenda est materia per auxilia iam dicta, & vsurpanda sunt refrigerantia, & madefacientia.
      - Vlcere: Facit vnguentum album [e] camphoratum cum puluere radicum cannarum, salicis; vnguentum de cerussa, lytargirium; Vnguentum rubrum.
      - Cancrena: Indicantur ea quæ partibus cancrenatis conueniunt.
      - Crustis: Ad crustas decidendas valet oleum, butyrum, lac.
- Loco affecto q. est
  - Intus
    - Fauces [l]: Faciunt gargarismata [l] ex diamoron, vel succo granatorum dilutis cum aqua ordei rosarum, plantaginis. Ore versentur grana granatorum, omphacij, zaccharum rosatum, & huiusmodi.
    - Pulmo[l[: Lambendum est loch ex lentibus [l] cum semine papaueris, & diadraganto, facit syr. de iuiubis.
    - Intestina [l]
      - In principio: Faciunt adstringentia [l] per os, & anum indita, veluti sunt clysteres ex succo vel decoctione plantaginis, mirthi, rosarum, balaustiorum, & huiusmodi.
      - In fine: Deuorandi sunt trocisci de spodio, de ribes, de semine acetosæ. [l]
  - Extrinsecùs
    - Oculi [l]
      - Ante apparitionem[l]: Adhibendum est collirium ex aqua ordei, coriandri, plantaginis, rosarum cum lacte, in quibus sumach, & camphoræ modicum sint macerata. Facit aqua in qua sit extinctum aurum, succus granatorum, omphacium, non scalpentur, & res rubras non aspiciant. [l]
      - In apparitione [l] Conuenit collirium ex aqua rosacea, & camphora. [l]
      - Post apparitionem[l]: Facit sief albnm, zaccarum conditum, collirium thuris Mesues, & antimonium.
    - Nares: Glauciũ, rosæ, santali, mirtus in aqua decoquãtur cũ aceto vel omphacio, & fumus naribus attrahatur, valet posca naribus attracta [l]
    - Aures: Cauendum est ne scalpantur, & si doleant fouendæ sunt lactæ calido, vel hydræleo.
- Symptomate
  - Syncopa: Facit refectio ex bonis odoribus vt ex rosis, [m] santalis, camphora, & frigidi aeris inspiratio.
  - Dolor
    - Pedum ac manuum: In aqua dulci calida detineantur.
    - Cæterarum partium vlceratarum: Liniantur medulla vitulina, vel bubula.
  - Alui fluxus: De hoc dictum est [l].
  - Cutis cicatrices, ad quas nonnulla indicantur
    - Antequam fiant: Occurrendum est per famulos & vincula ne pueri se scalpant.
    - Postquam factæ sunt per
      - Medicamẽta[n]
        - Simplicia
          - Mitiora: Partes diu abluantur decocto farinæ fabarum, [n] lentium, ordei, pulueris radicum cannarum, sarcocollæ, seminis melonum cum corticibus, orizæ, amyli, lupinorum. Deinde oleo de fisticis inungantur de dactilis, de lilijs, de luteis ouorũ, tartari, vel adipe anserino, anathino, gallinaceo, asinino, humano, vrsino; vel medulla ceruina, ac bubula; & sanguine leporino recenti calido cũ oleo ros. Multi sunt, qui cicatrices liniunt ichore, qui ex arietis vngulis dum assantur effluit.
          - Vehementiora [n]: Spuma [n] maris, costus, ammoniacum, thus, sapo cum mirobalanis chebulis, ossa vetusta cremata, semen raphani, aristolochia, lupini, lithargirium, cerussa lota. Valet etiam partes affricare ballamo, & cute suilla in aqua & vino elixa calente.
        - Cõposita: Possunt supradicta aut oĩa, aut quędã misceri, & vesperi post frictiones ad ignẽ partes linire: mane verò eędẽ abluendæ decocto superius dicto, vel aqua stillatitia florũ fabarũ, serpẽtariæ, & medul. limonũ.
      - Alimenta [n]: Sint boni succi. Conueniunt iura, & carnes pullorum perdicis, turturarum pinguium, cæterarumq; auium montanarum, lutea ouorum, vinum generosum, cicer, granata dulcia. [n]

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Tertio in primum epidem. 19.
c Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 6.
d Primo aphor. 7.
e Auic. ibidem cap. x.
Rasis 30. contin. tr. 13. cap. 2.
f Auenzoar in fine.
g Secundo 6. epidem. 30.
Paul. lib. 4. cap. 8.
h Secundo aphor. 15.
i Fracast. lib. 3. de morb. contag. c. 4.
K Primo aphor. 20.
l Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 11.
Ras. 30. contin. tr. 13. cap. 2.
m Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. x.
Ras. 30. contin. tr. 13. cap. 2.
n Auicen. ibidem cap. 12.
Ras. ibidem.

ADNOTATIONES.

Curatio in tabella exposita cõuenit pueris qui sint iàm ablactati; lactentibus enim solùm aer cali dus est procurandus, & partes principes quæ magis affici solent tuendæ. Sed ipsorum nutri cibus ea quæ dicta sunt aut omnia, aut quædã administranda.

Ex hac eadem tabella patet Medicos errare vulgares, quippe qui cùm exanthemata cœperunt apparere, à missione sanguinis, vel purgatione suadent abstinere, quasi decretoriè & perfectè semper excernantur. Hos Hippocratis (a) *& Galeni testimonio conuincere possumus, qui mo nuerunt, cùm tubercula nascuntur in corpore excretiones considerari oportere, quæ si biliosæ fuerint, corpus vnà ægrotat idest (exponit Gale.) adhuc corpus vniuersum vitiosis humoribus abundat, pateto, prius esse purgandos: si verò excretiones similes sint sanis totum corpus bonos habere humores indicatur; quia scilicet animalium natura ex principalibus membris humores malos vacuauit: in quo casu nil aliud tentandum iuxta illud: quæ iudicantur* (b) *& iudicata sunt integrè neq, mouere, neq, nouare aliquid. Vbi igitur tubercula nascuntur in corpore, considerandum, ac distinguẽdum, num quid natura totam in patientibus partibus superfluitatem deposuerit (quo tempore Medicus nihil agere debet) an adhuc corpus vniuersum vitiosis humoribus abundet, quod excrementa indicabunt, & tunc aut venam tundere, aut pharmacum exhibere debebit prout morbus, & cætera magis postulabunt.*

a *Secundo aphor. 15.*
b *Primo aphor. 20.*

Febris

Tabula Septuagesima, Febrium putridarum compositarum diuisio.

- Febres putridę cōpositæ dicuntur cōpositę ratione
  - Suiipsius hoc est ratione febris, & tunc febris est
    - Vna [c] — Hinc sunt febres, quæ [c] nothæ, siue spuriæ rectè, ac meritò dicuntur, non cōpositę, nisi quis eas eatenus compositas appellet, quatenus fiunt non ab vno simplici humore, sed mixto[c] contento [d] sub vna solū forma, & tunc focus febris est in vna parte solùm; febris autem accipit nomen à prędominante. Qui humor prædominans est
      - Bilis cum
        - Pituita — Hinc est tertiana [a c] notha maioris famæ, quæ frequentissimè fit. Vnde Authores [a] cum dicunt tertianam notham simpliciter hanc intelligunt
        - Humore melancholico — Hinc est tertiana [a] notha minoris [b] famę. [d]
      - Pituita cum
        - Bile — Hinc est quotidiana notha [b] maioris famæ.
        - Humore melancholico — Hinc est quotidiana notha [b] minoris famæ.
      - Humor melancholicus cum
        - Bile — Hinc est quartana notha maioris famę.
        - Pituita — Hinc est quartana notha minoris famę.
      - Sanguis — Rarissimè hic humor cum alijs humoribus dicitur facere febres nothas, quia vertitur in naturam aliorum humorum, cū quibus miscetur.
      - De huiusmodi febribus, quia nō compositæ, sed nothę dicendæ sunt, actum est in tractatione tertianę nothę
    - Plures — Hinc sunt febres, in quib' focus est in diuersis partibus, & reuera compositæ dicuntur, quoniam plures, [k] & eiusdem generis [e] proximi putridæ febres[g] simul miscentur, [l] quemadmodum in [m] hemitritęo, idest, semitertiana febre contingit, quę ex [n] tertiana, & quotidiana altera [o] intermittente, altera continua composita est. Duplex autem in ipsis est generōnis modus, nā vel
      - Sunt simul complicatę, [g] siue implicatæ, [h] siue complexę, [f] in quibus non adsunt [i] reduplicationes — Est quando [f] febres inuadūt diuersis horis: quod quidem duobus modis fieri potest vel enim
        - Vna ingreditur [e] super alterā — Intrās vocatur ab Auicenna [e].
        - Vna ingreditur [e] post solutionem alterius — Coalternata dicitur ab Auicen.
      - Sunt inuicem confusę [k g h e] ab Auicenna [e] communicantes vocatæ, & tunc adsunt reduplicationes. [i t] — Est quando febres inuadunt eadem hora [f]
      - De his agitur in proximis tribus sequentibus tabulis
  - Alterius, quod est
    - Causa tantùm, [p] idest, humor mixtus putrescens — Vnde est putrida notha, de qua in tabulis 74.75.76.
    - Causa, & symptoma [q] — Hinc est febris cum [q] symptomatis, quę prosternentia vires, vel augentia morbum dicuntur causę. Huiusmodi febris exponitur in tabulis 77.78.79.
    - Morbus [r] — Hinc est febris cum inflammatione, [r] vel apostemate, [s] cuius pertractatio habetur in tabulis 80.81.82

Primo

AVCTORITATES.

a Primo ad Glauc. 8. 10.
b Sauonarola lib. de Febr. choler. cap. 12. rubr. 1. 3.
c Secundo de differ. febr. 7.
d Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 35.
e Auic. & Gentil. lib. 4. f. 1. tr. 4. c. 16.
f Secundo de differ. febr. 7. 8.
De temporibus morb. 8.
g Secundo de crif. 8.
h Secundo de crif. 7.
i Secundo in primum epidem. 25.
K Secundo de differ. febr. 7.
Aetius lib. 5. cap. 82.
l Secundo de crif. 7. 11.
m Secundo de diff. feb. 7. 2. de crif. 9.
n Secundo de diff. febr. 7. 8.
Aetius lib. 5. cap. 82.
o Secundo de diff. febr. 8.
p Primo ad Glauc. 8.
Secundo de crif. 7. 9. 12.
q 12. meth. 1. 2. 5. 6. 7.
Primo ad Glauc. 14.
r Secundo de crif. 7. 8. 9.
Primo ad Glauc. 2.
s Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 16.
t Alex. lib. 12. cap. 2.

ADNOTATIONES.

Per hanc Tabulam patet non modò putridas omnes inter sese, & ratione sui ipsius simul complicari, confundi, ac misceri posse, sed & ratione alterius; nam ratione sui ipsius febris putrida vnius (a) *generis cum alijs putridis* (b) *eiusdē generis, & putrida vnius speciei, cum alijs eiusdem speciei miscetur: contingit etiam nonnunquam, vt putridæ specie, ac genere differentes componantur, vnde continuæ continuis,* (c) *intermittentes intermittentibus, intermittentes continuis, quotidianæ tertianis, & his quartanæ; tertianæ tertianis, quotidianæ quotidianis, & quartanæ quartanis connectantur. Ratione verò alterius miscentur, vel ratione causæ* (d) *tantum, vel ratione causæ* (e) *& symptomatis, & demùm ratione* (f) *morbi, quemadmodū in tabella dictum est.*

Fieri etiam potest, vt febres genere generalissimo, siue elongato conuenientes misceantur, quemadmodum quando putrida (g) *cum ephemera, vel hectica copulatur.*

Nos de febribus putridis eiusdem generis subalterni siue (g) *proximi ratione sui ipsius compositis pertractabimus, quod fit ī proximis tribus tabellis sequentibus, deinde verò de compositis ratione alterius; postremò de febribus compositis genere generalissimo, & remoto conuenientibus agemus: nā de compositis putridis vnius speciei cum alijs eiusdem speciei suprà copiosè est actū in tractatione tertianarum notharū.*

a De typis 3.
Secundo de crif. 7. 9.
Auicen. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 16.
b Secundo de crisibus 7. 9.
Auicenna ibidem.
c Secundo de diff. febr. 7.
d Primo ad Glauc. 8.
Secundo de crif. 7. 8.
e 12. meth. 1. 11. 5. 6. 7.
Primo ad Glaucon 14.
f Secundo de crif. 7. 8. 9.
Primo ad Glauc. 2.
Auicen. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 16.
g Secundo de crif. 7. 9.
Auicenna ibidem.
Sauonarola de Febr. compof. rubr. 1. cap. 16.

Hemitritæus

Tabula Septuagesimaprima, Hemitritæi definitio, differentiæ.

- **Hemitritæus, ideſt, ſemitertiana ē febris [l] quæ ex dimidia ſui parte ē tertiana, ex altera non eſt tertiana vt ſemideus, & ſemiaſinus. Secundum alios [u] ſemitertiana dicitur, ꝙ tertiani circuitus dimidio minor ſit, quē admodum ſemicirculus, & ſemiglobus. Et hæc ſemitertiana eſt**
  - **Vera**
    - Semitertiana vera eſt [g] compoſita ex tertiana intermittente, & quotidiana continua: quæ ſi inuadāt [h] eadem hora dicuntur compoſitæ per cōfuſionem, vel mixturam; [o] at ſi diuerſis [h] horis, dicuntur compoſitæ per [m] cōplicationē, implicationem [n], complexionem [o], ſeu complexum. Et in hac eſt horror [p], qui eſt minor [q] rigore, & maior refrigeratione. Et hæc ſemitertiana eſt
      - **Exquiſita [f] ſeu [g] pura**
        - Eſt in qua [f] æqualiter peccat bilis, & pituita: vnde æqualiter ſymptomata mixta ſunt. Cuius differentiæ ſumuntur à
          - **Cauſa**
            - **Externa**
              - Cauſæ externæ, vel procatarcticæ, [a] vel primitiuæ, [b] quæ rebus faciendis, aſſumendis, excernendis, & incidentibus extrinſecùs continentur, hanc febrem gignunt quatenus bilem, & pituitam ex æquo producunt. Quarè quæ tertianas nothas generabunt, eędem etiam hemitritęum efficient, vel ratione cruditatum, vel quia iſtæ cauſæ externæ vſurpatæ contrariæ inter ſe, vel contrariæ cauſis antecedentibus gignunt contrarios humores bilem [c] ſcilicet, ac pituitam, à quibus fit hæc febris, necnon etiam tertiana notha.
            - **Internæ, & tunc talis cauſa eſt**
              - **Per accidēs, vel per aliud**
                - Huiuſmodi ſunt illæ cauſæ, quæ non per ſe gignunt hemitritæum, ſed quatenus generant bilem, ac pituitam. Tales autē cauſæ ſunt
                  - **Temperatio** — Qui præditi ſunt temperatione [c d] pituitoſa vſurpātes ea, q̄ calefaciūt. Sic bilioſi vſurpātes ea, q̄ pituitam gignunt, in tertianam nothā, & hemitriteū incidunt.
                  - **Aetas** — Adoleſcentes, [d e] vel Iuuenes vtentes ijs, quæ pituitam generant, & ſenes, vel pueri vſurpantes, quę bilem procreant hemitritæo tentari conſueuerunt.
                  - **Sexus** — Viri [e] magis quàm fœminæ.
              - **Per ſe**
                - Eſt redundans [f] bilioſus & pituitoſus humor ex æquo, & pari [i] quantitate, non tamen complexione complexionali (vt inquit [l] Auic.) mixti, atq; vniti, vt vnica communi forma contineantur, ſed ſeiuncti proprias formas ſeruantes; ita vt alter in [f] vaſis putreſcat, febremque continuam efficiat, alter extra vaſa, & febrem intermittentem gignat.
          - **Morbo**
            - Eſt ipſa ſemitertiana febris ſcilicet horrifica, [r] acuta omino non intermittens, alteram diem leuiorē habet, videlicet in qua ſolum accedit quotidiana alteram grauiorem, in qua vtraq; inuadit, & magna ex parte dierum prima contingit, vt mixtam ex vtriſq; committat febrem, ſecunda verò pituitoſam cōtinuam; & nonnumquam [r] hæc primò inuadit, ſecundò verò ambæ ſimul, idq; vel diuerſis [h] horis (& tunc facilè cognoſcuntur) vel eadem hora, & difficilè percipiuntur. In hac febre eſt veluti [s] pugna cum æger inualeſcente tertiana, atq; ad cutem humores impellente vehementiùs calfit, & videtur in ſummo conſiſtere: mox victoria ad pituitoſam redeunte, contractiones, horror, cutis, & extremarum partium refrigerationes ſequuntur; adeò vt videatur altera acceſſio renouari, idq; non priùs deſinit, quàm febris ad ſummum peruenerit.
          - **Loco affecto**
            - Cum in vero puro, & exquiſito hemitritæo [g] continua ſemper cum intermittente iungatur, nūquam ambæ [x] continuæ, ambæ intermittentes, idcircò non ſolùm vaſa, ſed & corporis etiam [y] habitus afficitur.
          - **Symptomatis, quæ ſunt**
            - **Actiones læſę**
              - **Animales**
                - **Rectrices** — Adeſt interdum delirium. [a]
                - **Senſitiuæ** — Sentitur altera dierum [b] non ſolū in principio febris horror, ſed etiam in magna parte acceſſionis. Adſunt interdum vigiliæ, interdum cataphora dolor capitis, illa pugna [b] dicta, lingua ſicca, inappetentia, caliditas viſcerum. [g]
                - **Motiuæ** — Adeſt veluti dictum eſt [b] horror, inquietudo, & interdum ſegnities.
              - **Vitales** — Pulſus eſt paruus, [c] languidus, & inæqualis quemadmodum in tertiana notha ſic reſpiratio. Adeſt nonnumquam ſyncope. [a]
              - **Naturales** — Læditur coctio, retentio, & expulſio, vt patet ex ijs, quę excernuntur. Læditur etiam attractio, vt patet ex cibi faſtidio, & eiuſmodi.
            - **Excreta**
              - Vrina [g] in principio eſt ſemper cruda, ſed interdū eſt ſubcraſſa, & rubra, interdū tenuis, & aquoſa, & ſine ſedimento, quæ paulatim poſtea concoqui incipit ſed tardè.
              - Deiectiones plerumq; ſunt liquidæ, & crudæ, & interdum ſupprimuntur. Sudores [g h] adſunt quando euaporat tertiana.
              - Vomitus [g] non adeſt bilioſus, ſynceruſq; vt in exquiſita tertiana, ſed eſt mixtus ex bile & pituita.
            - **Affectus corporis**
              - Adeſt color in facie cum palliditate albus. Tumor eſt perſæpè in hypochondrijs, & facie.
              - Adeſt ſæpè ructus, crepitus, & ſentitur flatus in ventre.
      - **Non [f] exquiſita, & in hac ſuperat**
        - **Bilis [d]** — Habet ſymptomata [d g] magis accedentia ad febrem bilioſam, nam — Horridior [e] fit febris, [g] & in acceſſione aliquid rigoris aſſumit, mox calidior fit, & æſtuoſior, cum bilis vomitu, egeſtione, aut ſudore.
        - **Pituita** — Habet ſymptomata [d g] magis accedentia ad febrē pituitoſam, nam — Frigiditas [e g] extremorum vehementior exiſtit, horrores modici. Pulſuum compreſſio maior, ac diuturnior; tardiusq; acceſſio inualeſcit, ac longum poſt tempus conſiſtit. Non adeſt ſitis, [e] non æſtus, nec per vomitum, aut per aluum, aut per ſudorem bilem excernunt.
  - **Non vera**
    - **In hac eſt commixta tertiana**
      - **Intermittens cum**
        - Quotidiana intermittente
        - Quartana
          - Intermittēte
          - Continua
      - **Continua cum**
        - Quotidiana
          - Intermittēte
          - Continua
        - Quartana
          - Intermittente
          - Continua
    - Cum enim ſex numero in totum ſint ſemitertianæ differentiæ apud Gal. [f] vera tantùm eſt illa, in qua bilioſa pituitoſæ iungitur, & de hac potiſſimùm Authores pertractant, & nos ſuprà, illius differentias à cauſa, morbo, loco affecto, & ſymptomate deſumptas recenſuimus, quemadmodum in alijs febribus facere conſueuimus. Sed quæ de bilioſa, & pituitoſa febre ſimul commixtis, & confuſis ſcripta ſunt, [f] poſſunt ad melancholicā febrem transferri, eiusq; cum vtraq; illarum complexionem, & confuſionem pariter coniectari. Sic ſi, & tres ſimul febres complectantur, & confundantur, poteſt enim ſemitertianæ [i] etiam admixta eſſe alia febris vel exquiſita, vel notha, vt tertiana, quotidiana, quartana, & cum miſcetur quotidiana cum quartana non habet proprium nomen, niſi quod ad ſimilitudinem hemitritæi appellari poteſt ſemiquotidiana. Sed hoc nomen non eſt in vſu.

AVCTORITATES.

a Primo meth.8.
b Auic., &Gentiles lib.pri.f.2.
  doct.2.cap.1.
c Primo ad Glauc.5.8.
d Alex.l.12. cap. 6.
e Auctor lib. de typis 4.
f Secundo de diff.febr.8.
  Aet.l.5.cap.82.
  Tertio primi epid.5.
  Paul.lib.2.cap.34.
  Oribasius 6.synops.23.
  Auic.lib.4.f.prima tr.4.cap.17.
g Secundo de diff.febr.7.8.
  Oribas. 6. synop.23.
  Aet.,& Auic.ibidem.& cap.18.
h Secundo de diff.febr.7.
  Aetius lib.5.cap.82.
  Auic.Ibidem
  Oribas.lib.6.synops.c.23.
i Secundo in primum epidem. 25.
k Secundo de cris.7.9.
  Secundo de diff.feb. 7.8.
  Auic.l.4.f.1.tr.4.cap.17.
l Auic.lib.4.f.1.tr.2.cap.35.
m Secundo de cris.9.
n Secundo de cris.7.
o Secundo de diff.febr.7.8.
  De temporibus morb. 8.
p Secundo de diff.febr. 8.
  Primo primi epid.23.
  Tertio primi epid.5.
  Secundo primi epid.25.
  Aet.l.5.cap.82.
  Orib.lib.6.synops.23.
q Quarto de sanit. tuenda 2.
  De morb.tempor.8.
  Oribas.6. synops.cap.23.
r Secundo de diff.febr.8.
  Primo primi epid.23.
  Secundo primi epid.25.
  Auic.lib.4.f.pri.tr.4.cap.17.
  De morb.tempor.8.
s Secundo de diff.febr.8.
  Alex.lib.12.cap.2.
t Secundo de diff.febr.7.
  Paul.l.2.cap.34. Orib.6.syn.23.
u De typis.4.
x Secundo de diff.febr.8.
  Alex.lib.12.cap.2.
y Quarto aphoris.63.

a Secundò de cris.9.
  De typis.4.
  Aet.lib.5.cap.82.
b Alex lib.12.cap.2.
b Secundo de diff.febr.8.
c Alex.lib.12.cap.2.
  Auic ibidem.c.18.
d Secundo de diff.feb.7.
  Orib.6.syn.23.
e Secundo de diff.febr.8.
  Aet.lib.5.cap.82.
  Paul.lib.2.cap.34.
  Orib.lib.6.synops.cap.23.
f Secundo de diff.febr.8.
g Auic.lib.4.f.prima tr.4.cap.18.
  Paul.l.2.cap.34.
h Secundo de diff.febr.7.
  Secundo de cris.9.
i De morb.tempor.8.

ADNOTATIONES.

Hemitritæus (vt patet ex hac tabella) duplex est, alter verus exquisitus, & propriè dictus; alter non verus, sed communiter acceptus: ille inter acutas (a) *febres, & continuas reponitur, quemadmodum fecisse semper Hippocratem narrat* (b) *Galenus; cumq; Archigenes, & Argatinus hoc non fecerint meritò ab eodem* (c) *Gal. reprehenduntur. Quòd si communitèr accipiatur, & pro non vero, scilicet quatenùs sub eo comprehendũtur etiam febres intermittentes simul confusæ, & compositæ, non modò inter acutos morbos, sed etiam inter diuturnos, & inter febres intermittentes connumerari poterit, vt Gal.* (d) *testatur, & Author Introductionis, vel medici: immò pro intermittente febre hemitritæum accepit (vt dicit Galenus)* (c) *Agatinus appellans semitertianam paruã quæ durat per 24. horas; mediam quæ 36; magnam quæ 48. vel potiùs vocans semitertianã omnem tertianam, quæ protenditur, idest excedit spacium 12. horarum.*

Differt hemitritæus à tertiana notha, quòd in hac bilis mixta est pituitæ complexione (vt inquit Auicenna) (e) *complexionali vnita, idest quæ continetur vna communi forma, ob quam est vna tantùm febris: at in hemitritæo humores continentur proprijs formis, ac seiuncti, & ideò sunt plures febres, quarum altera in vero est intermittens* (c) *altera continua, non ambæ cõtinuæ, ambæ intermittentes quemadmodum in non vero.*

Ex his quæ dicta sunt patet quid sit hemitritæus exquisitus, & propriè dictus. Sic enim definietur Hemitritæus, (f) idest semitertiana) exquisitus est febris ex putrefactione bilis extrà vasa, & pituitæ intra vasa cum tales humores fuerint æqui potentes. (g)

Sicut in alijs locis alia mala abundant ita (h) *Romæ semitertiana potissimum videtur.*

a Secundo de differ.febr.8.
* De morb.tempor.8.*
* Primo primi epid.23.*
* Secundo primi epid.25.*
* Auic.lib.4.f.prima tr.4.cap.17.*
b Tertio primi epidem.5.
* Secundo 6.epid.23.*
c Secundo de diff.feb 8.
d De typis.4.
* In introd.vel medico.cap.13.*
e Auic.lib.4.f.1.tr.2.cap.35.
f Secundo de diff.febr.7.
g Secundo de diff.febr.8.
* Aet.lib.5.cap.82.*
* Auic.lib.4.f.pri.tr.4.cap.17.*
h De morb.temper.8.
* Secundo in primum epid.25.*

Tabula Septuagesimasecunda, Hemitritæi Signa.

Signa Hemitritæi sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio [a] causarum procatarcticarum, quæ haberi possunt ex ægrotante, & assidentibus, quæuè magis faciunt ad Medici gloriam, [b] quàm ad ægri salutem, & de ijsdem agetur inter signa indicatiua. Quarè hic omittuntur.
- **Indicatiua monstrantia Hemitritæũ**
  - **Verũ q. hemitritæus est**
    - **Exquisitus [h] & tunc talia signa indicant**
      - **Causam quę ē**
        - **Externa, & sunt Res**
          - Faciendæ — Motus pòst cibum, [c] otium, ira, vigilia.
          - Assumendæ — Cibi, potiones, ac medicamenta bilem, & pituitam gignentia.
          - Excernendæ — Si retineatur bilis, & pituita solita per vomitum, aut aliter vacuari.
          - Incidentes extrinsecus
            - Ambiens aer nunc frigidus, nunc calidus, & inæqualis vt in Autumno [d]
            - Sic in quibusdam regionibus vt Romæ [e].
            - Balnea præsertim post cibum.
          - Hæ res non naturales, si pituitam [c] gignant vsurpatæ in calida temperatione facient hemitritæum, sic gignentes bilem vsurpatæ in frigida temperatione, ætate, ac similibus eumdem gignent hemitritæum.
        - **Interna, & tunc tales causæ sunt**
          - Per accidens, vel p aliud
            - Huiusmodi sunt eæ causæ, quæ non per se gignunt hemitritæum
            - Sed quatenus generant bilē, ac pituitam
            - Tales autem causæ sunt
              - Temperatio biliosa
              - Habitus corporis gracilis
              - Aetas adolescentię, vel iuuentutis
              - Sexus masculinus
              - Præsertim si cum his causis [c] adsint causæ externæ pituitam procreantes, nam si adsint causæ internæ aptæ ad gignendam pituitam externæ debent esse aptæ ab bilem procreandam.
          - Per se, quæ causa est
            - Antecedēs — Est copia bilis, [f] & pituitæ antequam putrescant: quæ copia cognoscitur, tùm ex causis, quæ partim bilem, partim pituitam gignunt, tum ex horum humorũ effectibus.
            - Cōtinens, vel coniuncta — Est bilis putrescens [g] extra vasa, & pituita putrescens intra vasa. Cognitio per talē causam non debet propriè dici per signa, sed per propriam causam.
      - **Essentiam** — Essentia hemitritæi est calor præternaturam continuò affligens [i] ratione quotidianæ, & ab initio mitis, humidusq; veluti in viridibus lignis accensus, & postea acrior, sed ratione tertianæ est intermittens acris, ardens, subitò apparens, & succumbens tactui, sed remissior, quàm in exquisita tertiana. Accessionis [h] initium fit cum horrore, qui bonam accessionis partem occupat ob mutuam pugnam bilis, ac pituitæ. Altera [k] die, in qua scilicet habet solum quotidianam, leuior est; altera grauior, [h] in qua tertianam habet, & quotidianam. Et magna ex parte dierum prima ex vtrisq; mixtã committit febrem, secunda verò pituitosam continuam. Contingit etiã vt hæc primò inuadat, secundò ambæ simul idq; bifariam; [l] aut enim diuersis horis vtræq; accedunt (& tunc simul complicari, [m] implicari, [n] siue complecti, [o] dicuntur sine repetitione [p] seu reduplicatione) aut eadem hora, quod inuicem confundi appellat Gal. [q] & adsũt reduplicationes. Quando diuersis horis inuadunt facilè cognoscuntur, difficilè verò quando eadem hora [l]. Quarè præcipit Gal. [r] vt accessionis formam, ipsiusq; febris ideam inspiciamus, atq; exinde, non autem ex periodorum simili proportione, febrem cognoscamus.
      - **Locum affectum, qui in hemitritæo est**
        - Extra [s] vasa — Ob febrem [t] intermittentem — Hoc patet, [u] quia adest horror.
        - Intra [s] vasa — Ob febrem continuam.
      - **Effectus, .i. symptomata q̃ sũt**
        - **Actiones læsæ**
          - Aĩales
            - Rectrices — Adest interdum [x] delirium ob vapores acres ab humore putrescente elatos.
            - Sensitiuæ — Sentitur in die [y] maioris afflictionis horror non solum in principio, [z] sed qui per bonã accessionis partem perseuerat, hic horror interdum bis, ter, aut quater in die iteratur, & vocatur anadiplosis. Sentitur veluti pugna [a] modo inualescentis tertianæ, modò quotidianæ, modò calfit æger, modò refrigeratur. Interdum adest vigilia, [b] interdum cataphora. Adest sæpè inappetentia, sic dolor capitis, circa [c] ventriculum, ac viscera, sitis, lingua [b] sicca.
            - Motiuę — Adest inquietudo, nonnumquam segnities, & inęqualis motus diminuti rigoris, & interdum conuulsio.
          - Vitales
            - Pulsus — Hic est inæqualis, [d z] magis paruus, tardus, & rarus quàm in tertiana, & minùs quàm in quotidiana.
            - Respiratio respondet pulsui. Adest interdum syncope.
          - Naturales — Læditur aliquando expultrix, ac retentrix, quod patet ex vomitibus, & deiectionibus. Læditur quoq; attractrix, & coctrix vt indicat deiecta appetentia, & quæ depelluntur.
        - **Excreta**
          - Vrinæ — Hæ sunt partim biliosæ, partim pituitosæ, & diù perseuerant crudæ [d].
          - Deiectiones — Adsunt sæpè deiectiones mixtę ex pituita, [d] & bile, plerumq; sunt liquidæ, & crudæ, & interdum supprimuntur.
          - Sudores — In die maioris [d e] afflictionis, quando euaporat tertiana sudor adest.
          - Vomitus sunt mixti ex bile. & pituita. [e]
        - **Affectus corporis** — Adest color in facie, ac toto corpore cum palliditate albus, tumor interdum, & tensio in hepate. Adest sæpè ructus, crepitus & sentitur flatus in ventre.
    - **Non [h] exquisitus in quo superat**
      - Bilis [f] — Adsunt plurima [f] tertianæ febris accidentia, nam febris [g] horridior fit, & in accessione aliquid rigoris assumit; calidior statim, & æstuosior euadit cum bilis vomitu, egestione, aut sudore.
      - Pituita [f]
        - Adsunt quotidianę [f] continuæ effectus firmiores, frigiditas extremorum [g] vehementior, modici horrores, pulsuum compressio maior, ac diuturnior, tardiusq; accessio inualescit, ac longum post tempus consistit.
        - Non adest sitis, [g] non æstus, neq; per vomitum, aut aluum, aut per sudorem bilis excernitur.
  - **Non verũ, [h] in quo**
    - Intermittentes [h] intermittentibus iunguntur — Adest modò frigiditas, modò horror, modò rigor, prout materia, quę illas excitat biliosa, pituitosa, vel melancolica fuerit, & demùm adsunt huius, vel illius redundantis humoris signa.
    - Continuę [h] continuis — Nullus adest omninò rigor, & tertiana continua citiùs, quam quotidiana iudicatur [h].
- **Prognostica, per quę præcognoscitur**
  - **Exitus vel euentus** — Hemitritæus [i] cum sit ex numero continuarum [k] febrium non caret periculo; [l] vnde scriptum reliquit Galenus [m] morbos in quibus bilis, & pituitæ copia colligitur esse grauissimos, & pessimos, quibus succedit semitertiana. Si tamen vires sint validæ vt in adolescentibus [n] vergit ad salutem. Quare diligenter perpendenda est vis [o] naturæ, & morbi, atq; ex maiore huius, vel illius robore mors, aut salus est expectanda, & prædicenda. Cognoscitur robur naturæ ex actionibus, & præsertim ex pulsu; robur morbi ex magnitudine symptomatum, vel eorumdem paruitate. Author [p] libelli de typis hanc febrem appellat feram, [p] & periculosissimam pręcipuè in Autumno. Hippocrates [q] maximè lethalem.
  - **Tempus** — Hæc febris cùm ab Hipp. [r] reponatur in morbis acutis non deberet transcendere 14. diem, protrahitur tamen sæpissimè in longius tempus, ita vt ex Auicennæ [s] sententia interdum producatur ad septem menses. Vidit Pater durasse duos menses licet omnia ex arte facta essent remedia. Exemplum à Galeno positum in 2. de differ. febr. cap. 7. ostendit eam terminatam esse circa vigesimam diem.
  - **Modus ad**
    - Salutem
      - Terminatur plerumq; per crisim cum insigni vacuatione, sępissimè per deiectiones biliosorum, [t] & pituitosorum humorum; interdum per vomitus, sudores, ac vrinas.
      - Aliquando per abscessum iudicatur, interdum per solutionem vt in adolescente [n] factum narrat Galenus.
    - Mortem — Ad hanc ducit ipsa febris, quia ita resoluit vires, vt per syncopem interimat.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag.ex pulf. 11.
b Primo prognostic. 4.
c Auic.lib.4.f.pr.tr.4. cap.18.
d De typis 4.
e Secundo in primum epid.25.
De morb. tempor. 8.
f Auic.lib.4.f.pri.tr.4.cap.27.
g Secundo de diff.febr.7.
Aet.lib.5.cap.82.
h Secundo de diff.feb.8.
Secundo de cris.9.
Tertio primi epid.5.
Secundo 6.epidem.23.
Auic.lib.4.f.pri.tr.4. cap.18.
Aet.lib.5.cap.82.
Paul.lib.2.cap.34.
Oribasius 6.synops.23.
i Secundo de diff.febr.8.
Secundo de cris.9.
x Primo primi epidem.23.
Secundo primi epidem. 25.
l Secundo de diff. febr.7.
Aet.lib.5. cap.82.
Paul.lib.2.cap.34.
Auic.lib.4.f.p.tr.4.cap.17.
Oribas.6.synops.23.
m Secundo de cris.9.
n Secundo de cris.7.
o Secundo de diff.febr.7.8.
De morb.tempor.8.
p Secundo primi epid.25.
Alex.lib.12.cap.2.
Auic.l.4.f.pri.tr.4.cap.18.
q Secundo de cris.7.9.
Secundo de diff.febr.7.8.
r Primo de differ.febr.10.
Secundo de diff.febr.7.
Secundo de cris.2.
s Quarto Aphorismorum.63.
t Secundo de diff.febr.7.
u Secundo de diff.febr.8.
Secundo de cris.9.
Tertio primi epid.5.
Secundo 6.epid.23.
Auic.lib.4.f.pri.tr.4.cap.18.
x Secundo de cris.9.
De typis 4.
Aet.lib.5.cap.82.
y Secundo de diff.febr.7.
Secundo de cris.9.
z Alex.lib.12.cap.2.
Auic.lib.4.f.prim.tr.4. cap. 18.
a Secundo de diff.febr.8.
Alex.lib.12.cap.2.
b Secundo de cris.9. De typis 4.
Aet.lib.5.cap.82.
c Secundo de differ. febr.7.
Secundo de cris.9.
d Auic.lib.4.f.pri.tr.4.cap.18.
e Secundo de differ.febr.7.
Secundo de cris.9.
f Secundo de differ.febr.8.
Secundo de cris.9.
Tertio primi epid.5.
Secundo 6.epid.23.
Auic.ibid.cap.18.
Aet.lib 5.cap.82.
g Secundo de diff.febr.7.
Aet.,& Auic. ibidem.
Paul.lib.2.cap.34.
Oribas.6.synop.23.
h Secundo de diff. febr.8.
Auic.ibidem.
i Secundo in primum epidem.23.
k Secundo de diff. febr.8.
Tertio primi epid.5. 21.
Primo primi epid.23.
l Quarto aphorismorum 42.
Primo ad Glauc.8.
Auer super canticam part.pri.tr.2.
tex.445.
Secundo sexti epid.23.
m Tertio primi epid.19.
n Secundo de differ.febr.7.
o Secundo prognostic.6.
p De typis 4.
q Tertio primi epid.5.
r Primo primi epid.23.
s Auic.lib.4.f.p.tr.4.cap.18.
t Tertio de crisib.cap.3.

ADNOTATIONES.

Possent & alia hemitritæorum non verorum signa afferri quemadmodum etiam plura sunt eorūdem (a) genera, species, seu differentiæ. Sed ne nimis (b) prolixi essemus ea omnia complexi (c) non sumus, nam facilè tunc dignoscentur, (d) quando (c) exquisitè omnes eorum formæ (e) simplices tenebuntur, hoc enim est principium, fons, atq; elementum perfectè illos dignoscendi, non alitèr, ac qui scit vinum, mel, & aquam seorsum discernere, neque horum postea ignorabit temperaturam.

a Secundo de differ.febr.8.
b Secundo de cris.8.
c Secundo de cris.2.7.8.
d Secundo de cris.9.
e Secundo de diff.febr.8.
Secundo de cris.7.8.9.12.

Tabula Septuageſimatertia, Hemitritęi Curatio.

- In hemitritęi ideſt ſemitertianę exquiſitæ curatione opera, ſeu intētiones curatiuæ ſumuntur à
  - Cauſa, quæ eſt putreſcens bilis extra vaſa, & pituita intra vaſa. Ab hac cauſa indicatur
    - Inhibitio ne noua ſubinde materia generetꝰ quæ hemitritæū foueat, vel augeat. Quod p̄ ſtatur p̄
      - Victꝰ rōnē
        - De quantitate victus in hemitritęo id Celſus [a] decernit, quod Galenus [b] in tertiana notha cenſuit, ſcilicet tantam eſſe debere, vt vires conſeruentur, & morbus non augeatur.
        - Sed difficile eſt ſeruare vtrumque, quia inedia quantum confert morbo, tantùm amplius nocet viribus, & cibus quantum confert viribus, tantùm nocet morbo. In [c] ſtatu, & circa ſtatum conuenit victus tenuior. Exhibeatur cibus alternis [b] diebus in die leuiori, & horà magis [d] remota ab acceſſione (aliter enim dicit Celſus [a] ſubitò moriuntur) ſi æger poſſit ferre, ſin minùs cibetur ante acceſſionem ſaltem per tres horas, idq; tenuiter cùm morbus hic ſit [e] acutus, & coctu contumax. Qualitas cibi non ſit abſolutè madefaciens [f] & refrigerans, [g] ſed etiam aliquid accipiat ad incidendum, & extenuandum, ſitq; boni ſucci. Conuenit maximè ptiſſana cum pipere, hyſſopo, [g] origano, vel cinnamomo; panis ex aqua decoctus, vel lotus; & cum longior eſt morbus etiam ex iure paruę pullę, cum qua ferbuerint radices petroſelini, & aliquid acetoſæ, & endiuiæ.
        - Potus ſit aqua hordei cum qua ferbuerit cinnamomum, & mixtum ſit ſaccarum, vel mel roſ., vel iuleb. A vino abſtinendum eſt vsq; ad declinationem, & tunc adhiberi poteſt album tenue dilutum.
        - Aer ſit temperatus. Vigilia, & ſomnus ſint moderati, & conuenienti tempore; non dormiatur in acceſſione [b]. Conuenit quies. Vitentur animi perturbationes, & niſi aluus fungatur ſuo munere irritetur clyſteribus ab initio mollioribus, deinde mediocribus, tandem acrioribus.
      - Medicamenta roborātia calorem membrorum naturalium admota
        - Interiùs
          - Faciunt antidoti roborantes ventriculum, & hepar, vt diarrhodon, aromaticum roſatum, zaccarum roſatum, triaſandali, & ſimilia.
        - Exteriùs
          - Adhibendum eſt ad ventriculum, & hepar fomentum [g] ex decocto roſarum, abſinthij, meliloti, camemeli ante cibum poſt factas aliquot vacuationes.
          - Ita inunctio ex oleo maſtichino, nardino, melino, de abſynthio, & ſimilibus ante cibum. Sic vnguenta, vt roſatum, ſandalinum, cum modico cinnamomi.
    - Alteratio [i] p
      - Alimenta
        - Conuenit [f g] victus ratio dicta.
      - Medicamenta
        - Syrupos
          - Conueniunt ab initio mitiores, deinde valentiores, vt acetoſus ſimplex, de duabus, tribus, & quinq; radicibus. Sic oximel ſimplex, compoſitum, & ſcilliticum.
          - Syrupus de biſantis, de endiuia, de cichorio ſimpl., de cichorio nic., & ſimilia, tranſacta autem ſeptima die infundenda [l] eſt coma abſinthij.
        - Aquas, ſeu decocta
          - Ex agrimonia, cetrach, capilloueneris, acetoſa, endiuia, cichorio, hordeo [l] cum pipere, vel cinnamomo, radicibus petroſelini, aſparagi, capparis, fœniculi, & ſimilia.
        - Antidotos
          - Faciunt antidoti ſuperiùs expoſitę, ſic trociſci de abſyntio, [l] de roſis, & huiuſmodi.
    - [l] Vacuatio per
      - Sanguinis miſſionē
        - Cum ex ſententia Galeni [k] in omni putrida conueniat ſanguinis miſſio ſi vires, & cætera conſentiant lenita priùs aluo, & non exiſtente cruditate [m] in ventriculo, mittatur [n] ſanguis ex interna dextri cubiti vena; & eò plùs extrahendum eſt ſanguinis, quò eſt craſſior, & venæ magis rubræ, craſſæq; & ſi è re videatur, iteranda eſt miſſio non modò ex cubito, ſed (quemadmodum multis placet) ex ſaluatella quam vocant, & ex ſaphona. Alij vtiliter hirudines ano applicant, & ex hæmorrhoidibus etiam ſanguinem extrahunt, nec ſolùm per dictas partes, ſed per cutem [o] admotis cum ſcarificatione cucurbitulis detrahi poteſt.
      - Medicamēta [l] ducentia quò natura vergit per loca conferētia. Vergit autē natura per
        - Deiectiones, [l] quas mouent medicamēta indita per
          - Os
            - Ab initio conueniunt lenientia vt caſſia, manna, ſyr. roſ. ſol. mel roſ. ſol. cum zaccaro, & ſine zaccaro, & ſimilia. Deinde aliqua [l] coctione apparente ſoluentia mirabiliter iuuant non ſemel atque iterum, ſed ſæpiùs vſurpata priùs mitiora, [p] deinde valentiora: huiuſmodi ſunt agaricus, rhabarbarum, aloe, ſcammonea, colocynthis, turbith, quæ ſunt ſimplicia, ſic quoq; compoſita, vt diaphinicon, electuarium roſ., indum, hamech, de ſucco roſarum, pillulæ [l] de hiera cum agarico, aggregatiuæ, de agarico, de rhabarbaro, ſine quibus, cochiæ, & ſimiles.
          - Anū
            - Faciunt clyſteres primò mitiores vt ex mulſa, & communes: deinde acriores, vt cum hiera, diaphinicon, benedicta, melle roſato, oleo cheirino, liliaceo, & ſimilibus.
        - Vomitū [l]
          - In initio acceſſionis prouocandus eſt vomitus, nam cauſam antecedentem vacuat, & breuiat paroxiſmum maximè etiam iuuat [q] poſt cibum.
          - Facit aqua [l] calida cum acetoſo ſimplici, & compoſito, ac oximelle, ſic decoctum ex raphanis.
        - Vrinā [l] & ſudorem
          - Conueniunt ad prouocandam vrinam, vel ſudorē medicamenta temperata, vel parùm calida, vt aqua hordei cum pipere, decoctum anethi, camemeli, capilliueneris, petroſelini, apij, aſparagi cum acetoſo ſimplici, & de duabus radicibus. Conueniunt etiam radices petroſelini ſi bulliant cum carnibus comedendis.
  - Morbo quatenus
    - Febris ſimpliciter
      - Ab hac cùm ſit affectus [r] calidus, quem ſeq tur ſiccitas, indicatur eſſe refrigerandum, & madefaciendum per ea, quæ id præſtant [s] per ſe, per accidens, actu, & potentia. Talia aūt ſunt
        - Alimēta
          - Conuenit aqua hordei frigida, lactuca endiuia, quibus ob pituitam ſemper miſcendum eſt aliquid incidens, & extenuans
        - Medicamenta admota
          - Interiùs
            - Facit ſyr. de endiuia, de cichorio, ſic & illorum decocta.
          - Exteriùs
            - Faciunt epitemata, & balneum aquæ dulcis poſt coctionem, & in declinatione.
        - In principio, quia valdè vrget febris, per hæc omnia, aut quædam eſt refrigerandum, ac madefaciendum, ſed ſuperata tertiana, in quotidiana, quæ reſtat indicatio à febre ſuppeditata ferè negligitur. Quarè magis cauſæ nempe pituitæ incumbendum calefaciendo, & ſiccando. Si tamen inſpicienda interdum ſit febris, miſceantur cum frigidis calida, vt cum aqua hordei bulliant radices petroſelini, cinnamomum, & ſimilia.
    - Talis febris, ideſt hemitritæi
      - Vtuntur [t] nonnulli ſuperſtitione quadam chartæ, cui verbum quoddam inſcribunt, eamq; lino incluſam collo ſuſpendunt. Sed quia hoc ſuperſtitioſum eſt & anile, nullaque phyſica, aut firma ratione conſtans merito à nobis omittitur, & reijcitur.
  - Symptomatę
    - Sæpè in hac febre adſunt ſymptomata [u] ſubeuntia vicem cauſæ morbum augentis, vel vires proſternentis, quo tempore cogitur medicus relicta cauſa, & morbo ſuccurrere ſymptomati, vt ſyncopæ reficiendo vires: dolori capitis, & delirio adhibendo oxirodinum: ſic nimio ſomno per ea, quæ à ſomno excitant: ſi adſint vigiliæ prouocandus eſt ſomnus, & ſic de alijs.
    - At niſi valdè vrgeant ſymptomata, nihil indicant, quoniam facilè tolluntur ablato morbo, quem ſequuntur velut [x] vmbra corpus.

Celſus

AVCTORITATES.

a Celsus lib. 3. cap. 8.
b Primo ad Glauc. x.
c Primo aphor. 8. 9.
d Primo aphor. 11. 19.
e Secundo de differ. febr. 8.
Primo primi epid. 23.
Secundo primi epidem. 25.
f Primo ad Glauc. 10.
g Oribas. 6. synops. 11.
h Secundo aphor. primo.
i Paul. lib. 2. cap. 34.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 19.
k 11. meth. 15.
l Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 19.
m De cur. rat. per sang. 4. 5. 20.
Primo tertij epidem. 2.
n Primo ad Glauc. x.
Oribas. lib. 6. synops. 11.
Cels. lib. 3. cap. 8.
o De cucurbit. reuuls. & scarific.
p Alex. lib. 12. cap. 6.
q Primo ad Glauc. 10.
Oribas. 6. synops. cap. 11.
r Primo aphor. 16.
s 11. meth. 2.
10. meth. 8. 10.
t Quintus Serenus in sua medicina.
u 11. meth. 11.
12. meth. primo 2.
Primo ad Glauc. 14.
x De diff. sympt. primo.

ADNOTATIONES.

Curatio in tabella exposita conuenit hemitritæo siue semitertianæ exquisitæ, quæ fit à bile (a) cum pituita pariter, & æqualiter abundanti. At in non exquisita, si in ea superabundat bilis, cōueniunt magis remedia ad tertianam (b) facientia, quemadmodum si superet pituita, magis faciunt, quæ quotidianam respiciunt. In alijs semitertianis non veris, vt in ea quæ constat ex tertiana continua, & quotidiana intermittēte; sic in ea, quæ constat ex vtrisq; continuis, & vtrisq; intermittentibus eadem curatio competit, & si in complicatione, atq; complexione vnus humor alterum superet, illi magis est incumbendum (c) altero tamen non neglecto.

Adnotare etiam oportet posse esse semitertianam non veram ex tertiana, (d) & quartana in vnum compositis, vt est ex tertiana tum quotidiana: quo tēpore curatio conuenit mixta ex curatione tertianæ, & quartanæ; ita tamen vt in eam magis incumbatur, quæ magis vrget, altera semper non (c) neglecta. Potest etiam semitertianæ (e) admixta esse aliqua alia febris simplex, vt tertiana, quotidiana, quartana, & tunc mixta quoq; curatio est vsurpāda, quemadmodū affectus est mixtus.

Cum hemitritæus sit quemadmodum dictum est febris continua (f) periculosa & acuta, mirabile est quòd Gal. illius curōnem tùm primo ad Glauc., tùm in lib. meth. prætermiserit. Fortè dicendum est Gal. id non fecisse, quoniam superuacaneum iudicauerit, cum eadem sit ratio curandi tertianam notham, & hemitritæum; propterea quòd ab ijsdem causis pendent, & reuera cū semitertiana sit febris media inter tertianam, & quotidianam; remedia quoq; vsurpanda sunt, quæ partim ad tertianam, partim ad quotidianam adhibenda esse censuit, id quod Aetius (g) quoq; præcepit. Quæ igitur à Gal. traduntur in curatione tertianæ nothæ, eadē in hac febre sunt seruanda, immò valentiora ēt præsidia (h) in hac requiruntur, cum sit morbus maior.

Dicit Auic. (h) Trallianum errasse, qui Gal. reprehenderit, quòd in curōne semitertianæ vtatur ptissana cum pipere, hissopo, aut origano, nam dicebat Alex. (i) piper, hissopum, & origanum augere bilem, & febrē, hordeum verò pituitam, nesciens naturam vti omnibus in melius, & sic pipere, hissopo, & origano ad calefaciendam, incidendam, & extenuandā pituitam, & hordeo ad refrigerandam bilem. Docuit id Gal. in (x) curōne tertianæ nothæ, & id reprehendit Alex. (i) in eiusdem febris curatione, at id recenset Auic. (h) in hemitritæo. Sed non refert, quia (vt dictum est) eadem est ratio curandi tertianam notham, & hemitritæum, cum ab ijsdem causis pendeant.

a Secundo de diff. febr. 8.
Secundo primi epidem. 25.
Aet. lib. 5. cap. 82.
Paul. lib. 2. cap. 34.
Oribas. 6. synops. cap. 23.
b Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 19.
Paul. & Aetius ibidem.
c Paul. lib. 2. cap. 34.
d Secundo de diff. febr. 8.
e De morb. tempor. cap. 8.
f Secundo de differ. febr. 8.
Primo primi epidem. 23.
Secundo primi epid. 25.
Secundo sexti epid. 23.
g Aetius lib. 5. cap. 82.
h Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 19.
i Lib. 12. cap. 6.
k Primo ad Glauc. 10.

Putrida

Tabula Septuagesimaquarta, Febris putridæ nothæ definitio differentiæ.

- Putrida nota, spuria vel nō pura, est febris à putredine humoris [e] mixti. Cuius differentiæ sumuntur à
  - Causa
    - Est autem causa proxima febris putridæ nothæ humor [b] non sincerus, sed ex bile pituita, & humore melancholico mixtus [c] complexione (vt inquit [d] Auicenna) complexionali vnita, non seiunctus, nec sub proprijs formis vt in hemitritæo.
      - Extra vasa [a]
        - Hinc est putrida notha intermittens, quæ non modò vna, sed plures esse potest.
      - Intra vasa [a]
        - Hinc est putrida notha continua, quę non modò vna, sed etiam duæ, vel plures esse potest.
    - Fit autem febris putrida notha ab humore mixto putrescente.
  - Morbo idest ab ipsa febre, quæ est
    - Vna, quæ tunc fit, quando focus febris est in vna parte solùm.
    - Plures, & tunc focus febris, siue sit extra venas, siue intra, est in diuersis partibus.
  - Loco affecto, qui locus est
    - Extra vasa [f] — Hinc sunt febres putridæ nothæ intermittentes, quæ incipiunt potiùs cum horrore, quàm cum rigore.
    - Intra vasa [f] — Hinc sunt febres putridę nothæ continuæ, quę possunt esse vna, duę, vel etiam plures.
  - Symptomate
    - In hac febre non adsunt symptomata, à quibus cum trahant ad se, & varient curationem differentię sumi possunt, sed quia illa sunt incerta, ideò seorsùm à nobis tractabuntur in propria tabella de symptomatis febrium putridarum.

Tabula Septuagesimaquinta, Febris putridæ nothæ signa.

- Febris putridę nothę signa sunt
  - Memoratiua
    - Sunt inuentio causarum procatarcticarum, [a] quæ haberi possunt ab ęgrotante, atq; assidentibus, quęue magis faciunt ad gloriam [b] medico cōparandam, quàm ad ipsius ægri salutem. Quare hic omittuntur.
  - Indicatiua sumpta ab ipsius febris
    - Essentia
      - Febris putridæ nothę essentia est calor acris, [c d] ardens, fumosus, non statim apparens, verùm post insurgens, qui in intermittente quidem tandem euanescit; in continua verò numquam euanescit penitus, nisi cùm febris oīnò vel discedit, vel in intermittentē cōuertitur.
    - Causis q̄ sunt
      - Externę & sunt Res
        - Faciendę [e] — Ocium, balneum post cibum, multus somnus curæ, tristitię.
        - Assumendæ — Cibi, potus, ac medicamenta bilem, pituitam, & humorem melancholicum gignentia.
        - Excernendæ — Si retineatur bilis, pituita, & humor melācholicus solitus p vomitū, aut aliter vacuari.
        - Incidentes extrinsecùs — Fiunt febres putridæ nothæ in autumno, vel hieme. Sic ex mora in aere inæquali. In q̄busdam ēt locis vt Romæ, Pisis vagari solent.
        - Hæ res nonnaturales si pituitam, & humorem melancholicū gignāt vsurpatę in calida temperatione faciunt putridam notham, sic gignentes bilem, & humorem melancholicum in frigido temperamento ætate, ac similibus eamdem gignunt febrem: quemadmodum quę gignunt bilem, & pituitā in melancholica temperōne, ætatis consistentiæ ac similibus faciunt has putridas nothas. Vtcumq; vt causæ partim ad bilem, partim ad pituitam, partim ad humorem melancholicum gignendum habiles, febrem putridā notham procreant.
      - Internę & tunc tales causæ sunt
        - Per accidēs, vel p aliud — Huiusmodi sunt eę causæ, quę non per se generant putridam notham, sed quatenus generant bilem, pituitam, & humorē melancholicum. Tales autē causæ sunt
          - Temperatio — Qui præditi sunt temperatione pituitosa vsurpantes ea, quæ calefaciunt, & siccant, sic biliosi ea, quæ pituitam, & humorem melancholicum gignant: & melancholici vtentes ijs, quæ pituitam, & bilem gignunt in putridam notham incidunt.
          - Habitus corporis — Fit in habitu corporis vt dictum est de temperatione.
          - Aetas — Adolescentes, vel iuuenes dum illis vescuntur quæ pituitam, & humorem melancholicum generant, & senes, vel pueri vsurpantes quæ bilem, & humorem melancholicum procreant: ita consistentes adhibentes, quæ bilem, ac pituitam augent putrida notha tentari consueuerunt.
        - Per se, quę causa est
          - Antecedēs — Est copia bilis, pituitę, & hnmoris melancholici antequam putrescant, quę copia cognoscitur tùm ex causis quæ partim bilem, partim pituitam, partim humorem melancholicum gignunt, tùm ex horum humorum effectibus.
          - Continens, vel coniuncta — Est bilis mixta cum pituita, & humore melancholico actu putrescens extra vasa quidem in putrida notha intermittente, sed in continua intra vasa. Cognitio per talem causam non debet propriè dici per signa, sed per propriam causam.
    - Effectibus idest symptomatis
      - Actionib[9] læsis
        - Aīalibus
          - Rectricibus — Adest interdum delirium ob vapores acres ab humore putrescente elatos.
          - Sensitiuis
            - Interdum adest vigilia, interdum coma interdum timor, & mœstitia pręter rationem.
            - Sentitur in principio febris frigus in extremis partibus. Sentitur horror in febre intermittente, sed non in continua.
            - Adest dolor circa ventriculū, & caput; grauitas, sitis, & interdum cibi fastidium, & inappetentia.
          - Motiuis — Adest inquietudo, & in intermittenti horror quemadmodum dictum est.
        - Vitalibus — Pulsus est inęqualis.
        - Naturalibus — Deprauata est coctio, sic & aliæ naturales actiones.
      - Excretis
        - Vrinæ — Interdum sunt tenues, & aquosę, interdum subcrassæ, & rubrę; in principio semper crudę, quę paulatim postea concoqui incipiunt.
        - Deiectiones — Adsunt sępè deiectiones mixtæ ex pituita, bile, & humore melancholico.
        - Vomitus synceri non adsunt vt in simplicibus, & exquisitis febribus putridis, sed mixti ex pituita bile & humore melāchol.
        - Sudores quoque non rarò adsunt in declinatione intermittentium sed absque integra quiete, nisi declinatio sit vniuersalis, & sic iudicetur putrida.
      - Affectibus corporis — Adest color pallidus, subalbus, aut plumbeus. Interdum tumor, & murmur in ventre, ructus, crepitus, & similia.
  - Prognostica per quæ præcognoscitur
    - Euētus vel exitus — Præcognoscitur exitus in febre putrida notha quemadmodum in alijs omnibus morbis ex maiore vi naturæ, aut morbi. Cognoscitur vis febris, & robur ex ipsius [f] specie, continua ne sit, an intermittens, more, ac symptomatis: at robur naturæ cùm ex alijs actionibus, tùm ex pulsu. Vtrumq; tamen in febribus putridis nothis, & præcipuè in continuis [g] peracutis, & acutis exitus est semper dubius, & valdè periculosus. Quarè diligenter conferenda [h] est vis morbi cum vi naturæ, & ex huius, vel illius maiore robore exitus est pręcognoscendus.
    - Tēpus — Hoc in febre putrida notha velut in alijs morbis erit interdum longius, interdum breuius. In continuis autem persæpè tempus est breuissimum, quia continuæ persæpè sunt peracutę. Cognoscitur potissimum tempus ex signis coctionis.
    - Modus — Modus quoque in putrida notha est varius pro varia putridæ specie, nam febris [i] acuta finitur plerumque per crisim; diuturna verò per solutionem ad salutem, quam rem potissimùm ostendunt signa salutis, vel mortis, veluti per crisim prænunciant signa critica.

AVCTORITATES.

a Quarto aphor. 63.
b Secundo de crisibus 11.
Auic. lib.4.f.1.tr.2.cap.primo.
c Secundo de crisibus 9. 12.
Auerrh.4. collig.32.
d Auic.lib.4.f.1.tr.2. c.1.& c.35.
e Secundo de crisibus 9.
f Quarto aphor. 63.

AVCTORITATES.

a Quarto de presag. ex pulf. 11.
b Primo prognostic.4.
c Secundo sexti epidem. 23.
d Primo sexti ep idem. 29.
Primo de differ. febr. primo.
e Primo ad Glauc. 8.
Alex. lib.12.cap.6.
f De constit. art. medic. 18.
Quarto de presag. ex pulf.11.
g Primo ad Glauc. 8.
h Secundo prognost. 6.
i Tertio de crisibus cap.1.2.3.

Differt febris putrida composita notha ab hemitritæo, & à tertiana notha, quòd in hemitritæo humores continentur proprijs formis, ac seiuncti, & ideò sunt plures febres: tertiana verò notha fit à mixto quidem humore, qui vna cõmuni (a) *forma, ob quam est vna tantùm febris, continetur; sed iste mixtus humor constat ex duobus tantùm, scilicet bile cum pituita, vnde fit tertiana notha maioris* (b) *Famæ; vel cum humore melancholico, vnde tertiana notha minoris famæ. At febris putrida notha fit ab humore mixto, sed triplici sub vna tantùm communi forma contento.*

a Auic.l.4.f.1. tr.2.c.35.
b Sauonarola cap.12. rubr.1.& 3.

In

Tabula Septuagesimasexta, Febris putridæ nothæ Curatio.

- **In putridæ nothæ curatione, opera seu intentiones curatiuæ sumũtur à**
  - **Causa, idest ab humore mixto. A quo indicat**
    - **Inhibitione noua materia generet, quę febrem foueat, vel augeat, q̃d præstatur per**
      - **Victus rõnem**
        - Quantitas victus in vniuersum tanta esse debet [a] vt vires conseruentur, & morbus quoad fieri potest non augeatur. Quamobrem cum vires sunt validæ, morbus coctu contumax, & in statu, [b] & circa statum conuenit victus tenuior, antea verò plenior vt vires possint perdurare, exhibeaturq; in hora quietiori. Vbi febris est continua, præcipuè si celerem motum habeat, & sit cum periculo vt in putridis nothis continuis [c] acutis, conuenit victus tenuior, nisi fuerint (vt persæpè accidit) pestilentes, [d] in quibus non adeò tenui victu est vtendum, quia vires magis dissoluuntur. Qualitas victus non sit absolutè simplex, vt in cæteris putridis exquisitis, sed partim refrigeret, ac madefaciat, partim incidat, & extenuet, & aliquid assumat ad calefaciendum, & siccandum. Conuenit ptisana cum pipere, hissopo, origano, aut cinnamomo. Confert panis in iure paruæ pullæ decoctus, cum quo ferueant radices petroselini, apij, & aliquid endiuiæ, cichorij, borraginis, buglossæ. Potus sit aqua hordei, cum qua cinnamomum ebullierit, & mixtum sit zaccarum. In declinatione vinum album tenue dicta aqua dilutum potest adhiberi. Quiescat æger, fugiatq; vehementes animi perturbationes, & nisi aluus suo munere fungatur, irritetur clysteribus nunc mitioribus, nunc acrioribus, nunc mediocribus.
      - **Medicamenta roborantia**
        - **Ventriculum, & hepar adhibita**
          - **Exterius** — Facit post aliquot vacuationes ante cibum oleum nardinum, mastichinum, de nuce muscata de absyntio, sic etiam ex puluere gariophillorum, masticæ, nucis muscatæ cum dictis oleis & cera. Confert emplastrũ de meliloto, decoctũ ex absynthio, mẽta, camem. & rosis in vino.
          - **Interiùs** — Conueniunt antidoti, & electuaria quemlibet humorem respicientia, ideo miscenda cum zaccaro rosato conserua de bettonica, de borragine, & huiusmodi.
        - **Lienem** — Hunc roborant relaxantia, & digerentia cum aliqua adstrictione vt est oleum camem., amygdalinum, de capparibus, de lilio, de costo, de castoreo, & similibus.
    - **Alteratione genitæ materiæ per**
      - **Victus rationem** — Facit victus ratio exposita.
      - **Medicamenta**
        - **Syrupos** — Conuenit oximel simpl., compositum, & scilliticum; acetosus simplex, de duabus, & quinque radicibus, acetosus diarrhodon, syr. de bisanthis, de capilloueneris, de cichorio simpl. de cichorio nic. qui si non sufficiat vna, & altera purgatio sæpiùs sunt adhibendi, transeundumque à mitioribus ad valentiores.
        - **Decocta. vel aquas** — Ex capilloueneris, cetrach, cichorio, acetosa, borragine, radicibus petroselini, apij, fœniculi, capparum.
        - **Antidotos**
          - Conueniunt antidoti mixtas vires habentes, vt diarrhodon Abbatis, aromaticum ros. dianisum cum zaccaro ros. & conserua de bettonica, sic diacalamentum, & similia.
          - Facit etiam pillula vna ex trocíscis de rhabarbaro, de agarico, de eupatorio, de absynthio, de capparibus cum syrupo assumpta.
    - **Vacuatione per**
      - **Sanguinis missionem** — Cum in omnibus putridis [e] conferat mittere sanguinẽ, idcirco si vires & cætera consentiant lenita priùs aluo, & non existente cruditate in ventriculo [f g] mittendus est sanguis ex interna dextri cubiti vena quantũ morbus exigit, & vires tollerant. Et si è re videatur iteranda est missio non modò ex cubito, sed ex hæmorrhoidibus affixis hirudinibus, & ex [h] scapulis, dorso, coxis, cruribus affixis cum scarificatione cucurbitulis. Nisi mitti queat sanguis ex cubito, mittatur veluti dictum est ex hæmorrhoidibus, ex cute, scarificentur [i] malleoli, & vsurpetur inedia quæ vacuat per accidens.
      - **Medicamenta ducentia per**
        - **Vomitum [k]** — Maximè confert vomitus præcipuè in principio [l] accessionis, propinanda est igitur aqua tepida cum oximelle.
        - **Deiectiones** — Conferunt clysteres. Faciunt lenientia per os adhibita, licet non probentur à medicis Florentinis, quia [m] minorem factam materiam natura faciliùs vincit, quare cassia fistula, manna, syr. ros. sol. & cætera lenientia vsurpanda sunt in principio, & incremento. In declinatione autem apparentibus [n] manifestis coctionis signis conferunt soluentia, vt rhabarbarum, agaricus, sena, polipodium, quæ sunt simplicia, sic quoque composita, vt diaphinicon, electuarium rosatum, indum, hamech, pillulę de hiera cum agarico, aggregatiuæ, & similes, non semel, ac iterum, sed sæpiùs adhibeantur, priùs mitiora, [o] deinde valentiora.
        - **Vrinas** — Post sanguinis missionem conferunt diuretica, vt oximel, acetosus simplex, de duabus, & quinq; radicibus decoctum ex anetho, (quicquid dicat [o] Trallianus) ex radicibus petroselini, asparagi, fœniculi. Conferunt etiam radices petroselini si bulliant cum carnibus comedendis.
        - **Sudorem** — Sæpè iuuat sudor, ad quem mouendum confert ptissana, aqua hordei, anethi, & aliorum cientium vrinas. Faciunt frictiones ex oleo amigdalino, camemelino.
  - **Morbo, .i. ab ipsa febre** — Cum febris sit affectus [p] calidus, quem sequitur siccitas, indicat esse refrigerandum, & madefaciendum per ea, quæ [q] id præstant per se, per accidens, actu, & potentia. Talia autem sunt
    - **Alimenta**
    - **Medicamenta**
      - In putrida nòtha, nisi valdè vrgeat febris, causæ incumbendum est per auxilia exposita.
      - Si verò valdè vrgeat febris, vt quando est continua, & acuta refrigerandum, & madefaciendum per hæc omnia, aut quædam.
  - **Symptomate [r] quando scilicet symptoma subijt vicem causæ**
    - **Prosternentis, & deijcientis vires**
      - Vt syncope indicat nutriendum esse in ipsa accessione.
      - Sic dolor vtendum esse narcoticis, [s] vigilia, opiatis.
    - **Augentis morbum** — Vt in vigilia quando adest phrenitis vtimur opio, & eiusmodi ad somnum conciliandum.

Primo

nl

AVCTORITATES.

a Primo ad Glauc. 10.
b Primo aphor. 8. 9.
c Primo aphor. 7.
d Tertio tertij epidem. 58.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 4.
e 11. meth. 15.
f Primo tertij epidem. 2.
De curandi rat. per sang. miſ. 4. 5. 20
g Primo ad Glauc. x.
h De cucurbit. reuull. ſcarific.
i Secundo aphor. 17.
k 11. meth. 8. 9.
l 11. meth. 10.
Primo ad Glauc. 10. 11.
m Secundo aphor. 29.
n Primo aphor. 22.
o Alex. lib. 12. cap. 6.
p Primo aphor. 16.
q 11. meth. 2.
Decimo meth. 8. 10.
r 11. meth. 11.
12. meth. 1. 2.
Primo ad Glauc. 14.
s 12. meth. 1. 2.
Primo ad Glauc. 14.

ADNOTATIONES.

Quemadmodum patet in tabella vſurpanda ſunt in febribus putridis nothis curandis remedia contrarijs viribus prædita, vt natura (a b), *quæ abundè omnia omnibus præſtat, vnumquodque aduerſus contrarium profligandum dirigat. Ita etiam eligenda ſunt medicamenta media, quæ cum extremis opponantur, illa remittunt, & corrumpunt.*

a Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. c. 19.
b Hipp. lib. de alimento.

Tabula Septuagesimaseptima, Febrium cum symptomatis definitio, differentiæ.

- Symptomata, vel accidentia febrium putridarum, quæ ad se persępè trahunt curationem comprehenduntur sub [s] triplici genere, nã vel sunt
  - Actiones[s] læsę siue ablatæ, siue diminutę aut deprauatæ. Et hę actiones sunt
    - Animales
      - Sensitiuæ
        - Cataphora. [a]
        - Vigilia. [a b c]
        - Dolor capitis [b c a], aurium[d], oculorum, stomachi, ventriculi, ilei [e], choli, vteri, vesicæ, lumborum [e], neruorum.
        - Aestus maximus.
        - Frigus in initio accessionum. [a c f]
        - Sitis. [a g]
        - Fames canina. [a h]
        - Cibi fastidium anorexia dictum. [a i]
      - Motiuę — Rigor, horror [a], tremor [k], conuulsio [c l], tussis [a m], sternutamentum. [A n]
      - Rectrices — Deliriũ, sic animi affectus syncopem facientes [o], vt timor, gaudium, tristitia, cura.
    - Vitales
      - Syncope [p] — Hæc tanti est momenti in febribus, vt ad eam reduxerit Galenus [o] omnia febrium symptomata. Igitur de hac accurate agetur in propria tractatione.
      - Difficultas respirandi.
    - Naturales — Difficultas deglutiendi [q], nausea [B r], singultus [A B].
  - Excernenda [s] quæ præter naturam sunt
    - Excreta[s] per
      - Deiectiones[t B c] — In lienteria, cholera, diarrhæa, disenteria, fluxu[u] colliquanti, fœtidissimo, viscido, pingui; in quibus persæpè resolutis spiritibus fit syncope.
      - Vomitum [E x], sudores [B y c], vrinas.
      - Fluxum [a B c] sanguinis — Ex naribus [B], vtero, hæmorrhoidibus, sic ex parte alia vulnerata, aut quomodocumq; diuisa illius continuitate.
      - Euacuationem [c] confertim factam ex vitis, aut sectis empycis, hidropicis, aut alium abscessum patientibus.
      - Eruptionem [c] puris ex empyemate, aut pleuritide ad partes internas.
    - Retenta
      - Fœces.
      - Vrinæ. [b]
      - Sic suppressio mensium, puerperij.
      - Et retentio seminis.
  - Affectus [s], & qualitates corporis — Vt lingua nigra, arida, aspera, [a c] & similia: sed tolluntur hęc ad ablationem morbi, si solùm sint symptomata; verùm interdum sunt simul & symptomata, & morbi quemadmodum
    - Pustulæ [d] exanthemata dicta.
    - Vlceratio circa
      - Os sacrum [e].
      - Anum [f].
      - Scrotum [f].

AVCTORITATES.

a Auic. lib.4. f.1. tr.2. cap.11.
Aet. lib.5. cap.116.117.
b 12. meth.1.5.
Paul. lib.12. cap. 44.
c Primo ad Glauc. 14.
d Aetius lib. 5. cap. 120.
e Aet. lib.5. cap.126.
f Paul. lib.2. cap.46.
g Paul. lib.2. cap.83.
Aet. lib.5. cap. 119.
h Paul. lib.2. cap. 52.
i Paul. lib.2. cap.50.
k Aet. lib.5. cap.130.
l Aet. lib.5. cap.131.
m Paul. lib.2. cap.48.
n Paul. lib.2. cap.49.
o 12. meth. cap. 5.
Primo ad Glauc. 14.
p Paul. lib.2.cap.60.
q Quarto aphor.35.
r Paul.lib.2.cap.55.
s 12.meth. cap. 1.
Primo ad Glauc.14.
t Paul. lib.2. cap. 58.
u Paul. lib.2.cap.41.
x Paul. lib.2. cap. 56.
y Paul. lib.2. cap. 47.

A Paul.lib.2. cap.57.
a Aet.lib.5.cap. 124.
Paul. lib.2. cap. 59.
B Auic. lib.4.f.1.tr.2.cap.11.
Aet.lib.5.cap.116. 117.
b Aet.lib.5. cap.125.
c Paul. lib.2. cap.54.
d Aet. lib.5. cap. 129.
e Paul. lib.2. cap. 61.
Aet. lib.5. cap. 127.
Oribas.6. synops. 44.
f Aetius lib.5. cap.128.

ADNOTATIONES.

Febres cum (a) *symptomatis, vel accidentibus genere quidem à ceteris non sunt diversæ, attamē quia propter adiuncta sibi symptomata non æquè* (b) *simplicem exigunt curationem, idcirco seorsum talia symptomata sumus complexi, vt facit Galenus* (c), *qui seorsum agit de* (d) *febribus, & seorsum de earumdem symptomatis.*

Nec putes hic omnia esse descripta febrium symptomata, sed solum grauiora insigniora, maximèq; necessaria posita à Galeno (e), *& ab alijs Authoribus, quæuè ab Auicenna* (f) *vehementia dicuntur, nec non ad se persæpè trahunt curationem.*

Possunt symptomata hæc alia etiam ratione diuidi, quatenus scilicet, vel proficiscuntur à febre, vel à materia febris, rigor, cataphora, cardialgia, iliaca, & cholica passio, & alia symptomata, prout illa materia ad varias fertur corporis partes.

a 12.*meth. cap. primo.*
b *Primo ad Glauc.* 14.
c 12.*meth.* 11.
Primo ad Glauc. 14.
d 11.*meth. per totum.*
e 12.*meth. in principio, & fine.*
f *Auic.lib.4.f.1.tr.2.cap.11.*

Tabula Septuagesimaoctaua, Febrium cum symptomatis signa.

Signa symptomatum febriũ putridarũ quæ ad se pæpe sæpe trahunt curõnem sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio [a] caufarum procatarcticarum, quæ haberi possunt ex ægrotante, & assidentibus, quæque magis faciunt [b] ad medici gloriam, quàm ad ęgri salutem. Quare h c omittuntur.
- **Indicatiua, à quibus mõstratur symptomata febrium putridarum pertinentia ad**
  - **Actiones læsas siue ablatas, siue diminutas, aut deprauatas, q̃ actiones sũt**
    - **Aĩales**
      - **Rectrices**
        - **Delirium** — Respiratio est magna, [c] & per interualla. Adsunt signa phrenitidis [d]. Preterea cognoscitur sensu. Quare non est opus signis.
        - **Animi affectus syncopem facientes, vt**
          - **Timor, tristitia, cura** — Antecesserunt vel et adsunt tales perturbationes; & cognoscuntur [e] ex pulsu. Si abierũt, pulsus est paruus, [f] languidus: vrinæ sunt coctę, & rufiores. Adest acrimonia potius, quàm [g] multitudo caloris. Adest tenuitas, & siccitas corporis, cauitas oculorũ.
          - **Gaudium** — Antecessit talis affectio, & si adest, adest etiam proprius illius [h] pulsus, Adest calor potius mul tus quàm acris, qui celeriter ex profundo effertur. Oculi sunt rubicundi, & prominent, neq; sunt [e] caui. Facies est rubicunda, neque adest manifestus calor.
      - **Sensitiuæ**
        - **Cataphora** — Tanta adest ad somnum propensio, vt excitatus æger in somnum statim deferatur. Adest etiam conniuentia palpebrarum, quas nequit attollere: sic segnities in toto corpore, oscitatio, quæ omnia sensu cognoscuntur.
        - **Vigilia** — Sensu cognoscitur. Preterea pulsus [g] est languidus. Vrina ignea. Palpebræ sunt adeò graues, vt vix attollantur. Oculi [i] sunt caui, & humidi. Facies est pallida, & subtumida.
        - **Dolor** — Sentit ęger (nisi mens [k] ęgrotet) in parte affecta [l] dolorem varium pro [m] diuersitate partium, in quibus adest intemperies inęqualis, vel solutio aliqua continui.
        - **Sitis, & ęstus maximus** — Aeger dicit se ardere, nisi sit mens [n] lęsa. Adest febris ardens, vel erysipela [o] in parte aliqua principali, vel feruor.
        - **Frigus in initio accessionum** — Cognoscitur tactu.
        - **Cibi fastidium** — Aeger male se habet ab oblata.
        - **Fames canina** — Adest vehemens, [p] & indefinens ciborum appetentia, nec non signa ventriculi frigidi, vel humoris acidi in eius ore contenti. Affatim implentur, [o] sed paullò post euomunt, aut fluore deijciunt, vt Seleucides aues locustas.
      - **Motiuæ**
        - **Rigor** — Adest conuulsio totius corporis inæqualis.
        - **Horror** — Adest minor concussio.
        - **Cõuulsio** — Adest retractio musculorũ [q] ad ppria capita pter voluntatẽ. Adsunt signa repletionis, vel inanitionis [q r]
        - **Tremor, tussis, & sternutamentum** — Sensu cognoscuntur.
    - **Vitales**
      - **Syncope** — Huius signa sunt: Memoratiua, Indicatiua, & Prognostica — De quibus copiosè agitur in propria tractatione.
      - **Difficultas respirandi, quæ cognoscitur sensu**
        - **Auditus** — Dispnęa [s] sine sono, sic Asthma [s] cum sono, & anhelatione.
        - **Visus** — Orthopnæa, sic quando thoracem totum ante, [t] & retro, sursum, ac deorsum, & scapulas attollunt.
    - **Naturales**
      - **Difficulas deglutiẽdi**
        - **Ob ãginã** — Adest inflammatio [u] musculorum, qui gulæ præiacent, vel ipsius gulę. Adsunt alia anginæ signa. Aliquando vertebræ [u] trahuntur vel intro, vel ad latus, vnde collum euertitur, cauatur, ac dolet [x].
        - **Ob febrem [u] vehementem** — Adest talis febris [u] excedens, siccans, tendens, attrahens, & euertens collum.
      - **Nausea [z]** — Adsunt signa ventriculi, [y] vel hepatis [&] affecti. Aeger cibos omnes respuit. Adest voluntas, conatusq; vomendi, sed planè irritus, atq; inanis, qui etiam cæco patet [ζ].
      - **Singultus**
        - Auditu percipitur. Præterea præcessit aut ciborum
          - **Moles [A]** — Vt pueris [a] crebro singultientibus.
          - **Corruptio [A]** — Vt si quis acre aliquid quale [b] piper deglutiat, & vinum calida temperatum superbibat.
        - **Adsunt signa**
          - **Humorũ mordentiũ [c] ventriculi**
            - Tunicas, in quibus obstinatius [c d] adhęrent.
            - **Os [b e]** — Vt in hepatis inflammatione bilis genita, & ad os ventriculi recursa [e].
          - **Repletionis [a b]** — A qua [a] singultus vt plurimum fit.
          - **Inanitionis [a b]** frigiditatis.
  - **Excernenda quæ præter naturã sunt**
    - **Excreta per**
      - **Deiectiones** — Sensu visus tales cernuntur. Præterea adsunt signa lienteriæ [f] choleræ, diarrheæ, fluxus [g] colliquatiui disenteriæ, quibus syncope superuenit.
      - **Vomitum** — Sensu similiter patet, antecesserunt signa futuri [h] vomitus, & adsunt signa humorum [i] in ventriculi spatio contentorum.
      - **Sudorem** — Sensu patet. Quare non indiget signis.
      - **Vrinæ** — Sensu pariter cognoscuntur, sed præterea adsunt signa [k] diabetis: Sitis immoderata. [k] Celeriter potum per vrinas reddunt inalteratum, [k] vt cibum in — Canina fame, & intestinorum læuitate.
      - **Fluxum sanguinis** — E naribus, vtero, hæmorrhoidibus, sic ex alia parte vulnerata, vel quomodocumq; diuisa illius continuitate — Non opus est signis, sensu patet locus vnde fluit.
      - **Vacuationem confertim factam ex vstis, aut sectis, & ex abscessibus** — Aegrotantes vnà cum pure, aqua, sanguine, aut alia materia vires simul vi tamque fundunt.
      - **Eruptionem puris ad partes internas ex**
        - **Empyemate** — Adsunt signa empyematis.
        - **Pleuritide** — Præcessit pleuritis non repurgata [l] in 14. diebus.
    - **Retenta** — Fœces non redduntur, neq; vrinæ, menses, & puerperium [p] supprimuntur, semen retinetur. Adsunt signa ilei [m], ischuriæ [n], sic retentionis mensium [o], puerperij [p], & seminis.
  - **Affectus, & qualitates corporis** — Omnes sensu tactus, visus, auditus, & olfactus perspiciuntur.
- **Prognostica, p quæ pręcognoscitur**
  - **Euetus vel exitus** — Pro [q] euentu dignoscendo conferenda est vis morbi cum vi naturæ. Lethale est delirium, [r s] difficultas respirandi, deglutiendi [t], extremorum [u x] liuor, & frigiditas internis vrentibus cum siti, vel etiã sine [y] siti, ilei dolor cum vomitu [z] stercoris, dolor [1] lumborum ascendens cum prauis signis, rigor febre [2] non deficiente ægro iã debili, conuulsio ex helleboro [3], vulnere [4], ac siccitate [5], maximus [6] ac vehemens dolor, timor, & voluptas, vlcus pallidum [7], liuidum, ac siccum, exanthemata [8], & pustulæ liuidæ, ac nigræ, hæc omnia lethalia sunt. Vigilia [9] verò, & cataphora prẹter modum inter mala numerantur, quemadmodum etiam [10] cibi fastidium, ac tis [11], fortis [12] æstus, cordis morsus, ac dolor, in hepatis [13] inflammatione singultus [14], & conuulsio [15 14] ex superflua purgatione, & sanguinis [16] effluxione, exinanitione [17], siccitate, & in febre [18 15] acuta, sic dolor [19] fortis circa viscera, sternutamentum [20] in morbis pulmonis, nam in ceteris exitiosis morbis est vtile, multa [21] tussis mala, ex retento semine [22] grauiora mala, quæ ex menstruis suppressis impendent, quemadmodum grauiora [23] sunt expectanda ex puerperio retento, quàm ex menstruo suppresso. Dolor capitis ex se non est tantus, vt vires omninò prosternat, sicq; interimat, nam longe maior est dolor [24] auris, oculi, dentium, cholici tamen vehemens [25] sit & continuus cum signis exitialibus lethalis est, ita dolor auris [26] acutis; vteri autem, ac neruorum dolor est grauis pro affectus vehementia. Fames canina [27] simpliciter facilè sanatur, sed non bulimon.
  - **Tempus** — Hoc nunc est breue, nunc diuturnum pro maiori, vel minori morbi, [28] aut virium [29] robore. Vt plurimum autem est breue, quia tales febres sunt acutæ, aut potius peracutæ.
  - **Modus** — Varia symptomata varios, ac diuersos habent ipsius exitus modos, nam vel terminantur ad
    - **Salutem p**
      - Vacuationem materiæ facientis febrem cum hoc vel illo symptomate siue à natura, siue ab arte.
      - Interdum per solutionem paulatim factam.
      - Aliquando per abscessum, & transmutationem materiæ ad — Iuncturas, vel Glandulas
      - Nonnumquam per alium affectum terminantur, vt [30] conuulsio per febrem, furor per difficultatem [3] intestinorum, hydropem, & mentis alienationem; melancholia [32], insania [33], & renum [34] vitia superuenientes hęmorrhoidas, singultus per sternutationem, & similia.
    - **Mortẽ per**
      - Syncopem, & viriũ resolutionem. vt accidit in vacuationibus nimijs, vehementibus animi pturbationibus, & hui [mo]
      - Strangulationem
      - Spasmum
      - — Id contingit quando symptomata sunt valde aucta.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic. 4.
c Primo prognoſtic. 24.
d Quinto de loc. affect. 4.
e Quarto de cauſ. pulſ. 4. 5.
f Secundo de criſ. 13. De pulſ. ad tyr. x. Tertio de cauſ. pulſ. 13. 1. ad Glauc. 2.
g Secundo de criſ. 13. Pri. ad Glauc. 2.
h Quarto de cauſ. pulſ. 2. 3.
i Primo de diff. feb. 11. Pri. ad Glauc. 2.
k Secundo aphor. 1.
l Primo de loc. affect. 1. 5.
m Secũdo de loc. aff. 5. 5. de loc. aff. 5. Primo de diffic. reſpir. 9.
n Primo in 1. epid. 30. 2. in 1. epid. 35.
o Sexto de loc. affect. 3.
p Secundo aphor. 21.
q Sexto aphor. 39.
r Secundo de loc. aff. 5. 3. de loc. aff. 7. Sexto de loc. aff. 5. Secundo aph. 26. Quinto aph. à 1. inde. 7. aph. 18. Primo primi prorrhet. 27. Tertio primi prorrhetic. 29. 69. & alibi.
s Celſ. lib. 4. cap. 4.
t Quarto de loc. affect. 4. 7. 8.
u Quarto aphor. 35.
x Secundo epid. ſect. ſecunda.
y Quinto de loc. affect. 6.
z Paul. lib. 2. cap. 55.
& Quinto de loc. affect. 7.

A Tertio de loc. affect. 7.
a Sexto aphor. 13.
b Sexto aphor. 39.
c Secundo in primum prorrhet. vltimo.
d Primo de loc. affect. 4. 6. aphor. 39.
e Septimo aphor. 17.
f Sexto de loc. affect. 2.
g Paul. lib. 2. cap. 41.
h Tertio prognoſt. 30. 31. 32. 33.
i Primo de loc. aff. 4. 6. aphor. 39.
k Sexto de loc. affect. 3.
l Quinto aphor. 8. 15.
m Gal. 6. aphor. 44. Septimo aph. x. Tertio aph. 22.
n Sexto de loc. affect. 4.
o Sexto de loc. affect. 5.
p Tertio primi epidem. 21.
q De med. art. conſt. 18. 2. progn. 6.
r Quarto aphor. 50.
s Secundo aphor. 33.
t Quarto aphor. 35.
u Quarto aph. 48. Primo 1. prorrh. 7.
x Secundo in 3. epid. 4. 5. 2. progn. 8.
y Primo in pr. epid. 30. 2. in pr. epid. 75.
z Sexto de loc. affect. 2.

1 Tertio prognoſt. 70.
2 Quarto aphor. 46. 2. de ſympt. cauſ. De trem. rig. & palp.
3 Quinto aphor. primo.
4 Ibidem ſecundo.
5 12. meth. in fine.
6 Quinto de loc. affect. primo.
7 Primo prognoſt. 22.
8 Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 6.
9 Secundo aph. 1. 2. progn. 12.
10 Secundo aphor. 33.
11 Secundo prognoſt. 56.
12 Quarto aphor. 64.
13 Septimo aphor. 17.
14 Quinto aphor. 4.
15 Quarto aphor. 65. 66. 2. aph. 46.
16 Septimo aph. 9. Quinto aph. 3.
17 Quinto aphor. in principio. Secundo aph. 26. Quinto aph. 70.
18 Quarto aphor. 65.
19 Quarto aphor. 65.
20 Secundo prognoſt. 49.
21 Secundo prognoſt. 45.
22 Sexto de loc. affect. 5.
23 Tertio tertij epidem. 73.
24 Secundo catatop. primo.
25 Tertio prognoſt. 11.
26 Tertio prognoſt. 13. 14.
27 Secundo aphor. 21.
28 De med. art. conſt. 18. 2. progn. 6.
29 Quarto aphor. 35.
30 Secundo aphor. 26. Quinto aph. 70.
31 Septimo aphor. 5.
32 Sexto aphor. 11.
33 Sexto aphor. 21.
34 Sexto aphor. 13.

Tabula Septuagesimanona, Febrium cum symptomatis curatio.

In febriū cū symptomatis curatione, opera seu intētiones curatiuæ sumendę sunt à symptomatis pertinentibus ad

- Actiones læsas siue ablatas, siue diminutas, aut deprauatas, quæ actiones sūt
  - Aīales
    - Rectrices
      - A Delirio indicantur ea, quæ phrenitidi medentur.
      - Ab ingentibus animi affectibus, indicantur ea, quæ in syncope dicuntur.
    - Sensitiuæ
      - A graui [a] sopore indicantur ea, quæ in lethargi curatione dicta sunt.
      - A vigilia, [b] & dolore, [c] indicatur somnus, & indolentia, [d] quemadmodum in syncopæ, & doloris curatione dictum est.
      - A [e] siti, & æstu maximo indicatū
        - Quies, [f] os claudere, [g h] tacere, ventum cum potu frigidum introducere. Quare bibatur aqua hordei, aqua frigida cum iuleb violato, nisi quid prohibeat [i]. Teneantur in ore sebesten, ossa prunorum, cerasiorum, semen [k] portulacæ, lactucæ, [i] eiusdemq; cauliculi, tamarindi, [l] frustula peponis, cucumeris, malorum, pirorū, limonis, cristalli, sic grana omphacij, granatorum acidorum, & similia. Facit mucilago [l i] psillij, seminum citoniorum, [h] lini, diamarenata, conserua ex acido citri, limonum, ribes, omphacij. Gargarizetur sępè frigida cum succo granatorum, limonum, aceto, & omphacio mixta. Concilietur [m] somnus, & in latus decumbant non supini, adhibeanturq; refrigerantia, & madefacientia intrinsecus veluti dictum [k i] est, & extrinsecus circa gulam, [n] caput, ac totum deniq; corpus per balneum [o] aquæ dulcis, dummodo [p] nihil obstet. Frigidi autem aeris [q] inspiratio magis iuuat sitibundos ex viscerum, quæ in thorace sunt caliditate; quàm qui ex hypochondriorum æstu.
      - A frigiditate [r] extremorum indicantur ea, quæ ad rigorem, & horrorem conferre mox dicentur.
      - A cibi [s] fastidio, quod fit vel ab
        - Humoribus [r] os ventriculi infestantibus
          - Vomitus [s t] prouocandus, & alia sunt facienda, quæ in syncope dicentur.
        - Intemperie [t] aliqua ipsius ventriculi
          - Ab hac indicatur [s] vsus contrariorum intrinsecus, & extrinsecus.
        - Fructus acerbi, & adstringentes, nec non reliqua alimenta aceto, omphacio, vel succo limonum irrorata excitant appetitum.
      - A fame [u] canina
        - Hęc soluitur primùm offerendo pinguia, [u] & oleosa, deinde vinum etiam si nondum sitiuerint fuluum, vel rubrum sine adstrictione.
    - Motiuę
      - Rigor, horror
        - Ab his, quia fiunt ab humoribus [x] motis per sensibilia corpora indicatur eorumdem humorum euacuatio insensibilis pręstanda per reuocationem caloris à centro ad circumferētiā, & pororū dilatationem per
          - Frictiones [y]
            - Hæ conferunt [y] mirabiliter si fiant manibus calefactis, & inunctis cum oleo camemelino, anethino, amigdalarum dulcium, & huiusmodi, nam reuocant calorem à centro ad circumferentiam, & cutis poros aperiunt, ac dilatant.
          - Vīcula [y]
            - Si arctè, strictèq; ligentur crura supra talum, & genu, sic brachia supra brachiale, & cubitū reuocabitur similiter calor à centro ad circūferentiā. Hoc ēt præstant cucurbitulæ affixæ scapulis, dorso, natibus, sed cauendum est ne corpus refrigeretur.
          - Pannos calidos
            - Hi admoti ad pedes, genua, renes, thoracem, & deniq; ad totum corpus mirabiliter faciunt ad reuocandū calorem ad partes externas, & ad aperiendos cutis poros; & præterea ad frigus depellendum in ipso febris principio. Conferunt ēt aliæ res calefactæ vt lateres, ligna, & huiusmodi pannis inuoluta, & ad partes dictas admota.
          - Faciunt etiam alia medicamenta intus assumpta, & ab [y] Authoribus allata.
      - Conuulsio
        - Partes conuulsæ [z] leniter contrectandæ, molliter fricandæ, dolores ipsarum mitigandi lixiuio salito, aqua marina, oleo siconio antiquo, quibus, nisi symptoma cedat, addendum castoreum, & reliqua relaxantia vnguenta. Mirabiliter est oleum pro spasmo Magni Ducis. Indicantur præterea varia remedia pro vario conuulsionis [z a] genere, causa, & parte affecta, quemadmodum dicitur in propria tractatione.
      - Tremor [b]
        - Tota spina contegenda est, & affectæ partes lanis sicyonio, gleucino, [c] oleo rutaceo, vel cerato ex his conflato souēdæ.
        - Caput rigandum primis diebus oleo dulci, mox anethino. Cucurbitulæ applicandæ sunt à prima vertebra vsq; ad lumbos impositis lanis ex cataplasmatis ex farina hordeacea, aqua, & oleo decocta.
        - Indicantur etiam quæ tremoris causas respiciunt, ac morbum, de quibus in propria tabula.
      - Tussis
        - Ab hac indicatur lenitio [d] per bechica tussim sedantia, [e] vt per tragacantham, amylum, glycyrrhizam.
        - Facit loch de [d] psyllio, de papauere, diacodion, & cætera, quæ in tussis curatione traduntur.
      - Sternutamentum
        - Faciunt frictiones [f] extremorum, frontis, oculorum, [g] narium, palati vehementes. Capitis erectio, calefactio, oscitatio. Non statim à somno excitentur. Inungantur [f] aures, collum, ac mandibulæ oleo calido. Nocet fumus, puluis, odores [f] acuti, nam pomorum, violarum, polentæ, spongiæ, marinæ, & similium odores iuuant.
  - Vitales
    - Syncope
      - Possunt adhiberi boni [h] odores, panis in vino (nisi quid prohibeat) madefactus, frictiones, atq; eiusmodi alia excitantia, vel reficientia spiritus, sic ea, quæ in curatione syncope traduntur.
    - Difficultas respirandi
      - Ab hac indicatur facilitas [i] respirandi præstanda per ea, quæ morbum, [k] & causam respiciunt, & si æger collocetur [l] erecto capite, si fiant frictiones, & cætera in asthmate recensenda.
      - Faciunt cucurbitulæ occipiti, inter scapulas, pectori, sub mento, [m] in collo affixę.
  - Nāles
    - Difficultas deglutiendi ob
      - Anginam
        - Facit cucurbitula ceruici, vel nucę affixa ad secundam vertebram, sic cætera auxilia in anginæ tractatione exposita.
      - Febrem vehementem
        - Indicantur ea, quę [n] talem febrem respiciunt, & medicamenta potius per anum, quàm per os exhibita. Inungendum est collum.
    - Nausea
      - Indicantur ea, quæ ventriculum à plethora, vel cachochimia vindicant, vt verbi gratia si humores in illius contenti [o] cauitate pituitosi, glutinosi, & crassi fuerint, coquendi, atq; attenuandi sunt per quietem, somnum, inediam, per oximel, & similia calorifica: si verò tenuiores, vomitus proritandus ptisana, vel mulsa. Quòd si tunicis imbibiti fuerint vtile est medicamentum [o] amarum ex [p] aloe.
    - Singultus
      - Indicantur ea, quæ in singultus curatione dicentur, nā si fiat ob
        - Repletionem, aut morsum
          - Facit vomitus [q], & in repletione, violenta vacuatio qualis est p sternutamentū [r]
          - Valet ruta cū vino [q]; calamentū, nardum celticū, daucū, cuminū, & huiusmodi
        - Frigus — Calore [q] finitur. Sed si adsint humores frigidi, & glutinosi, facit castoreū, oxim. simpl. & scyll.
        - Inanitionem — Sternutatio [s] non valet, sed refectio [t], & humectatio p alimēta boni succi, & p balneū.
- Excernēda q̄ præternaturā sunt
  - Excreta per
    - Deiectiones, vt in vocatis — Choleris, diarrheis, dysenterijs, lienterijs fluxu colliquatiuo.
    - Fluxum sanguinis — Indicantur ea, quæ tùm in propria vniuscuiusq; affectus, tùm in syncope curatione dicentur.
    - Vacuationem confertim factam ex
      - Vstis
      - Sectis
      - Abscessibus
      - Indicantur ea, quæ in syncope curatione traduntur.
    - Sudores, Vomitum
      - In crisi — Iuuandus est [u] naturæ motus.
      - Extra crisim, & in superfluo vomitu, qui est ex
        - Bile syncera, [x] seu flaua
          - Facit cataplasma ex palmulis, [x] corticibus granatorum, galla, omphacio, acacia, hypocistide, balaustis, rhu, vino, vel posca incoctis, sed Auic. [x] monet huiusmodi medicamenta stiptica non esse vsurpanda, vbi talis humor ventriculi tunicis imbibitus est.
          - Iuuat cucurbita cum flamma multa ventriculo affixa. Sic manuum proiectio in frigidam. Cibus sensim, & paulatim exhibendus.
        - Bile atra — Facit [x] spongia aceto acerrimo madefacta, vel hederæ folia in vino cocta, & ventriculo adhibita.
    - Vrinas — Indicantur ea, quæ in diabetis curatione proponuntur.
    - Eruptionem puris ad partes internas vt in empyemate — Faciunt ea, quæ ad empyema conuenire dicentur.
  - Retenta
    - Vt in ileo, ischuria, mensium, & puerperij suppressione, seminis retentione
      - Petuntur intentiones curatiuæ ex proprijs dictarum affectionum tractationibus. Et retentioni vrinę [y] occurrendum sicuti dictum est in lethargi curatione.
- Affectꝰ, & qualitates corporis
  - Lingua nigra, arida, aspera — Valent quæ supra ad sitim facere diximus.
  - Pustulæ, & exanthemata
    - Faciunt ea, quæ in febris pestilentis variolarum, & morbillorum curatione sunt exposita. Quibus nisi cesserint adhibendū est rosaceū cum cerussa, spuma argenti, [z] seu thure. Conueniunt oīa cerata, [z] quę ambustis adhibentur, siq; serpere videantur, medicamentis calcis viuę parùm admiscendum, & si cutim depascant, facit lenticula cum malicorio, & melle cocta, sic plantago, poligonum, aut rosaceum vnà cum pane.
  - Vlceratio circa
    - Os sacrū
      - Circulus ex lana [&] circa vlcus in orbem subijciendus, deinde ceratum ex rosaceo [z], aut mirtino oleo, quod argenti spumā, cerussam, ordeū vstū habeat imponendū. Et inflammatione exorta cataplasma [&] ex pane cū solano, poligono, plantagine, aut brassicæ folijs adhibendum, siq; vlcus serpat, vsurpentur quæ dicta sunt ad pustulas serpentes.
    - Scrotum, & anū
      - Locus est primum per spongiam [A] aqua calida imbutam leniter fouendos, deinde oleo mirtino, aut rosaceo illinendus, & cætera vsurpanda, quæ ad os sacrum vlceratum faciunt.

Auicenna

AVCTORITATES.

a Auicen. lib.4.f.1.tr.2. cap.18.
Oribasius 6. synopseos cap.33.
Aet.lib.5.c.117. Paul.lib.2.c.43.
b Auerr.7. collig.21.
Auic.ibid c.20. Paul.lib.2.c.42.
c Gal.12. meth.7.8.
Aet.l.5.c.100.115.120.126.
Paul.l.2.c.40.44. Oribas.6.syn.31.32
Auic.lib.4 f.1.tr.2. cap.21.24.
d 12.meth.1.7.8. Primo ad Glauc. 14.
Auerr.7.collig.18. Orib.6.synops.29
e Oribas.6. synops.37.38.39.
f Tertio sexti epidem. 33.
g Gal. & Hipp. ibidem.
h Auic.l.4 f.1.tr.2.c.22. Orib.l.6.c.43.
Aet.l.5.cap.118. Paul.lib.2.cap.54.
i Aetius lib.5. cap. 119.
k Aetius lib.5. cap.119.
Paul.lib.2.c.52. Oribas.l.6.synop.38
Auicen. lib.4. f.1. tr.2. cap. 17.
l Auicen.ibid. cap.17.
m Quinto aphor. 27.
Oribas.lib.6.cap.37. Auic.ibid.c.17.
n Sauonarola de accident.febr.rubr.7.
o Tertio de offic. medic.15.
lib.de marc.c.6. Primo de vsu part.13.
p 11.meth.20.
q De art.medicin.cap.64.
r Paul.l.2.c.46. Auic.l.4.f.1.tr.2.c.34.
s Paul.lib.2.c.50. Orib.l.6.synop.c.35.
Auic.lib.4.f.1.tr.2.cap 26.
t Primo de loc. affect.cap.4.
u Secundo aph.21. Paul.lib.2.c.55.
Oribas.6.synops.cap.34.
x Quarto aph.58.63. 2.de cris.3.
Decimo meth. cap.4.
y Paul.lib.2, c.46. Auic.loc.cit.c.12.
Dioscorides l.2.c.151. & l.3.c.63.69.
z Aet. lib.5. cap.131.

a Tertio de loc.aff.6. 12.meth. in fine.
b Aet. lib.5.cap.130.
c Dioscorid.lib.1. cap.53.
d Auic.lib.4 f.1.tr.2.c.25. Paul.l.2.c.48.
e Quinto simpl. 20.
f Auic.l.4.f.1.tr.2.c.23. Paul.l.2.c.49.
g Arist.32.sect.problem. secundo.
h 12. meth. 2.3.4.
i Septimo catatop.3.
k Auic.lib.4.f.1.tr.2. cap.31.
l Auic.l.3.f.10.tr.1.cap.40.
m Cels.lib.4.cap.4.
n Auic.lib.4 f.1.tr.2. cap.33.
o Paul.lib.2.cap.45. Orib.6.synops.40.
p Primo de loc.aff.c.4. 7.meth.cap.11.
q Paul.l.2.c.57. Orib.6.synops.c.42.
Auic.lib.3.f.13.tr.5.cap.21.
r Hipp.6.aph.13.& Gal.in comm.
s Gal.6.aph.13. Oribas. ibid.
t Auic.lib.3.f.13.tr.5.cap.21.
u Auicen. ibid.cap.15.
x Auic ibidem. Paul.lib.2.cap.56.55.
Oribas.6.synops.41.
y Aet.lib.5. cap.125.

A Aet. lib. 5. cap. 129.
B Aet.lib.5.cap.127.
Paul.lib.2.c.61. Orib.6.synop.c.44.
C Aet.lib.5. cap. 128.

ADNOTATIONES.

Quamquam symptomata, per sese curationis (a) rationem non indicent, ex accidenti tamen (quia scilicet vel prosternunt vires vt syncopa, & vigilia, vel augent morbum vt dolor) causæ vicem subeuntia, medicos ipsos cogunt, vt relicta causa & morbo ipsis incumbatur per remedia, quæ in tabella cõplexi sumus, in qua symptomata solùm insigniora, grauiora, vehementia(b), maximeq́ necessaria (c), quæue ad se curationem (a) trahunt recensuimus, nam læuiora quæ febrium generationi necessariò succedunt, & vnà cum febre nascuntur, & discedunt prætermisimus.

Hæc eadem febriũ symptomata vel fiunt in crisi, (d) vel sine crisi. Curatio in tabella exposita conuenit symptomatis quæ sine crisi vel extra crisim accidunt: quæ enim (e) vnà cum crisi adueniunt nullum postulant auxilium, ne impediatur motus naturæ; sed solùm præuisa eiusdem inclinatione (d), vel propensione ad vomitum, deiectiones, vrinas, & sudores, vel aliã viam, iuuandus (f) est naturæ motus, nisi modũ excedat, nã quãdo est superfluus coercẽdus.

a 12.meth. cap.primo.
b Auic.lib.4.f.1.tr.2.cap.xi.
c 12. meth. in fine.
d Primo ad Glauc.15.
Quarto aphor.58.
e Paul. lib.2.cap.46.47.
Auicen.lib.4.f.1. tr.2. cap.x.
f Primo ad Glauc. 9.

Tabula Octuagesima, Febris cum inflammatione, vel apostemate definitio, differentiæ.

Febris ab[e] in flammatione vel ex inflāmatione, vel cum [f] inflāmatione, q̃ ab Aui. [g] dicitur febris apostematis, est veluti symptoma partis [h] phlegmone laborantis, vel ipsius [i] inflāmationis. Et eius differentiæ sumuntur à

- **causa**
  - **externa** — Satis impropriè desumuntur differentiæ febris putridæ cum inflammatione à causa externa; nam vt plurimum [a] huiusmodi febres, quæ à tali causa fiunt, sunt de genere diariarum, de quibus supra pertractatum est. A causa tamen externa differentias sumit Galenus, [c] quando ex omni ferè occasione assiduè fieri dicit. Quare si causæ externæ [b], euidentes [d], vel procatarcticæ [b], vel primitiuæ [e], quæ rebus faciendis, [f] assumendis, excernendis, & extrinsecus incidentibus continentur, febres putridas cum inflammatione, seu apostemate gignerent, id efficerent vel quatenus bilem, pituitam, sanguinem, & melancholiam siue separatim, siue coniunctim producunt; vel quatenus ad partes inflammatas superfluitates transmittunt, & attrahunt.
  - **Interna**
    - **Antecedente, quæ ratione febris cū inflammatione est causa**
      - **Per accidens** — Hæc dicitur causa talis febris, quatenus gignit superfluitates, & modo simplicem humorem, modo mixtum, & sic plethoram [g], vel cachochimiam
        - Temperatio exempli gratia biliosa, gracilis habitus, in ætate iuuenili, si rebus calefacientibus, & siccantibus vtatur, tantam bilis flauæ copiam generabit, vt facilè corpus in febrem cum erysipelate incidere possit.
        - Idem de temperatione sanguinea, pituitosa, & melancholica dici potest.
      - **Per se** — Est redundans modò simplex, modò mixtus humor, siue in toto corpore, siue in partibus antequam putrescat in illis, & sic plenitudo [h], vel cachochimia apta ad faciendam inflammationem.
    - **Continēte vel coniuncta** — Causa continens, vel coniuncta febris cum inflammatione, vel apostemate, est [l] intrusus influēns humor in parte, seu aliquo ex visceribus, q. cū non benè diffletur, putrescit. Hic autem humor est
      - **Simplex [q l]**
        - **Sanguis [m q], q. vel est**
          - Optimus [m] ac mediocris consistentiæ — A tali sanguine [r] copiosiore in partem aliquam carnosam [k] procumbente, maiora vasa primum distenduntur, ab his minora, tamdem foras exsudat in ampla spatia carnis, omniaq; occupat; qui cum non benè diffletur, putrescit [l] phlegmonem [m] propriè dictam excitat. & febrem [n] subinde accendit cōicationis [o] ratione, & hæc febris inter synochorum [p] species connumeranda est.
          - Assatus [m], niger [r], & crassus — Hinc fit carbo [m r], seu carbunculus [s], qui febres vehementes, & pericula infert.
        - **Bilis [q]** — Ex bilioso succo [m n] in cutē potius, quàm altè in partes transmisso erysipelas nasci tur modò cum vlcerōne, modò sine, & cōicationis [o] ratione ad cor putrida [t] fuligine transmissa, febris [o] accenditur, quæ quidem est de genere [u] ardentium.
        - **Pituita** — Ex tenuis [q x] pituitæ influxu (nam ex crassa, & glutinosa alterum scirrhorum genus fit) œdema [y] constituitur; quæ quidem pituita si salsa [a] fuerit, & in visceribus putrescat causum nothum excitat.
          - Huiusmodi affect⁹ [q], frequenter fiunt
        - **Humor [q] melancholicus**
          - Nālis, qui fœx [q b] sanguinis dicitur — Ab hoc in parte [q] aliqua influente fit alterum scirrhorū genus colore à [q] supradicto differens
            - Ab eodem humore crasso, [d] & feruente fit carbunculus, quem necessariò febris sequitur, eaq; maior quàm in erysipelate.
          - Præternaturalis, quæ [q] propriè atra bilis dicitur — Ab hoc verò cancri [q] fiunt vlcerati [c] si mordax fuerit, ac putrescens; sine vlcere, si modestior.
      - **Mixt⁹ [l q]** (id quod sæpiùs fit) in quo superās humor nomē dat [k], & alter denominationem. Superat autem
        - **[k q] Sanguis cum**
          - Bile § Hinc est phlegmon erysipelatodes [l].
          - Pituita § Hinc est phlegmon [m] œdematodes.
          - Humore melanch. § Hinc est phlegmon scirrhodes.
        - **[k q] Bilis cū**
          - Sanguine § Hinc est erysipelas [l] phlegmonodes.
          - Pituita § Hinc est [m] erysipelas œdematodes.
          - Humore melancholico § Erysipelas [m] scirrhodes.
        - **Pituita cū**
          - Sanguine § Oedema phlegmonodes.
          - Bile § Oedema erysipelatodes.
          - Humore melancholico § Oedema scirrhodes.
        - **Humor melanch. cū**
          - Sanguine § Scirrhus phlegmonodes.
          - Bile § Scirrhus erysipelatodes.
          - Pituita § Scirrhus œdematodes.
      - In hisce omnibus affectibus proximæ particulę [o] membro inflammato semper incalescunt; donec ad cor communicatio perueniat, quod vbi [n] fit subinde febris accenditur, quæ varia [p] est pro ratione diuersarum partium, quæ inflammationē patiuntur, vel pro diuersitate humorum, [q] vel pro diuersitate ipsarum inflammationum.
- **Morbo q. est**
  - **Inflammatio** — Hæc in ipsa febre cum inflāmmatione propriè dicitur [r s], & est morbus, qui denominatur ab instrumento patiente nempe phrenitis, peripneumonia, pleuritis, hepatitis, splenitis, nephritis, angina, aut aliquid tale. Est autem inflammatio morbus in [P] magnitudine aucta, idest, tumor præter naturam à [t] quocumq; humore fiat, modo sit cum febre [u] acuta, & continua. Huius differentiæ si assignētur ratione humoris erunt eædem, quæ superius dictæ sunt, videlicet phlegmon, erysipelas, œdema, scirrhus, phlegmon erysipelatodes, erysipelas phlegmonodes, &c. Possunt etiam differentiæ inflāmationis assignari prout inflāmmatio est morbus in partibus.
    - Simplicib⁹ [x y] quæ similares dicuntur à Iunioribus — Intemperies calida vocatur hac ratione inflammatio. Huc referri potest illa inflammatio [A] sicca, in qua nullo influente humore calor naturalis ignescit.
    - Compositis [y Q], vel multiformibus, quæ organicę appellantur — Tumor idest [P] magnitudo aucta hac ratione dicitur inflammatio. Potest etiam dici obstructio, vel astrictio meatuum.
    - Vtrisq; [x] — Solutio [x] continui hac ratione inflammatio dicitur maxime quando ab vlcere, vel vulnere [B] fractione, & similibus solutio pendet.
    - Hæc tria morborum genera sunt in ipsa inflammatione. Ideo [x] inflammatio ab Auicenna, & [C] Galeno dicitur morbus compositus.
  - **Febris** — Est quidem aliàs per se morbus; verū quia in tali casu sequitur [D] inflammationē, & apostema vt vmbra [E] corpus vocatur symptoma [r], seu casus [s]. Talis autem febris est
    - Ephemera, [F] seu diaria — Hæc vt plurimum [G] sequitur bubones, & apostemata extrinseca, & apparentia, & læuia.
      - De diaria ex bubone pertractatum est in tabula de diaria.
    - Hectica [F] — Vt in vlcere pulmonis; habent enim omnes phthisici [H] febrem hecticam quicquid dicant [I] nōnulli, fortè decepti ob putridā [K] quę vel quotidie sed magis ad noctem illos excruciat, vel circulariter, aut tertio, aut (queādmodū ēt Hipp. testatur) quīto quoq; die.
      - De hectica cū vlcere dicēdū ī tab. đ phthisi
    - [F L] Putrida — Hæc semper inflammationes [M] notatu dignas comitatur, & est continua [u] acuta, habetq; suas periodos [N] pro natura humorum, qui putrescunt in inflammatione sed vt plurimum est de genere ardentium, quemadmodum patet in inflammatione cerebri, [O] suarūq; membranarum, gulæ [P], oris ventriculi [Q R], ventriculi, ieiuni, hepatis [S], pulmonis, vteri.
- **Loco affecto** — In febre cum inflammatione, vel apostemate notatu digno [T] (nam veluti dictū est ad læue sequitur diaria) locus, seu pars affecta est aliquod ex internis [G] viscus puta cerebrum, eiusq; membranę, fauces pulmo, os ventriculi, ventriculus, stomachus, vel gula, aures, renes, hepar, vesica, vterus, pleura, intestina, maximè ieiunum, aut aliquid simile [V X Y Z]. In his membris intrusus influens humor, nisi benè diffletur putrescit, inflammationem [Z], febremq; [&] subinde accendit.
- **Symptomate** — Est ipsa febris putrida (nam licet diaria, & hectica possint vt dictum est apostematibus superuenire de illis tamen alibi pertractatum est) quæ in inflāmatione q. dē est symptoma in affectibus corporis tangibilibus
  - Hinc variæ possunt sumi differentię vt quod talis febris sit continua [u] acuta, vehemēs [a], periculosa, de genere [b] synochorum, vel ardentium [c], maligna [d], vel benigna, cū frigiditate extremorū, cum siti, vel sine siti, delirio, tumore [e] dolore, rubore, renitentia, contusione, calore, tensione, & eiusmodi plurima.

Auicenna

AVCTORITATES.

a Auic.lib.4.f.prima.tr.4.cap.13.
Et tr. primo cap.36.
b Primo meth.8.
c Secundo ad Glauc.1.
Primo de Fract.24.
d Celf.lib.primo.in procemio.
e Auic.& Gentil.l.1.f. 1.doct. 2. cap.1.
f Primo de fanit.tuend.15.
g Secundo de diff.febr.11.
h Secundo ad Glauc.1.
i De tumoribus præter naturam 2.
Decimo meth.6. 13.meth.2.3.4.
14 meth. 2. De inæquali intemp.c 3.
Primo de differ.febr.in fine.
2.catatop.135.H. De art.medic.95.
k 14.meth.1.2.
l Primo de diff.3.7.
10. meth.6. 6.aphorifmorum 33.
Secundo prognoftic.46.
De differ.morb.12. 2.de crif.136.A.
Et 138. poft.C.
De tumor præt.natur. 2.9.
Primo de natur.humana. 6.13.meth.4
m Secundo ad Glauc.primo.
Primo de differ.febr.3.
Quinto aphor.43. 13.meth. 4.
Auic.lib.4.f.3.tr.1.cap.1.& 2.
n 14.meth.1.2.4. 7.fimplic.de coriādro
Secundo catatop.135.H.
Primo de differ.febr.3.
De tumor. præter naturam.9.
o Secundo de diff.febr.9.& infra h.
Secundo de crif.10.
Primo de differ.febr.3.
p Primo 6.epidem.2.
q De tumor.præt.nat.9. 6.catatop.in fine
De differ.morb.12.
De inæquali intemp. 4.
13.meth.4. 14 meth. 2.9.
Secundo ad Glauc.10.
r Secundo ad Glauc primo.
s Quinto catatop. 14.
t Primo de differ. febr.5.
u Tertio terti, epid.33. Primo pri.epid.9
Auic.lib.4.f.prima tr.2.cap.40.
x Secundo ad Glauc.3.
y 13.meth.4. 14.meth.4.

a Quarto de ratione vict.13.
Alex.lib.12.cap.3. Paul.lib. 2.c.30.
Auic.l.4.f.pr.tr.2.cap.40.
b Tertio prog.27. Quarto aphorif. 21.
De tumor.præter naturam.9.
c De tumor. præter naturam.12.
14. meth.9.
d 14.meth.10. Secundo ad Glauc.primo
e Primo ad Glauc.4.
f 11.meth.7.
g Auic.lib.4.f. prima tr.4.cap.13.
h Primo ad Glauc. 3. Quarto aph.66
i Sexto aphorif.44. Septimo aphor.42.
k 14.meth.2.4. Primo de diffe. febr.3.
K De differ. morb.12.
l Primo de diff.febr.3.
14.meth.2. Secundo ad Glauc.1.
m 14. meth.3.
n 14.meth.1.2.4. 7.fimplic.de coriand.

Secundo catatop.135.H.
Primo de diff.feb.3. Et 2. eiufdem.9.
o Primo ad Glauc. in fine.
Et 2.ad Glauc.in princ.
Primo de differ.febr 9. 10.meth.6.
De cauf.morb. cap.2.
Auic.lib.4.f.p.tr.primo cap.36.
Et tr. 4.cap.13.
p Secundo de crif.7. Primo 6.epid.29.
Quinto 6.epid 14.
P 13.meth.primo.
q De inæqualit. intemp. 4. 6.apho.33
Q Primo de cauf.fympt.2.
r Primo ad Glauc.3. Quarto aph.66.73
Tertio primi epid.4.
s Sexto aphorifmor.44. Septimo ap.42.
t Primo ad Glauc.in fine. Et 2.in princ.
u Secundo de crif.9. Quarto aph.48.43.
x Auic.lib.pri.f.2.doct. prima cap.5.
y De differ.morb.12.13.

A Primo ad Glauc.in fine.
Et 2.ad Glauc. in princ.
B Secundo ad Glauc.1.
C De differ.morb.12.13.
D 13.meth.1.
E De diff.fympt.1.4.
F Auic.lib.4.f.p. tr.1.cap.36.
G Primo de differ.febr.5.
De pulf.ad Tyron.cap.11.
Auic.lib.4.f.p.tr.1.c.36. Et tr.4.c.14
H Quarto de cauf.pulf.11. Tertio 1.ep 9
Auic.l.3.f.10.tr.4.cap.22.
I Gorrhæus in def. medicis, de phthifi.
Fern.lib. 4.de Febr.cap.8.
K Primo aphor.12.pag.V.D. 3.1.epid.9.
L Decimo meth.cap.6.
M 12. meth. 6.
N Auic.lib.4.f.p.tr.2. cap.1.
O Primo prorrhetic.8.
P Auic.lib.4,f,p.tr.2.cap.40.
Q Primo 1.epidem. 9,
R Tertio 3.epidem.33.
S Quinto de loc. aff.7.
T Secundo de loc.aff.3.
Auic.l.4 f.pri.tr.4.cap.23.
V Primo prorrhetic,18.
X Auic.lib.4.f.1.tr.cap. 13,
Y Quarto acut. 1,
Z Secundo 1.epidem.20.
Quinto de loc.aff.7.
Secundo de crif.3.7.
Z Primo de differ.febr.3,
10.meth.6.
De tumor.præt.naturam 2.9.
& 13.meth.3.4. 14.meth.1.2.4.
Septimo fimplic.de coriādro, 6.aph.50
Secundo catatop.135.H.
Primo de differ.febr.3.

a Quinto catatop.14.
b Primo vi.epidem.2.
c Tertio 3.epidem.33.
Et primo 1.epid.9.
Auic. lib.4.f.pri.tr.2.cap.40.
d Secundo de crif.7.
e Secundo ad Glauc.primo.

ADNOTATIONES.

Animaduertendum eſt Apoſtematis vocabulum variè à Græcis, & Arabibus vſurpari; græcè enim non de inflãmatione, ſed ἀπὸ τοῦ ἀφίςαϑαι (a) quod abſcedere ſignificat, tantùm dicitur; oriturq́ vel ex trãſmutatione inflãmationis, ideſt inflammatione in pus verſa, vel nulla præcedente inflammatione ex multitudine humorum, aut vaporum in parte genitorum, ſiue aliunde confluxorum. Apud Arabas autem tùm de vero abſceſſu, tùm de inflammatione dicitur.

Inflammationis (quæ ab Arabibus etiam apoſtema vocatur) nomen varia (b) ſignificat. nã ſecundum antiquã conſuetudinem, Veteres (c) inflammationes vocabant illas, quæ ſunt veluti φλόγωσεις ideſt inflammina, vel incenſiones membrorum, etiamſi abſq; vllo ſint tumore, & has inflammationes Galenus (d) appellat ſiccas. Iuniores (c) autem tempore Galeni ſolùm inflammationes appellabant (e) tenſiones, ac tumores duros cum dolore pulſatili ex calidis ſuccis ortos, quos Hippocrates (f) œdemata dura dolentia nuncupauit. Propriè autem verè, & exquiſitè inflammatio eſt tumor (g) à ſanguine optimo mediocrisq́ conſiſtentiæ in partem fluente conculcatoq́. Sed latè ſumpto vocabulo (d) Phlegmon ſignificat quemlibet tumorem. ideſt tumorem à quolibet humore, ſiue ſimplici, ſiue mixto excitato. Et febres (h) non ſolùm (vt in tabella patet) veram inflammationem. ſed etiã ad alios ſequuntur tumores dummodò ſint (i) notatu digni, & in parte (κ) præcipua; & vtrumq; hoc inflammationum genus Galenus (d) inter humidos affectus recenſet.

Differunt febres quæ ex bubone (l) ſiue apoſtemate (m) extrinſeco, & apparente oriuntur, ab ijs, quæ ex infammatione in aliquo viſcerum (l) ortum habent, quoniam illæ concalefaciendo ſemper partes continuas ſolam alterationem cordi impartiunt non putridam fuliginem, hæc enim in loco bubonis circumſcripto permanet: atquæ fiunt ex inflammatione, vel abſceſſu in viſceribus, quidam veluti fumus, ac putrida fuligo ex putreſcentibus humoribus ad cordis ventriculos peruenit quemadmodum in putridis febribus vſu venit. Præterea illæ per vnum, ſiue per duos dies perſeuerant. Iſtæ vero ſpatio temporis. De primis, quia ſunt ephemeræ (n), pertractatum eſt in tractatione febris diariæ. De alijs vero, quæ ad putridas febres pertinent, in præſenti tabella egimus. Quoniam autem hectica quoq́ cum ulcere (o) coniungi poteſt, idcirco de hac etiam pertractatur in tabellis de Phthiſi.

a Secundo ad Glauc. 7.
14.meth.12.
b Secundo de criſ.9.
Quinto aphoriſ.65.
Primo prog.29. 25.
Tertio prognoſtic. 71.
Secundo de diff.reſpir. 7.
Secundo ad Glauc.primo.
Tertio de Fractur. 8.
De differ. morb.12.
13.meth.primo.
c Primo ad Glauc.in fine.
Tertio de officin.med. 30
Secundo de diffic.reſp.7.
Quarto aphoriſm. 34.
Tertio de Fractur. 8.
13.meth.primo.
d Secundo ad Glauc.primo.
e 13. meth.primo 2.
f Primo prognoſt.29.
g Secundo ad Glauc.primo.
1.de diff.feb.ĩ fine cap.3.
Quinto aphor.43.
Aui.lib.4.f.3.t.1.c.1.& 2
h Quinto aphor.50.
Primo ad Glauc. in fine.
Secundo ad Glauc.ĩ prin.
i Secundo de loc.affect.3.
κ De pulſ.ad Tyron. 11.
l Primo de diff.febr.5.
m Aui.l.4.f.1.tr.1.cap.36
& lib.4.f.1.tr.4.cap.13.
n Quinto aphor. 55.
o Quarto de cauſ.pulſ.xi.
Tertio primi epidem.9.
Auic.lib.3.f.x.tr.4.c.22

Signa febris cum inflammatione vel apostemate sunt

- **Indicatiua à quibus monstratur febris cũ inflammatione à qui bus monstrat:**
  - **Memoratiua:** Sunt inuentio causarum procatarcticarum, [a] quæ haberi possunt ex alijs, & magis faciunt ad medici [b] gloriam, quàm ad ægri salutem. Quare consultò à nobis hic omittuntur.
  - **Causa:**
    - **Externa:** Signa ostendentia causas externas sunt eædem causæ, [c] quę antecesserunt, vt vulnera [d], conuulsiones, contusiones, diruptiones, defatigationes, fracturæ, exarticulationes, spontanea vlcera, dolor [e] quilibet perseuerans, & demũ quæ venas nimiũ replere [d f] possunt.
    - **Interna quę est:**
      - **Patiens, de it, habilitas ad febrem cum inflammatione, vel apostemate:** Facilè in talem febrem incidũt, qui solent laborare
        - Plethora, [d g] cuius signa sunt [h]: Rubor faciei. Dolor: Capitis. Oculorum.
        - Cachochimia [g], cuius signa sunt: Pulsus, & [i] color pro natura humoris redundantis.
      - **Efficiens .i. humor quę est:**
        - **Simplex [u] quę est:**
          - **Sãguis [p]:** In bono corporis habitu, ac temperatione sanguinea, ætate adolescentiæ, tempore veris, antecessit vsus multorum alimentorum boni succi; motus, quies, somnus, & vigilia moderata. Retentio sanguinis soliti per vterum, hæmorrhoidas, vel nares vacuari. Pulsus [κ] est durus, dolor [l] pulsans, ac tendens, calor, rubor adest in excretis [m]; facie, oculis vniuerso corpore, semperq; in parte inflammata. Quare febris, quæ talem sequitur inflammationem maximè rubra ab Hipp. [n] vocatur. A Galeno [o] inter synochos recensetur, & est insignis, quemadmodum cætera etiam symptomata. Sentitur dulcedo in ore, [m] pruritus in naso, & alia à sanguine redundanti oborta.
          - **Bilis [p]:** In temperatione biliosa, in iuuentute, tempore æstatis, antecessit vsus rerum gignentium bilem; vt multus motus corporis, & animæ; alimenta, & medicamenta calida; retentio bilis solitæ per vomitum, deiectiones, sudores, vel aliter excerni; pulsus [κ] est durus; adest incendium, sitis vehemens, siccitas, amaritudo, cupiditas rerum frigidarũ; dolor pungẽs, & magnus; excremẽta sunt pallida, sic facies, ac tumor [q], qui est magis in superficie; febris & omnia symptomata sunt sæuissima, & hæc febris ab Auicenna [r] dicitur vehemens.
          - **Pituita [p]:** In tẽperatione pituitosa, in hieme, ætate senili, vel puerili, & constitutione humida, antecessit otium, balneum post cibum, crapula, & vsus alimentorum pituitam procreantium. Retentio pituitæ solitæ per vomitum, deiectiones, sputa, muccos, vel aliter expelli: quæ causæ præsentes nocent, & prosunt contrariæ. Pulsus [κ] est mollior quàm in cæteris. Excrementa sunt alba, sic facies, [r] quę etiam est tumida, laxa, sic tumor, [r] qui est mollis, sine colore; Febris, & omnia alia symptomata sunt mitiora.
          - **Humor [p] melancholicus:** In temperatione [v] melancholica, ætate consistentiæ, in autumno, antecesserunt curæ, tristitiæ, vsus vini crassi nigri, carnis bubulæ, leporis, cochlearum, brassicæ, lentis. Retentio humoris melancholici soliti per hæmorrhoidas, vel aliter vacuari: quæ causę præsentes nocent, & prosunt contrariæ. Pulsus [k] est durior, quàm in cæteris. Adest in facie, & vniuerso corpore color niger, liuens, vel plũbeus, præcipuè in ipso [r] tumore.
        - **Mixtus [u]:** Rarò [y] admodum in inflammatione vllus purus, [y] sincerusq; humor consistit, nam vt plurimum inflammatio habet aliquid erysipelatis, vel œdematis, vel scirrhi, ita erysipelas semper complectitur aliquid inflammationis, vel œdematis, vel scirrhi. Quarè aderunt signa mixta.
  - **Morbus quę est:**
    - **Pricipalis:** Morbus principalis, & qui verè est morbus [A] in febre cum inflammatione est apostema, seu inflãmatio notatu digna, & in parte alicuius momẽti, nam tales inflammationes solent subsequi febres. Potest autem considerari inflãmatio vel
      - **Seorsũ [B] in se & tunc eã signi ficant quædã**
        - **Cõia omni inflammationi quæ sũt:** Febris [C], vehemens [D] dolor, præcipuè cum pars [E], quæ non sit hebetis sensus, suo munere fungi vult, & pulsans vbi sunt arteriæ, tensio, renitentia tumor non à flatu [F], neq; à carne, sed ab humore influente, calor ingens, & color pro humoris varietate. Pulsus non semper est magnus [G H] sed velox, durus [I], veluti serrans, creber, celer, vibratus. Erit in principio humor [K] tenuis, qualis est ichor vlcerum, deinde crassior, quale pus. Vrina vt plurimum est subalba [L], & parum colorata propter materiæ fluxum ad apostema.
        - **Propria [B]:** Signa propria vniuscuiusq; speciei apostematis, seu inflãmationis sunt illa, a quibus propria ipsius causa ostenditur, nempe quæ sanguinem, bilem, pituitam, humorem melancholicum siue puros ac simplices, siue mixtos monstrant, nam quæ tales causas indicant, eadem etiam vel inflammationem propriè dictam, vel erysipelas, vel œdema, vel scirrhum puros, vel mixtos patefaciunt. Hæc autem signa supra sunt allata.
      - **Prout [B] est in parte aliqua:** De hac dicetur in signis loci affecti.
    - **Non Pricipalis:** Est febris [M] quæ licet sit morbus. Tamen in hoc casu potius [N] symptoma dicitur. Talis autem febris est
      - **Diaria:** Cognoscitur hæc febris ex signis positis in propria tractatione febris ephemeræ ex bubone, vt quod adsit plurimus [O] calor sed non acris. Pulsus maximus, celer, creber. Vrina subalbida, vel subpallida, tenuisq;: circa statum attollitur humiditas quædam calida, & suauis. Facies est rubicunda maxima ex parte, & in maiori tumore.
      - **Hectica [P]:** Hæc similiter cognoscitur ex signis positis in propria tractatione febris hecticę; vt quod perpetuò [Q] febris sibi similis sit; neq; febricitare se percipiat ægrotus, sed post assumptum alimentum [K] fiat calidior; quo tempore pulsus [R] etiam fit maior, & celer or, cum aliàs hecticus perpetuò fit [S].
      - **Putrida [P]:** Febris [T] sequens apostemata notatu digna semper est putrida, continua [V], & acuta, & de hac potissimũ nũc agimus; quę siue sit ardens, siue synochus, siue alia ex circularibus, cognoscitur ex signis positis in tractatione vniuscuiusq; ex illis, sed præcipuè ex qualitate caloris [X], pulsu, & vrinis.
  - **Locus affectus:** Vnaquæq; corporis particula inflammari põt febreq; excitare sed febrem putridam cõtinuã acutam [V] de qua præcipuè nunc agimus) potissimum efficiũt viscerum inflãmationes, quas sequitur extremorũ frigiditas [Y]. Tales autem partes inflammatæ sunt
    - Cerebrum [e a b], eius mẽbranæ, seu aliæ capitis partes: Adest febris ardẽs cũ perpetuo delirio, pulsus, dolor, cæteraq; phrenit. signa [a b c].
    - Guttur, eius tunica, ac musculi interiores [d e]: Subita strangulatio; Vox, & spiratio læditur & demum adsunt anginę signa [d e].
    - Aspera arteria [d f], Vertebræ: Adest difficultas respirandi, & alia anginæ signa.
    - Pulmo [g]: Adest similiter febris [h] ardens, maxima difficultas respirandi, maximum incendium, sitis, tussis, sputum [g], cupiditas [R] attrahendi aerem frigidum, & cætera peripneumoniæ signa.
    - Cor [i], sed in ipso fieri: Syncope cardiaca [i].
    - Septum [k] transuersum: Adsunt signa à Gal. posita [κ].
    - Membrana [l] costas succingens: Adsunt pleuritidis signa.
    - Thorax [m]: Respiratio est parua, densa [m].
    - Os ventriculi, ventriculus, stomachus, vel gula [n o]: Adest febris ardens, maxima, & vehementissima [n o p], sitis affecto ventriculi orificio, deinde ventriculo, atq; ab eo affecta gula, à qua et fit difficultas [p] deglutiendi. Respiratio parua [m], densa. Adest vomitus, nausea, singultus dolor in parte affecta [o], syncope [q], melancholia [r] hypochondriaca, & cætera signa ad tales partes pertinentia.
    - Intestina [n r], & maximè gracilia, ieiunum, & supernæ coli partes: Respiratio parua densa [s], febris ardens [n], excrementorum descensus [s] prohibetur, & adsunt signa iliacæ passionis.
    - Mesenterium [u]: Sanies excrementis admixta [u].
    - Hepar in partibus
      - Simis [o] vel cauis [x]: Adest maior inappetentia, nausea, vomitus, sitis.
      - Gibbis, vel [x] cõuexis: Adest maior difficultas respirandi [n x] tussis, dolor vsq; ad iugulũ, ad quod videtur attrahi hypochõdriũ, & si adest debilitas hepatis, deiectiones sunt liquidæ, sin minus sunt scibala, .i. sicca.
    - Lien [y]: Sentitur magna durities, difficultas respirandi [y z].
    - Vterus [1]: Adsunt affectus isterici, & cætera signa erysipelatis in vtero [1]. Febris est æstuãs [2], & calidiss., lĩgua arida, foda [3], dolor ceruicis.
    - Partes circa [4] renes: Distensio, grauitas [4. 5], dolor, calor, febris.
    - Vesica [6]: Difficultas est vrinæ [6].
    - Partes [7] neruosæ: Duriores efficiunt pulsus, magis serrantes [7], spasmus [8].
    - Venosæ, & arteriosæ minus [7].
- **Symptoma:** Ad cognoscendum symptoma scilicet ipsam febrem non opus est signis, nam cum sit [9] calor præternaturam acris, & ascititius cognoscitur sensu tactus tũm ipsius ægrotantis, tum medici. Cognoscitur etiam ex causis, & effectis præcipuè ex pulsibus, & vrinis [10].
- **Prognostica per quæ præcognoscitur**
  - **Euētus vel exitus:** Febres, quę notatu dignas inflãmationes, seu apostemata in visceribus sequuntur cum sint [11] acutæ, & semper [12] cõtinuæ, neq; [13] curatu faciles, neq; à periculo alienæ sũnt, & si vires imbecillæ [14] fuerint ægersi oĩnò morietur, si validæ, dubius erit euentus. Ex quo diligenter cõferendũ est robur [15] naturę cũ robore morbi, atq; ita exitus [16] pcognoscetur. Deteriores [17] sunt quæ ex apostematibus intrinsecis, & cordi propinquioribus, & quę in arteriosis quàm quæ in venosis partibus fiunt. Quę verò sequuntur inflammationes pulmonis [18], hepatis, ventriculi, cordis, cerebri, eiusq; membranarum malignæ sunt. Lethales [19] sunt vbi liuor, & frigus extremus occupauerit partes, & quando in gangrænam [20] deuenerint. Et Gal. [21] testatum reliquit inflammationes supra iecur mortiferas esse, infra iecur verò minimè. Et demum prout maiora, vel minora fuerint singula symptomata magnam, vel paruam ostendunt dispositionem [22].
  - **Tempus:** Cum huiusmodi febres [10 11] sint acutæ, rarò pertranseunt diem 14. [23] Sed pro cognoscendo tempore diligenter perpendendum est quantũ superet [24] morbus nam, vel natura morbũ, nã si alter alterũ multũ superet, citò terminabitur, & eò citiùs quò magis superat; si parũ tardius, & si producatur transeunt in hecticã, maximè febres cũ inflãmatione hepatis, ventriculi, coli, renũ, vesicę, gulæ, cæterarũq; partiũ nobiliorũ [u].
  - **Modus ad**
    - **Mortẽ per**
      - Gangrænam [25], vel putredinem: Adsunt gangrænę signa [25].
      - Conuulsionem, vel spasmum: Adest pulsus conuulsiuus.
      - Strangulationem: Ita enecant inflammationes circa [26] fauces, & adsunt anginæ signa.
      - Syncopem: Id fit cum tracto ad sympathiam corde vires penitus resoluuntur. Adsunt syncopæ signa.
      - Hecticã: Interdum vertuntur (quemadmodum [10 11] dictum est) ad hecticã, & sic interficiunt, & tunc aderunt signa febris hecticæ.
      - Tabẽ [27] Hãc efficiũt febres quæ (veluti dictũ é) sequũtur inflam. [27] partiũ nobiliorũ, & ĩ mirach, & tũc pcesserũt taliũ partiũ inflammat.
    - **Salutẽ per**
      - Puris [25] generationem, & apertionem per [28] vstionem, vel sectionem factam: Sic sępè soluuntur [25 29].
      - Vacuationem factam p
        - Sputum [30]: Sic sæpissimè terminantur [30] febres cum inflammatione partium supra septum transuersum.
        - Fluxum [31] sanguinis è naribus: Ita etiam quandoq; seruantur [31].
        - Vrinas, & deiectiones: Non rarò per has partes vacuatur materia morbifica.
      - Abscessum, vel transmutationem [32] materiæ ad
        - Iuncturas, & fiunt fistulę in partibus inferioribus.
        - Glandulas alarum, post aures, & inguina.

AVCTORITATES.

a Quarto de presag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic. 4.
c De remed. paratu fac. in princ.
d Secundo ad Glauc. cap. 1.
Auic. l. 4. f. p. tr. 4. cap. 13.
e Primo de Fractur. 24.
f Auic. l. 4. f. p. tr. 2. cap. 36.
g Secundo de diff. febr. 11.
h Tertio 3. epidem. 83. de multit. cap. vlt.
i De multitudine vlt.
k Quarto de preſag. ex pulſ. 2.
l 13 meth. 1. Et 14. meth. 1. 2. 9.
m Auic. l. 4. f. p. tr. 2. cap. 44.
n Primo 6. epidem. 29.
Primo de diff. feb. 1.
o Primo 6. epid. comm. 29.
p Secundo de criſ. 10.
Quinto de loc. aff. 3.
De conſtit. art. medic. 15.
De multitudine cap. ultimo.
q 14. meth. primo 9.
r Auic. lib. 4. cap. 13. f. p. tr. 4.
s Secundo ad Glauc. primo.
t 14. meth. 9. Secundo ad Glauc. 3.
u De tumor. præt. natur. 2. 9.
Primo de diff. febr. 3. 7.
10. meth. 6. Sexto aphor. 33.
Secundo prognoſtic. 46. 2. De criſ. 7.
De inæquali intemp. 4.
Primo de natura humana. 6.
De diff. morb. 12.
Secundo catatop. 135. H.
Sexto catatop. in fine.
x Tertio de loc. aff. 7.
Secundo ad Glauc. 10.
y de diff. morb. 12.

A Sexto aphoriſ. 44. Septimo aph. 42
B Secundo de loc. aff. primo.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 14.
C Primo de diff. febr. 3. Sexto apho. 50.
14. meth. 1. 2. 4.
Septimo ſimpl. de coriand.
Secundo catatop. 135. H.
De tum. præter naturam. 9.
D Secundo ad Glauc. 1.
De tum. præt. naturam 2.
13. meth. primo.
Secundo de loc. aff. 3. 7.
Quinto de loc. aff. 5. Secundo aph. 6.
Septimo aph. 21. De diff. morb. 12.
De diff. febr. 7. Quinto aphor. 2.
Quarto aph. 49. 66. Tertio catat. 1.
Primo prognoſtic. 195.
Secundo 1. epid. 113. C.
E Quinto de loc. aff. 5.
Primo de diffic. reſpir. 9.
F De tum. præt. naturam 2.
G Primo de diffic. reſpir. 9.
H De pulſ. ad Tyron. 11.
Quarto de præſag. expulſ. 9.
I Primo de diff. febr. 34. B.
K Secundo prognoſtic. 50.
Quinto de loc. aff. 7.
K Secundo prognoſtic. 60.
Primo de diff. febr. 9.
L Auic. l. 4. f. p. tr. 4. cap. 13.
M De diff. morb. 7.
N Primo ad Glauc. 3. 4. aph. 66. 73.
Tertio primi epid. 4.
O Primo ad Glauc. 2.
Auic. lib. 4. f. prima tr. 1. cap. 3.
P Auic. lib. 4. f. 1. tr. 1. cap. 36.
Q Tertio de preſag. ex pulſ. 3.
R Quarto de præſag. ex pulſ. 2.
De pulſ. ad Tyron 11.
Quarto de loc. aff. 8.
Secundo de diffic. reſp. 7.
S Quarto de cauſ. pulſ. 9. 11.
T Decimo meth. 6.
V Secundo de criſ. 9.
Quarto aphoriſ. 43. 48.
X Primo de diff. febr. 7. Decimo met. 2.
Y Septimo aphoriſmorum 26.

a Primo ad Glauc. 15.
b Sexto aphoriſ. 10.
c Primo prorrhetic. 18.
Quarto præſag. pulſ. 8.
d Quarto aphoriſmor. 34. 35.
e Quarto de loc. aff. 6.
f Quarto de loc. aff. 4.
g Secundo prognoſtic. 50.
h Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 40.
i Quinto de loc. aff. 2.
k Quinto de loc. aff. 4.
Secundo de diff. reſp. 7.
l Secundo de loc. aff. 3. 9.
Quarto de loc. aff. 7. 8.
Secundo de criſ. x.
De pulſ. ad Tyron. 11.
m Primo de diff. reſpir. 9
Secundo eiuſdem. 7.
n Quarto acut. primo.
o Quinto de loc. aff. 5.
p Primo prorrhetic. 18.
p Quarto aphor. 35.
q De pulſ. ad Tyron. 11.
r Tertio de loc. aff. 7.
s Secundo de diff. reſpir. 7.
t De diff. morb. 7.
u Quinto de loc. aff. 7.
x Quinto de loc. aff. 7. Quarto acut. 17
Tertio de loc. aff. x.
Secundo de doct. aff. 8.
y Sexto de loc. aff. vlt.
z Secundo de diffic. reſpir. 7.
1 Raſis 17. continentis cap. 4.
2 Quinto in 6. epidem. 14.
3 Auic. l. 4. f. 1. tr. 4. cap. 14.
4 Secundo de loc. aff. 4.
5 Aet. lib. 3. ſerm. 3. cap. 6.
Auic. lib. 4. f. p. tr. 4. cap. 14.
Et lib. 3. f. 18. tr. 2. cap. 2.
6 Tertio aph. 16. Sexto aph. 36.
Septimo aph. 48. Tertio progno. 71.
7 De pulſ. ad Tyron. 11.
8 Quarto de præſag. expulſ. 121. D.
9 Primo 6. epid. 29. Et 4. 6. epid. 25.
Primo de diff. febr. primo.
Octauo meth. primo.
10 Primo ad Glauc. 2.
11 Secundo de criſ. 9.
12 Quarto aph. 43. 48.
13 Primo de differ. febr. 5.
14 Decimo meth. 5.
15 De medic. art. conſt. 18.
16 Secundo prognoſtic. 6.
17 Auic. l. 4. f. 1. tr. 4. cap. 13.
Et lib. 1. f. 2. doct. 3. cap. x.
Primo de diff. febr. 9.
18 Secundo de criſ. 7. 2. 3. epid. in prohe.
19 Secundo in 3. epid. 4. 5.
20 De tum. præt. naturam. 6.
21 Secundo 6. epid. 14.
22 Secundo de criſ. 10.
23 Secundo aphor. 23.
24 De medic. art. conſt. 18.
De tot. morb. tempor. 4. 6.
25 De tot. morb. tempor. 6.
De tum præter. naturam 6.
26 Quarto aph. 53.
Quarto de loc. aff. 3.
27 Primo de diff. febr. 9.
28 29 Septimo aphoriſmorum 44. 45.
30 Tertio acutorum 58.
Secundo prognoſt. 65.
31 Tertio de criſ. 3.
Aret. lib. primo cap. 10.
Auic. lib. 3. f. 10. tr. 4, cap. primo
32 Secundo prognoſtic. à tex. 64, inde
Auic: lib. 3. f. x. tr. iiij: cap: primo,

Tabula Octuagesimasecunda, Febris cum inflammatione, vel apostemate curatio.

In curãda febre cũ inflammatione vel apostemate opa, seu ĩtẽtiones curatiuæ sumuntur à

- Causa q̃ est
  - Externa
    - Ab hac si ab jt [a] nihil indicatur. At si adsit fouens, vel augens febrem cum inflammatione, indicatur ablatio, & transitus ad causam contrariam. Vt si à multa exercitatione, defatigatione [b], victu pleniore, & q. venas nimis [c] replet huiusmodi febris excitetur, ab ijs ẽ abstinendum.
  - Interna q̃ est
    - Patiens, q̃ ẽ habilitas ad febrem cum inflãmatione, vel apostemate ob
      - Plethoram [d], idest, multitudinem, vel plenitudinem con seruantem, fouentem, vel augentem huiusmodi febrem, à qua indicatur
        - Vacuatio [e f], Conuenit [e] sanguinis missio ex hepatica, quæ per se vacuat, vel paucitas Conuenit etiam inedia, quæ vacuat per accidens [g h].
        - Auersio [d], repercussio, deriuatio, digestio: Si post sanguinis missionẽ perseueret affectus, auertatur, ac deriuetur materia ad alias partes p frictiones [i], cucurbitulas, vincula: repellatur (vt infrà dicetur) & demũ educat̃ ex parte affecta p digerẽtia medicamẽta, sed nõ p balneũ [k], nec per exercitationem.
      - Cacochimiam [k d]. i. succorũ prauitatẽ ob aliquem alium humorem à sanguine redundantem. A quo humore indicatur
        - Inhibitio ne talis humor generetur per conuenientem victus rationem, & per medicamenta ventriculum, & hepar roborantia adhibita — Interius, & Exterius.
        - Alteratio geniti per contraria [d] alimenta, & medicamenta.
        - Vacuatio humoris [f e] peccãtis p medicamẽta præsertim cathartica [k] p os, & anũ indita, nisi q.d [l] impediat.
        - Auersio per eadem medicamenta, per sanguinis missionem, cucurbitulas, frictiones, vincula.
        - Repercussio, deriuatio ad partes vicinas, & digestio, vel discussio ex parte affecta quemadmodũ infrà dicetur.
      - Debilitatem [k] alicuius partis ob aliquam intemperiem: Tollenda est [m] intemperies per contraria alimenta, & medicamenta. Deinde pars corroboranda [n], & vis [o] illi est adaugenda per astringentia diuersa in partibus diuersis.
    - Efficiens, vel agens, idest humor simplex [e], vel mixt⁹, qui ẽ causa
      - Antecedẽs cõtẽta ĩ
        - Toto corpore à qua indicatur
          - Inhibitio ne noua materia generet̃: Id præstat conueniens victus ratio, quæ in febre cum inflammatione, quia est [p] acuta, debet esse in quantitate tenuis [q]. Conuenit ergo [r] inedia vsq; ad septimam, nisi vires sint infirmæ, in qualitate verò refrigerans, & humectans. Conuenit ptisana, panis in aqua decoctus, lactuca [s]. Potus sit aqua hordei cum iulep violato. A frigidæ [s t] autem potione abstinendũ, nisi periculum sit, ne in hecticã incurrant ægrotantes. A vini potu [q] arcendi, donec inflammatio soluatur. Motus animi, & corporis vitãdus, & [u] quies integra vsurpanda. Somnus [x] nocet, iuuat vigilia. Aer sit temperatus. Aluus irritãda est clysterib⁹ nunc mitioribus, nũc acrioribus. Inhibetur ẽt ne noua materia generetur, si robur addatur partibus coctioni seruientibus scilicet ventriculo, & hepati ex oleo melino, rosato, omphac., mastiçino, & similibus.
          - Alteratio: Facit ad alterandum prædicta victus ratio, & medicamenta (veluti sunt syrupi, aquæ seu decocta, & antidoti) contraria humori febrem cum inflammatione facienti, vt si materia sit calida, biliosaque madefacienda, refrigerandaq; est per alimenta, & medicamenta frigida, & humida, si pituitosa, incidenda, extenuanda, calefacienda, & siccanda, si biliosa simul & pituitosa, vsurpentur quæ partim qui dem refrigerent, & humectent, partim etiam incidant, & extenuent, sic de cæteris.
          - Vacuatio p [y]
            - Sanguinis missionem: Si vires, & cætera consentiant, iniecto priùs (præterquam in hypochondriorum inflãmatione [A]) clystere, secanda [y] est vena primò media si plenitudo adsit (vt plerumq; solet), & copiosè sanguis extrahatur. Deinde quæ partem inflammatam respicit. [B] Magna autem plenitudine non existente non media incidatur, sed quæ cum parte inflammata societatem habet, .s. vel ex cephalica, sub lingua, poplite, in malleolis, & cætera, siq; opus esse videatur, iteretur missio.
            - Medicamenta adhibita per
              - Os: Mirabiliter conferunt ab initio lenientia [C] vt cassia, manna, syr. rosl., & similia. Conferũt ẽt cathartica humorem peccantem respicientia, dummodo non sit inflammatum [D] iecur, ventriculus, intestina, vel partes circa sedem, in quibus soluentia non conueniunt nisi in [E] remissione. Neq; solum faciunt quæ per aluum, sed etiam quæ per vomitũ vacuant, ita quæ vrinas promouent, præterquam in renum, vesicæ, aut pudendorum inflammatione, pariter quæ menses in mulieribus educunt, nisi vterus phlegmone laborauerit.
              - Anum: Faciunt clysteres molliores in biliosa vt sunt communes ex mulsa, vel ptisana: sed in pituitosa acriores, vt ex decocto centaureæ, origani, meliloti, colocynthidis, agarici, hiera, benedicta, diaphinic., castoreo, melle, oleo liliaceo.
              - Cutem totius copis: Faceret balneum, sed non conuenit [F] nisi in pulmonis [G] inflammatione factis alijs vacuationibus, & nisi adsit [H] alui fluxio, vel profusio sanguinis è naribus, cibi fastidium, virium debilitas.
          - Trãslatio ad alias partes per
            - Auersionẽ [I] vel reuulsionem: Faciunt ad auertendum dictæ vacuationes per partes longinquas [I], ita quoq; frictiones [K] nõ mu tæ ad coxas, crura, brachia, scapulas, dorsũ. Faciunt [I] vincula supra talos, genua, brachiale, cubitũ. Ita cucurbitulæ ad crura, coxas, nates, brachia, scapulas.
            - Repulsionẽ [K]: Hæc magis videtur pertinere ad causam continentẽ, attamen causa quoq; antecedens quatenus fluit indicat esse reprimendũ factis prius vniuersalibus vacuationibus [L]. Quare adhibenda est repulsio, [K] vt infrà dicetur, non tamen semper, & vbiq; [M].
        - Alijs partibus: Petuntur intentiones curatiuæ ex proprijs illarum partium affectibus.
      - Continens vel coniuncta quæ actu faciti flãmationẽ A qua indicatur.
        - Translatio ad alias partes per
          - Auersionẽ [N], vel reuulsionem: Confert auersio tum ratione causæ antecedentis (veluti dictum est supra) tum ratione causæ continentis, idest, conuenit auersio tùm ratione materiæ fluentis, vel aptæ ad fluxionem, tum etiã ratione materiæ, quæ ad inflammationẽ fluxit. Hoc nomine iuuat sanguis ex quacumque corporis parte, & quomodocumq; missus, medicamenta [I] vacuantia siue lenientia, siue soluentia, frictiones, vincula, cucurbitulæ cum scarificatione, & sine scarificatione non ad partem affectam, sed ad oppositas [K].
          - Repulsionem [N], vel repercussionem [I], vel repressionem: Id præstant [I] repellentia, vel (vt vocat Celsus) reprimentia tùm mitiora tùm mediocria [O], tũ valentiora, pro inflãmationis specie [P], pro partiũ diuersitate, & in q b⁹ cõueniũt, nã ad thoracẽ nõ sũt vsurpãda [M].
        - Extractio quæ est
          - Insensibilis [Q N], .i. sensu non percepta: Præstatur talis vacuatio, vel extractio [K] per medicamenta digerentia [Q] adhibẽda post principiũ, & vniuersales vacuationes. In augmẽto, & in statu miscenda sunt cum adstringentibus; & in declinatione per se sola — Facit oleũ amygdalarũ dulciũ, camem. liliaceum: sic decoctum camemeli, melil. origani. Si vergat ad suppurationem vtẽdũ est cataplasmate ex farina fœnugræci [S] hordei, lini, & sim. pro partiũ diuersitate.
          - Sensibilis [Q N] per partem
            - Vicinã [Q] loco affecto: Confert si deriuetur materia ad partes vicinas per cucurbitulas hirudines, & sectionẽ venę vicinę, applicationẽ cerati ex thapsia, synapismi factis alijs vacuationibus, vt verbi gratia in declinatione inflãmationũ [T] partiũ spiritaliũ bechica tussim mouentia vsurpãtur, vt humores extrahãt per os [V], quod est proprijssima via educẽdi ea, quæ in thorace cõtinẽtur, & si natura per vrinas, vel deiectiones illos expellere conetur (vt interdum [X] euenire solet) iuuandus est illius motus.
            - Affectã: Extrahitur materia p locum affectũ cum facta est suppuratio vel per caustica [Y] medicamenta, vel per chirurgiam adhibendo gladiolum ad vomicã (sed non proti nus [Z]) in loco editissimo vbi cutis est tenuissima, & deinde medicamentum sine morsu siccans imponendum.
- Morbo .i. ab ipsa inflãmatione, vel apostemate
  - Ab inflãmatiõne (quæ priùs est tollenda, cum sit (vt inquit Auic. [a]) radix curõnis) quatenus est intemperies [b] calida, indicatur refrigeratio per victus rõnem, & medicamenta refrigerantia. Refrigerat ẽt per accidens — Inedia, missio sangu. & purga- tio quę superius sũt exposita.
  - Sed quatenus est magnitudo aucta, indicatur imminutio [c] dictæ magnitudinis, quæ pręstabitur ablata causa continente vt supra est ostensum.
  - Sic etiam sanabitur solutio continui quæ ab eadem causa pendet.
- Loco affecto .i. à parte inflammata: Multæ hinc sumuntur indicationes nam pro diuersitate partium affectarum non solùm medicationes [d] variare oportet, verũ etiam victus rõne, sed potissimum spectatur situs, qui docet quomodo facienda sit auersio, repercussio, deriuatio, ac digestio, & vbi adhibenda sint medicamenta, verbi gratia in cerebri, eiusq; membranarum inflammatione, oxirodinum [e] ad futuram coronalem derasis prius capillis est applicandũ: in inflammatione oris [f] ventriculi, & pręcordiorum refrigerantia ibidem sunt adhibenda, sed non supra pectus, & inflammatione vteri [D], & vesicæ nec menstrua, neq; vrinæ prouocandæ. Docet quoq; situs vbi affigendæ sint cucurbitulæ, & excitanda [m] cauteria, necnõ quando mitiora, vel validiora pfidia sint vsurpanda, vt si affectus sit intra craniũ, vel pectus adhibẽda sunt validiora, ne virtus præsidij in longo itinere hebetescat [g].
- Symptomate
  - Insepa- rabili
    - Febre acuta: Indicatur refrigeratio [h], & madefactio per alimenta, & medicamenta veluti supra dictum est.
    - Dolore [i]: Indicatur [K] lenitio per anodina, q̃ relaxando aliq.d et materiæ vacuant, huiusmodi est oleum amigd. dulcium, lac, & similia.
  - Separabili
    - Vigilia: Indicatur somnus conciliandus per somnifera, quæ tum interius, tum exterius admouentur.
    - Siti: Hanc sedant aqua hordei, ptisana, diacodion, & demùm ea, quæ refrigerant, & madefaciunt per se, & per accidens.
    - Difficultate respirandi: Collocetur ęger erecta ceruice, reuellatur, & relaxetur materia.
    - Syncope: Ab hac indicatur refectio per ea, quæ reficiunt ipsos spiritus.
    - Sublatione atque vaporũ ad caput: Indicatur repercussio [l] per oxirodina capiti admota, sic auersio ad alias partes per frictiones, vincula, & cucurbitulas [m].
    - Possunt etiam alia symptomata febribus cum inflammatione superuenire, quæ vel ad morbi ablationem auferuntur, vel ex proprijs remedijs alibi expositis.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto meth. 3.
b Secundo ad Glauc. primo.
Primo de Fracturis 2.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 13.
c Auic. lib. 4. f. 1. tr. 2. cap. 36.
d xiij. meth. 6.
e Secundo aphorismorum 22.
Quarto acut. 19.
De cur. ration. per sang. miss.
De venæ sect. contra Erasistrat. cap. 5.
Primo aphoris. 3.
Tertio 3. epid. 83.
Secundo ad Glauc. primo.
13. meth. 5. 6.
Secundo catatop 1. pag. 136. H.
Primo ad Glauc. 15.
f 13. meth. 8. De art. medic. 95.
g Secundo aphor. 12. Quarto aph. 2.
13. meth. 7.
h 13. meth. 6.
i 13. meth. 5. 6.
k 13. meth. 6. Septimo apho. 42.
Auic lib. 4. f pri. tr. 4. cap. 15.
l 13. meth. 6. 11.
m 13. meth 6. De art medic. 95.
n Secundo ad Glauc. primo 13. meth. 6.
o De art. medicin. cap. 95.
p Secundo de cris. 9.
Quarto aphor. 43. 48.
q Primo ad Glauc. 3.
Auic. lib 4. f. 1. tr. 4. cap. 15.
De venæ sect. contra Erasistr. cap. 5.
13. meth. 13.
r Decimo meth. 5. 13. meth. 6.
s Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 15.
t 13. meth. 6.
u Primo de diffic. respir. 9. 13. meth. 6.
x Secundo aphor. 1.
y 13. meth. 2. 6.
14. meth. 3. 4.
A Quarto acut. 21.
B 13. meth. 11.
De curandi ratione per sang.
C 13. meth. 20.
D 13. meth. 6. 11.
E 13. meth. 15. 20.
e 14. meth. 3. Setundo ad Glauc. 2.
F 13. meth. 6. Septimo aph. 42.
Auic. lib. 4. f. p. tr. 4. cap. 15.
G Tertio acut. 58. 59.
H Tertio acut. 62.
11 meth. 20.
I 13. meth. 6. 11.
K 13. meth. 6. 14. meth 3.
L De art. medic. 95. Tertio 3. epid. 76.
14 meth. 3. Secundo ad Glauc. 2.
M Quinto meth. 6. 11. meth. 17.
13 meth. 12. De med. art. const. 17.
N 13. meth. 5. 9. 14. meth. 3.
De art. medicin. 95.
O 13. meth. 15.
P 13. meth. 8.
Q 13 meth. 5. 6. 9. 14. meth. 3.
R 11. meth. 17. Secundo ad Glauc. 2.
De art. medic. 95.
S 13. meth. 5. 14. meth. 3.
T Decimo simplic. 20. Septimo catat. 5
De art. medicin. 94.
De medic. art. constit. 17.
V Septimo catatop. 3.
X Sexto de loc. aff. 4. Septimo aph. 30.
Y Septimo aphoris.
Z Secundo ad Glauc. 2. 13. meth. 5.
a Auic. lib. 4. f. p. tr. 4. cap. 15.
b 13. meth. 6. 14. meth. 3.
c 14. meth. 3. 4.
d 13. meth. 6. in fine & 9. 11. 12. 13. 14. 15.
Secundo ad Glauc. 2.
De art. medic. 95. Primo de loc. affect.
e Primo ad Glauc. 15.
f Decimo meth. 6. 11. meth. 13.
g Septimo catatop. 4. De art medicin. 95.
h Primo aphor. 16. Auic. lib. 4. f. 1. t. 4. c. 15
i 13. meth. 6. 14. meth. 4.
K Secundo acut. primo. 13. meth. 8.
l 12. meth. 3. 4. 5.
m 13. meth. 6.

ADNOTATIONES.

In hac tabella plures intentiones, seu plura opera in huiusmodi febre curanda, quàm in cæteris sunt allata, quia (vt inquit Galenus) (a) febres cum inflammatione diuersas habent indicationes ab alijs putridis.

Animaduertendum est radicem (b) curandi febres cum inflammatione in ipsius inflammationis ablatione collocatam esse, quemadmodum etiam in curanda diaria ex bubone prius bubonis curationi Galenus (c) intendendum esse præcepit, & multò prius vlceri, vnde originem habuit.

Rem Deo Optimo Maximo approbante eò deduximus, vt omnibus explicatis, quæ ad febres simplices pertinere videbantur, nihil sit reliqui nisi vt compositas addamus, quod præstabitur in sequentibus quinq; postremis tabellis de Febribus.

a 11. *meth. cap.* 7.
b *Auic. lib.* 4. *f.* 1. *tr.* 4. *c.* 15.
c *Primo ad Glauc.* 3.

Tabula Octuagesimatertia, Compositarum febrium diuisio.

Febres compositæ diuersorum generum generalissimorum, siue (vt inquit [e] Auic.) elongatorum scilicet ephemeræ, putridæ, & hecticæ, dicuntur compositæ ratione

- Sui ipsius, hoc est ratione febris
  - In hoc casu plures febres [f] diuersi generis generalissimi, siue (vt inquit [e] Auicenna) elongati, ac remoti miscentur. Et tunc febres sunt
    - Duæ nam vel
      - Putrida [e] cum hectica coniungitur
        - Hæ duæ febres [a] sæpius simul implicantur, & de his agunt Authores [b]. In harum febrium compositione non modo cordis corpus [c] [c] incaluit, seu calefactum est, vel (vt dicunt) fuit positum in calefacto esse, sed etiam qui in ipso continentur humores, non aliter ac de lebete [d] calefacto, & aquę feruentis pleno euenit, simul enim lebetis [d] corpus, & liquor in illo contentus calefacti permanent.
      - Putrida cũ ephemera
        - Simul etiam hæ duæ febres componi possunt, & tunc non solùm incaluit humor, qui continetur in cordis ventriculis, sed simul etiam spiritus, atque aerea substantia; eo pacto quo si in folle [d] fabrili humor quispiam, & aer contineretur, & vtriq; simul calefacti perseuerarent.
      - Hectica cum ephemera
        - In tali febrium implicatione tùm continentia, quàm impetum facientia, scilicet partes solidæ, ac spiritus simul incaluerunt.
    - Tres [e]
      - Hinc est putrida cum hectica & ephemera simul coniuncta. Et tunc solidæ cordis partes, humores, ac spiritus simul calefacti sunt: quemadmodum quando in fabri folle omnia simul incaluerunt, nemper humor contentus aer, & follis corpus.
- Alterius
  - Quemadmodum quãdo duabus vel tribus ex dictis febribus simul implicatis aliquis alius affectus veluti est vlcus, vel inflammatio [e] adiungitur.
    - De his agitur tabula 87. & vltima.

Sauonarola

AVCTORITATES.

a Sauonarola lib. de Febrib. compos. rubrica prima cap. 17.
b Primo de differ. febr. 10.
Decimo meth. 5.
De marcore 7.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 3. c. 1. in fine. & tr. 4. cap. 16.
c Primo de diff. febr. 1.
Tertio de præsag. ex puls. 2.
d Primo de diff. febr. primo.
e Auic. l. 4. f. 1. tr. 4. cap. 16.
f Secundo de cris. 7.

ADNOTATIONES.

Animaduertendum est quòd quamuis febris ephemera cum putrida, & cum hectica (vt in tabella dictum est) componi possit; tamen siue quia ephemeræ (a) signa à signis putridæ, vel hecticæ obscurantur, & offunduntur; siue quia curationem putridæ, vel hecticæ sibi coniunctæ non variet, sed conseruet ad breue exiguumq́ tempus duratura: idcirco quemadmodum illius compositio cum cæteris febribus ab Authoribus omittitur, sic & nos faciemus, & solùm de hectica, cui putrida coniungitur verba faciemus in sequentibus tribus tabellis.

Complectitur hæc tabella febres compositas diuersorum generum generalissimorum, seu elongatorum, (b) nam de compositis diuersorum generum proximorum, seu mediorum, seu subalternorum iam suprà copiosè egimus in tractatione hemitritæi, quemadmodum de compositis specie conuenientibus in tabulis de tertianis est actum.

a Primo de diff. febr. 7.
Sauonarola lib. de febr. compos. rubr. 1. cap. 17.
b Secundo de cris. 7. 9.
De typis 3.
Auic. lib. 4. f. 1. tr. 4. cap. 16.

Tabula Octuagesimaquarta, Compositarum febrium generalissimarum definitio, differentiæ.

Compositę febres generalissimæ, quæ propriam & peculiarem postulant tractationem sunt hectica, & putrida simul coniunctæ. Cuius differentiæ sumuntur à

- Causa quę est
  - Externa
    - Causæ externæ, vel procatarcticæ [a], vel primitiuæ [b], quæ rebus faciendis assumendis excernendis & incidentibus extrinsecus continentur putridam cum hectica gignunt præcipuè in Autumno, quatenus partes solidas ad incendium disponunt, vt ira [c], tristitia [d] vigiliæ lassitudo, solis ardor, & similia; nec non quatenus etiam multos [e] ac prauos generant humores, qui sunt materia, & subiectum putredinis, quæ oritur ex inhibita ab eisdem transpiratione [e f].
  - Interna, & tunc talis causa est
    - Patiens
      - Huiusmodi sunt illæ quę non per se gignunt hecticam cum putrida, sed quatenus generant putredinem in humoribus, & calorem præternaturam in partibus solidis. Tales autem causæ sunt
        - Tēperatio
          - Quælibet temperatio sed præsertim calida [g] humida in putridam febrem facilè incidit, in hecticam verò calidi sicci [h i] videlicet biliosi, deinde calidi humidi, calidi tantùm, sicci tantum. In hecticam cum putrida mixtam calidi [k] sicci.
        - Habitus corporis
          - Graciles [l] valdè propensi sunt ad hecticam; ad putridam verò quilibet habitus, sed præsertim obæsus, quemadmodum sunt calidi, & humidi.
        - Ætas
          - Iuuenes [m] habiles sunt ad hecticam, ad putridam quælibet ætas, sed præcipue adolescentia, in hecticam cum putrida coniunctam Iuuenes [k].
        - Sexus
          - Mares sæpius, interdum etiam fœminæ in hecticam incidunt: in putridam verò sexus quilibet, masculinus propter caliditatem, & fœmininus propter humiditatem. Hecticæ, cui putrida sit implicata magis expositas esse mulieres historia bis à Galeno [n] proposita nos docet.
    - Efficiens quæ ꝓpriè causa à Medicis vocatur
      - Sunt humores [o] cuiuscumq; generis, & quolibet in loco putrescentes ratione febris putridæ. Ratione verò hecticę est omne id, quod caliditatē in partibus solidis efficere potest, veluti est febris
        - Diaria
          - Interdum ex diaria propter nimium laborem, iram, tristitiam, & huiusmodi in temperatione [p] biliosa, in squallenti, & gracili habitu hectica excitatur.
        - Putrida
          - Sine inflammatione
            - Sæpissimè ex causo [q], synocho, tertianis, & eiusmodi in squallenti habitu si abstineatur à frigida, & à refrigerantibus exterius adhibitis, & vsurpentur interius calefacientia, & præcipuè cathartica, fit hectica.
          - Cum inflammatione
            - Non rarò ex inflammatione ventriculi [r s] hepatis ilei coli pulmonis, & aliarum partium thoracis, ita quoque ex vlcere pulmonis vt in phthisi, & ex vlceribus quarumdam aliarum partium fit hectica.
- Morbo qui est
  - Febris ipsa calor scilicet pręternaturam [t u] ascititius non suauis neq; moderatus, sed acris mordax & ad tactum molestus & asper, ita vt velut fumus nares, & oculos, sic ipse tactum instar medicaminis acris videatur erodere. Differt autem secundum magis, & minus pro varijs febrium differentijs, nam in putrida cognoscitur sensu tactus tùm ipsius ægrotantis, tum tangentis medici, tùm etiam ex causis & effectis, præcipuè ex pulsibus, & vrinis [y]. In hectica verò talis calor non sentitur ab ægro, qui ob id putat [a] se non febricitare, nisi ab accepto cibo, sentiturque maior in arterijs, quàm adiacentibus partibus, estque perpetuò sibi similis.
- Loco affecto
  - In hectica cum putrida coniuncta cor afficitur non modo secundum partes [b] solidas, verum etiam secundum humores, nunc per se, vel per essentiam, nunc per consensum, quemadmodum in proprijs istarum febrium tabellis dictum est. Et quamuis oriantur semper febres [c] omnes à corde, pertinent tamen etiam [d] ad totum corpus.
- Symptomatis
  - Symptomata hecticæ cui aliqua ex putridis implicata sit plurima sunt, & varia, quemadmodum in propria ac peculiari putridarum & hecticæ tractatione quilibet videre potuit, insigniora tamen, & quæ curationem ad se trahunt sunt
    - Vigilia, coma, delirium, conuulsio, dolor, syncope, sitis, inappetentia, alui fluxus, macies, vel extenuatio, & similia.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo meth. 8.
b Auic. , & Gentiles, lib. primo f.2 doct.2.cap. 1.
c Decimo meth.cap.5.
Tertio de præsag.ex pulſ.4.&7
d Decimo meth.5.
e Primo de differ.febr. 3.
f Octauo meth.4.
g Primo de temperam.4.
Octauo meth.7.8.
h Octauo meth.2.8.
Decimo meth.5.6.
Primo de diff.febr.9.
i Decimo meth.3.
k Decimo meth.5.
l Octauo meth.2.8.
Decimo meth.5.6.
Primo de diff.febr.9.
m Decimo meth.3.
n Decimo meth.5.
Primo de diff.febr. 10.
o Secundo de criſ.11.
p Octauo meth.2.6.
Decimo meth.3.4.5.
q Decimo meth.6.
Primo de diff.febr.9.
De marcore 5.
Aet.lib.4.cap.92.
Paul.lib. 2.cap.32.
r Decimo meth.3.
s Quarto de cauſ.pulſ. 11.
Septimo aphoriſm.16.
t Primo 6.epid.29.
Quarto 6.epid.25.
Primo de diff.feb.1.
Octauo meth.primo.
u Primo de differ.febr.7.
x Tertio de præſag.ex pulſ. 7.
y Primo ad Glauc.2.

a Tertio de præſag. ex pulſ. 3.
b Tertio de præſag. ex pulſ. 2.
Primo de diff. febr. primo.
c Primo de diff.febr.3.
d Octauo meth. primo.
De diff.morb.5.
Nono meth.14.

Tabula Octuagesimaquinta, Compositarum febrium generalissimarum signa.

Signa febriũ compositarum generalissimarũ sed præcipuè hecticæ cui aliqua ex putridis implicata sit, sunt

- **Memoratiua** — Sunt inuentio causarum procatarcticarum [a], quæ haberi possunt ex alijs, & magis ad [b] medici gloriam, quàm ad ægri salutem. Quare consultò hic à nobis omittuntur.
- **Indicatiua, à quibus mõstratur hecticę cũ putrida mixtæ**
  - **Causa q̃ est**
    - **Externa** — Signa ostendentia causas externas sunt eædem causæ [c], quæ antecessernnt, vt ira [d], tristitia [e], vigilię, lassitudo, labor, solis ardor, inedia ratione febris hecticę: ratione verò putridæ non incipere [f] ab aliqua causa externa, hoc est enim proprium [g] febris putridæ signum, sed non inseparabile, quia interdum putrida fit ab aliqua causa externa intercedente, vel non intercedente diaria; quatenus scilicet hę causæ faciunt vel ad generandum calorem præternaturam, qui est efficiens causa putredinis, vel ad gignendos multos, & prauos humores, qui transpirationem inhibentes putredinem efficiunt, & tunc antecessit talis causa maximè in autumno [e].
    - **Interna quæ est**
      - **Patiens idest habilitas ad hecticam cum putrida compositam**
        - Biliosi [g], iuuenes, graciles facillimè vel ex leui causa in hecticam incidunt. Ad hecticam vero putridæ implicatam, calidi [e] & sicci.
        - Ad putridam temperatio, corporis habitus, & sexus quilibet propensus est, sed præsertim calidi [h], humidi, obæsi, adolescentes mares, ac fœminæ. Ad putridam, & hecticam simul [i] mulieres, iuuenes [e].
      - **Efficiẽs**
        - Febris putridæ (siue sit synochus, aut aliqua ex tertianis exquisitis vel nothis, siue causus, quotidiana, quartana, siue cũ inflammatione, siue sine inflammatione) causa facile cognoscitur per signa in propria cuiuscũq; febris tractatione allata.
        - Hecticæ verò vix potest assignari, quia rarò hęc [k] febris habet adiunctam causam, potest tamen interdum ex aliqua putrida, vel diaria, vel aliquo alio affectu, vt vlcere, inflammatione, & huiusmodi fieri, & tunc antecesserunt propria horum affectuum signa.
  - **Essẽtia** — Est autem hecticæ cum putrida coniunctæ essentia calor præternaturam [l] ascititius immoderatus non suauis [m], qui sensu ipso cognoscitur, nam veluti fumus oculos, & nares pungit, & medicamen [n] acre partes erodit, ita iste calor tactum. Huiusmodi calor ratione febris hecticæ cum primum manus [o] admouetur mitis, ac debilis apparere deberet, in processu verò acris, & mordax erodens & aridus, eoq; magis quò plus tangendo immoraris, & maior circa arterias, quàm in adiacentibus partibus, semperq; [n] similis perseuerare (ex quo putant ęgrotantes se non febricitare) sine sensu incrementi (pręterquam ab accepto cibo) vigoris, aut remissionis. Cæterum ratione febris putridæ huic implicatæ, isthæc ferè omnia perturbantur; nam talis calor non semper sibi similis perseuerat, cum in principijs accessionum febrium intermittentium, vel continuarum vel non statim vel per moram obscurè apparet [p], manifestè quidem crescentibus, & consistentibus (quo tempore pulsus etiam variantur): præterea ægrotantes plùs satis sese febricitare cognoscunt: quare febris [q] tabida facilè latet, ac tantum febris ex humoribus putrescentibus orta sese ostendit. Sed si quis rei naturam rationemq; penitus perscrutari voluerit, optimè cognoscet quando putrida, vel hectica per se sola, & quando simul coniunctæ sint, quia quamuis [r] putrida suas accessiones cum pulsus contractione, & solutiones manifestè per sudores vel aliam vacuationem faciat, vt corpus in temperie positum tangentibus appareat; signa tamen ex arterijs partim dicta, partim dicenda sumpta semper remanent, cum neq; similiter vt alię partes refrigerentur, neq; celeritatem, aut frequentiã pulsus amittant, sed contractionis quidem celeritas abolutur. Quapropter ad omnem difficultatem tollendam consuluit [q] Gal. in febribus non solùm accessionum circuitus, ac similes proportiones aduertere, sed multò magis ipsius febris idæam.
  - **Locus affectus qui est primo cor, deinde totum corpus secundum partes [s] solidas ob hecticam, & secundum humores ob putridã. Afficitur autem cor**
    - **Per essentiam** — Antecessit [t] ira, tristitia, vel aliqua vehemens perturbatio, aut inspiratio aeris pestilentis, [u] febris pestilens, & huiusmodi. Atq; absunt signa aliarum partium affectarum.
    - **Per consensũ** — Antecessit atq; etiam [x] adest affectus vel in toto corpore, vt causus, synochus, tertiana; vel in aliqua parte vt inflammatio, aut vlcus in ventriculo, hepate, aut aliqua ex principibus particula, & tunc adfuerunt, vel etiam adsunt signa dictarum partium affectarum.
  - **Symptomata quæ sunt**
    - **Actiones lęsæ**
      - **Animales** — Adsunt nimię vigiliæ, & interdum velut [y] impotentia vigilandi. Aliquando delirium ob vapores acres ab humore putrescente elatos. Adest debilitas & segnities ad motum, & soluta [a], vel declinante putrida non sentitur calor ab ęgro, nisi post acceptum cibum, qui ob id febricitare, se non percipit.
      - **Vitales** — Pulsus [a] celeritatem, & frequentiam numquam amittunt, contractionem verò in [b] incremento febris [c] putridæ cum quiete externa crebiorem tantùm seruant, declinante autem putrida contractio [d] declinat, arteriæ non similiter vt alię partes refrigerantur. Respiratio quoq; est celerior, atq; crebrior.
      - **Naturales** — Lęditur coctio, lęditur nutritio læsa facultate attractrice, & retentrice, sed multò magis læsa coctrice, & expultrice. Quamobrem in dies magis isti febricitantes extenuantur.
    - **Excreta** — Vrina est vel [c] cruda & debiliter cocta vt in putrida, vel [e] ruffa & subflaua, atq; oleaginosa ob colliquationem. Sedimẽtum aut non adest, aut est præter [e f] naturam vt furfuraceum, squamosum, vel simile farinę crassiori ob consumptionem solidorum. Interdum vrina est similis naturali [g]. Deiectiones interdum supprimuntur, interdum redduntur plurimæ, ac fœtidæ vario infecto colore pro vario humore putrescente, non rarò etiam pręseferunt colliquationem, & [d] vnctuosæ sunt. Sæpius cum rore [a] aliquo, aut perspiratione vaporosa manifestè soluitur altera febris ex humorum putrefactione proueniens. Sudores etiam interdum adsunt ob debilitatem [h] retentricis. Ratione putridarum interdum alię possunt adesse excretiones, vt sanguinis per nares, vterum, hęmorrhoidas, vomitus, & huiusmodi.
    - **Affectus corporis** — Adest color pallidus aut plumbeus velut in mortuis conspicitur. Adest macies [d] & extenuatio corporis minor in principio, maior in progressu. Adest interdum tumor, murmur in ventre, crepitus, & similia, in hypochondrijs magna macies, & extenuatio.
- **Prognostica per quę pręcognoscitur**
  - **Euẽtus vel exitus** — Exitus in hectica cui putrida coniuncta sit dubius est & valdè periculosus; quoniam scripsit [i] Gale. (id quod in hecticæ tractatione dictum est) & docet experientia, vix potest solui hectica per se sola cum incipit constitui; exquisitè verò constituta non soluitur, & eò magis quando altera ex humorum putredine illi fuerit associata, nam tunc redditur curatio, quemadmodum, & cognitio difficilior. Si tamẽ vires fuerint robustæ [k], & curatio rectè administretur, ęger sanabitur. Quare diligenter conferenda est vis morbi [l] cum vi naturæ & ex huius, vel illius maiori robore, exitus est præcognoscendus.
  - **Tempus**
    - Hoc in hectica cum putrida composita plerùmque est [m] longum: terminatur tamen in sua longitudine vel tardius [n] vel citius pro maiori vel minori naturæ aut morbi robore.
    - Cognoscitur robur naturæ tum ex alijs actionibus [o], tùm ex pulsu, at vis febris ex ipsius specie vel idęa, ac symptomatis.
  - **Modus** — Modus in tali febrium compositione est varius pro varia putridæ specie, nam si fuerit acuta [p], plerumq; per crisim terminabitur, diuturna verò per solutionem ad salutem vel mortem, quam rem potissimum ostendunt signa salutis vel mortis, veluti crisim prænunciant signa critica. Aliquando iudicatur per [q] abscessum ad partem dolentem. Hectica verò non per crisim iudicatur (quemadmodum morbi [r] faciunt acuti), sed per solutionem siue ad mortem, siue ad salutem vergat, & semper vel plerumq; curatur ab extrinseco.

AVCTORITATES.

a Quarto de præsag. ex pulſ. 11.
b Primo prognoſtic. 4.
c De remed. parat. fac. in princ.
d Tertio de præſag. ex pulſ. 4. 7.
e Decimo meth. 5.
f Primo de diff. feb. 7.
Tertio de preſag. ex pulſ. 7.
g Decimo meth. 5. 6.
Primo de diff. feb. 9.
Octauo meth. 2. 8.
h Primo de temperam. 4.
Octauo meth. 7. 8.
i Primo de diff. febr. 10.
Decimo meth. 5.
k Octauo meth. in fine
Decimo meth. 6.
l Primo 6. epidem. 29.
Quarto 6. epidem. 25.
Primo de diff. feb. primo.
Octauo meth. primo.
m Primo de diff. febr. 7.
n Tertio de præſag. ex pulſ. 3.
o Primo de diff. febr. 9.
p Primo de diff. febr. 7.
In ſynops. pulſ. 16.
q Primo de diff. febr. x.
Decimo meth. 5.
r Primo de diff. febr. x.
Auic. lib. 4. f. prima tr. 3. cap. 2.
s Primo de diff. febr. primo.
Tertio de præſag. ex pulſ. 2.
t Decimo meth. 5.
Primo de diff. febr. 9.
Tertio de preſag. ex pulſ. 4. 7.
u Tertio de præſag. ex pulſ. 2. 3.
x De marcore. 5.
Primo de differ. febr. 9.
y Primo de diff. febr. 9.

a Primo de diff. febr. 10.
Auic. lib. 4. f. p. tr. 4. cap. 16.
b Tertio de præſag. ex pulſ. 7.
c Primo de diff. febr. 7.
d Auic. lib. 4. f. 1. tr. 3. cap. ſecundo.
e Auerrh. 4. collig. 33.
Auic. lib. 4. f. prima tr. 3. cap. 2.
f Auic. ibidem.
g Tertio de præſag. pulſ. 4.
Primo de diff. febr. 7.
10 meth. in fine.
h Secundo prognoſticorum. 60.
i Primo prorrhetic. 33.
k Decimo meth. 5.
l Secundo prognoſtic. 6.
m Decimo meth. 5.
n De medic. art. conſtit. 18.
o Ibidem & 4. de præſag. ex pulſ. 11.
p Tertio de criſ. 1. 2. 3.
q Auic. l. 4. f. p. tr. 2. cap. 2.
r Tertio de criſ. 3.

Tabula octuagesimasexta, Febrium compositarum generalissimarum curatio.

In compositarum febriū generalissimarū & præcipuè hecticę cū putrida coniunctæ curatione, Opera seu intētiones curatiuæ sumuntur à

- **Causa**
  - **externa**: A causa externa in hectica putridæ mixta pauca indicantur, quia cùm hectica sit morbus [a] factus, rarò habet causam coniunctam, & cùm febris putridæ proprium [b] sit non oriri ab aliqua [c] ex istis causis, persæpè nulla adest causa extrinseca. Quare si causa tales febres compositas fouens sit aliqua ex externis, vt ira [d], tristitia [e], vigiliæ, cogitationes, lassitudo, labor, solis ardor, inedia, praua victus ratio in sex rebus non naturalibus vocatis, & similia, statim hæc amoueantur, & æger ad contrarias causas traducatur.
  - **Interna ratione**
    - **Putridæ**
      - **Est humor aliquis siue simplex, siue mixtus, siue purus, siue impurus. A quo indicatur**
        - **Inhibitio, ne talis humor subinde generetur, cum lōgè [f] præstantius sit prohibere ab initio ne multa materia generetur, quā sollicitū esse de vacuanda. Non generabit autem materia si habeatur ratio**
          - **Materiæ, quæ suppeditatur à victus ratione in sex rebus non nãlibus**
            - Victus formam variare magnopere oportebit pro multiplici, & diuerso febrium putridarum genere, qua quidem in re maxima cautio, ac diligentia est adhibenda, nam quantitas alimentorum ratione febris putridæ nulla esse deberet, cum [g] morbus indicet inediam, vires verò alimentū; morbus contraindicat vel non tollerat cibum, & vires contraindicant, vel non tollerant inediã. Præterea [h] in hectica (cum sit morbus longus) nullo pacto conuenit victus tenuis, sed vel mediocris, vel (si concoqui potest) etiam plenior. Quarè hi scopi scilicet tùm [i] vires, tùm morbus idest febris hectica cum putrida composita diligenter sunt inter se conferendi, & ei plus tribuendum, quod magis vrget altero non neglecto. Maximè nocet vt plurimum cibus in statu [k] vniuersali, minùs in incremento, adhuc minùs in principio vniuersali. De temporibus vero particulaiibus maximè nocet in [n] accessione, præsertim [l] si plethora, obstructio, vel inflammatio adsit: sed in stomaco bilioso, aut imbecillo, aut valdè sensili propter siccitatem, statim à principio dari cibus debet; qui in qualitate sit humidus, vt est ptissana [m], panis in aqua madefactus, vel decoctus; ita in iure paruæ pullę gallinaceæ; quo cùm ferbuerint folia lactucæ, endiuiæ, ità cucumeres, cucurbitę, lactuca, intybus, & similia. Post [l] cibum nisi adsit phlegmon [o], aut obstructio in visceribus, aut multitudo, bibenda est aqua frigida præsertim primis diebus, incipiendumq; à duobus ciathis, idest, à tribus plus minùs vncijs, & progrediendum vsque ad vnam, & duas heminas, vt ad vncias decem, & viginti.
            - Potus sit aqua hordei cum iulep violato, vel destillatum ex pullo. Interdum ad vires reficiendas vinum album tenue dilutum. Aer sit frigidus, & humidus (nisi quid prohibeat) cuiusmodi est in locis subterraneis [p]. Irroretur pauimentum aqua frigida, spargantur in eodem rosæ, capreoli vitium, ac ruborum, rami lentisci, folia cannarum, salicis, lactucę.
            - Decidat aqua de vase in vas. Confert mirabiliter huiusmodi aer per inspirationem attractus [p], præsertim vbi cor primò est afflictum, & si timeatur ne nimium frigidus noceat adstringendo poros, æger stet coopertus pannis. Conuenit quies. Fugiantur vehementes animi perturbationes, & nisi aluus suo munere fungatur, irritetur clysteribus mitioribus, veluti sunt communes, ex mulsa, & ex iure pullorum, agni, veruecis, & eiusmodi.
          - **Efficientis, idest, caloris partium seruientium coctioni**: Cum in omni [q] febre ciborum coctioni prospicere oporteat, roborandus est vētriculus, & hepar per astringentia exterius, & interius adhibenda.
        - **Alteratio genitæ [r] materiæ p**
          - **Victus rationem**: Cibi & potiones, ita etiam cæteræ sex res non naturales debent ita vsurpari vt resistant humori febrem facienti, vel potiùs humorem contrarium generent, dummodo hecticam non augeant.
          - **Medicamenta quæ sunt**: Syrupi, decocta, vel aquæ, & antidoti
            - Si humor sit crassus [s] ac tenax vsurpentur incidentia, & extenuãtia.
            - Si calidus, ac tenuis refrigerantia & incrassantia, nam sic redditur humor habilis ad expulsionem.
        - **Vacuatio per**
          - **Sanguinis missionē**: In omnibus [q] putridis, si vires & cætera consentiant confert mittere sanguinem à principio lenita prius aluo, nam sic leuatur natura tamquam à sarcina. Nisi mitti queat ex cubito [t], scarificentur malleoli, applicentur hirudines ano, & vsurpetur inedia, quæ vacuat per accidens.
          - **Medicamēta ducentia per**
            - **Vomitum**: Maximè confert vomitus præcipuè in [u] principio accessionis, quinimmo in prima accessione sub canicula in iuuene; qui ex ira febricitauerat Gal. [a] duas frigidæ heminas propinauit, & propinare præcepit, qui primum statim flauissimam bilem euomuit, deinde eamdem deorsum excreuit, & prosperè exitus consecutus est.
            - **Deiectiones**: Faciunt clysteres, conferunt et lenientia per os adhibita (licet non probentur à medicis Florentinis. Apparentibus [x] manifestis coctionis signis, & in declinatione conueniunt cathartica.
            - **Vrinas**: Post sanguinis missionem conferunt diuretica [y] non valdè calida.
            - **Sudorem**: Sæpè iuuat sudor: Ad quem mouendum confert vinum album tenue, aqua hordei, ptissana, frictiones, oleum chamæmelinum, anethinum, amygdalinum.
    - **Hecticę**: Quemadmodum supra dictum est talis febris rarò habet [b] causam coniunctam. Potest tamen aliquando aliqua alia febris ex putridis, aut diarijs, aut quispiam alius [l] affectus veluti inflammatio, aut vlcus quemadmodum in phthisi propriè dicta hecticam febrem efficere, & tunc
      - Nisi valdè vrgeat hectica prius curāda est putrida, si valdè vrgeat modò huic, modo illi ē incumbendum: Gal. [a] post nutritionē quæ in qualitate esset humida, aquę frigidæ binos, vel ternos ciathos propinabat, maxime in prima protinus accessione, nam in progressu corporibus ad calidam siccitatem perductis nocet. Sed cauendū est ne inflammatio, vel obstructio, vel multitudo adsit.
      - Si verò adsit vlcus vt in phthisi propriè dicta: Prius amouendum est vlcus si id fieri potest, per ea quæ phthisi medentur.
      - Sic si adesset [l] inflammatio, vel alius affectus: Ille prius esset curandus.
- **Morbo, idest ipsa febre, in qua ē**
  - **Fiens [c] idest illud quod est in generatione ratione febris putridæ**: Ab hoc indicatur inhibitio [c] ne fiat per ea, quæ obstructioni medentur.
  - **Factum**: Est essētia ipsius febris quæ ē caliditas. Ab hac indicatur refrigeratio [d] per ea quæ refrigerant.
    - **Per se**
      - **Actu**: Vt ē aqua, vel aer frigidus: Cōferūt vt dictū est
      - **Potētia**: Quemadmodum est ptisana calefacta.
      - **Vtroq; modo**: Veluti est potio aquæ frigidæ.
      - **Hęc aūt omnia refrigerantia sunt**
        - **Alimēta**
          - **Cibi**: Conuenit ptissana, panis lotus, vel in aqua decoctus, lactuca, ēdiuia, cucurbita, cucumeres, pepones. Vult Auic. [e] fructus omnes esse vitandos, quia ebulliunt, ac putrescunt.
          - **Potiones**: Confert aqua hordei cum iulep viol., sed nihil melius est aqua [f] frigida tempestiue [g] tamen, ac moderate data.
        - **Medicamēta**
          - **Interius**: Faciunt syrupi, decocta, vel aquæ, & antidoti refrigerantes.
          - **Exterius [h]**: Summopere confert [h] balneum aquę dulcis si administretur citrà horrorē, & non adsit imbecillitas in visceribus, neq; vlla [l] inflammatio non cruditas in primis venis, neq; in cæteris [l] humoribus. Quomodo autem balneo sit vtendum dictum est in hecticæ curatione. Conferunt etiam epithemata, & vnguenta refrigerantia ad cor, hepar, & renes.
    - **Per accidēs**: Refrigerat per accidens missio sanguinis & cæteræ dictæ vacuationes per deiectiones, vomitum, & eiusmodi.
- **Symptomate**: Si adsint symptomata [i] subeuntia vicem causæ prosternentis vires, aut augentis morbum, quemadmodum sæpè solent esse in hectica, cui alia qua ex putrescentibus humoribus orta implicetur: cogitur medicus relicta causa, & morbo succurrere symptomati; vt syncopæ reficiendo vires, & nutriendo etiam [k] in accessione, dolori capitis, & delirio adhibendo oxirodinum. Sic nimio somno per ea, quæ à somno excitant, vigilijs verò per soporifera, & sic de alijs. At nisi valdè vrgeant [i] symptomata nihil indicant, quoniam facilè tolluntur ablato morbo, quem sequuntur velut vmbra corpus.

AVCTORITATES.

a Octauo meth.cap. 6.
b Aet.lib.5.cap.74. Paul.lib.2.c.17.
c Primo de diff. febr.7.
Tertio de præsag.ex pulf.7.
d Tertio de præsag. ex pul.4.7.
e Decimo meth.5.
f Secundo de nat.facult.8.
De præcog.ad Posthum.8.
g Primo aphorism.7.
h Primo aphorism.4.
i Decimo meth.5.
k Primo aphorism. 7.8.10.
l Decimo meth.5.
m Decimo meth.11.
n Primo aphoris. 11.19.
Quarto acut.39.
o Decimo meth.5. De marcore 7.
p Decimo meth.8.
q 11.meth.15.
r De art.medicin.89.99.
s Primo ad Glauc.9.10.11.
Auic.lib.4.f.pri.tr.2.cap.7.
t Secundo aphoris.17.
Primo ad Glauc.x.
u 11.meth.x.
Primo ad Glauc.10.11.
x Primo aphoris.22.
y xi. meth.9.

a Decimo meth.5.
b Octauo meth.cap.6.
c xi.meth. 7.9.
d xi.meth.9.
e Auic.lib.4.f.prima tr.2.cap.7.
f 11.meth.9.
De marcore.8.
g Decimo meth.cap.5.
h 11.meth.20.
De marcore 7.
i xi.meth.11. 12.meth.1.2.
Primo ad Glauc.14.
Auic.lib.1.f.4.in fine.
k 10. meth.cap.v.
l De marcore cap.8.

ADNOTATIONES.

Galenus videtur varius in administrãdo balneo, in hectica febre, cui putrida sit coniuncta: nam decimo methodi capite decimo versus finem illius vsum interdicit: septimo verò capite libelli de marcore, balneum remedio esse scribit hecticæ, cui aliqua ex febribus implicetur, quas humores putrescentes excitarunt. Sed soluitur, quia balneum in tali casu tunc est idoneum, cũ iam humores fuerint concocti. (a)

a De Marcore c.7.

In

Tabula Octuagesimaseptima, Hecticæ, & putridæ, vel ephemeræ cum vlcere, vel inflammatione definitio, differentię, signa, curatio.

In tractatione hecticæ, & putridæ vel ephemeræ cum vlcere, vel inflammatione explicanda sunt:

- **Definitio**
  - Febris hectica, & putrida, vel ephemera cum vlcere, vel inflammatione sunt veluti [a] symptomata partium vlcere, vel inflammatione laborantium.
- **Differentiæ quæ sumuntur à**
  - Causa externa siue interna patiente, efficiente, antecedente, vel continente, & coniuncta
    - De huiusmodi causis omnibus partim suprà dictum est in tabula de febribus cum inflammatione, nec non diarię ex bubone; partim etiam dictum est in tab. de phthisi.
  - Morbo [b]
    - In hecticæ, & putridæ, vel ephemere cum vlcere, uel inflammatione compositione, morbi multi sunt, forma [b] differentes, vel ratione
      - Humoris
        - Hinc est inflammatio, erysipelas, œdema, scirrhus inflãmatio cum erysipelate [b], vel erysipela cum inflammatione, & sim.
          - De his copiosè actum est in tabula de febribus cum inflammatione.
      - Febris nã
        - Alia est forma febris [b] phreniticæ, alia peripneumoniacæ, pleuriticæ, hepaticę, & aliarum omnium febrium, quę ex inflammatis quibusdam particulis accenduntur.
          - De his actum est in proprijs taliũ affectuũ tractationibus.
  - Loco affecto [b]
    - Differentia membra propriam singula febrem accendunt, vt exempli gratia
      - Lien, iecur [b].
      - Vterus [c].
      - Pulmo [b].
      - Ventriculus [b].
  - Symptomate
    - Hinc variæ possunt sumi differentiæ, vt quod
      - Febres huiusmodi sint continuę, acutæ, vehementes, periculosæ, ardentes [d], malignæ cum frigiditate extremorum, syncope, dolore, alui fluxu, macie, delirio, vigilijs, siti, & eiusmodi plurima.
      - Vlcus fit in hac, vel illa parte: sed hæc differentia pertinet ad locum affectum. Ita cum dicitur vlcus esse sordidum, inflammatum, vel cauum non est differentia essentialis vlceris, sed aliter explicatur affectus cum vlcere copulatus. Si verò dicatur vlcus recens, vel vetustum erit differentia sumpta à tempore. De inflammatione idem dici potest.
- **Signa**
  - Simplicia [e] febrium genera facilè cognoscuntur: quòd si morbus [f] compositus fuerit non æquè facilè. Galen. eam ad hunc dignoscendum viam rectissimam esse duxit, quam nobis tritam reliquit, vt scilicet [g] simplices primùm vniuscuiusq; affectus formas teneamus, & deinde ad compositas descendamus. Quare vt dignoscantur hecticæ & putridę vel ephemeræ cum vlcere vel inflãmatione causæ, essentia, loca, seu partes affectæ, & symptomata, primùm vnuscuiusq; horum signa ex propria tractatione iam habita, accipienda sunt, simulque comparanda.
    - De signis hecticæ, & putridæ cum vlcere pertractatum fuit in tabula de signis phthisis.
    - De signis autem hecticæ, putridæ, & ephemeræ cum inflammatione in tabula de signis febrium cum inflammatione egimus.
- **Curatio**
  - In hecticæ, & putridæ, vel ephemeræ cum vlcere vel inflammatione, curatione tria illa præcepta tenenda, quæ Galenus [h], & Auicenna [i] tradiderunt in curandis multis ægritudinibus simul coniunctis, siue in complexione multorum affectuum, nempe vt primùm illi medicamenta [l] paremus, à quo maximum discrimen ægrotanti impendet (& huiusmodi scopus accelerans, vel vrgens à Galeno [h] dicitur): secundò ab eo quod causæ rationem obtinet, vt in curanda febre putrida prius obstructio remouenda, postea febris; pari pacto si in vlcerata parte intemperies aliqua reperiatur, priùs intemperiei medendum, deinde vlceri: tertio ab eo, sine quo reliqua curari nequeunt, quemadmodum in vlceribus cum [h] phlegmone [m] sanãdis, primo à phlegmone curatio [i] aggredienda, deinde vlceri attendendum, Ita in casu nostro, nisi quid prohibeat, curanda est.
    - Primo [h i] inflammatio.
    - Secundo [h i] vlcus.
    - Tertio nisi valdè vrgeat hectica prius curanda est diaria & putrida; si verò valdè vrgeat modo huic, modo illi est incumbendum.
    - Symptomata [k] verò nisi vires prosternant, aut morbũm augeant nihil indicant, & tunc quomodo ipsis sit succurrendum sępè supra dictũ est, pręcipuè in tabula febriũ cũ symptomatis.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo ad Glauc.3.
Quarto aphor.56.73.
Tertio primi epidem.4.
Sexto aphor.44.
Septimo aphor.42.
b Secundo de crisi.7.
c Quinto sexti epidem. 14.
Primo sexti epidem. 2.
d Secundo de crisi.7.
e Secundo de crisi.6.
f Secundo de crisi.7.
g Secundo de crisi.2. 7.8.9.
Secundo de differ.febr.8.
Secundo de crisi.7. 8.
h Septimo meth.12.
Tertio meth.9.
i Auic.l.1.f.4.c.4.,& cap.vltimo.
k 12.meth.1.2. 11. meth. 11.
Primo ad Glauc. 14.
Auic. lib.1.f.4. in fine.
l 11.meth. 11.
m 11.meth.12.

Tabularum de Febribus Finis.

TABVLAE DE PVLSIBVS.

In quacumq; febre semper læditur pulsus, cum sit propria (a) *cordis actio, cuius* (b) *febris est passio, & ob id iure dicit Galenus* (c) *maxima signa in febribus desumi à pulsibus, eapropter de pulsibus accuratè agendum est.*

a Sexto de decr.Hipp.& Plat.primo. b Tab.2.de Febribus. c Primo ad Glauc.2.

TABVLAE DE PVLSIBVS.

Tabula Prima, Pulsus significatio, & definitio.

Pulsus, q. à Græcis σφυγμὸς vocatur, dicitur de

- Pulsatione [d] cum dolore, vel dolore pulsante, qui reperitur in inflammationibus.
  - Hippocrates, qui princeps [a] omnium nomen pulsus litteris prodidit, in hac significatione pulsum accipit, sic veterrimi [b] quiq;, & ipse etiam Erasistratus [c] in motionibus dolorem facientibus in parte inflammata hoc nomen profert. Ex quo manifestum est, illos cùm dicunt (pulsum) intelligere dolorem pulsantem, vt patet vbiq; apud Hippocratem [d], quem Galenus primo de diff. 2. dicit non fuisse rudem artis, quam complectitur pulsus. Et in 3. de cris. in fine inquit, Hippocratem non esse executum signa ex pulsibus desumpta; vel, quia non nouit; vel, quia non magni [e] momenti esse existimauit.
- Palpitatione [d], vel (vt dicunt Iuniores) cordis tremore
  - In hac significatione aliqui ex Antiquis pulsum acceperunt, vt ait Gal. 4. de ratione [f] victus 16. sic primo, & quarto de diff. pulſ., & alibi. Verùm (vt idem afferit Gal.) fuerunt etiam nonnulli, vt [g] Aegimius Veliensis, qui omnem arteriarum motionem, pulsum à Praxagora, & Herophilo dictam, vocauerunt palpitationem.
- Vehementi [d b h i] motione arteriarum, quæ etiam sine tactu innotescit, tùm ægro, tùm etiam de foris intuentibus.
  - Hippocrates [h] in hac significatione interdum accipit pulsum; sed Iuniores quoq; Medici, atq; etiam vulgares homines dicunt pulsare tempora, vt in febre [i] ardente, in potu meri largiore, atq; in quibusdam capitis doloribus, præsertim profectis à Sole. Ita quoq; dicitur pulsare arteria in dorso.
- Motione [d], quæ est in corde, & arterijs [&] à principio vitæ vsq; ad mortẽ, & est dilatatio, & contractio dictarum partium
  - In hac significatione acceperunt pulsũ Praxagoras [z], & Herophilus. Et sic accipiũt omnes posteriores nõ modò Medici [&], sed etiam omnes Mortales, vt afferit Gal. 4. de diff. pulſ. primo. Solus autem Aegimius [y] talem pulsum vocauit palpitationem. Sed nos cũ Praxagora, Herophilo, Gal., & alijs mortalibus per pulsum intelligimus hãc motionem cordis, & arteriarum. Pulsus autem hac significatione acceptus definitur per
    - Causam, propterquam est in tali subiecto, videlicet in corde, & arterijs.
      - Causa, propter quã pulsus est in corde, & arterijs est tù facultas [k] vitalis, quæ est efficiens, tùm conseruatio [l] caloris naturalis, & generatio spiritus animalis, quæ est finis, & cuius gratia est pulsus. Per causam igitur sic definitur pulsus.
        - Pulsus est actio facultatis [k] vitalis ad conseruandum naturalem [l] calorem, & ad generandum animalem spiritum.
        - Hæc definitio [m] dicitur principium demõstrationis, & dat propter quid. Nam in ea ponitur propria causa tùm forma, & efficiens, quę est actio facultatis vitalis; tùm finis, qui est conseruatio caloris naturalis.
        - Hanc definitionem sæpissimè tetigit Gal. [n] licet non ita ad vnguẽ assignarit. Multi etiam ex antiquioribus Medicis in pulsu definiẽdo causam pulsus tetigerunt. Sed hanc alij dixerunt esse aĩalem [o], & vitalem facultatem, vt Chrysermus, & Heraclides; alij spiritum; vt Athenæus [p]; alij facultatem Cordi coniunctam, vt Apollonius [q]; alij aliter [r].
    - Subiectum vel Materiam
      - Subiectum, vel materia pulsus est cor, & arteriæ. Vnde pulsus propria passio talium partium dicitur. Et est verè proprium, nam cõuenit omni, soli, & semper per subiectum sic definitur pulsus
        - Pulsus est motus dilatationis [s], & constrictionis, vel distensiuus, & contractiuus cordis, & arteriarum. Hæc definitio dicitur ab Aristotele conclusio [t] demonstrationis, & exponit solum quia, vel quod, vel esse ipsius pulsus. Hanc [u] definitionem sæpè recenset Galenus tùm ex aliorum, tùm ex propria sententia, & putat [x] esse penitus eãdem cum definitione nominis hoc est, cum illa definitione, quæ exponit solum nomen, citatq; verba Arist. 2. poster. in quem dicit se duo commentaria edidisse. Sed (quod illius pace sit dictum) non videtur intellexisse Aristot. Nam Aristoteles cum distinxisset definitionem in definitionem nominis, & definitionem rei; postmodum subdistinguit definitionem rei in principium demonstrationis, & in demonstrationem positione differentem, & in conclusionem demõstrationis. Et, quia interdum dixit, quòd ea, quæ est conclusio significat idem, quod nomen, & non declarat propter quid, vt facit illa, quę est principium, hinc fortè deceptus est Galenus.
    - Subiectũ, & causam hoc modo
      - Pulsus est motus dilatatiuus, & constrictiuus cordis, & arteriarum propter actionem facultatis vitalis ad conseruandum calorem naturalem, & ad generandum animalem spiritum. Hęc definitio vocatur ab Aristotele demonstratio sola positione differens, nã si mutentur verba erit demõstratio sic.
      - Omnis actio facultatis vitalis ad cõseruandum calorem, & ad generandum animalem spiritum est motus dilatatiuus, & constrictiuus cordis, & arteriarum.
      - Omnis pulsus est actio facultatis vitalis ad conseruandum calorem, & ad generandum aĩalem spiritũ.
      - Ergo omnis pulsus est motus dilatatiuus, & constrictiuus cordis, & arteriarum.
      - Hæc est perfecta, & absoluta definitio pulsus, quia prædicatur in quid de pulsu, cum pulsu conuertitur, exponit omnes causas. Nam patet efficiens, & est facultas vitalis; patet forma, & est actio, vel motus ab ipsa; patet finis, & est conseruatio caloris, & generatio animalis spiritus; patet etiam materia, vel subiectum, & est cor, & arteriæ.
      - Insuper hæc definitio soluit omnes dubitationes, & per hanc patent omnia, quæ insunt pulsui.
      - Præterea apparet causa difficultatis, & dubitationum.
      - Hac definitione vsus est Galenus, Chrysermus, & Heraclides [A].

AVCTORITATES.

a Primo de differ.pulſ.2.
b Secundo de loc.affect.3.
Quarto de differ.pulſ.1.2.
c Quarto de differ.pulſ.1 7.
d Quarto acut.26.
e Tertio de criſibus in fine.
f Quarto acutorum 26.
g Primo de differ.pulſ.2.
h Quarto acut.42.26.
Primo prognoſtic.28.
i Quarto de differ.pulſ.1.2.11.
k Quarto de differ.pul.2.
Primo de cauſis pulſ.2.
l Primo de cauſis pulſ.3.
De vſu pulſ.2.
m Secundo poſter.9.10.
n Quarto de differ.pulſ.2.
Primo de cauſis pulſ.2.3.
De vſu pulſ.2.3.
o Quarto de differ.pulſ.9.10.
p Quarto de differ.pulſ.14.
q Quarto de differ.pulſ.17.
r Primo de cauſis pulſ.2.
s Quarto de differ.pulſ.2.& per totum.
t Secundo poſt.analitic.9.10.
Septimo methaphyſ.13.42.
u Quarto de differ.pulſ.per totum.
x Quarto de differ. pulſ.2.& vlt.
y Primo de differ. pulſ.2.
Quarto de differ.pul.11.
z Sexto de decret. Hipocratis,& plat.1.
Quarto de differ.pulſ.1.2.

A Quarto de differ.pulſ.2.q.x.

Tabula Secunda, Partes Pulsus.

- **Pulsus propriè dictus, cùm sit motus habet partes[b]**
  - Per se[A], idest, ex sua natura, & quaten⁹ est motus. Qua ratione partes pulsus sunt
    - Diastole[a], idest dilatatio, vel distentio, aut distensio, quæ eodem modo, & tempore est in corde; & arterijs, & non (vt censet Erasistratus) dùm cor dilatatur, constringuntur arteriæ
      - Est valdè princeps [A A] pars ipsius pulsus; ita, vt pulsus propriè hanc significet.
      - Per hanc attrahitur aer frigidior ad refrigerandum calorem cordis, & totius corporis[b], & non vacuantur arteriæ, vt malè sensit Archigenes; neque dilatantur arteriæ, quia implentur, vt sensit Erasistratus; sed contrà implentur, quia dilatantur, vt censet Herophilus, Galenus [c], & alij [a]. Archigenes [b] enim censebat in dilatatione vacuari arterias, & Erasistratus putabat arterias moueri contrario modo, quàm cor, & existimabat illas distendi, quia implentur, vt sacci, & vtres.
    - Systole[a], idest, constrictio, vel contractio
      - Non [d] est valdè princeps pars, sed veluti secundaria, & difficillimè cognoscitur; immò pleriq; dicunt illam cognosci non posse. Et Galenus [e] valdè, ac diù fuit in hoc dubius.
      - Per hanc expelluntur fuligines, & non attrahitur aer, vt perperam existimauit [b] Archigenes; & non constringuntur arteriæ, vt vacuentur, veluti opinatus est Erasistraeus; sed vacuantur, quia constringuntur.
  - Per[A] accidẽs, idest, non sua natura
    - Sic quietes dicuntur esse partes pulsus per accidens, non sua natura. Nam, cum pulsus per se sit motus, quies non est per se illius pars. Verùm quatenus pulsus est compositus ex motibus contrarijs, inter quos intercedit [b] quies, necessariò hac ratione quies dicitur pars ipsius pulsus. Est autem hæc quies.
      - Externa[f], vel supera
        - Est post dilatationem ante constrictionem, & facilè cognoscitur.
      - Interna [f], vel infera
        - Est post constrictionẽ ante dilatationẽ
        - Difficillimè[g] cognoscit, imò pleriq; putant illam cognosci non posse.

Tabula Tertia, Animaduersiones in tangendo pulsu.

- **In pulsu tãgendo, vt rectè iudicium ferri possit, habenda est ratio**
  - Tangentis, idest Medici, in quo spectatur
    - Dispositio corporis, & animæ
      - Debet Medicus tangens pulsum vacare omni vehementi motione corporis; ita etiam omni animi perturbatione.
    - Pars tangens
      - Debent esse digiti vtriusquè manus, non callo obducti, veluti in fossoribus; non frigidi, sed molles, ac tẽperati [i]
    - Modus tãgendi q. est
      - Palpando [k], idest, leuissimè attrectando; & hoc modo cognoscitur pulsus debilis.
      - Applicando [k], idest, nec palpando, nec præmendo, sed mediocriter, quomodo pleræq; differentiæ cognoscuntur.
      - Præmendo[k], idest comprimendo, & stringendo vehementius. Sic cognoscitur pulsus vehemens.
  - Modus tangendi, idest, quo modo tangi debeat arteria
    - Dispositio corporis, & animi
      - Debet (vt dictum est de Medico) vacare omni vehementi motione.
    - Pars tangenda
      - Optimus est carpus omniũ partiũ corporis ob
        - Prõptitudinem [l]
          - Quia, cũ locus hic vacet carne, optimè percipitur arteria, & illius motus
        - Honestatem [l]
          - Quia nullæ partes, quæ pudorem afferre possent, sunt nudandæ.
        - Commoditatem
          - Quia arteria carpi in rectum ducta est à Corde.
    - Modus tangendi, i., quo modo tangi debeat arteria
      - Cùm Medicus est tacturus [m] manus eius, qui tangitur, non debet esse prona, quia pulsus augetur in latitudine, & minuitur in altitudine, & longitudine; Nec debet esse supina, quia augetur in altitudine, & longitudine, & minuitur in latitudine. Verum, cum manus est in latus conuersa, omnes differentiæ optimè percipi possunt.
      - Prærerea cum arteria tangi possit tùm à parte superiori, tùm inferiori; plerumq; tangenda est a superiori.
      - Interdum tamen, vt cùm volumus cognoscere constrictionem, vel quietem internam, tangenda est ab inferiori. [n]

Quarto

AVCTORITATES.

A Quarto de differ. pulſ. 5. 7.
AA Secundo de dignoſc. pulſ. 1.
a Primo de pulſ. differ. 8.
Primo de dignoſc. pulſ. 10.
b De vſu pulſ. 4.
c Quarto de diff. pulſ. 2. 17.
a In ſynopſi pulſ. 5.
b Secundo de vſu pulſ. 4.
d Primo de dignoſc. pulſ. 1.
e Primo de diff. pulſ. 7.
In ſynopſi pulſ. 5.
Primo de dign. pulſ. 3. atq; infra.
f In ſynopſi pulſ. 5.
Primo de diff. pulſ. 7. 8.
Primo de dignoſc. pulſ. x.
A Quarto de diff. pulſ. 5. 7.
g Primo de dignoſc. pulſ. 3.
Quarto de differ. pulſ. 5.
h Tertio de dignoſc. pulſ. 3.

AVCTORITATES.

i Primo de dignoſc. pulſ. 7.
k Primo de dignoſc. pulſ. 7.
l De pulſ. ad Tyrones primo.
m Auic. lib. 1. f. 2. doct. 3. diſtin. 2. ſumma prima. cap. 1.
n Primo de dignoſc. pulſ. 7.

Tabula Quarta, Pulſuum differentiæ.

Pulſuum differētię, vel primæ generæ, quæ decē ponūtur à Gal., ſumūtur à

- **Quātitate**
  - **1. Diſtentionis organorū. Vnde pleriq; ſumunt primam pulſuum differentiam. Eſt autem talis diſtinctio ſecundum dimēſionem**
    - **Vnā tantū**
      - Longitudinem per quam pulſus dicitur
        - Longus[a] § Superat pulſum naturalem in longitudine; ita, vt oībus quatuor digitis ſentiatur motus arteriæ.
        - Moderatus § Eſt naturalis.
        - Breuis § Eſt minor naturali in longitudine; ita, vt vix vno, aut duobus digitis ſentiatur.
      - Latitudinem, per quam pulſus dicitur.
        - Latus § Superat nālē in latitudine; ita, vt inſigni quadā digitorum latitudine ſentiatur, & non indiuiſibiliter.
        - Moderatus § Eſt naturalis.
        - Anguſtus § Supatur à nāli in latitudine; ita, vt videatur, veluti filū ſerici, & pcipiatur indiuiſibili digitorū parte:
      - Profunditatē. Vnde eſt pulſus.
        - Altus § Superat naturalem in profunditate; ita, vt valdè videatur eleuari arteria.
        - Moderatus § Eſt naturalis.
        - Humilis § Superatur à naturali in profunditate; ita, vt ſuperficietenus tantùm ſentiatur.
    - **Duas** — Plurimi pulſus, qui ſunt compoſiti ex duabus dimenſionibus ſunt innominati. Dicitur tamen pulſus groſſus ab Auic. [b], qui ſuperat naturalem in latitudine, & profunditate. Sic, qui in duabus dimenſionibus ſuperatur, ſubtilis.
    - **Tres** — Hinc ex [a] Gal. ſunt 17. ſpecies pulſuū multiplicatis ter nouē dictis ſpecieb' & ſimul cōplicatis. Ex his pulſibus alij
      - Habent nomen qđ ē
        - Propriū Hinc ē pulſus
          - Magnus § Superat naturalem in omnibus dimenſionibus, quia eſt longus, latus, & altus.
          - Moderatus § Eſt naturalis.
          - Paruus § Superatur in omnibus dimenſionibus, quia eſt breuis, anguſtus, humilis.
        - Cōe, & hinc eſt pulſus
          - Gracilis[c] vel tenuis — Ita vocatur pulſus, in quo longitudo ſuperat reliquas duas dimenſiones, & habet quinq; ſpecies, quæ in tabella ſunt 5.6.8 9.18.
          - Turgidus[c], vel craſſus, vel ſolidus — Sic vocatur pulſus, in quo lōgitudo ſuperatur à reliqs duabus dimēſionib'. Et habet quinq; ſpecies, quæ in tabella ſunt 10.19.20.22.23.
      - Non habent nomē — Sunt [c] reliquæ ſpecies ex 27. poſitis in tabella, & ſunt numero 14., quę in tabella hunc habent ordinem. 2.3.4 7.11.12.13.15.16.17.21.24.25.26.
  - **Tēporis**
    - **2. Motus. [e] Vnde puls' dicitur**
      - Celer [e], ſeu velox — Eſt cùm modico tempore mouetur arteria, vel cum citò finitur motus ſiue in diſtentione, ſiue in cōtractione.
      - Moderatus § Eſt cum mediocri tempore mouetur arteria.
      - Tardus — Eſt, cum multo tempore mouetur arteria, vel, cum tardè, & multo tempore finitur motus.
      - (In lib. ad Tyrones[f], & ab Auerr. [d] ponitur 2. differētia, ſed in 1. de diff. pulſ. 4. ponitur in 1. differ. Hanc differentiā Gal. [f] reponit ſub qualitate, cum idem Gal. celerē, & tardā re pirōnem ad quantitatē referat. Ideò nos ſequentes Auic. & Auer. nec non ipsū Gal. 1. de diffic. reſp. 2. ſub quantitate collocam'.)
    - **6. Quietis. [g] Vnde pulſus dicitur**
      - Creber[r], vel frequens, vel ſpiſſus, aut citatus — Eſt, cum modico, vel pauco interpoſito interuallo mouetur [e] arteria.
      - Moderatus § Eſt, cū mediocri īterpoſito interuallo mouetur arteria.
      - Rarus — Eſt, cum longo, vel multo interpoſito interuallo mouetur arteria.
      - (In lib. ad Tyrones cap. 4. ponitur quinta differentia: ac in primo de diff. pulſ. 7. videtur poni 6. differentia; & aduertuntur non modò in interuallo iſtę differentiæ ſed etiam in duabus [h] quietibus externa, & interna.)
  - **5. Corporis[l] infuſi in arteria, quod exiſtens multum, vel mediocre, vel paucum, facit, vt pulſus dicatur**
    - Plenus [l] — Oſtendit arteriæ occurſum tumidū ob multum humorem in illa contentum.
    - Moderatus § Mediocriter habet occurſus arterię.
    - Vacuus [l] — Oſtendit arteriam bulloſam; ita, vt tangenti per vacua fiat occurſus.
    - (In primo de differ. pulſ. cap. 6. ponitur quinta differentia. At Auerrhoes [k] excludit eam à generibus pulſus; quia (vt ipſe dicit) non pertinet, neque ad motum, neque ad quietem, ex quibus conſtituitur pulſus. Et certè hæc eſt differentia valdè extranea.)
- **Qualitate**
  - **3. Potentiæ, vel facultatis, vel virtutis vitalis, quatenus videlicet talis virtus eſt valida, vel debilis. Vnde pulſus dicitur**
    - Vehemēs [l], vel fortis vel robuſtus — Reſiſtit tactui, & cū acrius præmitur arteria, nō aboletur motus, nec deijcitur, ſed validè ferit rangētem; ita, vt tactū impellat, ob quod dicitur validus cōtentione.
    - Moderatus § Non euertit tactū, neq; à tactu euertitur.
    - Debilis, vel languidus — Ferit debiliter tangentem digitum; vt, ſi acrius præmatur, non ſentiatur motus. vnde dicitur imbecillus contentione.
    - (Ponit à Gal. 1. [m] de diff. pulſ. 6. tertium genus; & dr̄ ſumi à qualitate contentionis. Ab Auic. à qualitate percuſſionis in digito, & ponitur ſecundum genus, & ab Auerr. [n] ponitur quartum genus, & dicitur denſum à quantitate mouentis. Magna eſt dubitatio[o], an pulſus vehemēs, vel potiùs moderatus ſit sm̄ nām. Quę ſic ſoluitur. Si pulſus vehemens facilè mutetur, vt in ira, exercitatione, & potu vini; tunc vehemens eſt præter nām, & moderatus sm̄ nām. At, ſi vehemens nō facilè mutetur, vt quando non eſt talis à cauſa externa eſt sm̄ nām; & quò vehementior; eò magis sm̄ nām, & moderatus præter naturam.)
  - **4. Corporis vel ſubſtantiæ arterię. Vnde eſt pulſus**
    - Durus [p], qui ab Antiquioribus plerisq; ante Gal. dicebatur plenus — Sicca, & rigida in modū corij ſentitur arteria
    - Moderatus § In occurſu habet arteria mediocriter.
    - Mollis, qui vacuus dicebatur ante Gal. — In occurſu apparet arteria veluti carnoſior, & ſentitur mollior ob humiditatē
    - (Primo de diff. pulſ. ponitur quartum genus, ſic in ſynopſi 3. Ab Auerrhoe [q] excluditur à proprijs generibus pulſuum, quia non ſumitur neq; à motu, neq; à quiete; ſed ab humiditate, & ſiccitate arteriæ, vel ſubſtantiæ arteriæ. Ab Auic. [r] dicitur ſumptū ab eſſentia inſtrumenri, & ponitur quartū genus.)
  - **7. Caloris in corde, & arterijs contenti. Vnde pulſus dicitur**
    - Calidus [r] — Sentitur maior calor in arterijs, quā in partibus vicinis, vt in hectica.
    - Moderatus § Sentitur arteria moderatè calida.
    - Frigid' — Sentitur arteria frigidior, vel parū, vel nihil caloris in ea tangenda pcipitur
    - (Primo de diff. pulſ. 24. dicit Gal. hoc genus pulſuum referri inter alia pulſuum genera à quibuſdam, quia euidentius in arterijs cognoſcitur febris calor. Ab Auic. ponitur ſextum genus, & dicitur deſumptum à caliditate tactus, excluditurq; ab Auerr. [s] à generibus pulſuum quia non eſt deſumptum neq; à motu, nec à quiete. Et certè hæc differentia valdè extranea eſt. Vnde etiam à Gal. non recenſetur, niſi obiter.)
- **Relationis, quæ ſunt**
  - **8. Rythmus, vel (vt dicit Auic. & Auerr.) Pondus. Hoc ēt genus à Gal. vocatur[u] Eurythmus**
    - Eſt aūt Rythmus modulus quidam, vel proportio temporis motus ad tēpus quietis, niſi sētiatur ſyſtole. At, ſi sētiatur, eſt proportio tēporis diaſtoles, & quietis externę ad ſyſtolē & qetē internam. Vel eſt pportio tēporis diaſtoles ad tempus ſyſtoles. Quorum ipſorum proportio eſt
      - Conueniens [t] temperamento, ætati, habitui, tempori anni, regioni, & ſimilibus § Hinc eſt Pulſus Eurythmus.
      - Non cōueniens. Vnde eſt pulſus Arythmus, .i. ſine rythmo, non quod prorſus careat Rythmo, ſed, qa habeat prauum rythmum, qui eſt
        - Pararythm' [t] — Habet pulsū vicinę ætati, vel ſimiliū, vt cum adoleſcens habet pulſum iuuenis
        - Hęterorythm' [t] — Habet pulſum cuiuſuis alteri', & non propriū, ideſt, ſibi conuenientem.
        - Ecrythm' — Nullius ætatis, tēperōnis, regionis, & ſimiliū ſeruat rythmum
    - Proportio [u] tēperationis in rythmo
      - Par — Eſt vbi tempus diaſtoles æquat tempus ſyſtoles, & tempus quietis externæ æquat tempus quietis internæ.
      - Impar — Eſt vbi vnum temp' alterū ſuperat, & id facit ex ceſſibus
        - Certis, & id
          - Proportione multiplici — Dupla. Tripla. Quadrupla. Aliqua inſequentium.
          - Numero epimorio .i. ſuperpartiali — Vt, cum quanta ſint tempora diaſtoles, tanta ſint ſyſtoles.
        - Incertis, & tūc ē incertū tēpus — Diaſtoles, Syſtoles, Vtriusq; — Pōt ſigillatim aliqñ vnumquodq; horum habere incerta tēpora paululum amplificata, ſiue plura, ſiue vnū primū, & aliquando plus, & aliquādo plurimū, & primum non natura ipſa ſed ſenſu eſt accipiendum.
  - **9. Aequalitas**
    - Abſoluta § Eſt, cum omnes differentiæ pulſuum ſunt pares. Vnde talis æqualitas dicitur paritas continuata. *De pulſ. ad Tyron. 5.*
    - Non abſoluta § Eſt, cum differentiæ pulſus partim ſunt pares, partim impares.
  - **Inæqualitas** § De hac, quia multas continet differentias vtiles, & difficiles agetur ſeorſum in tabella ſequenti.
  - **10. Ordo, & inordinatio [x]. Vnde pulſus ordinatus, & inordinatus dicitur.**
    - Spectatur ordo, & inordinatio duntaxat in pluribus pulſibus. Dicit Auic. [y] hoc noneſſe genus per ſe, ſed eſſe ſpeciem inæqualitatis; ita, vt pulſus ordinatus, & inordinatus ſint ſolū ſpecies pulſus inæqualis. Quod certè eſt falſum. Nam, ſi ordinatus eſſet ſpecies inæqualis non poſſet vllo pacto prædicari de contrario genere ſcilicet de ęquali; vt homo cum ſit ſpecies animalis greſſibilis non prædicatur de volatili. Sed ordinatus prædicatur de æquali, nam dicitur pulſus æqualis ordinatus. Quarè ordo, & inordinatio eſt genus diſtinctum ab æquali, & inæquali. Sed interdum accipiuntur pro ſpecie ad declarandas diuerſas ſpecies inæqualitatis.
    - Vnde patet adeſſe æquiuocationem. Hæc autem ordinatio, & inordinatio eſt
      - Abſoluta [z] — Eſt, cum oēs pulſuum differētiæ ſunt pares, vel īpares.
      - Non abſoluta [z] — Eſt, cum in circulo pluriū circuituum quidam circuitus ſunt pares, qdā impares vnde à quibuſdā tales pulſus dicūtur ordinati & ab alijs[x] dicūtur inordinati.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo de different. pulſ. 3.
Secundo eiuſdem. 6. In ſynopſi 3.
De pulſ. ad Tyr. 2.
b Auic. lib. 1. f. 2. doct. 3.
Sum. 1. diſtinct. 2. cap. 1.
c Primo de differ. pulſ. 5.
In synopſi 3. Ad Tyron. 8.
d Auerrh. 4. collig. 17.
e Primo de differ. pulſ. 5.
f De pul. ad tyron. 3.
Primo de differentijs pulſ. 4.
g De pulſ. ad tyron. 4.
Primo de differ. pulſ. 7.
h Primo de differ. pulſ. 8.
i Ad tyron. 8.
k Quarto collig. 17.
l Primo de differ. pulſ. 6.
m Ad tyron 3. Primo de differ. pul. 6.
n Quarto collig. 17.
o Primo de cauſ. pulſ. 7.
p Primo de differ. pulſ. 6.
Ad tyron. 3.
q Quarto collig. 17.
r Primo de diff. pulſ. 24. Ad tyr. 8.
r Auic. cap. primo.
s Quarto collig. 17.
t Primo de differ. pulſ. 8. 7. 9.
In synopſi 6.
u Primo de differ. pulſ. 9.
x Primo de differ. pulſ. 10.
y Auic. lib. 1. f. 2. doct. 3.
Sum. prima diſtinct. 2. cap. primo.
z De pulſ. ad tyr. 6. Ad tyr. 2.

ADNOTATIONES.

Galenus ponit decem prima genera pulſuum, vt patet primo de differ. pulſ. à capite 3. ad x. & in lib. ad Tyron. in primis octo capitibus. Sed interdum ponit prius vnum genus, interdum aliud, vt in lib. ad Tyron. ponit primum genus ſumptum à quantitate diſtenſionis, & primo de differ. pulſuum, ponit primum genus à qualitate motus.

Auicenna recenſet decem genera poſita à Galeno: ſed dicit genus ordinationis, & inordinationis contineri ſub inæqualitate: ſed oſtendimus hoc eſſe falſum.

Auerrhoes ponit tantùm ſeptem genera. nam ex decem poſitis à Gal. excludit tria, videlicet, ſumptum à quantitate corporis infuſi in arteria, Plenum, & Vacuum. Sic ſumptum à qualitate corporis arteriæ duri, vel mollis; Ita ſumptum à qualitate caloris, calidi, & frigidi, quia iſta genera ſunt extranea.

Nos in hac tabella ſequentes methodum traditam à Galeno in ſecundo de differ. pulſ. cap. ix. reduximus illa decem genera Galeni ad tria prædicamenta, ſcilicet ad Quantitatem, ad Qualitatem, & ad Aliquid. Et poſtea per ſubdiuiſionem adinuenimus omnia decem genera à Galeno poſita, & vnicuiquè generi appoſuimus numerum ipſius Galeni, qui, vt patet ſecundo de differ. pulſ. 9. reduxit tria ex ſuis primis generibus ad prædicamentum ad Aliquid, ideſt, ad ipſa Relatiua.

Non nulli addunt duas differentias, vnam ſumptam à ſitu arteriæ ſurſum, deorſum, antrorſum, retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum. Alterum à motu partium arteriæ; quando vna pars prius, altera poſterius in vno pulſu diſtenditur. Sed iſtæ differentiæ continentur ſub inæqualitate.

Tabula Quinta, Inæqualitatis pulsuum differentiæ.

- **Inęqualitas pulsuū est [H] corruptela paritatis differentiarū. Quę siue sit absoluta, siue non absoluta est in**
  - **Pluribus pulsibus.** Systematica,..., collectiua inæqualitas dicitur, quæ est cognitu facilior, & consistit in aceruo plurium magnitudine, vel vehementia imparium: potestque esse tùm absoluta, tùm non absoluta. Et hęc inæqualitas est in pluribus pulsibus
    - **Aequaliter.** Est, cum pulsus [a] licet sit inæqualis, æqua tamen mutationem semper accipiunt, quæ potissimum spectatur in magnitudine. Et quāuis in hac inæqualitate pulsus possit tendere à defectu in excessum; tamen plerumq; est ab excessu in defectū; Vt, si pulsus secundus sit minor primario, & tertius 2., & 4. 3., & 5. 4., & ita deinceps, & tunc pulsus ipse.
      - Non [a] cessat minus donec motus penitus absoluatur & pdatur. — Myurus dicitur, vel decurtatus, vel mutilus, & deficiens vocatur à Muris cauda in acutū desinente. Ab alijs scribitur μεῖουρος per ει, & non per υ. Et ab his dicit Meiurus à figuris in acutum desinentibus. Sed magis propriè dr̃ à Muris cauda. Ab [b] Arabibus vocatur Cauda Soricina. Hoc nomen est Medicis [c] valdè vsitatum in magnitudinis, & paruitatis inæqualitate. Vsurpatur ēt in alijs generibus, vt vehementia, & velocitate, sed non ita propriè.
      - Cessat minui, ac deficere, & dicitur — Myurus cessans deficere, vel decrescere. Hic autem Myurus.
        - Manet in eadem paruitate, ad quam peruenit — Caret proprio nomine
        - Deintegrò augetur, & dicitur — Myurus repetēs, vel reciprocus, q. redit ad magnitudinem
          - Minorem priori
          - Parem, vel ęqualem, priori.
          - Maiorem priori.
    - **Inæqualiter.** Est, cùm [a] pulsus nullā prorsus æqualitatem seruant, vel seruant quidem ad quatuor, vel quinque pulsus, & postea pergeūt ordinatè, vel inordinatè. Et tūc in tali pulsu īęqualiter mot9 ipse.
      - Amittit [d] & id
        - Penitùs [d], & dicitur — Inæqualis deficiens simpliciter, vel intermittens. In hoc pulsu spectatur motus, & superuenit quies.
        - Non penitùs [d], sed ad aliquod tempus — Dicitur, vt superior, sed non simpliciter, .1., deficiēs, vel intermittens, sed interfectus non simpliciter, sed secundum quid.
      - Non amittit motus, verùm potiùs
        - Superuenit motus in medio expectatæ q̃etis, diciturq; — Intercurrens, vel ītercidēs — In hoc pulsu expectatur quies, & superuenit motus.
        - De nouo emergit motus, & dr̃ — Deficiens, Recurrēs, vel Repetēs, vel reciprocus.
  - **Vno pulsu & hęc inæqualitas ē difficilior cognitu. Et siue sit absoluta, siue nō absoluta ē**
    - **In vna arteriæ parte.** Spectatur [e] potissimum in velocitate, & tarditate. Spectatur etiam eodem modo in vehementia, & debilitate, magnitudine, & paruitate; cum scilicet circà vnum digitum incipit arteria moueri celeriùs, & definit tardiùs, vel incipit vehementiùs, & desinit debilius, & è conuerso. Atque hęc quidem inęqualitas, quæ frequens est, fit quidem in eadē arteriæ parte, sed nō eodem tempore. Et tūc motus ē.
      - Interruptus [e] vel intercisus — In hac inæqualitate prius, quàm absoluatur motus, verbi gratia, diastoles, interrūpitur à quiete, & postea finitur. At, cum absoluitur, vel est eodem modo, quo incæpit, vel alio tendentē ad excessum, vel defectum, vel mediocritatem. Huius inæqualis pulsus nouem species ponuntur à Gal. 1 de diff. puls. 14. [f] — Hinc est caprizans. Nomen habet à capra cuius motui ē similis. Nā motui interpollato in aliqua arteriæ parte vehemētior, & velocior succedit. Qđ, si succedat motus debilior, vel tardior priore, non propriè vocatur caprizans, licèt vocēt omnes hos pulsus caprizantes.
      - Continuus, & tunc est in pulsu inæqualitas
        - Aequaliter
          - Hinc sunt sex species pulsuum [g] positæ à Gal. 1. de differ. puls. cap. 15.
          - Duæ sunt, cum à moderato motu itur in celeritatem, vel tarditatem primam, vel extremam.
          - Duæ aliæ, cùm à prima, vel extrema tarditate itur in moderatum motum — Hæ differentiæ carent proprio nomine, sicut suprà.
          - Duę postremæ sunt, cùm à prima, vel extrema celeritate itur in moderatum motum, numquàm [h] autē itur ab extremo motu ad extremam tarditatem, neque è conuerso.
        - Inæqualiter, & dicitur — Impariter celer, & impariter vehemēs, & tunc apparent ipsi9 motus differētiæ
          - Duæ — Hinc sunt sex species pulsuum positæ à Gal. 1. de diffic. puls. 12. Nam ex 9. ibi positis detrahuntur tres, quæ sunt æquales.
          - Tres — Hinc sunt 24. species pulsuum inæqualium inæqualiter. Nam ex 27. detrahūtur tres, quæ sunt æquales, vt optimè patet primo de diff. puls. 16.
          - Quatuor — Hinc sunt 78. species. Nam, si 27. multiplicentur ter, fient 81.; ex quibus detrahendæ sunt tres æquales, Vnde remanent 78. Hæ quatuor motus differentię non fuerunt animaduersę à Medicis ante Galenum, sed benè ab ipso Gal. primo de differ. puls. 16. 18.
      - Recurrēs, vel Repetēs. Vnde est pulsus bis pulsās, q. est, & dr̃
        - Vibratus [i], vel Vibrosus obscurè — Breuem habet longitudinem ex vtraq; parte duræ arteriæ, ex quo dicrotus, & non vibratus videtur. Quare inferius melius declarabitur.
        - Bis tātum pulsans — Pars arterię duræ proxima cuti priùs attollitur; reliquæ post hanc, & sic bis pulsant. Assimilatur ictui mallei resilientis ab incude, & iterum ferientis incudem, & etiam ramis vi tractis, & postea dimissis. Neq; pulsus est vnus, vt putauit Archigenes [i], sed multiplex. Vnde dicit Auicenna, quòd in hoc discordati sunt Medici.
        - Non [k] bis pulsans, sed illi adsimilis — Videtur bis pulsare cum pugnet facultas dilatās cum constringente.
    - **Pluribus arteriæ partibus sim̃**
      - Velocitatē, & tarditatem, & tunc motus est
        - Cōtinuus & tunc inęqualitas ē
          - Aequaliter [l] — Hinc sunt sex species pulsuum, vt dictum est in vna arterię parte.
          - Inęqualiter [l] — Hinc sunt, vel plures, vel pauciores pulsuum species, prout pluribus, aut paucioribus digitis occurrit motus. Nam, si occurrat duobus digitis, erunt sex species; si tribus, 24.; si verò quatuor, septuagintaocto, vt dictum est in vna arterię parte.
        - Interruptus [m], vel intercisus, & tunc sentiunt quidam digiti, & quidam non sentiunt, & qui solum sentiunt sunt digiti
          - [m] Duo — Primus, & tertius / Primus, & quartus — Hinc sunt nouem species pulsuum, vt dictum est in vna arteriæ parte, in qua fiebat caprizans.
          - [m] Tres — Primus, tertius, & quartus / Primus, secundus, quartus — Hinc sunt 27. differentię, vt dictum est in vna arteriæ parte cum tres differentiæ motus percipiuntur.
      - Magnitudinē, & paruitatē; & tunc distentio siue fiat æqualiter, siue inæqualiter fiat est
        - Cōtinua [n] — In hac pulsus cum sentitur magnus à medio digito minuitur versus latus
          - Vnum, siue ad pollicem, siue ad minimum digitum, qui dicitur — Myurus sm̃ vnum pulsum, & in eo sunt differentiæ, vt dictum est supra in pluribus pulsibus.
          - Vtrūq; [n] i. ad pollicē, & ad minimū, & dr̃ — Innuēs, & circūuiuēs, vel natās, vel circūnatās.
        - Interrupta vel intercisa, quæ à Gale. in de puls. ad Tyr. 8. [o] dicitur inæqualitas cōposita. Et hinc sūt pulsus nominati videlicet
          - Vndosus — Exurgunt [o] quasi vndę in arteria cum distensionis magnitudine; ita, vt prius moueatur pars cordi vicinior, & aliæ deinceps, siue in rectum, siue in obliquum.
          - Vermiculans — Succedit vndoso imminuto, vnde [q] speciem præbet Vermis reptantis instar vndarum, & cum distensionis paruitate.
          - Formicans — Succedit vermiculanti [p s] imminuto; ita, vt multis amissis his motibus in vnum minimum desinat. Est quidem inæqualis, sed eius inæqualitas ob paruitatem sensum fugit, & videtur celer, sed non est [q]. Nomen habet à formica, vel ab eius motu, vel ab vtroq;. Est languidissimus, & creberrimus, & eo nullus est minor, & demum peruenit ad extremam debilitatem, frequentiam, & paruitatem.
          - Hecticus — Non variat, sed semper sui similis perseuerat, cohæretq; paulò durior. Nomen habet à febre, quæ corporis habitum occupauit.
          - [P] Serratus — Sentitur alia pars arteriæ duræ data, distentaq; magis, alia minus, veluti in serra etiam sentitur. Ab Auicenna dicitur esse velox, frequens, durus, non semper magnus. A Paulo [r] verò dicitur, videri quippiam laxatum esse in arteria, quando ipsa videlicet non durior, sed mollior tactui apparet Hic pulsus est similis vibrato.
      - Situm arteriæ, iuxtà quem arteria dicitur ferri sursum, deorsū, antrorsum, retrorsū, dextrorsum, sinistrorsum, quod facit
        - Perspicuè admodum & dicit̃ — Vibratus, aut Vibrosus, aut ramosus, qui Mesalius ab Auicenna dicitur — Est similis Iaculorum, vel Virgarum, vel ramorum vibratui. Nam in eo est violenta distensio duræ arteriæ, quæ vndique concutitur, & vibratur, dùm partes illius quædam sursum, quædam deorsum, ac ad alias quatuor positiones, & eodem tempore clarè traducuntur.
        - Non admodum [r] perspicuè, sed mediocriter, & dicitur — Spasmosus, vel conuulsiuus, Chordatus ab Auicenna — Sentitur veluti chorda ab vtrisq; terminis retracta, & tensa arteria cum parua distensione, quæ magna est in Vibratis.
        - Obscurè [s], & dicitur — Tremulus — Est simul languidus, & paruus, & imperitis videtur vibratus.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo de differ.pulſ.xi.
Paul.lib.2.cap.12.
In ſynopſi.23.
b Auic.lib.pri.f.2.doct.3.
Summa 1.diſtinct.2.cap.3.
c Primo de differ.pulſ.12.
a Secundo de cauſ.pulſ.primo 3.
Primo de differ.pulſ. 11.
d Primo de differ.pulſ.12.
Paul. ibidem.
Gal. in ſynopſi cap.23.
Secundo de cauſ. pulſ.3.
e Primo de differ.pulſ.13.29.
ad Tyr.7.
f Primo de differ. pulſ. 14.
Secundo de cauſ.pulſ.7.
g Primo de differ.pulſ.15.
h Primo de differ.pulſ.16.
H De pulſ.ad Tyr.cap.5.
i Primo de differ.pulſ.17.
κ Gal.ibidem.
Secundo de cauſ.pulſ.6.
l Primo de differ.pulſ.18.
m Primo de differ.pulſ.19.
n Primo de diff.pulſ.20.
Secundo de cauſ.pulſ.x.
o Primo de differ.pulſ.26.
De pulſ.ad Tyr.8.
p Primo de diff.pulſ.27.
Ad Tyr. eodem cap.
P Quarto de cauſ.pulſ.7.
q Ad tyr.8.
r Paul. ibidem.
ſ Primo de differ.pulſ.27.28.
s Paulus ibidem.
t Primo de differ.pulſ.28.
u Secundo de præſag. pulſ.12.
Auic.lib.primo f.2.doct.3.
Diſt.2.ſum.prima cap.3.

ADNOTATIONES.

Inæqualitas penès duritiem, mollitiem, ſic penes plenum, & vacuum non poſſunt fieri in vna arteriæ parte, ſed benè in pluribus.

Eſt etiam inæqualitas penes frequentiam, & raritatem, ſic penes Rythmum in pluribus, & vno pulſu, vt patet primo de differentijs pulſuum 30.31.

In hac tabella continentur ferè omnia, quæ habet Galenus primo de differentijs pulſuum à capite x. vſq. ad finẽ, quæ ſunt admodùm difficilia

Cauſæ

Tabula sexta, Causæ pulsuum.

Causæ pulsuum sunt

- **Continentes** [e], vel contentiuę, vel coniunctæ συνεκτικὴ à Græcis dictæ. Quod nomen licet sit inuentum à Stoicis, probatur à Gal. [h] vsurpante sępissimè causas continentes, præserti in [i] rebus, quæ fiunt.
  - Est autem [e] causa continēs ipsius pulsus illa, quæ per se, & primo facit ad pulsus generationē; ita, vt si hæc mutetur, pulsus etiam varietur; si hęc maneat immota, pulsus etiam nō mutetur. Causa autem continens ipsius pulsus est.
    - **Efficiēs**
      - Causa efficiens pulsus est facultas, vel potentia, vel virtus [a] vitalis, quæ secundum quosdam est natiuus calor, secundum alios est proprietas temperamenti. Quidam hanc vocant contentionem, nonnulli structuram [a] corporis; alij spiritum; permulti facultatem nullo præditam corpore, quæ peculiaribus vtitur instrumentis corde, & arterijs Gal. [a] asserit se illam cognoscere quatenus est ad aliquid, ideſt, prout refertur ad actiones, quas potest perficere: sed illius essentiā fatetur se ignorare. In [b] secundo tamen de pręsag. ex pulſ. cap. 8. apertè dicit facultatem vitalem esse qualitatem temperamenti ipsius cordis. Id, quod etiam dicit primo de præsag. ex pulſ. cap. 4.
      - Nos cum Arist. [c], & Alex. Aphrodisæo possumus dicere ex tali temperie orta ex mixtione elementorum gigni in corde essentiam, & fundamentum huius facultatis quod fundamentum est Anima, quæ in rei veritate non est tēperamentum, sed forma, & substantia. Gal. tamen idem facit temperamentum, & talem naturam.
      - Hæc facultas vitalis in omnes arterias [d] per tunicas illarum influens ita cogit, aperitq; vt cor ipsum.
    - **Finis [f]**
      - Vsus, vel finis, cuius gratia pulsus est institutus à natura est cōseruatio caloris naturalis in toto corpore [f]. Et hic est princeps, & proprius vsus. Alter est generatio, & perfectio spiritus animalis in plexu retiformi. Conseruatur [g] calor in toto corpore, tùm attractione aeris frigidioris per diastolem, tùm expulsione [f] fuliginum per sistolem. Quarè diastole est similis inspirationi, sistole verò expirationi.
    - **Materia**
      - In qua [k] est pulsus tanquam in subiecto, ideſt, instrumento
        - Subiectum pulsus est ipsum cor [k], & arteriæ. Ob quod cor factum fuit à natura fibrosum, & arteriæ cum duabus tunicis, ne à perpetuo motu abrūperentur. Sunt etiam arteriæ intus cauæ, vt præter sanguinem spirituosum possint ēt aerem, & fuligines recipere. Insita est cordi facultas vitalis pulsās, quæ à corde fertur [l] per arteriarum tunicas, per easdem totas penetrans, non vt Artifices extrinsecùs illas attingens [k].
      - Circum [m] quam, vel per quam fit pulsus, quæ materia est
        - Aer
          - Est principium [m], & causa diastoles, ideſt dilatationis, vel distentionis. Nam a natura instituta est diastoles ad attrahendum aerem frigidiorem pro refrigerando calore [n] tùm cordis, tùm totius corporis, & pro gignendo animali spiritu.
        - Fuligines [n], vel fuliginosi vapores
          - Sunt [n] principium, & causa sistoles, ideſt constrictionis, vel contractionis. Nam à natura instituta est sistole propter [o] fuliginosorum vaporum expulsionem.
- **Nāles**, .i. quæ sunt in corpore secundum naturam
  - Res naturales ab Auic. & Iunioribus ad septem reducunt, Elemēta, Tēperamenta, Humores, Partes, Spiritus, Facultates, & Actiones. Inter has facultas, sub qua comprehēditur spiritus est causa continēs pulsus. Ita ēt, Partes Cor, & arterię, & Actio est ipse puls'. Elementa, cū sint in potentia nō variant pulsum. At humores quatenus sunt in arterijs dicuntur efficere pulsū plenū vel vacuum. Quatenus autem sunt alibi, & sunt sm̄ naturā, non variant pulsū, sed, si sint pręter nām sunt causę morborū. Solum igitur temperamētum inter res nāles pulsum alterat. Est autem temperamentum varium ratione
    - **Sui ipsi'**, & tūc tēperamētū est
      - **originale**, & hoc est
        - **Temperatum** [p], vel moderatum, quod Gręci ἐυκρατον, & ἐυσαρκον vocāt, quod est oīum temperamentorum regula
          - Habet pulsum in oībus differētijs moderatū. Ad hunc [p] pulsum reliqui cōparati dicūtur magni, parui, celeres, tardi, & sic de singulis.
        - **Intēperatū**, & immoderatū, quod ē
          - Calidū: Huius pulsus est maior, velocior, densior, vehementior non multò ob copiam caloris.
          - Frigidū: Habet pulsum minorem, tardiorem, rariorem, languidiorem ob contrariam causam, nempe ob caloris inopiam.
          - Siccū, quod ēt plerumq; est gracile: Quatenus [q r] est gracile habet pulsum maiorem, rarioremq; multò, vehementiorem paulò.
          - Humidū, quod ēt plerūq; [s] est crassum, vel obæsū: Quatenus est crassum, & obæsum, habet pulsum minorem, qui debilis apparet.
      - **Acquisititium** § Habet eosdem pulsus quos habet [s] naturale ob easdem causas.
    - **Alterius**
      - **Ætatis**
        - Crescētis [t] vt infantium, & puerorum: Pulsus est [t] velocior, paulò maior, lōgè frequentior, & moderat' inter vehemētē, & lāguidū, & mot' sistoles ęquat motū diastoles.
        - Vigentis, vt Iuuentutis: Pulsus est vehementissimus, maximus, & velox, quia vsus est auctus, facultas est valida, & benè affecta instrumenta.
        - Decrescentis, vt senectutis: Pulsus est minimus [t], rarissimus, tardus, languidus, quia calor est paucus, & virtus debilis.
      - **Sexus**
        - Masculini [u]: Pulsum habet tùm maiorem [u], tùm vehementiorem, & rariorem satis, quia multus est calor, virtus vehementior, & organa benè affecta.
        - Fæminini
          - Prægnantis [x] § Pulsus est maior, crebior, celerior, quàm in nō pgnāte.
          - Non prægnātis [u]: Pulsus est minor, debilior, crebrior satis, paulò velocior, quàm in maribus.
- **Alterātes**, quæ non primo, & per se faciunt ad ipsius pulsus generationem, sed solùm ad ipsū alterandum, non qdē p se, sed per aliud, quatenus videlicet alterant aliquā ex causis continentibus. Et hæ causæ alterantes, siue sint ātecedētes, siue procatarcticæ sunt Res
  - **Non naturales**, quæ sub sex capitibus à Gal. cōprehenduntur in libr. de art. medic. 85. At alibi, & meliùs sub quatuor sunt enim res
    - **Faciēdæ**
      - Mot' [a]
        - Paucus [a] § Parùm immutat pulsus.
        - Moderatus [a] § Pulsum facit vehementem, magnum, velocem, crebrum, quia auget calorem, & excitat facultatem.
        - Multus § Pulsum facit paruum, languidum, celerem, crebrum in summo.
        - Plurimus [a] § Pulsum facit mirè paruum, languidum, tardum, rarum, quia facultas, & calor dissoluitur.
      - Quies § Facit pulsum naturalem; &, si sit nimia minuens calorem, minuit etiam pulsum.
      - Somnus [b]: In principio facit pulsum minorem [b], languidiorem, tardiorem, rariorem. Post principium, si sit moderatus, magnū vehementē, rarū, tardū. At, si sit [b] īmoderatus paruū, & languidū. Nā, cū somnus sit frater Mortis, vires debilitat.
      - Vigilia [c]
        - Statim à somno § Pulsum facit magnum, celerem, vehementem cum vibratione aliqua.
        - Non [c] statim à somno § Si moderata sit pulsum facit naturalem, at immoderata debilem paruum.
      - Passiones animę
        - Ira [d] § Pulsum facit magnum, altum, vehementem, crebrum, celerem; quia auget vsum, & excitat facultatem.
        - Lætitia [e] § Pulsum facit magnum, tardum, rarum; quia diffunditur calor per totum corpus.
        - Tristitia [f] § Facit pulsum paruum, languidum, & rarum; quia corpus refrigerat [f].
        - Timor [g] recens, & vehemens: Facit pulsum, celerem, vibratum, inæqualem, & inordinatum; quia mentem turbat, sed inueteratus facit vt tristitia, paruum, languidum, & rarum.
    - **Assumēdę**
      - Alimenta
        - Cib'
          - Largior [h] § Gignit pulsum inęqualem, & inordinatum; quia grauat facultatem.
          - Modicus § Facit [h] pulsū magnū, celerē, & crebrū, ac vehementē; q̄a auget calorē, & roborat vires.
          - Parcior [h] Minùs mutat pulsum, & mutatio à parciori cibo facta minus durat.
        - Potus
          - Vini [i] § Pulsum mutat, vt cibus, sed citiùs, & mutatio a vino facta citiùs recedit.
          - Aquæ § Licet aliquo modo mutet pulsum, parùm tamen mutat.
      - Medicamenta § Prout validiora, vel mitiora fuerint, vel magis, aut minùs moueant, eatenùs pulsum variant.
    - **Excernēdę**
      - Nimia vacuatio: Vt in choleris, magnis alui profluuijs, vteri, & eiusmodi pulsum gignit vermiculantem, nisi adsit febris cacoethæ, ideſt, maligna, quia tunc pulsus sunt formicantes.
      - Retentio superfluitatum § Pulsum facit inæqualem, & inordinatum.
    - **Incidentes extrīsecus**, & est ābientis natura, quæ est varia ob
      - Anni [k] tēpus
        - Ver ī [k]
          - Principio: Pulsum facit remissum in magnitudine, vehementia, celeritate, & crebritate; quia facultas ob frigus non est admodum valida.
          - Medio § Pulsum facit maximum, & vehementissimum, quia virtus est validissima.
          - Fine § Detrahit aliquid de magnitudine, & vehementia, sed auget celeritatem.
        - Æstas ī [k]
          - Principio § Facit pulsum languidum, paruum, celerem, crebrum.
          - Medio § Facit pulsum paruum, languidū, celerem, & crebrū magis, sic magis debilē, q̄ hiems, sed minùs paruum.
          - Fine § Facit pulsum, vt in principio.
        - Autumnus [k]: Facit pulsus, vt ver in medio; in fine vt in principio ipsius veris, in principio, vt in fine veris, vel potius in fine æstatis.
        - Hiems [k] § Facit pulsum paruum, tardum, languidum, rarum, sed minùs languidum, quam in æstate.
      - Regionem [l]
        - Temperatam § Hæc facit pulsus, vt in medio vere.
        - Calidam vehementer § Hæc facit pulsus vt in media æstate.
        - Frigidam vehementer [l] Hæc facit pulsus vt sunt in media hieme.
      - Præsentem cęli statum, vel constitutionem § Hæc ita variat pulsum, vt anni tempora.
  - **Præternaturales**
    - Causa morbi § Vt [m] praui humores grauantes facultatem faciunt pulsum inæqualem.
    - Morbus § Vt febris [n] facit pulsum celeriorem, & crebriorem ob auctum vsum.
    - Symptoma § Vt nimium alui [o] vel mensium profluuium facit pulsum vermiculantem.

Primo

AVCTORITATES.

a Primo de cauſ. pulſ. 2.
b Secundo de præſag. ex pulſ. 8.
Primo de præſag. ex pulſ. 4.
c Alex. Aphrod. 2. de anima. 7. 8.
d De vſu pulſ. 4. 5. 6.
e Primo de cauſ. pulſ. 1.
f De vſu pulſ. 2.
Primo de cauſ. pulſ. 3.
In ſynopſi pulſ. 9.
g De vſu. pulſ. 6. 7.
h Aduerſus. Iulian. 6.
In ſynopſi 9.
i Quarto de differ. pulſ. 9.
x Primo de cauſis pulſ. 4.
l De vſu pulſ. 4. 5. 6.
Quarto de differ. pulſ. 6.
m De cauſ. reſpirat.
n De vſu pulſ. 3. 4.
In ſynopſi. 9.
Primo de cauſ. pulſ. 3.
o In ſynopſi. 9.
p Secundo de dignoſc. pulſ. 3.
q De pulſ. ad tyron. 9.
Tertio de cauſ. pulſ. 3.
r Tertio de cauſ. pulſ. 4.
In ſynopſi. 15.
s Tertio de cauſ. pulſ. 12.
t Tertio de cauſ. pulſ. 5.
De pulſ. ad tyr. 9.
In ſynopſi. 15.
u Tertio de cauſ. pulſ. 2.
x Tertio de cauſ. pulſ. 8.

a Tertio de cauſ. pulſ. 13.
In ſynopſi 15.
b Tertio de cauſ. pulſ. ix.
c Tertio de cauſ. pulſ x.
d Quarto de cauſ. pulſ. 2.
e Quarto de cauſ. pulſ. 3.
f Quarto de cauſ. pulſ. 4.
g Quarto de cauſ. pulſ. 5.
h Tertio de cauſ. pulſ. 16.
i Tertio de cauſ. pulſ. 17.
x Tertio de cauſ. pulſ. 6.
l Tertio de cauſ. pulſ. 7.
m Secundo de cauſ. pulſ. 3.
De pulſ. ad tyron. 11.
n Tertio de præſag. ex pulſ.
o De pulſ. ad tyron. 11.

Tabula Septima, Causæ continentes quomodo pulsum faciant.

- Causæ continentes faciunt hos, vel illos pulsus
  - Necessariò, & sunt illæ causæ, quibus positis, hic, vel ille pulsus ponitur, & quibus mutatis hic, vel ille pulsus mutatur. Tales autem causæ sunt
    - Vna seorsum, quæ est
      - Facultas vitalis, quæ est
        - Valida, seu vehemēs, vel robusta
          - Vehementem [e] gignit pulsum, & quò est vehementior vehementiorem. Dicit tamen Paulus[f] id esse, nisi aliæ causæ obstent. Consistit hæc facultas in commodo cordis temperamēto, vel est (vt asserit [m] Gale.) cordis temperamentum. Vnde illam reddunt validam causæ, quæ cordis temperamentum iuuant. Quæ causæ sunt.
            - Internę quę sunt
              - Temperatio bona, & [a] temperata tùm totius corporis, tùm singularum partium.
              - Compositio congrua, & naturalis partium multiformium, vel organicarum.
              - Vnio in vtrisq; cum humoribus, & spiritibus quantitate, & qualitate temperatis.
              - Ponitur etiam à Gal. excretio humoris semicrudi [b] qui iam coquitur.
              - Naturæ ad crisim [b] impetus, quod est idem.
              - Aetas [c] florens.
              - sexus masculinus. [a]
            - Externę quæ sūt Res
              - Faciēdę
                - Exercitatio [g] moderata — Hæc, & ira non perinde apertè, vt vinum facultatem alterant, primo de caus. puls. 7.
                - Ira[h i] — Hanc Gal. [h] reponit inter causas internas. Reddit verò virtutem [i] validam augendo calorem, & excitando virtutem.
              - Assumēdæ
                - Alimenta — Vinum id maximè præstat [k]. Sic cibus [l] boni succi, qui citò & multùm nutrit.
                - Medicamenta[l] vacuantia prauos humores; ita Alexiteria, & cætera cordialia.
              - Excernendæ — Si excernantur [l] (vt dictum est) humores cocti, venena, & huiusmodi.
              - Incidētes extrīsecus
                - Aer īspirādus, & [n] ābiēs benè tēperatus, vt ē ī medio vere, & ī medio Autumno.
                - Sic aer pur⁹, & nō inq nat' à metallis, caminis [o], barathris, charonęis, & à pestilē[tia[p]
                - Balnea tēpata[q]. Medicamēta cordialia, & eiusmodi extrīsec' admota.
        - Debilis, vel languida
          - Per essētiam [s] vel p se — Pulsum facit [r] semper debilem, & quò est debilior, debiliorem. Debilitant autem facultatem causæ labefactantes cordis temperamentum. Quę causæ sunt
            - Internæ — Morbi [t] maligni, & acuti, & diuturni, dolores vehementes, vt syncoptici, & diuturni. Sic [u] cætera præternaturam, siue sint morbi, siue causæ, siue symptomata; quæ spiritus, humores, & partes solidas corrumpendo cordis temperationem labefactant. His adiungi potest temperatio pituitosa [t], ætas [x] senilis, sexus [y] fęmininus.
            - Externę quæ sūt Res
              - Faciendę — Maximi [a] labores [b], vigiliæ, tristitiæ, curæ 12. meth. primo.
              - Assumendæ — Inedia [b], quæ vacuat per accidens, venena.
              - Excernēdę — Vacuationes [b] immodicæ per aluum, per vrinas, sudores [c], vomitum, fluxū sangu. ex vtero, hæmorrhoidibus, naribus, secta vena. Sic quęlibet insignis vacuatio, licet sit materiæ malæ, vt puris [d], aquæ, humoris putridi
              - Incidentes extrinsecùs
                - Aer pestilens, aut barathri, charonæi [e], vel nimiū calidus, aut frigidus
                - Aquæ calidiores [f] vel nimiùm frigidæ, primo de pręsag. 4.
          - Per aggrauationem siue per aliud — Pulsum facit[h] inæqualem, idest, nūc debilem, nunc vehementem, & quò magis est grauata plures facit pulsus debiles, & pauciores vehementes, & è conuerso. Grauatur autem facultas à causis
            - Internis
              - Quantitate [g] nimia humorum, siue obstruant, siue non obstruant.
              - Qualitate praua eorumdem, vt crassitie, visciditate, duritia, tenuitate.
              - Tumoribus præternaturam, & similibus comprimentibus, astringentibus, & quomodocumq; angustantibus arterias.
            - externis idest rebus
              - Faciendis [i] — Nimio ocio, somno, curis generantibus superfluitates.
              - Assumendis [i] — Crapulis, ebrietatibus, prauis edulijs.
              - Excernendis — Si retineantur superfluitates solitæ per deiectiones, vrinas, mēses, hæmorrhoidas, vel aliter vacuari.
              - Incidentibus [l] extrinsecus — Balneis, & natationibus post cibum.
      - Instrumēta .i. arterię, q̄ sūt.
        - Molles [R] — Pulsū[R] faciūt mollem, & quò sunt molliores, molliorem. Sūt autem arteriæ molles à causa.
          - Interna, quæ est
            - Naturalis — Temperatio [l] pituitosa, habitus pinguis, & obæsus; ætas puerilis, sexus, fœmininus.
            - Præternaturalis — Hydrops, anasarca [m], peripneumonia, lethargus, febres typhodes, elodes.
          - Externa, .i. à rebus
            - Faciendis — Vita [m] ociosa, somno, vita molliori.
            - Assumendis — Cibis, & [m] potionibus madefacientibus.
            - Excernendis — Si retineatur pituita, & substantia aquosa.
            - Incidentibus extrinsecus — Aere humidiori, balneo ex aqua dulci.
        - Moderatæ — Faciunt pulsum moderatum, & fiunt à causis moderatis.
        - Durę [n] — Faciunt [n] pulsum durum, & quò sunt duriores, duriorē. Fiunt autem arteriæ duræ à causa.
          - Interna
            - Naturali — Temperatione biliosa, vel melancholica, habitu gracili, ætate senili, sexu masculino.
            - Pręternāli — Intēperie [o] sicca, frigida, febribus ardentibus, marasmo, quibusdā quartanis, arteriarū obstructionib⁹, astrictionibus, cōpressionibus; biliosis, vel crudis humorib⁹.
          - Externa, idest à rebus
            - Faciendis — Nimio motu, ira [o], vigilia.
            - Assumendis — Esu pomorum [o] intempestiuo, frigidę potu immodico.
            - Excernēdis — Nisi excernātur supfluitates, p̄sertī biliosę, & melāchólicæ; Sic nimia excretio.
            - Incidentibus extrinsecus — Aere frigidissimo, balneis [o] frigidissimis, & alluminosis.
    - Duę, quæ sunt
      - Vsus cum
        - Facultate[p] — Hinc sunt [p] quatuor coniugationes.
        - Instrumentis[q] — Hinc etiam sunt quatuor coniugationes, quę faciunt, vel semper, vel vt plurimum tales pulsus relatos à [q] Galeno, quos breuitatis gratia omitto.
      - Instrumēta cum
        - Vsu — De hac est dictum, & disputat de hac complicatione Gal. primo de caus. puls. cap. 9.
        - Facultate — Hinc etiam sunt quatuor complicationes [r] de quibus agit Gal. 1. de caus. puls. 10.
    - Tres — Cum secundum naturam, & mediocriter [s] se habent facultas vitalis, calor, & arteriæ, quod fit in homine temperato, qui est regula, pulsum faciunt in qualibet differentia moderatum absolutè inter magnum paruum, celerem, tardum, durum mollem, plenum vacuum, sic vehementē debilem. Sed in differentijs, quæ sunt ad aliquid, faciunt pulsum eurhythmum æqualem ordinatum. Verùm, si omnes istæ causæ, vel quędam, vel vna sit affecta præter naturam (quod octo modis [s] contingit) varios pulsus gignunt, quos sigillatim declarat Galenus primo de caus. puls. cap. 11.
  - Non necessario — Huiusmodi sunt illæ causæ quæ egent ad talem pulsum generandum alijs etiam causis. Et tunc pulsus dicitur esse familiaris illarum causarum. Tales autem causæ sūt
    - Facultas
      - Valida — Habet magis familiarem pulsum magnū, minùs celerem — Sed, quia [a] ad tales pulsus faciendos requiritur etiam vsus auctus, & mollia instrumēta, ex se facultas valida non facit tales pulsus necessariò.
      - Debilis — Habet familiarem pulsum paruum magis, [t] tardum minùs.
    - Vsus
      - Auctus — Habet familiarem pulsum celerem magis, magnū minùs, & si augeatur vsus, additur etiam frequentia. Augetur [Y] autem vsus aucto calore, & exhausto animali spiritu. Augent autem vsum causę.
        - Internæ
          - Naturales — Temperamentum calidum, ætas [u x] florens, sexus [y] masculinus, habitus gracilis.
          - Pręternaturales — Humores calidi, vt bilis, & sanguis putrescens, intemperies calida, vt febris, inflammatio, erysipelas.
        - Externæ, idest Res
          - Faciendæ — Labor, vigilia, ira, verecundia, & eiusmodi inflammantia, vel exhaurientia spiritus, & calorem.
          - Assumendę — Cibi calidi, Vinum, & Medicamenta calida.
          - Excernendæ — Si retineatur bilis, vapores, & calidi effluxus.
          - Incidentibus extrinsecùs — Aer calidior ob ignem, solem; sic aquæ thermales, & medicamenta calefacientia.
      - Moderatus — Facit pulsum moderatum, & est talis à causis moderatis.
      - Imminut⁹ — Habet familiarē pulsum primò paruum, & tardum, vt dicit Gal. 1 de caus. puls. 6., vel potiùs (vt dicit Gal. 1. de caus. puls. 7., primo de præsag. 2.) habet familiarē [&] primo pulsum rarum, mox tardū, postremo paruum. Fit aūt vsus imminutus à causis.
        - Internis
          - Naturalibus — Temperamento frigido [z] habitu pingui, ętate senili, sexu fœminino.
          - Pręternālib⁹ — Humoribus frigidis dùm mouentur, qui antea quiescebant, intemperie frigida, vt in senio ex morbo.
        - Externis
          - Faciendis — Ocio, somno, metu, curis [z].
          - Assumendis — Cibis frigidis [z], aqua frigida, medicamētis frigidis.
          - Excernendis — Si retineatur pituita, vel humor melancholicus.
          - Incidentibus extrinsecus — Aere frigidiore, aqua, medicamentis.
    - Instrumenta
      - Mollia — Habent familiarem pulsum magnum magis, celerem minus.
      - Dura — Habent familiarem pulsum paruum magis, tardum minus.

Duodecimo

AVCTORITATES.

a 12.meth.5.
b Primo de præsag.ex pulſ. 8.
in Synopſi. 32.
c Tertio de cauſ.pulſ.5.
d Tertio de cauſ.pulſ.2.
e Primo de cauſ. pulſ.4.7.
Primo de præſag.7.
f Paul.lib.2. cap.12.
g Tertio de cauſ.pulſ.13.
h Primo de præſag.8.
i Quarto de cauſ.pulſ.2.
k Secundo aphoriſm.11.
Tertio de cauſ.pulſ.17.
l Primo de præſag.8.
Tertio de cauſ.pulſ.16.
m Secundo de præſag. 8.
n Tertio de cauſ. pulſ. 6.
o Septimo de vſu part. 8.
12.meth.5.
p Primo de differ.feb.
q Tertio de cauſ.pulſ.15.
r Primo de cauſ.pulſ.4. 7.
s Quarto de præſag.12.
In Synopſi 22.34.
t Primo de præſag.8.
u De pulſ.ad tyr.11.
x Tertio de cauſ.pul. 5.
y Tertio de cauſ.pulſ.Secundo.

a Tertio de cauſ. pul. 13.
b Primo de præſag. pulſ.8.
c Secundo de præſag. pulſ.9.
d Sexto aph.27.
e Septimo de vſu part.8.
12.meth.5.
f Tertio de cauſ.pulſ.14.
g Secundo de cauſ.pulſ. 2.
h Quarto de præſag.12.
In ſynopſi.22.34.
i Primo ad Glauc.8.
k Primo de cauſ.pulſ.4.9.
l Primo de præſag. 4.7.
m Primo de præſag.9.
n Primo de cauſ.pulſ.4.9.
o Primo de præſag.4.
In Synopſi.21.27.
p In Synopſi. 28.
Primo de cauſ.pulſ.8.
q Primo de cauſ pulſ.9.
r Primo de cauſ. pulſ.x.
s Secundo de dign.pulſ.3.
primo de cauſ. pulſ. 11.
t Primo de cauſ.pulſ.4.5.
Primo de diſpnæa.6.
u Tertio de cauſ.pulſ.3.
x Tertio de cauſ.pulſ.5.
y Tertio de cauſ. pulſ. 2.
Y Primo de cauſ.pulſ.12.
Secundo de cauſ.pulſ.6.
In Synopſi.14.18.23.25.
Z In ſynopſi.32.
Primo de præſag.pulſ.2.
& Primo diſpnæa.7.

ADNOTATIONES

Magnitudo eſt peculiaris robori, calori, & (a) mollitiei. Paruitas è conuerſo debilitati, frigiditati duritiei.

Velocitas, vel celeritas eodem modo eſt peculiaris robori, (a) calori, & mollitiei. Tarditas debilitati, frigiditati, duritiei.

Crebritas, vel frequentia nulli de commemoratis (a) neceſſariò adhæret: magis tamen peculiaris eſt debilitati, calori, duritiei. Raritas quoq; nullis de commemoratis (a) neceſſariò adhæret; magis tamen peculiaris eſt robori, frigiditati, mollitiei.

Vna cauſa crebritatis eſt prioris (a) actionis (b) defectus.

a Primo de cauſ.pulſ.4.
b Primo de difficul.reſpir. 6.

Tabula Octaua, Prognostica ex pulsibus.

Significationes, & prognostica ex pulsibus sumuntur ab ipsorũ pulsuum differentijs.

- **Naturalibus**
  - Differentiæ naturales pulsuum, quæ sunt absolutæ, ideſt, desumptę à quantitate, & qualitate, consistunt in mediocritate [a], vt est Pulsus medius inter magnum, & paruum, celerem tardum, crebrum rarum, plenum vacuum, durum mollem. Medius tamen inter vehementem [b], & languidum non est naturalis, sed cum languido connumeratur, & est præter naturam; Vehemens autem secundum naturam, imò quò vehementior, eò magis secundum naturam, nisi sit à causa aliqua externa, & citò mutetur; Et vehementissimus tantùm ex extremis est [c] secundum naturam, & optimus.
  - At in differentijs pulsuum, quæ sunt ad Aliquid, erit naturalis pulsus [d] Eurythmus, Aequalis, & Ordinatus. Omnes istæ differentiæ dictæ cum proficiscantur à facultate, vsu, & instrumentis benè affectis, & secundum naturam habentibus, plerumq; certam salutem pręnunciant, quin potiùs tales pulsuum differentiæ adsunt in sanitate, & illa quidem optima. Possunt tamen interdum (vt asserit [e] Gal. 3 de pręsag. ex pulſ. 3.) fieri tales differentiæ ob inęqualem cordis intemperiem.
  - Nam possunt humores in cordis ventriculis contenti esse frigidiores [f], & substantia solida cordis esse calidior; vel contrà, potest substãtia esse frigidior, & humores calidiores.
  - Quæ temperationum pugnantia facit pulsus probos, & naturales, vel qui parùm deflectunt de natura, Aegri tamen tunc moriuntur [e], vt dicit Gal. accidisse in magna pestilentia sui temporis; in qua præter cæteros dicit perijsse illos, qui habebant pulsum parùm deflectentem de natura.
  - Quarè, ne decipiamur animaduertenda sunt alia signa ab excrementis, & ab alijs lęsis actionibus desumpta.
  - Ego tamen, qui multos curaui laborantes febre pestilenti, nunquam in illis tales pulsus inueni, sed semper inæquales, & plurimum à pulsibus naturalibus differentes.
- **Præternaturalibus quę sunt**
  - **Absolutæ, & non ad Aliquid**
    - Præternaturales pulsuum differentiæ, quæ sunt absolutæ consistunt in excessu, vel defectu. Harum longè peiores sunt, quæ ad defectum, quam [f] quæ ad excessum pertinent, vt paruitas peior est magnitudine, tarditas celeritate, raritas crebritate, vel frequentia; præsertim cùm tales differentię sunt insignes, & ad extremum deueniunt. Vndè hinc etiam sumitur regula ad cognoscendum quodnam genus pulsuum sit peius. Nam illud est, cuius extremum est pessimũ [f] vt pulsus rarus est peior crebro, quia rarissimus est pessimus; sic tardus celeri, quia tardissimus est pessimus; Ita etiam paruus magno, quia minimus est pessimus. Et hæc regula non solùm vera est in differentijs pulsuum eiusdem generis, sed etiam diuersorum generum, vt Pulsus languidus est peior raro, tardo, & paruo; quia languidissimus est horum omnium pessimus. Peior autem, & deterior pulsuum differentia dicitur, quæ à maiori noxa caussarum continentium, & præsertim facultatis, & caloris oritur, vt debilitas, raritas, paruitas, tarditas. Et quemadmodum noxa in caussis continentibus differt secundum magis, & minùs; ita etiam pulsuum differentiæ dicuntur magis, & minùs prauæ.
    - Deterrimi pulsus omnium [g] sunt languidissimi, tardissimi, rarissimi. Post hos minimi, mollissimi, durissimi; Postea frequentissimi, sed non celerrimi, neq; maximi, qui sunt modicè periculosi. Summa [g] languiditas, tarditas, & raritas incidit cùm calor natiuus extinguitur, vndè proximam mortem prænunciant. Summa quoq; paruitas, vt in pulsu formicante est maximè periculosa. Extrema etiam magnitudo cum morbosa mollitudine, vt in læthargo est periculosa. Debilitas perpetua, ideſt, cùm [g] qua in pulsu nulla est coniuncta vehementia, cùm significet facultatem debilem per essentiam, semper est periculosissima. Sed quando est coniuncta cum alia aliqua inæqualitate in magnitudine vel celeritate, Aeger non est procul à morte. Ita etiam, cùm habet adiunctam tarditatem, & paruitatem. Raritas quoq;, si proficiscatur à magna refrigeratione [g] caloris natiui, vt in febribus acutis, mortem prænunciat, sic in senio ex morbo. Quæ ab alia causa fit, vt ab ambiente frigido, pituita in ventriculo, non est ita [h] periculosa. Crebritas [g] in syncopa est valdè periculosa, non tantùm ratione crebritatis, sed potiùs propter languiditatem sibi adiunctam. In febribus videtur interdùm pulsus ab excessu redire ad naturalem statum, & tamen [h] æger moritur; quia cum calore præternaturali, euaporat etiam calor naturalis. Et ob id oportet [i] videre, an pulsus sit debilis, quia, si semper est debilis ęger moritur, cum ab excessu ad defectum itur, quo tempore [h] æger interdum appetit cibum, & cum offertur, moritur.
    - Pulsus languidi, tardi, & parui ob caloris frigiditatem pręnunciant [k] ægrum paulò postea inter dormiendum esse moriturum. Sed profecti a parte cordi proxima, licèt sint non longè minores iusto, & tardiores repentinam mortem tùm inter dormiendum, tùm inter loquendum prędicunt.
  - **Non absolutæ sed ad Aliquid, & sunt pulsus**
    - **Arythmus**: Fit ab vsu aucto, vel [l] attrahendi aeris frigidioris, vel expellendæ fuliginis præternaturam temperationis, ętatis, temporis anni, Regionis, & similium; & quò magis recedit à conuenienti rythmo, eò est deterior. Vndè pessimus est [m] ecrythmus, post hunc hæterorythmus, minùs pararythmus. Cùm velocior est quies interna, & diastole, significatur auctus vsus attrahendi aeris frigidioris, vel ob superfluam caliditatem, vel ob consumptos animales spiritus. Cùm velocior est quies externa, & sistole, significatur auctus vsu expellendæ fuliginis [m].
    - **Inęqualis**: Significationes, & prognostica ad inæqualitatem pertinentia in sequenti tabella seorsum exponentur, quia sunt maximi momenti.
    - **Ordo**
      - **Ordinatus**: Hic pulsus [n] potest esse secundum naturam, & præter naturam. Est quidem secundum naturam, quando est cum differentijs naturalibus, & tunc [o] est optimus. At, si sit cum differentijs præternaturalibus sub ipsa scilicet inæqualitate, sub qua reponitur à [p] Galeno, & [q] ab Auic. est præternaturam, & [r] est melior inordinato in eodem genere, vt in magnitudine, celeritate, & vehementia, nisi ordinatio sit in pessimis differentijs, vt in formicante, intermittente, & situ. quoniam in his ostendit causam fixam, & ob id est deterior inordinato.
      - **Inordinat⁹**: Hic in eodem genere simpliciter, & absolutè est deterior ordinato. Sed in pessimis [s] differentijs, vt in pulsu deficiente, formicante; & demùm vbi summa est debilitas, paruitas, & eiusmodi, est melior ordinato quia ostendit prauam causam non esse fixam, & stabilem.

AVCTORITATES.

a Ad tyron. 2.8.
Secundo de dignot. pulſ. 3.4.
b Primo de cauſ. pulſ. 7.
c Secundo de pręſag. 5.
In Synopſi. 33.
d Ad tyron. 8.
e Tertio de pręſag. 3.
f Secundo de præſag. pul. 5.
In ſynopſi. 33.
g In Synopſi ibidem.
De præſag. ibidem.
h In Synopſi 17.
i Tertio de criſ. 9.
K Secundo de præſag. 4.
l Tertio de cauſ. pulſ. v.
De præſag. pulſ. 2.3.
m Primo de differ. pulſ. 9.
In Synopſi. 14.
Secundo de cauſ. pulſ. 15.
n Primo de differ. pulſ. 10.
o Secundo de cauſ. pulſ. 14.
p Primo de differ. pulſ. 10.
Secundo de præſag. 13.
q Auic lib. primo f. 2. doct. 3.
ſum. prima diſtin. 2. cap. 5.
r Secundo de cauſ. pulſ. 14.
s Secundo de præſag. 13.

ADNOTATIONES.

Cùm nihil ſit in Medicina, quod diuturniore exercitatione (a) indigeat, maioreq́; vim habeat, quàm pulſuum dignotio; ideò non modò generatim, ſed etiam membratim exponendi ſunt pulſus, qui ad morborũ dignotionem, & prognoſtica pertinent. Quæ cauſa eſt, cur in alia tabella accuratius tractentur, quæ ad inæqualitatem pertinent, quoniam per inæqualitatem plurima, & maxima cognoſcuntur, & prauidentur.

In Synopſi. 8.

Significationes

Tabula Nona, Prognostica ex Inæqualitate Pulſuum.

- Significationes, & prognoſtica ad inequalitatẽ pulſus attinẽtia ſumũtur ab inæqualitate in
  - Pluribꝰ pulſibꝰ, quæ inæqualitas fit à facultate affecta, vel ob inæqualem cordis intẽperiem, vel multitudinem humorum, [g] vel fit ob vitia īſtrumentorum, vt ſunt opilationes compreſſiones, adſtrictiones, & durities ab Inflammatione. Eſt autem hæc inæqualitas in pulſu
    - Aequaliter, & tunc pulsꝰ
      - Non ceſſat deficere ac minui, donec motus abſolutur, & tunc
        - Non ãpliꝰ redit motꝰ: [a b] ἐκλείπων propriè, ideſt deficiens dicitur — Hinc pulſus eſt defectus dimidiatæ functionis [a]; at ἀσφυξία, ideſt abolitio pulſus eſt defectus totius functionis, & dicitur aſphyxia, quando ab admouente digitos ad arteriam, non ſentitur pulſus. Et tunc caſus eſt grauiſſimus, quia iàm extinguitur Virtus. At, ſi motus paulatim deperdatur, & à manu admota nõ ſentiatur redire motus, caſus eſt quidem grauiſſimus, ſed leuior priore, & deterior alijs. Fit autem à facultate maximè languida [c], ſiue ob cordis inæqualem intemperiem, ſiue ob prauorũ humorum aggrauationem; Vnde maximum periculum prænunciat.
        - De integro, vel de nouo redit motus: ἐκλείπων παλίνδρομος, ideſt deficiens reciprocꝰ vocatur — Fit ab his, & eiſdem [a] cauſis, à quibus fit ſuperior. At cauſæ ſunt aliquo pacto leuiores, & ideo natura veluti colligit ſe ipſam, & facit conatus, licet leuius periculum, quàm ſuperior, magnum tamen prænunciat.
      - Ceſſat deficere, ac minui, & hic
        - Manet in eadem paruitate, in qua terminauit: Μυοῦρος, .i., Myurus propriè dicitur [d] — Fit quidem à facultate debili, vt ſuperiores, At minor eſt in hoc debilitas; quarè minus malum prænunciat. Et aduertendam [e] eſt, quod etiam ſuperiores pulſus Deficientes vocati, dicuntur etiam Myuri.
        - De integro [d] augetur, & dicitur Myurus reciprocus — Fit [d] quidem à facultate languida, ſed quæ nititur colligere ſeipſam, vt cauſam noxiam depellat, & minùs id facit, cum redit ad magnitudinem minorem, magis cum ad æqualem, & maximè cùm ad maiorem. Vndè minùs periculi [e] prænunciat.
    - Inæqualiter, & tunc in ipſo pulſu
      - Amittitur motꝰ
        - Penitùs: ἐκλείπων [f] ἀνώμαλος, .i. deficiens inæqualis vocatur — Fit à ſumma virtutis debilitate, vel potius extinctione. Vnde excepta aſphyxia, cui eſt perſimilis, eſt peſſima differentia omnium prædictarum. Prænunciat veluti, & Apoplexia repentinam mortem [h].
        - Non penitùs, ſed per vnũ, duo, vel plura tempora: διαλείπων, propriè [i] ideſt Intermittens nominatur. — Hic pulſus, qui eſt medius inter deficientem, & Myurũ, fit [i] non ſolùm à facultate debilitata, ſed ẽt ob validam opilationem, aut compreſſionem, aut adſtrictionem arteriarum. In Iuuenibus eſt periculoſiſſimus ita, vt neminem Iuuenem cum tali pulſu ſeruatum viderit [K] Gal.: Ego tamen hoc anno vidi Nutum Vexilliferum Petraſanctæ cum tali pulſu ſeruatum. Id, quod etiam dixerunt illi accidiſſe anno ſuperiore. Si fiat intermiſſio per duo, aut plura tempora, nullus euadit, ſi per vnum, aut paulò amplius, euadunt magis ſenes, nullo modo Iuuenes, medio modo pueri, vt aſſerit Gal. 2. de præſag. 4.
      - Non amittitur motꝰ, & tunc
        - Superuenit motus in medio expectatæ quietis: παρεμπίπτων, [l] ideſt intercurrens dicitur — Hic pulſus, qui eſt contrarius Intermittenti, fit à facultate quidẽ valida, ſed grauata ob humorum multitudinem, vel impedita ab inſtrumentorum obſtructione, compreſſione, vel adſtrictione. Vt ergo depellat moleſta, maiores ſępè, & vehementiores, celerioresq́; edit pulſus, ita plures quoq́; & in criſi altos. Longè melior eſt, quàm vlla differentia prius dicta; Nam oſtendit conatum naturæ ad certamen ſe parantis, & ſæpè futuram criſim prænunciat [m].
        - De nouo [n] emergit motus, & dicitur Myurus reciprocus — Fit, veluti dictum eſt de Myuro reciproco ſuperius, à facultate quidem languida, ſed quæ nititur colligere ſe ipſam; &, cum hoc faciat inæqualiter, deterior eſt hic Myurus, q̃ ſuperior.
  - Vno pulſu quę̃ lõgè deterior, & tunc eſt in
    - Vna Arteriæ parte ſecũdum motum
      - Interruptũ, vel Intercisum. Hinc ſunt [o] nouem differentiæ pulſuum poſitæ à Galeno primo de differ. pulſ. 14. Quas omnes appellabant [p] pulſus caprizantes ſed Galen. [q] vocat ſolũ caprizãtẽ, quãdo ſecũdus motus ẽ velocior, & vehementior primo — Fit ab vſu vrgente, & facultate non per [p] ſe languida, ſed impedita, vel ab inſigni humorum copia, vel à vitio inſtrumentorum, videlicet à magna opilatione [p], compreſſione, vel adſtrictione. Quando interrupto motui ſuccedit motus tardior, & debilior, eſt caſus valdè periculoſus, quia fit à facultate adeodum languida. Vnde, ſi pulſus intermittat, mortem propinquam minatur. At, ſi motui interciſo ſuccedat motus celerior, & vehementior, qui pulſus propriè vocatur [q] caprizans, ſignificatur pugna inter facultatem dilatantem, & [r] conſtringentem ob copioſum calorem, & fuligines. Significatur etiam interdum inęqualis [s] arteriarum intemperies, & durities, &, ſi hic pulſus ſit cum coctione, prænunciat bonam criſim. Medio modo res ſe habet, ſi motui interciſo [s] ſuccedat motus moderatus.
      - Continuũ
        - Aequaliter [t] vnde ſũt ſex pulſuũ differentiæ innominatę — Fiunt omnes à facultate [t] impedita, vel ab humorum copia, vel ab arteriarum obſtructione, compreſſione, aut adſtrictione. Maximè impeditur cum vterq́; motus eſt tardus, vel paruus, aut debilis, & tempus quietis eſt longum. Impeditur minùs, cum vterque motus eſt celer, vel magnus, vel vehemens, & tempus quietis breue. Impeditur mediocriter, cùm omnes ſunt moderati. Et quò magis impeditur caſus eſt periculoſus, & è conuerſo.
        - Inęqualiter [u], vnde eſt pulſus impariter celer, & impariter vehemens — Fit veluti ſuperior à facultate grauata [u] ab humorum copia, vel impedita ab obſtructione, compreſſione, & adſtrictione arteriarum. Sed multò magis lęditur in hoc caſu, quàm in ſuperiore, vndè eſt periculoſior. Periculoſior eſt, cum fit pulſus deficiens.
      - Recurrentem vnde eſt pulſus
        - Vibratus [a] obſcurè — Fit à valida facultate coacta à magno vſu, & impedita ab arteriarum duritie.
        - Dicrotus, ideſt bis pulſans dũtaxat, & non vibratus — Fit à facultate debili coacta à magno vſu, & impedita ab arteriarum inęquali duritie. Ex quo deterior eſt hic pulſus quàm prior.
        - Non bis [a] pulſans, ſed illi adſimilis — Fit ab inæquali cordis intemperie certante facultate conſtringente cum dilatante ob redundantiam fuliginis, & caloris. Longè eſt periculoſior, quàm duo ſuperiores.
    - In pluribus arteriæ partibus ſecũdum
      - Qualitatem [b] motus, quantitatem temporis motus — Hic pulſus [b] ſiue motus fit continuus, ſiue non continuus, ſiue æqualiter, ſiue inæqualiter, fit ab iiſdem cauſis, à quibus fit in vna arteriæ parte, ſed à leuioribus, & ob id, licet ſit periculoſus, minùs tamen, quàm eo caſus eſt periculoſus.
      - Quantitatem diſtenſionis
        - Continuam, quæ quantitas, vel diſtenſio eſt imminuta verſus latus
          - Vnũ
            - Vicinum cordi — Fit rariſſimè, & cum fit eſt, vel ob æqualem arteriarum ſitum, vel potiùs intemperiẽ. Nam facultas vtitur meliùs temperatis, quàm intemperatis.
            - Remotũ à corde — Fit ſæpiſſimè à facultate [c] debili non potente mouere partes remotas, vt vicinas.
          - Vtrumq́; — Hinc ẽ [c] Myurus innuens, & circumnuens — Fit à facultate languida [c], cui ſunt oneri applicati digiti; ita, vt nequeat pulſare. Fit & ab inæquali intemperie arteriarum, & adiacentium partium marcore. Sunt longè deteriores hi Myuri in vno pulſu, quàm in pluribus; &, ſi motus deperdatur ſunt omnium pulſuum deterrimi.
        - Interruptam. Vnde eſt pulſus
          - Vndoſus [d] — Fit à facultate valida, vel ſaltem non debili, ab arteriarum mollitie, & ab humorum pituitoſorũ copia, vt in lęthargo, hydrope, typhode, elode.
          - Vermiculans [d] — Fit à facultate valdè languida, & à mollitie organorum.
          - Formicans [e] — Fit à facultate maximè languida ob morbũ cacoethẽ, & febrẽ malignã. Proximã mortẽ p̃nũciat.
          - Hecticus [f] — Fit à facultate debiliſſima, & duris organis, vt in empiemate, phthyſi, maraſmo, & demum quando adeſt hectica.
          - Serratus [g] — Fit in inflammatione partium neruoſarum, à qua fiunt arteriæ durę, & augetur ob inflammationẽ, & febrẽ vſus. Et, ſi pulſus ſit tendens, oſtendit crudã mãm, ſi remittens coctu facilem.
      - Situm arteriæ, cum videlicet arteria fertur ſurſum, deorſum, retrorſum, antrorſum, dextrorſũ, ſiniſtrorſũ
        - Perſpicuè admodũ, vnde eſt pulſus vibratus — Fit à Facultate [h] valida, vſu vrgente, & duris inſtrumentis. Et, ſi adſint ſigna coctionis bonam criſim prenunciant; niſi adſint, malam.
        - Non admodum perſpicuè [i] vnde eſt pulſus conuulſiuus — Fit à [k] ſpaſmo, ſiue ob plenitudinem, ſiue ob ſiccitatem, ſiue ob mordicationem.
        - Obſcurè, vnde eſt Pulſus tremulus — Fit à facultate [l] debili ob frigiditatem præſertim à cauſa externa, vt à timore. Eſt ſimul languidus, & paruus. Fit etiam ab arteria molli, & corporis gracilitate.

Secundo

AVCTORITATES.

a Secundo de cauſ. pulſ.3.
b Primo de differ. pulſ.xi.
c Secundo de præſag. ex pulſ. x.
d Secundo de præſag. nono.
Secundo de cauſ. pulſ.3.
e Primo de differ. pulſ.xi.
f Primo de differ. pulſ.12.
g Secundo de cauſ. pulſ. primo.
h Secundo de pręſag. ex pulſ. 4.
i Secundo de cauſ. pulſ.3.
κ Secundo de pręſag.4.
In ſynopſi 33.
l Secundo de cauſ. pulſ.3.
m Secundo de præſag. 5.
n Secundo de cauſ. pulſ.3.
Secundo de præſag.x.
o Primo de differ. pulſ.14.
p Secundo de cauſ. pulſ.7.
In ſynopſi 33:
Secundo de cauſ. pulſ.4.
q Tertio de differ. pulſ.29.
In ſynopſi 33.
r Secundo de pręſag.8.
s In ſynopſi pulſ.33.
t Primo de differ. pulſ.15.
Secundo de cauſ. pulſ.4. 5.
u Secundo de cauſ. pulſ.5.
Secundo de præſag. 6.
a Secundo de cauſ. pulſ.6.
Secundo de pręſag.7.
b Secundo de cauſ. pulſ.6.
In ſynopſi 33.
c Secundo de cauſ. pulſ.9.10.
Secundo de præſag. x.
d Secundo de cauſ. pulſ 8
Secundo de pręſag. nono.
e Tertio de cauſ. pulſ.17.
Ad Tyron. 8.
f Ad Tyron. ibidem.
Secundo de cauſ. pulſ.6.
Secundo de præſag. 9.
g Quarto de cauſ. pulſ.7.8.
h 2. de cauſ. pulſ.6. In ſynopſi 22.
i Secundo de cauſ. pulſ.12.
κ Primo de differ. pulſ.28.
l Secundo de præſag. pulſ.12.

ADNOTATIONES.

Inæqualis pulſus non ſolùm eſt præter naturam(g)*, ſed etiã eſt grauis. In epiſimaſijs, ideſt adnotationibus, aut principijs acceſſionum eſt minùs prauus, in incrementis magis, adhuc verò magis in Vigoribus, at in declinationibus eſt deterior.*
Inæqualitas plerumq́ ſpectatur penes magnitudinem (h)*, celeritatem, & vehementiam. Spectatur etiam interdum penes alias differentias, vt frequentiam, duritiem, caliditatem, ſic penes rythmum.*

g *In Synopſi* 17.
h *Primo de differ. pulſ.* 30.

Tabularum de Pulſibus finis.

TABVLAE DE VRINIS.

Maxima ſigna in Febribus, ſumuntur quoque ab Vrinis (a), vt à pulſu. quare de Vrinis etiam diligenter agendum eſt.

a Primo ad Glauc. 2.

TABVLAE

TABVLAE DE VRINIS.

Tabula Prima, Vrinæ definitio, & animaduersiones in ipsa inspicienda.

Vrina est serũ [g] humorũ in venis cõtentorũ, vel vrina est excremẽtum aquosũ in hepate genitum, & in renibus [h] per colatũ, & separatum. In Vrina aũt inspicienda, ne decipiatur Medicus habenda est ratio

- **Continentis, ideſt, vaſis, in quo recipitur vrina. In tali aũt vaſe ſpectatur**
  - **Subſtãtia** — Subſtantia [a] vaſis debet eſſe tenuis, & diaphana, ideſt, perſpicua, tranſparens, & clara, cuiuſmodi eſt vitrum purum, ac tenue, quod Cryſtallus dicitur; & hoc ſit purum, mundum, & ab omni ſorde alienum.
  - **Quantitas** — Sit matula [a] ſatis magna, vt vrinam totam, quæ vnica vice mingitur, poſſit capere, quoniam tota vrina, quæ vna [b] vice redditur, ſeiunctim eſt inſpicienda, vt rectum iudicium cùm de alijs, tùm de illius quantitate ferri poſſit.
  - **Qualitas quæ eſt**
    - **Color** — Non ſit matula infecta [a b] colore viridi, vel glauco, vel cæruleo, vel eiuſmodi alio, ſed imitetur puriſſimam aquam, huiuſmodi color eſt in vitro, quod Cryſtallus dicitur.
    - **Figura** — Sit matula rotunda, non [a b] multùm ampla, fundum quoque habeat rotundum, cuiuſmodi ſunt vaſa, quæ vulgò Vrinalia dicuntur, quæ mihi magis probarentur, ſi eſſent minora, tenuiora, & facta ex puriſſimo vitro cryſtallo nũcupato. Sed, cùm ita non ſint, mihi magis placent magni ciathi ſine pede, quia licet non habeant fundum rotundum, cùm tamen ſint longè tenuiores vrinalibus, melius præſeferunt colorem, ſubſtantiam, & contenta ipſius vrinæ.
- **Contenti in vaſe ideſt ipſius Vrinæ, nam cõſiderandum ẽ, vt vrina hominis differt**
  - **Ab alijs rebus, quæ ſunt ſimiles vrinæ hominis. Tales autẽ res ſunt**
    - **Vrina [e]**
      - **Subiugalium [c], i. Bouum** — Vrina ſubiugalium eſt [d] craſſa, & turbida, & longè craſſior eſt ſub medio, ſed ſupra medium eſt tenuior, clariorque. Hominis autem vrina plerumq; non eſt turbida, & ſiue ſit turbida, ſiue non ſit turbida, eſt eodem modo ſub medio, & ſupra medium.
      - **Aſini** — Eſt veluti Butyrum [d] liquidum cum turbiditate, & craſſitie. Hominis verò vrina non eſt huiuſmodi.
      - **Ouis** — Eſt alba vergens [d] ad ruffam, & habet ſedimentum ſimile oleo, & amurcæ, cuiuſmodi non eſt vrina hominis.
      - **Capreoli** — Eſt clara, & tenuis, & non habet ſedimentum [d].
    - **Vinum aquaticum, Mulſa, decoctio Ficuũ, Alij liquores** — Hi omnes liquores [f], quò ſunt propinquiores apparent tenuiores, & minùs colorati, quò verò ſunt remotiores, apparent craſſiores, contra, vrina hominis quo eſt propior, apparet craſſior, & quo eſt remotior, apparet tenuior, nam, cùm eſt propè diſcernuntur partes craſſiores illius, ſed cùm eſt procul, non apparent. Præterea in alijs liquoribus, vel non adeſt ſedimentum, vel, ſi adeſt, eſt in latere, in hominis autem vrina eſt in medio. Addit [f] Gentiles, & Sauonarola [i], hunc rudem, & craſſum, at vtilem modum diſcernendi. Accipiat Medicus matulam, & veluti diligenter omnia contemplaturus, illam olfaciat, vel manum, qua vas tetigit ad nares admoueat, & ex odore cognoſcet an ſit vrina, nec ne.
  - **A ſeipſa, i., quatenus in eiſdem, vel diuerſis hominibus vrina eſt varia propter cauſas**
    - **Continentes**
      - **Efficientẽ** — Si facultas naturalis [k]; aut natiuus calor, qui eſt cauſa efficiens vrinæ aliquo pacto ſit varius, aut variè affectus varia quoque per ſe redditur vrina.
      - **Materiam**
        - **Ex qua** — Si humores [l], à quibus tamquam ſerum à lacte ſecernitur vrina, ſint varij, vel vario modo affecti, varia quoque per ſe reddetur vrina, quippe quæ propriè indicat [m], quomodo ſucci tùm venarũ, tùm arteriarum ſe habeant.
        - **In qua** — Sunt vrinæ inſtrumenta [n], vt renes, veſica, vreteres, canalis pudendi, quæ, ſi varia ſint, vel variè affecta, varia etiam per ſe reddetur vrina. Hepar etiam variè affectum, cauſa eſt, cur varia reddatur vrina. Sed hoc potiùs videtur facere, quatenus variat humores.
      - **Vſum** — Si mutetur vſus, vel finis, ideſt, neceſſitas repurgandi ſanguinem, & [o] humores, ſiue ob nimium potum, ſiue ob medicamentum, ſiue ob deſtillationem, ſiue ob aliam internam, vel externam cauſam, per ſe quoq; variabitur vrina.
    - **Alterãtes Res**
      - **Naturales quæ ſunt**
        - **Temperatio** — Si varietur temperamentum [p], variatur etiam vrina, quatenus videlicet variatur virtus, vel calor naturalis.
        - **Aetas** — Varia ætas [q], variam reddit vrinam.
        - **Sexus** — Si varius ſit ſexus, varia eſt etiam vrina — Vt in mare, & fæmina 2. prognoſt. 33. Et etiam in eodem ſexu, vt in fæmina prægnante, vrina diuerſa eſt à non prægnante [r].
      - **Nonnaturales quæ ſunt**
        - **Faciendæ** — Motus, quies, ſomnus [s], vigilia, Animi paſſiones, vt ira, mæror, variant vrinam.
        - **Aſſumendę** — Alimenta [t], & medicamenta tingentia vrinam variant, ſic vacuantia per vrinam; ita etiam nimius cibus, & potus, vt in Germanis facientibus (vt vocant) brindiſi.
        - **Excernendæ** — Si nimium, aut parùm contineatur vrina, redditur varia, à coitu olioſa, ſic in vomitu, vel deiectione ſuperflua, ita etiam in diabete variatur vrina.
        - **Incidentes extrinſecùs** — Ambiens variat vrinam, ſic quædam medicamenta [u] exteriùs admota, vt cantharides, Alchanna Auicennæ, quod multi putant eſſe liguſticum.
      - **Præternaturales** — Cauſę, Morbi, Symptomata — Hæc etiam variant vrinam, prout in illorum tractatione copioſè explicatur.
- **Loci, in quo**
  - **Inſpicitur** — Locus, in quo inſpicitur vrina non ſit obſcurus [x], neq; à ſolis radijs illuſtratus, ſed ſit clarus, & lucidus, vt omnes differentię benè perpẽdi poſſint. In tali loco, cum inſpicitur vrina, apponatur manus ex altero latere modico interpoſito interuallo, vt melius appareant cõtenta. Si ad Solis radios, aut ad lumen candelæ inſpiciatur vrina, apparet minùs colorata, & magis tenuis [x].
  - **Seruatur** — Non ſit locus, in quo ſeruatur [x] vrina valdè calidus, vt eſt ad Solẽ, vel propè ignem, nec valdè frigidus, vt eſt ſub Dio, & ad ventũ, quia eiuſmodi loca, vel corrumpunt, vel aliquo pacto variant vrinam. Sed ſit locus tepidus, &, ſi frigus vigeat, ponatur matula in furfure, vel obducatur ſtuppa, aliqui illam ponunt in aqua calida, ſed alterat vrinam.
- **Temporis, in quo vrina eſt**
  - **Mingenda** — Reddatur vrina ſummo [y] mane, quæ non ſit diù, violenter, & pręter naturam retenta (tunc enim erit facta coctio) colligaturq; tota in vaſe mundo. Poſſunt etiam inſpici vrinæ, quæ alijs temporibus minguntur, ſed ſunt variæ.
  - **Inſpicienda** — Non ſtatim [z] cum eſt reddita, & adhuc eſt calens inſpiciatur vrina, quoniam ſubſtantia, & contenta tunc nequeunt cognoſci, neque etiam de bullis iudicium ferri poteſt. Sed nec poſt multum tempus eſt inſpicienda, nam variatur ab ambiente. Multi volunt, vt inſpiciatur ſex horis poſt mictionem. Auicenna [&] non vult, vt pręteream hora. Actuarius [x] iubet, vt aſpiciatur cum redditur, & poſt horam vnam, & multas, vt omnes differentiæ, ac mutationes cognoſcantur.
- **Motus** — Non agitetur vrina [a], cum eſt reddita, nec quando eſt inſpicienda, nam urinæ agitatæ, nec ſubſtantia, neque contenta benè cognoſci poſſunt. Ex quo patet quantoperè decipiantur Ruſtici, & alij, qui putant ex ſola urina ualdè agitata omnes hominis abſentis affectus cognoſci poſſe.

AVCTORITATES.

a Actuarius primo de iudicijs vr. 1.
b Auic.l. 1.f.2.doct.3.sum.2. c.1.
c Sexto sexti epid. 15.
d Auic.lib. 1.f.2.doct.3. sum.2.c.1.xi.
e Actuar.primo de diff. vr.6.
De caus.procatarct.2.
f Auic.l. 1.f.2.doct.3.sum.2.c.1.12.
Gentiles ibidem.
g Primo tertij epidem.5.
h Quarto aphor. 77.
i Sauonarola in lib. de vrin. c.1.
k Secundo progn. 26.
Sexto de decr.Hip.& Plat.3.4.& 8.
l Primo tertij epidem.5.
Primo de natural.facul.vlt.
m Primo prorrhet. 4.
n Quarto de vsu part.4.5.6.
Quinto de vsu part. 16.
Secundo prognost. 37.
o Primo de natural. fac.x.
Tertio tertij epidem.41.
p Primo de cris. 12.
Actuar.2.de caus. vr.8.
q Sec. progn.33. Primo de cris. 12.
Actuar.2.de caus. vrin.7.
r Auic.l.1.f.2 doct.3.sum.2.cap.2.
s Actuar.2.de caus.vr.7. Auic. ibi.
t Sexto sexti epidem.15.
Auic.l. 1.f.2.doct.3. sum.2. cap.2.
u Auic.lib.1.f.2.doct.3.sum.2.c.1.
x Actuar.primo de iudicijs vrin.2.
Auic.lib. 1.f.2.doct.3.sum.2. cap.1.
y Actuar.primo de iudicijs vrin. c.1.
Auicen. cap. primo.
z Actuarius primo de iud.vr. cap.3.
& Auic.l.1.f.2.doct.3.sum.2. cap.1.
a Actuarius primo de iudicijs cap.3.
Auicenna cap. primo.

ADNOTATIONES.

Galenus (a) *tertio de sanit.tuenda cap.13.asserit, Quinctum dicere ad pictorem, vel fullonem pertinere vrinas nosse: & in lib.de causis procatarcticis* (b) *c.2. dicit, Erasistrati sectatores irridere eos, qui inspiciunt vrinas, vocando illos tinctores, eosq́ fallendo suppositi tia vrina. Ipse tamen Gal.tantùm tribuit vrinæ, vt primo* (c) *coment.6.de morbis vulgaribus particula decima ita scripserit*, tanta signorum ab vrina in acutis febribus vis est, vt & soli ipsi credendum sit.

Vrinæ indicant coctionem, quæ fit in (d) *iecore, & venis, cuius rei nullum planè manifestum* (e), *& euidens signum habemus præter solam vrinam.*

Cùm vrina visu, pulsus tactu cognoscatur, facilior, tutior, & promptior est vrinarum disciplina. Sed ad effectus dignoscendos antecellit pulsus. Actuarius primo de diff.vrin.6.

a Tertio de sanit. tuend. 13.
b De caus.procatarct.2.
c Primo sexti epidem. x.
d Secundo prognost. 26.
e Quarto de sanit. tuend. 4.
Secundo primi epidem. 44.
De tot. morb. temp. 3.

Tabula Secunda, Vrinæ differentiæ ex liquore.

- Vrinæ differentiæ sumuntur à
  - [A] Liquore, vel sero, quod est humiditas aquosa, ex qua sudor quoque prouenit. In liquore autem vrinæ spectatur.
    - Substantia[f] vel habitus, vel consistentia, quæ est
      - Crassa
        - Superat naturalem vrinam in crassitie; ita, vt visus in illa difficile penetret, & est
          - Cum [a] hypostasi, suspenso, vel nebula
            - Vrina hæc licet sit crassa, non tamen dicitur turbida, veluti, nec [b] vitrum, neq; album oui, quæ sunt crassa, vocantur turbida.
            - Ponitur ab Auic. secunda differentia inter vrinæ differentias.
            - Vrina, quæ habet hypostasim, potest etiam esse turbida, sed hoc accidit rarissimè.
          - Sine hypostasi[c], suspenso vel nebula, & hæc est
            - Turbida [cd], vel perturbata, vel subiugalis; quia est similis vrinæ subiugalium, & sic plerumq; est vrina crassa sine sedimento. Sed hæc vrina turbida [e].
              - Mingitur [e] clara, & fit turbida
                - Citò[f], vel protinus.
                - Tardè[f], vel interposito tẽpore.
              - Mingitur [e], turbida, & permanet turbida.
              - Mingitur [e] turbida, & fit clara
                - Citò [c], vel protinùs [f].
                - Tardè, vel interposito tempore.
            - Non turbida, sed clara, & diaphana, idest transparens, quæ cum agitatur nõ fiunt partes paruæ, neque citò franguntur bullæ
              - Rarissime repitur vrina crassa sine hypostasi, quæ non sit turbida.
      - Mediocris [g] § Est naturalis [g], quæ interdum dicitur crassa.
      - [i] Tenuis [a]
        - Supatur à naturali [k] in crassitie, & est
          - Cum hypostasi [l], suspenso, vel nebula § Hoc raro contingit.
          - Sine hypostasi, suspẽso, vel nebula. Hoc sæpè contingit. [b]
            - Hæc mingitur tenuis, & permanet tenuis
            - Continetur in secunda differentia Auicẽnæ
            - Estque tenuis, & [l] aquosa.
              - Exquisitè [b] § Nihil differt à clarissima aqua.
              - Non exquisitè [b] § Parùm differt ab aqua.
              - Potest[b] ẽt vrina tenuis nõ esse aquosa, sed biliosa.
    - Quantitas, quæ est quinta differentia Auicen. Est autem Quantitas
      - Multa[m] § Superat quantitatem assumpti potus, & excernitur
        - Criticè [n].
        - Non criticè [m]
      - Mediocris § Respondet quantitati assumpti potus.
      - Pauca § Superatur à quantitate assumpti potus.
    - Qualitas, quæ est
      - Color, quæ est prima differẽtia Auic. & variè à varijs assignat. At ex Gale. & Actuario est
        - Alb[us]
          - Aqueus [p] § Est similis clarissime aquæ § Hic albus color[o] non ita propriè vocatur albus, cùm visum non disgreget, ponitur tamen primo loco inter colores albos, quia summam cruditatem indicat.
          - Crystallinus[p] § Est similis crystallo, vel purissimo vitro.
          - Niueus [p], vel lacteus § Est similis niui, vel lacti § Est color albus propriè, nam visum disgregat.
          - Glaucus [p] § Est similis cornu pellucido.
          - Caropus [p] § Est similis subalbidis camelorum pilis § Isti colores habent in ipsa albedine aliquid fusci coloris, plus quidem caropus, glaucus verò minùs.
        - Subpallidus [q], subpallearis, vel subspiceus § Parùm distat à colore paleæ, vel spicæ tritici, aut hordei maturi.
        - Pallidus [q], palearis, vel spiceus § Est color paleæ, vel spicæ tritici, aut hordei maturi.
        - Subruffus[q], § Est parùm distans à colore purissimi auri, vel corticis citri, aut limonis.
        - Ruffus[q], qui ab Auic. vocatur citrinus § Est color auri, vel corticis citri, aut limonis.
        - Subflauus[q], vel subcroceus § Est magis intensus colore auri, & accedit ad colorem corticis arancij.
        - Flauus [q], vel croceus § Est color aquæ, in qua dissolutus fit crocus, vel est color corticis arancij maturi.
        - Subruber [r] § Accedit ad colorẽ sanguinis. Dicit Actuarius esse colorẽ boli Armeni. Vnde patet bolum Armenum esse ẽt rubrum.
        - Ruber § Est color sanguinis. Actuarius [s] hunc comparat cerasijs, & malis rubris.
        - Præruber [t] § Est magis intensus colore sanguinis naturalis.
        - Vineus[u] § Est color vini nigri, vel sanguinis nigrioris, vel potiùs hepatis.
        - Passeus [u] § Est color hepsematis, idest sapæ factæ ex vino nigriore.
        - Viridis, qui est similis folijs § Brassicæ[u], isatidis, vel est similis viridi aeri, siue æruginis aeris, vel folijs graminis.
        - Oleaceus [a] vel oleosus, aut oleagineus, qui ex Gal. est multiplex, veluti etiam est color olei
          - Hic[b] color ab Auic. numeratur inter colores compositos, & ab eodẽ, atq; [c] ab Auctore de vrinis ponitur vrina.
            - Aeleochrea [c] § Habet colorem olei.
            - Aeleophanes[c] § Habet colorẽ olei, & oleũ supnatãs.
            - Aeleodes § Colore, & tota substantia est oleum.
        - Venetus, vel ceruleus § Est color cæli, vel maris.
        - Liuidus § Est color plumbi, vel cadaueris.
        - Niger § Est color atramenti, vel picis, & hic color niger succedit colori [d] § Viridi, liuido, vel cæruleo.
      - Odor [e] fætidus, qui est 6. differ. Auic. Odor autem in vrina est fætidus.
        - Maximè [e]
          - Est odor cadaueris, vel carnis putrefactæ § Vt accidit quando in vrina exit pus.
          - Aut est odor admodum acris, & molestus, vt est quando adsunt vermes, & interdum in febre pestilenti.
        - Mediocriter[e] § Est naturalis vrinæ odor, nam vrina habet à natura proprium quendam fętorem.
        - Nullo pacto[e] § Nullus sentitur fætor, aut odor, veluti in aqua, vel non est odor vrinæ.
      - Sapor, Tactus § Istę [f] differentiæ (vt inquit Auic.) à nonnullis ponuntur, sed ab eodem Auic. reijciuntur.
    - Potentia naturalis mingẽdi. Hęc differentia nõ ponitur à Gale. neq; ab Auic. quia tamẽ ad plurima confert, & à quibusdam inter vrinę differentias ponitur, à nobis explicabit[ur]. Cognoscitur potẽtia ex actione, quæ actio videlicet mingendi ẽ
      - Nãlis
        - Fit à vesicæ[g] contractione relaxato musculo ad vesicæ collũ posito concurrentibus interdum abdominis musculis; & est quando sine difficultate ad libitum redditur vrina in conuenienti quantitate, & qualitate, & tempore. Est ẽt quando criticè vrina multa vel crassa, vel alia praua qualitate affecta excernitur, hæc actio propriè[h] vocatur naturæ opus: dicitur etiam symptoma quatenus proficiscitur à causa[i] præternaturali naturam irritante, vt in tussi, vomitu, & similibus.
      - Preternãlis, quæ propriè symptoma dicitur, & tunc Actio est
        - Ablata
          - Ischuria, .i. vrinæ suppressio dicitur, quæ fit, quia
            - Non fertur vrina ad vesicam § Vulgus Medicorum (vt inquit Gal.) appellat [x] hunc affectum ischuriã licet ischuria non sit.
            - Vrina delata ad vesicam non expellitur § Hęc[k] propriè ischuria nominatur, siue fiat resoluta [l] facultate expultrice vesicæ, siue obstructus, compressus aut astrictus sit canalis.
        - Imminuta § Fit, vt ischuria, vel quia pauca vrina fertur ad vesicam, vel quia pauca vrina à vesica expellatur.
        - Deprauata, & tunc vrina excernitur
          - Inuoluntariè, idest [m], præter voluntatem
            - Cum sensu ægrotantis, qui sentit se mingere.
            - Sine sensu ægrotantis, vt in
              - Delirio [m].
              - Somno [m].
          - Voluntariè; & tunc deprauata est mictio propter ipsius vrinæ
            - Quantitatem nimiam § Vt fit in [m] Diabete, qui, & hydrops matellæ, & vrinæ profluuium & dipsacos vocatur, in quo id, quod bibitur, excernitur, non mutatum, vt in lienteria.
            - Qualitatẽ, & tũc vrina excernitur
              - Guttatim[n], idest, parũ frequenter § Stranguria, .i. vrinæ stillicidium [n] dicitur.
              - Non guttatim, quæ dr̃ disuria .i. difficultas vrinę quæ est
                - Cum dolore [o].
                - Sine dolore
                  - In hac [o] ita laborat vesica, vt vix operetur
                    - Potest [n o] etiam in hac disuria excerni ipsa vrina guttatim, & tunc vocabitur dissuria, & stranguria.
    - Ad aliquid, .i. ipsa relatiua, quę sunt
      - Aequalitas, & inæqualitas. Vnde vrina ęqualis, & inæqualis dicitur. Spectatur ãt ęqualitas, & inæqualitas in vrina ratione.
        - Partiũ [p] § Cum in [p] omnibus partibus ipsius vrinæ est idem color, & eadem substantia, vrina dicitur æqualis. Contrà, cùm in diuersis partibus diuersa est substantia, vel color, vrina dicitur inęqualis. Sed hæc differentia magis propriè in contentis animaduertitur.
        - Tẽporis § Cùm semper eodem modo redditur, dicitur vrina ęqualis. At, si mane vno modo [q], vespere autem alio, sic in diuersis diebus, dicitur inæqualis, & hanc differentiam expressit Hipp., cum inquit secundo prognost. 26. *Per omne tempus*.
      - Ordo, & Inordinatio § Hæc differentia fuit seorsum posita ab Actuario [r], sed continetur sub æqualitate, & inæqualitate.
      - Rhythmus, idest proportio, vel pondus, aut mensura; quæ differentia hucusq; à nemine fuit explicata in vrina. Cùm tamen ponatur Rhythmus in pulsu ratione ætatis temperationis, sexus, temporis anni, & similium, quæ ẽt spectantur in vrina, & licet in ea non sit proportio vnius temporis ad alterum vt in pulsu, est tamen proportio coloris substantiæ contentorum, penes quæ ætatibus, & similibus vrina est
        - Conueniens [s] § Eurhythma dicitur vrina, quia seruat modum conuenientem temperationi, ætati, & similibus.
        - Non [t] conueniens & hæc est
          - Pararhythma § Est, cùm habet mensurã conuenientẽ vicinæ ætati, vt, cum adolescens habet vrinam iuuenis.
          - Heterorhythma § Est, cum habet modum cuiuslibet alterius ætatis, & non suum.
          - Ecrhythma § Est, cum non habet vllius ętatis modum.
    - Quando, .i. tempus, in quo
      - Excernitur § Vt in die, vel nocte, mane, vel vespere. Sic in principio, vel augmento, vel statu, vel declinatione vniuersali, vel particulari.
      - Perseuerat, vel non perseuerat § Vt, si in omni tempore mingatur eodem modo, vel diuerso, quæ differentia fuit exposita superiùs in æqualitate, & inæqualitate.
  - Contentis in sero, vel liquore § De his agetur in sequenti Tabella.

Quarto

AVCTORITATES.

a Quarto acutor. 43.
b Auic.lib.1.f.2.doct.3.sum.2.c.1.
c Primo tertij epidem.5.
d Quarto aphor.80.
d Primo prorrhet.31.
d Secundo prorrhet.4.
e Primo de crisibus 12.
e Paul.lib.2.cap.14.
f Quarto de sanit. tuend. 4.
g Secundo prorrhetic. primo.
h Primo de cris.12.
h Quarto aphor. 72.
i Secundo primi epidem.69.70.71.
k Quarto aphor.76.77.
l Quarto de sanit. tuend. 4.
m Tertio tertij epidem. 41.
n Primo de cris.12.
Tertio de caus.symp.2. 4.aph.vlt.
o Auic.lib.1.f.2.doct.3.sum.2.c.2.
A De vrinis cap.primo.
p Actuarius primo de diff. vrin. c.8.
q Primo de cris.12.
r Secundo prognost.27.
s Actuar.primo de diff. vrin. cap.8.
t Primo tertij epidem.5.
u Actuar. ibidem.

a Tertio tertij epidem. 72.
a Tertio primi epidem. 28.
b Auic.lib.1.f.2.d.3.sum.2.c.2.
c De vrinis 25.
d Primo de cris. 12.
Secundo primi epid. 75.
e Primo de cris.12.
Primo prognost. 42.
e Secundo prognost. 32.
f Auic.lib.1.f.2.d.3.sum.2.cap.1.
g Primo de loc. affect. primo.
h De differ. sympt.6.
i Secundo de caus. sympt.2.
k Tertio de caus. sympt.2.
l Primo de loc.affect.1.
Primo de nat.facult.16.
De opt. secta. 33.
m Sexto de loc.affect.3.4.
n Tertio aphor. 16.
n Sexto aph.1.& 5.aph.58.
o Septimo aphor. 48.
p Septimo aphor. 33.
q Secundo prognost. 27.
r Actuar.de differ.vrin. 20. 21.
s Primo de cris. 12.
Auic.lib.1.f.2.d.3.sum.2.cap.9.
t Secundo prognostic. 33.

ADNOTATIONES.

Vrinæ differentias, varij vario modo assignant. Galenus (u) illas desumit à substantia colore, odore, & contentis; quibus interdum adiungit quantitatem (x), & spumam.
Auerrhoes easdem assignat 4.Collig. 21. ex colore, substantia, & contentis.
Auicenna ex septem generibus scilicet 1. colore, 2. Substantia, 3. Claritate turbulentia, 4. Hypostasi (y), 5. Quantitate, 6. Odore, 7. spuma.
Nos ex Auctore de Vrinis, ex sero, & contentis omnia desumpsimus, & in sero spectauimus substantiam, quantitatem, qualitatem, ad aliquid, & quando. Quæ omnia spectanimus etiã in contentis, in quibus adiungemus vbi, vt in sequenti patebit tabella.

u Quarto de sanit. tuend. 4.
x Primo de cris. 12.
y Septimo aphor. 34.

Tabula Tertia, Vrinæ differentiæ ex contentis.

Contẽta in vrina dicuntur ea, quæ sunt diuersa, vel alterius naturæ à sero, siue liquore. Talia autem sunt in ipsius vrinæ

- Corpore, .i., non in superficie, ac summitate vrinæ, sed intra ipsam vrinã. Quę contenta (vt inquit Auice.) a Medicis communi nomine vocãtur Hypostasis, licet Hypostasis propriè dicatur id, quòd residet in fundo. In his contentis, q̃ sunt spissioris substantiæ quàm serũ spectatur
  - Substãtia quę ẽ
    - Naturalis
      - Substantia contentorum naturalium est crassior [a], & spissior liquore, vel sero ipsius vrinæ, atq; ob id residet in fundo, a quo eleuatur instar piramidis, vel nucis pineæ, est alba [b], leuis, & æqualis per omne tempus. Sic etiam est mediocris in substantia [c], & quantitate.
      - Tantam vim habet in ostendenda vrinæ bonitate, vt per hanc solam Hipp.[b] optimam vrinam definiuerit dicens, optima vrina est, in qua id, quod residet est album [d], læue, & æquale per omne tempus.
      - Auicenna [e], quem sequuntur ferè omnes Latini Iuniores, inquit talem hypostasim non requiri, nisi in ægritudinibus, quia in sanitate non sunt in venis superfluitates excernendæ, Sed oppositum dicit Aetius [f], asserens optimam vrinam in sanis, ac optimo habitu præditis eam esse, quæ habet subsidentiam albam, lęuem, & æqualem per omne tempus.
      - Putamus veram esse opinionem Aetij, & ad Auic. rationem dicimus; quòd quemadmodum in sanis requiruntur excrementa, & superfluitates primæ, & secundæ coctionis, vt ęst deiectio, & vrina. Sic ẽt requiruntur excrementa tertię coctionis; inter quæ reponuntur ea[g] quæ in vrinis resident, quæ veluti alia excrementa differunt in sanis, & ægris coctione perfecta, ablata, debili, vel deprauata.
    - Pręternaturalis, q̃ est
      - Oleosa, quę ab Auice. dicitur Adipina — Nunquam se vidisse dicit Gal. 3. comment. tertij [h] de morbis vulgaribus 72. sedimenta oleosa; nec putat posse reperiri, quia oleum supernatat, & non petit fundum, cùm sit aereum. Auic. tamen ea ponit [i] eadem quoq; videtur concedere Gal. [k] 5. 6. de morbis vulg. part. 15. nec videntur præter rationem poni, nam ob calorem præternaturalem põt adeps liquefactus tenacius adhærere contentis, quàm, vt ab ipsis separari possit, veluti cum ijs interdum ita hæret flatus, vt præter naturam contineatur deorsum, cum tamen ob maiorem læuitatem deberet magis ire sursum, quàm adeps, & ego vidi sedimenta oleosa.
      - Oroboides[l] vel sandarachodes, orobæa, vel æruina, orobina Auicennæ — Est similis orobis, vel [l] sandaracæ, quia habet quædam veluti grana magna, vt est orobum, aut veluti sunt frustula sandaracæ, quæ sunt [M]. — Ruffa [m] / Rubra [m]
      - Petalodes[m], idest[n] squamea, vel laminea — Est similis squamę [m n], vel laminis, nam habet frustula magna, videlicet longa, & lata, sed tenuia.
      - Crimnodes[n], idest, similacea, vel polentacea — Est simili farinæ crassiori, & est — Rubra. / Alba.
      - Pitirodes[n], .i., furfuracea — Est similis furfuri tritici, nã habet frustula parua, .i., angustia, & breuia, sed crassa
      - (Auic. coniungit [c] simul oroboidem, petalodem, crimnodem, & pitirodẽ, & dicit quod est similis rasuræ intestinorum [o]; & postea subdiuidit, & oẽs diligenter declarat.)
      - Fermẽtata [p] — Est similis fermento in [p] aqua infuso, nam habet lęuem quandam efferuescentiam, cum vrinæ crassitie notabili. / Ab Auic. [o] ponitur hypostasis similis frustulis fermenti infusi in aqua.
      - Spumosa [q], idest, similis spumæ — Hæc est admodum candida, & tenuis, idest, non habens corpulentiam, vnde magis recipit circumflui aeris splendorem [q].
      - Capillaris [r], idest, similis capillis, vnde a nonnullis dicitur capillitium.
      - Arenosa, idest, similis arenę, quæ est — Rubra. / Alba.
      - Pituitosa, quæ mucillaginosa dicitur ab Auicenna, & est
        - Pituita [s] vitrea — Hæc [s] est magis frigida, & glutinosa, sed minùs crassa, quàm sit humor crudus, & hinc propriè ab Auic. talis hypostasis dicitur mucillaginosa.
        - Humor [t] crudus — Et [t] minùs glutinosus, & flatulentus, quam sit pituita vitrea, sic minus humidus, at ea est longe crassior, & ab Erasistrato pus vocatur [u].
      - Purulenta [a], quæ saniosa dicitur ab Auic. & est ipsum pus — Hæc, & superior sunt similes naturali hypostasi in colore, sed ab illa in alijs differunt, vt dicetur inferius.
      - Cruenta [a], idest sanguinea, & est sanguis, vel similis sanguini.
      - Cineritia [b] — Est similis in substantia, & [b] colore ipsi cineri.
  - Quantitas [c], quę est
    - Multa — Superat naturalem hypostasim in quantitate.
    - Mediocris — Est hypostasis naturalis.
    - Pauca — Superatur a naturali hypostasi in quantitate.
  - Qualitas quæ est
    - Color, qui ẽ
      - Albº ĩ hypostasi
        - Naturali [d] — In hac est color albus mediocriter, & non valdè. Pręterea hæc hypostasis est lęuis, non diuulsa, sic est æqualis, eleuatur a fundo, & non fętet.
        - Pręternãli
          - Crimnode[e], petalode, pitirode, fermentata, spumosa — In his, vel adest febris, vel adsunt signa affectę [f] vesicæ. / In spumosa adsunt signa magni motus, vel caloris.
          - Pituita
            - Vitrea [g] — Est glutinosa, & non valde crassa.
            - Humore [g h] crudo — Non est graueolens, neq; lentus, diuiditur in minimas partes veluti arenulas, & non est continuus.
          - Pure[i] — Adest fætor[i] & antecessit dolor in parte vlcerata. Præterea pus est crassũ, & hypostasis nãlis ẽ tenuis.
      - Subpallidus, pallidus [k].
      - Ruffus [x].
      - Flauus [x].
      - Subruber [l], ruber, præruber.
      - Venetus, liuidus [x].
      - Niger, & tunc antecessit color — Flauus, aut viridis. / Liuidus.
    - Odor
      - Non fætidus — Est in hypostasi naturali
      - Fætidus — Est in pure.
    - Sapor — Est reijcienda hæc differentia [m] quia non decet Medicum gustare contenta.
    - Tactus — Non parum [m] confert ad cognoscenda contenta, videlicet, an sint lapides, nec ne. Sic, si sit caro, vel frangibilis facilè, vel non frangibilis, & similia.
  - Potentia mingendi — In modo excernẽdi contẽta res habet, vt dictũ est de liquore. Quarè diligẽter illhic expositæ differentiæ sũt ppendendæ.
  - Ad aliquid, .i., Relatiua ipsa, quę sũt
    - Aequalitas, & inęqualitas, a quibus maximè in contentis sumũntur differentię. Spectantur ista in contentis ratione
      - Partium, quæ sunt
        - Aequales — Hinc propriè dicitur [n] hypostasis, & vrina ęqualis.
        - Inęquales, ita, vt vna sit maior, altera minor. Sic vna vnius formæ, altera alterius, ita etiam in colore — Hinc [o] propriè dicitur hypostasis & vrina inæqualis.
      - Temporis — Cùm semper eodem modo excernitur hypostasis, dicitur hypostasis, & vrina ęqualis. Dicitur etiam per omne tempus, vt inquit Hipp. primo progn. 26. vbi per ęqualitatem intellexit solùm eam, quę est in partibus. Vnde subiunxit per omne tempus. Cum verò vnius modi est in mane, alterius in vespere, vel diuersimodè in diuersis diebus, dicitur hypostasis, & vrina inæqualis.
    - Ordo, & Inordinatio — Hanc differentiam ponit Actuarius in lib. de diff. c. 20. & 21. per eam significans identitatem, vel varietatem contentorum penes locum, colorem, substantiam, & similia; quæ oĩa possunt referri ad æqualitatem, & inæqualitatem, nam idem est modus.
    - Rhythmus — De Rhythmo[p] in contentis, res habet vt dictum est de liquore, immò magis propriè spectatur rhythmus in contentis, quã in liquore. Vnde in pueris dicitur esse multa hypostasis, in iuuenibus pauca, & sic de alijs.
  - Vbi, idest situs
    - Partiũ hypostasis, q̃ partes sũt
      - Contiguæ[q] .i. sitæ simul, & vnitæ
        - Sine visciditate — Est hypostasis [q] naturalis quæ ob id dicitur læuis, vel lenis, vel plana, quia vbiq; est sibi contigua non habens partes diuulsas, aut veluti rugis inter se coniunctas.
        - Cùm visciditate — Est pituita [r] vel pus.
      - Diuulsæ — Contentum non læue, non lene, non planum dicitur, & tunc istæ partes cum liquore ipso sunt — Non commixtæ, sed ab illo separatæ, com mixtæ, & cum illo confusæ, neq; a sero separatę.
    - Totius contẽti, quod est in ipsiº matulæ
      - Fundo[s] — Hypostasis [s], idest, sedimentum, subsidentia, vel residentia dicitur.
      - Medio[t] — Oeneorema[t], idest, suspensum, sublimamentum, & appensum vocatur.
      - Superficie [u], vel summitate — Nepheli, idest nubes per translationem[u] dicitur, & ab Hipp. appellatur nubes non modò id, quod est in summitate, sed etiam id, quod est in medio.
  - Quando, idest tempus — De tempore res habet eum in modum, vt dictum est de liquore.
- Supficie, in qua p̃ter naturã apparent
  - Pinguedo[A] Araneorũ telis per similis — Hæc[A] interdũ apparet in vrina, & aliquando est diuisa in quædã veluti puncta, & sunt veluti puncta olei[B].
  - Arenulæ — Hæ quoque aliquando supernatant in superficie. Ita etiam aliquando veluti [B] pili, & laceramenta vestium.
  - Spuma, a qua Auicen. [C] sumpsit septimã differentiam. In spuma itaq; permanente postquã vrina quieuit & est refrigerata, spectatur bullarum, seu ampullarũ, seu lãpadũ
    - Color, qui est — Albus [C D] / Flauus [C D] / Ruber.
    - Magnitudo, per quam bullæ dicuntur [C D] — Maximę / Magnæ / Mediocres / Paruę
    - Multitudo per quam dicuntur — Multæ / Paucę
    - Figura, per quam bullę ipsę vocantur — Circulares. / Semicirculares.
    - Situm, per quem bullæ dicuntur esse per — Totam superficiem. / Coronam — Totam. / Non totam. / Superficiem, & coronam inęqualiter.
  - Circulus, vel corona [D] ambiens vt linea superficiem circa vasis ambitum. Ex quo circulus hic est circumferentia corporis vrinę, & est alterius coloris, qui color est
    - Albus cum vrinę colore — Flauo. / Rubro. / Viridi.
    - Flauus.
    - Cæruleus.
    - Viridis.
    - Niger.

Auicen.

AVCTORITATES.

a Auic.lib.pri.f.2.doctr.3.ſum.2.c.6.
b Secundo prognoſtic. 26.
c Primo de criſ. 12.
d Primo prognoſtic.42.
Primo de differ. febr.6.
e Auic.lib.pri.f.2. doct. 3.ſumma 2. cap. 6.
f Aetius lib.5.cap.28.
Actuar.de ſpirit.anim. cap.13.
g Auerrh.4.collig.24.
h Tertio 3. epidem.72.
i Auic.cap.6.
κ Quinto 6.epidem.15.
l Primo 6.epid.6.
M Septimo.epidem.
l Quinto 6.epidem.15.
m Actuar.de differ.vrin. cap.15.
n Secundo prognoſtic. 28.
n Primo de criſ. 12.
o Auic.lib.pri.f.2.doct.3.ſum.2.c.6.
p Secundo prorrhetic. 40.
q Secundo prognoſtic.28.
r Quarto aphoriſmorum.76.
s Quarto de Sanitate tuend. 4.
t Primo de aliment.fac.2.
t Tertio de aliment.fac.16.
t De multitudine.11.
u Secundo de natura humana. 16.

a Quarto aph.75.81.
b Primo 6.epidem.6.
c Primo de criſ. 12.
d Secundo prognoſtic.26.
d Aet.lib.5.cap.28.
d De vrinis cap.40.
e Secundo prognoſtic.28.7.aph.31.
f Quarto aph.76.77.
g Quarto de tuend. ſanitat.4.
h Primo de aliment.fac. cap.2.
i De vrinis.40.
κ Actuar.de differ.vrin. cap. 11.
l Secundo prognoſtic.27.
m Auic.l.p.f.2.doct,3.ſum.2. cap. pri.
n Secundo prognoſtic.26.
o Primo de differ.febr.6.
o Primo de criſ.12.
p Primo de criſ.12.
q Secundo prognoſtic.26.
r De vrinis.40.
s Primo de criſ.12.
t Quarto de Sanitate tuend.6.
u Primo 3. epid.4.
Secundo prognoſtic. 29.36.

A Secundo prognoſtic. 35.
B Actuar. de differ. urin.17.
C Auic.l.p.f.2. doct.3. ſum. 2.c.p.5.
D Actuar.de differ.vrin. 18. 19.

ADNOTATIONES.

Poſſunt etiam aſſignari in vrina differentiæ compoſitæ, vt facit Auctor libri (a) *de vrinis, & Aetius* (b) *ipſe in quibusdam . Sed quia tractatio eſſet nimis longa , & quia compoſitæ ex ſimplicibus cognoſcuntur, à nobis ommittuntur.*

a *De vrinis à cap.5.ad 21.*
& à cap.32.ad 36.
b *Aetius lib.5.cap.31. 32.*

Tabula Quarta, Vrinæ causæ.

Causæ vrinæ sunt

- **Côtinêtes q primò, & per se faciunt ad vrinę generationê. Tales autê causæ sunt**
  - **Efficiens**: Est facultas[a],vel virtus naturalis quæ tum natiuus, ingenitus,& innatus calor,tum qualitas [b]temperamenti à Gal.dicitur. Ab alijs[c]natura à nonnullis facultas vegetabilis,vel altrix,seu alterans,vel concoquens. A Platone[a]concupiscibilis, Ab alijs generatrix nominatur. Facultas hæc licet sit in omnibus aîalis partibus,primò tamen residet[c]in hepate. Hæc[d]nutrit,auget,& generat,ob quæ habet quatuor[e] facultates sibi deseruientes,attractricem,retentricem,coctricem,& expultricem;quæ reperiuntur in vnaquaq; vel minima[f]corporis parte. Naturalis hæc facultas,quæ tùm natura,tùm calor innatus ab Hipp.[g],& Gal.dicitur,in secunda[h]coctione,quæ fit in hepate, cum sanguine triplex excrementû generat,videlicet melancholicum,quod est crassissimum,&trahitur à liene: biliosum,quod est mediocre,trahiturq; à vesicula fellis,& aquosum,serosumq;,quod est tenuissimum,vt asserit Gal.5.de vs.par.c.6.& 2. de nat.[i]fac.c.2.licet oppositum dicat 6. de anatomicis administrationibus c.2. asserens[k]biliosum excrementum esse subtile, ac leue; melancholicum terrestre,& graue; aquosum,serosumq; medium, & per consequens crassius bilioso. Vnde manifesta videtur contradictio,quemadmodum êt à Gal.dissentit Actuarius[l],dicens vrinam esse excremêtum tertiæ coctionis,quam dicit fieri in gibba,vel conuexa hepatis parte,ac venis,quæ hinc proficiscuntur; quam coctionem Gal.aut non posuit,aut intellexit sub secunda.Idem êt Gal.videtur a seipso in hac eadem re dissentire, nam primo de sanit. tuenda c.12.[m],inquit vrinam esse excrementum eorû,quæ in venis,& arterijs perficiuntur. Sed in[n]hepatis cauitate tantùm,& admodum quidem paruæ sunt arteriæ,& ad renes fertur vna vtrinq; arteria insignis sanguinem tenuem,ac serosum deferens,quæ non ab hepate,sed a magna[o]arteria spinæ incumbente proficiscitur,atq; ob id aliunde,& non ab hepate serosum sanguinem ad renes defert. Putamus cum Gal.serosum,& aquosum excrementum gigni in secunda coctione, & ad Actuarium dicimus non dari tertiam illam coctionem distinctam à secunda,&ad Gal.asserentem vrinam esse excrementum eorum,quæ in venis,& arterijs perficiuntur; dicimus deferri quidem per venas,& arterias hoc excrementum ad renes; at generari in hepate , a quo magna pars talis excrementi,cum iuuerit sanguinem,vt facilius a simis ad gibbas hepatis partes transeat, per venas emulgentes ad renes trahitur. Verùm non pauca quoq; eiusdem seri portio fertur cum sanguine ad faciliorem penetrationem,tùm in oês corporis partes,tùm in sinistrum cordis ventriculum, indeq; delatam in arteriam magnam per arterias emulgentes ad renes fertur; vbi expurgata,& percolata a sanguine ad vesicam tamquam ad cisternam ab expultrice renum transmittitur,indeq; per pudendi canalem extra corpus eijcitur,ea verò pars[o],quæ cû sanguine ad alias corporis partes fertur conferens(vt dictum est)ad penetrandum,nunc per insensibilê transpirationem,nunc per sudorem,& interdum per vrinæ vias expurgatur.Quod verò ad tenuitatê pertinet,asserimus cum Gal.[p]5. de vs.par.6.& 2.de nat.fac.2.,vrinam esse tenuiorem bile,& ad locû Gal.6.de anat. admin.c.2.,dicimus,vel locum illum esse corruptum.vel Gal.intellexisse bilem esse leuiorem,vt quæ habeat naturam ignis,& facilè sursû tendat.
  - **Materia**
    - **Ex qua efficitur vel constat vrina q est**
      - **Aquosum excremêtû**: Serum sanguinis vocatur,& hoc propriè[q]secundum Gal.sentêtiam est vrina. Fit in hepate [r]ex potu,& cibis humidioribus,& confert sanguini ad penetrandum tùm ad simas hepatis partes,tùm ad oês totius corporis particulas.Cû[s]hoc excremêto sano existête aîali,aliqua bilis flauæ portio admiscetur,q̃ cû sanguine,& [t]sero a renibus ex venis,& arterijs trahitur.Vnde vrina russa efficitur. Sed malè affecto aîali,nunc sanguis,nunc alia materia miscetur, quæ,vel rubro,vel alio colore vrinam inficit.
      - **Côtentû in aquoso excremêto**: Hypostasis[u]côi nomine vocatur,nam hypostasis propriè dicta est contentum residens in fundo. A nonnullis,vt a Gorrhæo,dicitur pars vrinæ.Sed,si vrina sit serû(vt inquit[q]Gal.)hoc nô erit illius pars. Hoc contentum ab Auerr.[x] dicitur esse excrementum tertiæ coctionis,vt sunt pili,sudores,& sordes.Gal.aût dicit[A],quod cû in prima,& secunda coctione subterfugerit naturæ confectionem,& in tertia aliquam passum fuerit mutationem non adeò tamen, vt assimilari partibus potuerit, incoctum expellitur. Respondet [A] proportione puri, sed non est particeps causæ præternaturam,vt pus. Vnde patet [a]Auic.& Sectatores errare,cum dicunt tale excrementum non requiri in sanis.Côtentum hoc[A]est albû ob mutationê,q̃ a partibus solidiorib⁹ vt sunt tuniculæ,nerui,copulæ,membranæ pertulit.Expellitur cû vrina ad renes,& vesicâ,&tandê p pudêdi canalê extra corpus.
    - **In qua, & sût îstrumêta facta a natura**
      - **Prima [B] rône, quæ faciunt ad**
        - **Generatiônê**: Est hepar[c],q̃ gignit non modo purum[b]sanguinem aptû ad nutriendû,sed êt illius fæcê,quæ ad lienê trahit,& florê,q̃ ad vesiculâ fellis,ita demû aquosû excremêtû vtroq. tenui⁹, qđ à renibus attractû,& percolatû,vrina efficitur.
        - **Delationê**: Sût venæ,& arterię emulgentes,q̃ tû tenuiorem sanguinê pro renib⁹ nutriêdis, tû serû ibidê pcolâdû deferût.
      - **Secunda [B] ratione quæ faciunt ad**
        - **Attractionem,& separônem à sanguine**: Sunt[c] renes hanc à nâ facultatem habentes, vt serum trahant , & pcolêt.
        - **Collectionem,[e] & retentionem**: Est vesica [d],quæ tamquam cisterna est ipsius vrinæ receptaculum.
        - **Delationem ad**
          - **Vesicam**: Sunt vreteres[d] , .i. vasa vrinalia, quæ renes vesicæ committunt.
          - **Ambientem locû extra corpus**: Est vreter.i.canalis pudêdi,magis flexuosus in viris,minùs in mulierib⁹[f].
      - **Tertia [B] ratione**: Sunt instrumenta motus voluntarij,& in hoc casu est[f]musculus ad meatum vrinarium positus dùm laxatur, qui etiam dùm contrahitur, expellit quicquid in meatu côtinetur. Conferunt etiam musculi omnes abdominis dùm contrahuntur. Ad hanc etiam rem facit per se contractio vesicę[g].
  - **Vs⁹ [h], .i. finis[s] cuius gratia à natura facta ê vrina**
    - **Ante[h] secretionem .i. antequâ sit separata**: Est penetratio, vel facilis transitus sanguinis,cuius est vehiculum ad gibbas hepatis partes , ad quod multa copia seri est opus . Facit êt hoc serum , vt facilius penetret sanguis ad reliquas oês[i] corporis partes ad quod minori copia seri est opus, hunc.n. vsum præstat vrina, prius quàm in renibus percoletur.
    - **In [k] secretione**: Est repurgatio[K]sanguinis,& humorum in venis contentorum,quia,vt serum lac,ita vrina sanguinem purgat.
    - **Post secretionem**: Est vacuatio excremêti[l]quod sua quâtitate,vel qualitate vesicę est molestû;quam vacuationem, cum ratio iubeat prętер vesicę contractionê[m]efficit relaxatus musculus ad illius ceruicem appositus, ita etiam contracti abdominis musculi.
- **Alterantes, quę non per se vrinâ gignût, aut variât; sed quaten⁹ afficiût vna, aut plures ex causis contin ętibus. Tales aût causæ sunt Res.**
  - **Naturales**
    - **Têperamêtum**
      - **Têperatû**: In hoc [n]vrina est subruffa [m], vel subflaua,mediocris in substantia,quantitate,atq; odore. Contenta[o] sunt alba, læuia,& æqualia,mediocria in substantia,quantitate,atq; odore,& sunt subleuata à fundo instar[p] piramidis , quia facultas , materia,& organa sunt optimè affecta .
      - **Intêperatum [q]**
        - **Calidû [q]**: Color est intensior, crassities mediocritatem superat, quantitas est minor, contenta quoq; sunt pauciora , quę omnia fiunt ob auctum calorem, qui etiam facit, vt hypostasis recedat à naturali colore.
        - **Frigidû[q]**: Vrina est alba, tenuis,& interdum crassa. Contenta sunt multa,& cruda ob imbecillum calorem, qui, vel ob frigiditatem, vel ob cruditatem, quam gignit, talem efficit vrinam .
        - **Humidum [q]**: Vrina, & contenta sunt multa,& cruda ob multam materiam, videlicet serum, color ad albedinem vergit ob debilitatum calorem, cuius vis ab immodica humiditate retunditur .
        - **Siccum[q]**: Vrina est subruffa , pauca , contenta etiam sunt pauca .
        - **Compositum**: Habet vrinę differentias compositas .
    - **Sexus [r]**
      - **Masculinus[r]**: Vrina est ruffa,mediocris in substantia,& quâtitate.Côtenta sunt pauciora,q̃a copiosior est calor,& vsus mediocris.
      - **Fœmininus [r]**
        - **Non gerês vtero**: Vrina vergit ad albedinem,est crassa,& interdum subtenuis: in quantitate est multa . Contenta etiam sunt multa; quia in fœminis minor est calor,& vsus maior ob superfluam humiditatem .
        - **Gerens vtero**: Vrina est alba,velut aqua ciceris,& in medio sunt veluti grana,quæ ascendunt,& descendunt. Nebula est in superficie. Propè partum vrina est subruffa, vel subrubra.
    - **Ætas [s]**
      - **Crescens[s]**: Vrina est alba,crassa,multa.Côtêta sunt multa,quia calor est plurimus,&plurima sumûtur alimêta[s],q̃ benè coqui nequeunt.
      - **Vigens[s], vel consistens**: Vrina est ruffa,vel flaua,mediocris in substantia,& quantitate,vel vergens ad paucitatem.Contenta pauciora,quia in tali ętate calor est admodum acris, vnde maior copia bilis gignitur.
      - **Decrescens**: Vrina vergit ad albedinê,est tenuis ob frigiditatem, & interdum crassa ob superfluitates. Contenta sunt cruda,quia parùm adest caloris .
  - **Non nâles quæ sunt Res**
    - **Faciêdę [t] quę sunt**
      - **Motus [t]**: Multa exercitatio facit vrinam subruffam, vel subflauam, crassam; Contenta pauca, & tenuia , eaq; coloratiora ; quia calor consumit superfluitates,& interdum habet liquamen supernatans. Minor exercitatio eadem facit, sed remissiora.
      - **Quies [t]**: Gignit vrinam albam , tenuem , & interdum crassam . Contenta multa , & aspera , quia semisepultus calor non consumit superfluitates.
      - **Vigilia T**: Facit vrinam magis coloratam, pauca,& tenuia contenta . At,si sit vigilia præternaturam, facit vrinam magis albam subtenuem, vel crassam. Contenta multa cruda; quia, vt afficit calorem, ita variat vrinam.
      - **Somnus [T]**
        - **Naturalis**: Facit vrinam subalbidam, multam,& contenta multa, quia madefacit, & gignit superfluitates.
        - **Præternaturalis**: Facit etiam vrinam albidam, subtenuem, vel crassam, cum contentis multis crudis .
      - **Passiones animæ**: Ira facit vrinam magis coloratam; tristitiæ,& curæ albiorem, prout videlicet augent,vel minuunt calorem.
    - **[u] Assumendæ**
      - **[u] Alimenta**: Crapulæ faciunt vrin subalbidam,multâ,contenta multa. Plurimus potus,vt in diabete,& in Germanis facientibus Brindisi, gignit vrinâ eiusdê coloris,& naturæ,cuius est potio. Cibi coctu faciles,& boni succi vrinâ faciunt moderatâ,at difficiles,& praui succi gignût vrinas vario colore infectas,tenues,& contenta extranea.Sunt q̃dâ cibi,q̃ p se inficiunt vrinâ,vt Almuri.
      - **Medicamenta[u] q̃ variant vrinâ**
        - **Per se**: Vt Rhabarbarum,cassia fistula,hiera,crocus,& similia. 5.6.epid.15.
        - **Per aliud**: Sic sunt ea,q̃ ducunt bilê,aut aliû humorem p vias vrinæ,sic êt quæ prouocant vrinâ,vt asparagus, Apiû.
    - **Excernendæ**: Plurima,vel pauca deiectio vrinam variat, sic mictio pauca, vel plurima . Quarto aphor.83
    - **Incidentes [A] extrinsecus,& êt ambientis natura in**
      - **Vere in [A]**
        - **Principio**: Vrina est alba, vel subpallida, multa cum contentis multis, quia naturalis calor nondum vicit frigus.
        - **Medio,& versus finê**: Vrina est mediocris in substâtia,quâtitate,colore,& côtêtis, q̃a calor optimè fungit suo munere.
      - **Aestate[A]**: In prîcipio ê magis colorata,& tenuis,q̃a redûdat bilis, postea est flauior,minor,tenuior cû contentis tenuibus,pallidis.
      - **Autumno[A]**: In principio color est remissior,quantitas pauca, quia minuitur calor,& deest humiditas; postea est mediocris .
      - **Hieme**: In principio est subalbida, crassa,multa,& contenta multa, quia plurima ingeruntur alimenta, & somnus est plurimus : vnde multæ gignuntur superfluitates . In medio,& fine vrina est inæqualis alba,& cruda cum multis contentis .
  - **Præternaturales [B]**
    - **Causa morbi**: Vt bilis redundans facit vrinam flauam.
    - **Morbus**: Vt obstructio efficit vrinam albam, tenuem, sine hypostasi .
    - **Symptoma**: Vt diabeces facit vrinam albam,tenuem,multam. Sic dolor,coloratâ magis.
    - De his accuratiùs agitur in propria cuiuslibet affectus tractatione.

AVCTORITATES.

a Sexto de decret. Hip. & Plat. 3. 4. 8.
a Ottauo de decret. 7.
b Secundo de præsag. pulſ. 8.
c Nono meth. x.
d Primo de natural. fac. 5. 6. 9. 13. 15
e Tertio de natur. fac. 6. 9.
f Quarto aphoriſ. 37.
g Primo aphor. 15.
h Quinto de vſu part. 6.
i Secundo de nat. fac. 2.
x Sexto de Anatom. adm. 2.
l Actuar. de differ. vr. cap. 5.
m Primo de ſanit. tuend. 12.
n Quarto de vſ. part. 13.
de diſſect. venarum, & arter. c. 9.
o Primo de nat. facult. 17.
o Quarto de vſu part. 5.
p Quinto de vſu part. 6.
Secundo de nat. fac. 2.
q Primo tertij epid. 5.
r Quarto de vſu part. 5. 6.
s Secundo de Sanitate tuend. 2.
t Quinto de vſu part. 6.
u Auic. cap. 6.
x Auerrh. 4. collig. 24.

A Primo prognoſtic. 42.
a Auic. lib. primo f. 2. d. 3. ſum. 2. c. 6.
B Sexto de Anatom. 2.

Quinto 6. epid. 4.
b Sexto de Anatom. 2.
Quarto de vſu. part. 4. 5. 6.
Secundo de nat. facult. 89.
c Sexto de decr. Hip. 4.
c Quinto de vſu part. 5.
Primo de nat. fac. 15.
d Quinto de vſu. part. 5.
e Primo de Sanitate tuend. 12.
f Quinto de vſu part. 16.
g Primo de loc. affect. primo.
h Quarto de vſu part. 5. 6.
i Primo de natur. fac. 17.
x Quinto de vſu part. 5.
x Primo de Sanit. tuend. 12.
l Sexto de loc. affect. 3.
m Primo de loc. affect. primo.
Quinto de uſu part. 16.
n Primo de criſ. 12.
o Secundo progn. 26.
p Auerrh. 4. collig. 21. 24.
q Actuar. 2. de cauſ. Vrin. cap. 8.
r Actuar. 2. de cauſ. 7.
s Actuar. 2. de cauſ. 7.
t Actuar. 2. de cauſ. 9.
T Actuar. 2. de cauſ. 12.
u Actuar. 2. de cauſ. 11.
A Actuar. 2. de cauſ. vr. 10.
B Actuar. 2. de cauſ. 14.

Tabula Quinta, Prognostica ex Vrinæ liquore.

Prognostica ad vrinæ liquorem pertinentia sumuntur ab ipsius liquoris:

- **Substantia q̃ est**
  - **[g] Crassa**
    - **Cum sedimento** — Fit maiori ex [a] parte à cruditate humorum crassorum non patiente per se [b] facultate coctrice, vt accidit in tenui vrina; sed, quia grauatur à tali materia excedente, vt [c] in pueris tùm ob lac, quod est crassum, tùm ob eorum edacitatem, & motum à cibo. At minori ex parte (vt inquit [a] Auic.) fit à coctione, vel feruore [d] flammeo humorum crassorum, & crudorum, & fit in tali casu [b] vrina crassa, quæ antea erat tenuis, quia aperiuntur obstructiones, per quas antea vrina percolabatur; atq; ob id tenuis mingebatur. Cùm igitur valdè crassa vrina (hanc enim intelligit Hipp. [e] cùm dicit crassam) excerni possit tùm criticè [f], tùm symptomaticè, potest esse euentus ad salutem; & ad mortem. Quarè tunc aduertenda sunt alia signa; vt, si conferat, vel non, vt, si ex tenui fiat vrina crassa [i], & conferat (quod plerumq; fit) est bonum. Si non conferat [a] significat liquefactionem. Simpliciter tamen [b], & absolutè melior est vrina [c] crassa, quàm tenuis, quia aliquam significat coctionem, &, si vrina sit crassa, & multa, melior est, quàm si sit crassa, & pauca. Dicit Actuarius [k] vrinam crassam fieri etiam à cutis densitate, quod potius est per accidens, quatenus tunc abundãt humores crassi. Si post vrinam crassam paucam adueniat multa [l] vrina tenuis, bonum est, quia tunc expurgantur superflua. Potest etiam vrina, quæ habet sedimentum, esse turbida, sed non multum, quia non appareret sedimentum. Verùm hoc raró contingit, significatq; adesse copiam crudorum humorum, & malignorũ, quos natura cõtendit superare. Et ego in febribus pestilentib' non raro vidi talem vrinã, & secuta est interdũ sanitas, & interdum mors.
    - **Sine sedimento q̃ est**
      - **Turbida [p] q̃ fit mixtis partibus terrestribus, & crassis cum liquore ob flatum genitum à calore agitãte materiã crassã & dẽsã. Vnde flatuosę exalationes ad caput delatę [q] dolorẽ excitãt. Vrina aũt turbida**
        - **Mingitur [m] clara, & fit turbida**
          - Citò [l] vel protinùs / Tardè, vel interposito tempore — Fit à facultate [m] aggressura coctionem causæ morbificæ eò citiùs, quò citiùs cõturbatur, & è conuerso eò tardius, quò tardiùs conturbatur. Gale. [m] & Paulus [n] asserunt hanc inter vrinas turbidas esse pessimam. Sed Auic. [o] dicit hunc inter turbidas esse mediocrem.
        - **Mingitur [m] turbida & permanet turbida** — Asserit Auic. [o] hanc inter vrinas turbidas esse pessimam, cui videtur fauere Gal. 4. de sanit. tuenda cap, 4. Sed oppositum habet idem Gal. [m] primo de cris. 12., vbi dicit pessimam esse vrinam, quæ mingitur clara, & fit turbida, vnde manifesta contradictio. Soluitur meo iudicio sic. Turbatio fit, vel à calore præter naturam, à quo genitus flatus vrinam turbat, vel fit à calore naturali agitante, & coquente materiam crassam. Si turbatio fiat à calore præternaturam, pessima est vrina, quæ mingitur turbida, & permanet turbida. At, si fiat à calore naturali; hęc est melior, & deterior est ea, quæ mingitur clara, & fit turbida.
        - **Mingitur [m] turbida, & fit clara, citò, vel tardè** — Fit à facultate. quę iam coxit causam morbificam, in qua causa inest [m] adhuc aliquid inæqualis turbulentiæ. Hæc vt inquit Galenus optima est inter vrinas turbidas, & [r] alibi dicit, hanc alicuius coctionis initium indicare, sed quæ non fit clara, vltra flatuosam turbationem crassitiem humorum crudorum significat.
      - **Non turbida [s]** — Hæc fit [s] rarissimè, & est veluti album oui, fitq; à pituita vitrea exagitata à calore, & sic ob flatum mixtum cum liquore. Fit etiam à bile vitellina, sed tunc vrina est magis colorata.
  - **Mediocris** — Cùm sit naturalis, indicat, omnia benè, & secundum naturam habere.
  - **Tenuis** — Fit à maiori [D] incoctione, & cruditate [E], quã crassa, nam crassities (vt dictũ est) significat quandam coctionem. Vnde tenuitas [F] indicat pati per se facultatẽ coctricem ob aliquam intẽperiem frigidã, vel calidam. Fit ẽt ab obstructione [G], ab hepatis debilitate, sic ab affectis vrinæ instrumentis non attrahentibus, aut expellentibus, nisi id, quod ẽ tenue. Vrina aũt tenuis est
    - **Cum sedimento, quod plerũq; est [t] paucũ & interdum multum [u] & tunc vrina [A] non est sufficienter, neque exquisite tenuis** — Fit à prædictis causis, at leuioribus. Fit ẽt ab humorum tenuitate, vt in biliosis, in quibus sunt pauca contenta, & tenuia. — Indicat naturæ debilitatem.
    - **Sine sedimento [A], quæ propriè tenuis vocatur** — Fit à facultatis [B] debilitate ob aliq̃ intemperiem, sic à magna humorũ [D] cruditate, & crassitie. Quarè, si diutiùs perseueret, & adsint alia bona [H] signa, fiet abscessus in partibus inferioribus. Talis aut vrina est tenuis
      - **Exquisitè [A], & tũc vrina est alba, & perspicua, quę aquosa prorsus dicitur** — Fit à facultate [AB] maximè debili, & à sũma humorũ cruditate, & crassitie. Vnde peior est hæc longè vrinis turbidis — Pessima est vrina, cum summam indicet cruditatem [C]
      - **Non [A] exquisitè** — Fit à causis paulò leuioribus, quàm prædicta; & indiget multo tempore ad coctionem, quam nondum aggrestam esse naturã ostendit: & hæc, quę non est tenuis [A] exquisitè, põt esse aliquo pacto colorata, vnde non prorsus est aquea [B]. — Semper est mala, nisi reddatur in multa quantitate [I], cùm antea micta fuisset crassa in pauca quantitate.
- **Quãtitate**
  - **Multa, quæ expellitur**
    - **[O] Criticè** — Fit à facultate valida [I K] vacuante humores noxios in die critico per vrinam, & tunc sequitur conferentia, & bona tollerãtia. Vnde [L] opus naturæ potiùs, quàm symptoma dici debet.
    - **[MO] Non criticè, sed symptomaticè** — Fit, vel à [M] colliquatione, vel ab affectis renibus [N], vt in diabete, vel catharro. Fit etiam à nimia [O] seri copia, vel acrimonia, in quibus affectibus vrina plerumq; est tenuis. — Est mala, quia indicat non bonam fieri coctionem, &, [G] si diù perseueret [P] multa, & tenuis cùm renum dolore prænunciat scirrhum in renibus.
  - **Mediocris** — Est secundum [O] naturam, ex quo indicat omnia benè habere.
  - **Pauca, quæ fit, quia serum**
    - **Consumitur, & resoluitur, vt in febribus [S] acutis** — Est pessima, nam indicat consumptionem, si verò consumatur ob nimium motum, non est malum.
    - **Non fertur [P Q] ad renes ob affectum**
      - **Ventriculi** — Vt in lienteria, in qua serum pellitur ad intestina.
      - **Hepatis, quod non**
        - Concoquit — Hinc fit hydrops.
        - Separat sanguinem à sero.
        - Expellit, neque serum, neque sanguinem.
    - **Supprimitur** — Vt in [Q] ischuria,
    - **Fertur ad alias partes, vt ad**
      - Anum — In [R] profluuio alui.
      - Cutem — In multo sudore.
    - **Non generatur** — Cùm parcè bibitur & cibi siccantes vsurpantur.
- **Qualitate q̃ est**
  - **color q̃ est**
    - **Alb' [Z]** — Fit à magna naturæ, vel caloris innati, siue insiti, aut facultatis naturalis debilitate [T] ob aliquam insignem partium, & pręsertim hepatis intemperiem, præcipuè frigidam, dicit Gale. fieri [V] à cruditate; sicà multitudine, & crassitie humorum, à traductione bilis ad alias partes. Fit etiam à multo potu, & præsertim aquæ. Hic autem color albus est
      - Aqueus [V] — Fit à summa [V] virtutis debilitate, & à maxima cruditate.
      - Crystallinus — Fit ab iisdẽ causis, sed leuiorib'. Fit ẽt à vacuatione pituitæ p vrinã.
      - Niueus [X], vel lacteus [Y] — Fit à pituita.
      - Glauc' [Y] / Charopus — Fiunt à facultate [Y] q dẽ debili; nõ ita tamen, vt in aqueo, & crystallino.
      - Hi colores apparentes post colorem flauum prænunciant phrenitidem.
    - **Subpallidus [Z]** — Fit à pauca mixtione bilis cum sero — Aliquam significat coctionem, imperfectam tamen.
    - **Pallidus [Z]** — Fit à maiori mixtione bilis cum sero, vnde maiorem præsefert coctionem.
    - **Subruffus [Z], Ruffus, Subflauus** — Indicat oĩa habere sm̃ naturam rõne coloris — Quia in vrina nãli talis est color pro varia temperatione.
    - **Flauus [Z]** — Fit à copioso, & acri calore bilem gignente, atq; cum sanguine miscente — Discedit à naturali colore vrinæ.
    - **Subruber, Ruber, Præruber** — Fit, vel à seroso, & crudo sanguine, vel bile rubra cum sanguine mixtis: Fit ẽt à rupto aliquo [a c] vel rarefacto vrinæ instrumẽto — Subruber, & ruber [a] indicãt morbũ fore longũ, sed tutũ. At p̃ruber, ĩdicat [b] renes p̃perã fungi suo munere, vt in nephriticis.
    - **Vineus** — [d] Fit ab assatione sanguinis in hepate, & à sanguine conuerso in naturam biliosam.
    - **Passeus [d]** — Fit ab vstione bilis in hepate — Indicat præsentem, vel futurum icterum.
    - **Viridis** — Videt' Actuario [e] viridis color fieri solũ à caliditate, nã dicit colorẽ viridẽ fieri ob excessũ bilis. Sed meliùs videtur dicere Auic. [f] qui sentit oẽs colores virides fieri à frigiditate, excepto colore porraceo, & æruginis, nã ærug. significat maximũ incẽdiũ, & porraceus minus.
    - **Oleaceus, qui ab Auic. [f] dicitur color compositus, qui est**
      - Oeleochrous — Fit à colliquatione [f] pinguedinis, cum scilicet incipit liquari
      - Oeleophanes — Fit à maiori [g h] colliquatione
      - Oeleodes — Fit a maxima, & [h] absoluta colliquatione
      - — Indicat persæpè hecticam.
    - **Venetus, vel cæruleus** — Fit ab extinctione [i] caloris ob insignem frigiditatem, & tunc vrina est crassior. Fit etiam à mixtione atræ bilis cum sero, & tunc vrina est tenuior.
    - **Liuidus** — Fit ab extinctione caloris.
    - **Niger [k l] succedens colori**
      - Viridi, æruginoso, flauo, vel [k] rubro — Fit à caliditate vrente, atque calorem naturalem extinguente
      - Liuido, cęruleo, [k] vel viridi non æruginoso, neq; porraceo — Fit a summa frigiditate naturalem calorem extinguente.
      - — Fit etiam [m] niger color ab atra bile, quæ per vrinam expurgatur, sed tunc non adsunt signa læthalia, & confert talis vacuatio.
  - **Odor fœtidus**
    - Maximè, & tunc ab vlcere in aliquo vrinæ instrumento, adest pus — Non valdè mala.
    - Talis fœtor est non ab vlcere
      - Cum signis coctionis — Fit ab alicuius internæ particulæ corruptione.
      - Sine signis coctionis — Fit a corruptione, & mortificatione totius corporis [n] vt in peste.
    - Mediocriter — Indicat omnia habere secundum naturam.
    - Parùm, aut nihil; ita, vt nihil fæteat vrina — Fit a summa cruditate [o], & caloris debilitate — In acutis significat mortem.
- ☞ Potentia mingendi, &c. Vide ex altera facie.
- ☞ Ad aliquid, &c. Vide ex altera facie.
- ☞ Quando, vel tempus, in quo. Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Quintæ.

- Potẽtia mingendi, quæ cognoscitur ex actione. Actio autẽ est
  - Naturalis[q] § Fit, cùm [p] omnia se habent secundum naturam.
  - Præternãlis, & tũc mictio ẽ
    - Ablata[q], q. affectus dicit ischuria, quæ fit, quia
      - Non fertur [q] vrina ad vesicam ob affectum
        - Ventriculi, hepatis, & emulgentium § Est mala (vt suprà est dictum de pauca vrina) nam indicat prauos dictarum partium affectus.
        - Renum, vel vreterum § Licet sit mala, est tamen minùs mala, quàm superior.
      - Vrina [q] existẽs in vesica non expellitur ob
        - Debilitatẽ [r] expultricis ipsius vesicæ ex
          - Causa morbi § Vt à nimia vrinę multitudine in conuiuijs, negocijs ob pudorem nimium retentæ quæ postea nequit expelli.
          - Morbo
            - Cerebri § Vt in phrenitide, ita etiam in alijs affectibus, ob quos non sentitur vrinę noxa, vel ad alia est intenta virtus ipsa.
            - Ipsius vesicæ § Vt intemperie, mala compositione, solutione continui.
        - Clausionem [r] canalis pp
          - Obstructionẽ [r] canalis à sanguine cõcreto, pure, pituita, topho, vel callo, germine adnato, lapide.
          - Astrictionem [r s], seu compressionem ab aliquo tumore præter naturam.
          - Conniuentiam ex nimia siccitate, vt in ardentissimis febribus.
    - Imminuta § Fit ab ijsdem causis, à quibus fit ischuria, sed leuioribus.
    - Deprauata [q] & tunc vrina excernitur
      - Inuoluntariè[q]
        - Cum sensu ægrotantis § Fit à relaxato musculo circumdante vesicæ collo.
        - Sine sensu ęgrotantis in
          - Somno § Non est admodum mala.
          - Delirio § Est mala, nam indicat læsam esse facultatem rectricem.
      - Voluntariè [q], & tunc deprauata est talis actio propter vrinæ
        - Quantitatẽ[s] § Vt[s] in diabete, & tunc maximũ est periculũ. Sed, si est ob nimiũ potũ, est sine periculo.
        - Qualitatẽ, & tunc vrina excernitur
          - Guttatim[t] § Vt in stranguria § Fit, vel ob vrinæ acrimoniam, vel ob debilitatem retentricis, quę nõ potest vel paucissimã vrinæ copiã retinere.
          - Non guttatim in dissuria
            - Cum dolore § Fit, vel à solutione continui, vel alteratione in aliquo vrinæ organo.
            - Sine dolore § Fit à debilitate expultricis, vel ab aliquo tumore præter naturam.
- Ad aliquid, .i. Relatiua, quæ sunt
  - Aequalitas, & inæqualitas quę spectatur in vrina rõne
    - Partium, in quibus est, ratione substantiæ, & coloris
      - Aequalitas[u] § Fit à calore omnia æqualiter domante, & coquente.
      - Inęqualitas[u] § Fit ab humorum diuersitate, & à caloris debilitate.
    - Temporis, per q. vrina dicitur
      - Aequalis § Cùm eodem modo perseuerat mane, vt vespere, vno, & altero die.
      - Inæqualis § Cùm diuerso tempore diuersa apparet vrina § Fit à caloris debilitate, & humorum varietate.
  - Rhythmus
    - Conueniens § Indicat omnia habere secundum naturam.
    - Non conueniens § Quò magis descedit à conuenienti rhythmo est deterior, vt, si in pueris sit vrina tenuis, & aquosa [x]
- Quãdo vel tempus, in quo
  - Excernitur
    - Optimum est, si excernatur facta coctione, & ad libitum, quando grauat facultatem.
    - Sic, si appareat cocta in statu, & declinatione.
  - Perseuerat § Vt, si cùm bona est vrina eodem modo perseuerat omni hora, & quolibet die, est bona; sin minùs, mala, quæ differentia in æqualitate fuit exposita.

AVCTORITATES.

a Auic.lib.pri.f.2.sum.2. cap.3.
b Actuar.pri.caus.14.
c Tertio 6.epidem.15.
d Primo pri.epid.26.
e Secundo prognostic.32.
f Tertio tertij epidem. 61.
g Primo tertio epid.5.7.13.
h Secundo progn.33.
Quarto acut.43.
i Quarto aphor.69.
k Actuar.Secundo de iudic.vr. c.14.
l Quarto de Sanit. tuend.4.
m Primo de cris.12.
n Paul.lib. 2.cap.14.
o Auic.lib.pri.f.2.d.3.sum.2. c.3.
p Primo tertij Epid.5.
q Quarto aph.70.Quinto 6.epid.15
r Primo Tertii epid.5.
s Auic.lib.pri.f.2.d.3.sum.2.c. pri.3
t Secundo pri.epid.69.&
u Secundo primi Epid.70.

A Primo de cris.12.
B Secundo prognostic.32.
C Quarto aphorism.22.
D Quarto de sanit.tuend.4.
E Secundo Tertii epid.6.
Primo 3. epidem.8.
F Actuar. Primo de caus.14.
G Auic.lib.pri.f.2.d.3.sum.2.cap.3.
H Secundo Prognostic.34.
I Quarto aph.69.
K Quarto aph.36.
L De differ. sympt. 6.
M Tertio Tertii epid 61.
N Sexto de loc.affect.3.
O Tertio 3.epid. 41.
P Auic.l.p.f.2.d.3.sum.2. cap. 7.

Q Tertio de caus.sympt.2.
R Quarto Aphorism.83.
S Actuar. primo de caus.5.
T Actuar. primo de iudiciis 12.
primo de præuid.cap.2.
V Quarto aph.72.
X Auic.lib.pri.f.2.d.3.sum.2. cap.2.
Y Actuar.primo de caus.vr.primo.
Et primo de iudicijs 12.
Et primo de præuid. 2.
Z Primo de cris.12.
Secundo de Sanit. tuend.2.

a Secundo progn.27.
b Primo prorrhetic.31.
c Quarto aphoris.65.
Primo 6.epid.6.
d Actuar. primo de iudiciis. 16. 17.
& primo de caus.10.11.& 12.
e Actuar.1.de causis.12.
f Auic.lib.pri.f.2.d.3.sum.2.cap.2.
g Secundo prognostic.35.
h De vrinis 25. Tertio 3.Epid.62
i Actuar. primo de iudiciis.20.
& primo de cris.13.
k Primo de cris.12.
Secundo prognostic.32.33.
l Tertio 3.epidem.84.85.
m Tertio 3.epid.73.82.
n Tertio de præsag.puls.4.
o Auic.lib.pri.f.2.d.3.sum.2. cap.4.
p De differ.sympt.6.
q Tertio de caus.sympt.2.
r Primo de loc.affect.primo.
s Sexto de loc.affect.4.
t Septimo aph.48.
u Septimo aph.33.
x Secundo prognostic.33.

Prognostica

Tabula Sexta, Prognostica ex contentis in vrina.

- Prognostica ad vrinę contenta pertinentia, sumuntur à contentis in
  - Ipso corpore vrinę, .i. intra ipsam vrinam. In quibus contentis spectatur
    - Substantia, quę est
      - Naturalis
        - Hæc est prorsus optima; quia fit à valido calore [a] æqualiter omnia domante, & coquente. Quare dicetur alba [b], læuis, & æqualis per omne tempus; Alba quidem, quia quodam modo assimilatur solidioribus particulis, videlicet neruis copulis, tuniculis, chartilagini, & ossibus, quę omnia sunt alba: Lęuis [c] autem, ideſt nulla ex parte diuulsa; quia nullus adeſt flatus diuellens: Aequalis verò, ideſt, cuius partes omnes sunt eiusdem substantiæ, magnitudinis & coloris, quia superante calore naturali omnia æqualiter conficiuntur. Sed per [b] omne tempus debet esse talis, & non interdum talis, interdum alio modo, quia conditus in conceptaculis humor debet esse coctus omnis, & non quidam sic, & quidam non. Debet præterea naturalis [d] hypostasis esse mediocris in substantia, ideſt, neque crassa, nec tenuis, nam excessus, & defectus sunt præternaturam.
      - Præternaturalis quę est
        - Oleosa [e] quæ Adipina dicitur ab Auic. — Fit ab igneo calore adipem liquante, præsertim in partibus supra renibus positis; quem adipem liquatum miscet cum contentis, ab igneo enim calore prius pinguedo ante recens, post vetusta, deinde caro ante recens, post vetusta; & demùm partes ipsæ solidiores colliquantur [f].
        - Oroboides [g] vel Sandarachodes, Orobina Auicennæ — Ex Actuario [h] fit à consũptione carnis liquefacto prius adipe. Sed [g] Gal. & Auic. dicũt fieri ex calore vrente sanguinem, vel carnem in
          - Hepate — Vrina est tenuis. Adeſt febris acuta. Contenta facilè franguntur, & sunt magis rubra, &, si vstio fit in liene sunt magis nigra [g].
          - [g] Renib⁹ — Vrina plerumq; non est tenuis, plerumq; etiam non adeſt febris acuta. Contenta sunt magis russa, & minùs [g] rubra, præterea sunt carnosiora, & difficilius franguntur.
        - Crimnodes [i], .i. polentacea, vel similacea, ideſt similis farinæ crassiori, quæ est
          - [i] Rubra — Fit ab afflato sanguine crassiore, vel à consumptis inęqualiter carnibus. Vnde parùm differt ab Oroboide. Et hanc intellexit Hipp. primo loco in secundo prognoſt. text. 28.
          - Alba, quæ fit à
            - Forti solidiorum colliquatione in internis partibus — Est omnium pessima secundum Actuarium [k], est etiam læthalis ex Hippo., & Galeno [l].
            - Multo humore [m] crudo, qui in febribus vtitur — Indicat morbum longum, qui interdum ad salutem, interdum ad mortem terminatur.
            - Vesica [n] affecta — Adsunt signa vesicæ affectæ, & vrina [n] est crassa — Non est periculosa.
        - Petalodes, .i. squamea, vel laminea ob
          - Colliquationem solidiorum — Adeſt febris acuta, & vrina est tenuis — Hanc omnium pessimam vocat Auic. [n]. Sed Actuarius illi anteponit crimnodẽ. Hipp. aũt, & Gal. [o] ponũt hanc mediã inter crimnodẽ, & pitirodẽ.
          - Scabiem vesicę — Non adeſt febris acuta, & vrina non est tenuis — Non est periculosa.
        - Pitirodes, .i. furfurea quę fit à
          - Colliquatione, & vstione absoluta partium solidiorum — Adeſt febris acuta vrens, & vrina est tenuis — Omnium pessima dicitur ab Hipp. & Gal. [o], & meritò; quia non solùm liquefacit internas solidiorum partes, sed etiam vrendo illas reddit fuscas [p] Actuarius huic anteponit petalodem, & crimnodem.
          - Scabie vesicæ — Non adeſt febris acuta, & vrina [q] non est tenuis, sed crassa, aut mediocris — Non est periculosa, immò dicit Auic. vacuari per medicamenta interdum materiam furfuream ex vesica, & illam sanari.
        - Fermentata [r] — Fit à perturbatis [r] agitatisq; crudis humoribus, vnde videtur esse eadem cum crimnode ab humore crudo.
        - Similis spumę, .i., tenuis, & admodũ alba — Fit à spiritu flatuoso permixto tenacius semicocto humorũ excremẽto — Ponitur ab Hipp. & Gal. [s] inter petalodem, & pitirodem, & ab ijsdem dicitur vitiosa, & hæc fortè est eadem cum fermentata.
        - Capillaris [t], ideſt, similis capillis — Fit à pituita aliquo modo in venis circa renes vsta.
        - Arenosa, quæ est
          - Rubra [u] — Fit ab vstione pituitę in renibus — Indicat gigni lapidem in renibus.
          - Alba — Fit ab eiusdem pituitę vstione in vesica — Portendit lapidem in vesica concrescere.
        - Calculosa, & est lapis, qui interdum cum vrina excernitur — Fit à calore, vel renum, vel vesicę tamquam à causa efficiente, & ab humoribus crassis tamquàm ex materia [x].
        - Pituitosa, quæ est
          - Pituita [c] vitrea, quę mucillaginosa dicitur ab Auic. & est tamquam muccus ex naribus — Fit à pituita maxime frigida, glutinosa, & flatulenta, siue proficiscatur à toto corpore, siue ab instrumentis vrinę — Nisi criticè excernatur leuans affectum [a] inter septum, & ventriculum, vel sanans ischiadem, & [b] arthritidem, est mala.
          - Humor [c] crudus, qui ẽ magis crassus, & minùs humidus, & glutinosus, ac minus flatulẽtus, q̃ pituita vitrea — Non cohæret sibi ipsi, sed in paruas veluti arenas est diuulsus — Indicat accessisse vitam ociosam crapulis deditam; atque ob id multos crudos, & crassos humores abundare. Fit etiam ob meatum ab hepate ad renes patentiorem, & ob sanguinem liquidiorem.
        - Cruenta, quę ab [d] Auicę. sanguisugalis dicitur, & est
          - Mixta cum sero
            - Vehementer — Fit ab hepatis debilitate — Est valdè mala.
            - Non vehementer — Fit à solutione continui, vel diapedesi in canalibus vrinæ.
          - Non mixta cum sero — Fit à solutione continui [e] in vesica, vel pudendo.
        - Purulenta [f] quę saniosa dicitur ab Auic. — Fit plerumq; ab vlcere in aliquo vrinæ instrumento, vt in renibus, vesica [g], vreteribus. Poteſt etiam pus cum vrina excretum ab hepate proficisci, sic à thoracis [h] partibus vt in pleuritide, peripneumonia, empyemate, & similibus cum expurgantur per renes, & vrinam.
        - Cineritia [i], ideſt, quę in substantia, & colore est similis cineri — Fit ab [i] vstione pituitæ crassæ, vel puris.
    - Quantitas
      - Multa [k] — Fit à plurimo [c k] ingesto alimẽto, vt in pueris; Fit ẽt ab humoribus multis crudis, & retentione trãspirõnis totius corporis.
      - Mediocris — Est naturalis, & ob id indicat omnia benè habere.
      - Pauca [k] — Fit à pauco alimento, & plurimo calore consumente, ac resoluente superfluitates.
    - Qualitas quæ est
      - color qui ẽ
        - Albus in hypostasi [m]
          - Naturali — Est color albus mediocriter, & non vehementer — Bona [l].
          - Crimnode, [m], petalode, fermentata, spumosa pituitosa, purulenta — Color iste ẽt malus, quia tales hypostases sunt malæ, vt supra est dictum.
        - Subpallidus, pallidus — Fit à flauæ bilis mixtione cum hypostasi ob excedentem caliditatem — Mala.
        - Ruffus, Flauus [n] — Fit a maiore bilis mixtione ob maiorem calorem — Quarè peior est hypostasis.
        - Subruber [o], ruber, pręruber — Fit a crudo sanguine mixto cum sero — Indicat morbum longum, sed tutum.
        - Venetus, Liuidus — Fit a caloris extinctione ob summam frigiditatem — Pessima.
        - Niger succedens
          - Flauo, vel viridi, vt est ærugo ęris — Fit ab igneo calore extinguente naturalem [p] caliditatem — Lęthalis.
          - Veneto vel liuido — Fit à maxima frigiditate extinguente naturalem [q] calorem — Est lęthalis — Poteſt etiam atra bilis, tunc criticè sic vacuari, & valdè confert & ego id vidi.
      - Odor — Sic habet in hypostasi, vt dictum est de liquore, immo in hypostasi naturali nullus est fętor, nisi ratione liquoris.
      - Qualitas tangibilis — Tactus vna cum visu valdè confert ad cognoscendum, an contentum sit lapis, arena, caro, & eiusmodi.
    - Potentia mingendi — Ita se habet de modo [r] excernendi contenta, vt dictum est de modo excernendi liquorem. Quarè diligenter perpendendæ sunt differentię dictæ in liquore.
    - Ad aliquid, .i., Relatiua ipsa, quæ sũt
      - Aequalitas, & ĩęqualitas, quæ magis spectantur in contentis, quàm in liquore, vel sero. Spectantur autem in sero, Ratio
        - Partium, quæ in substantia [s], magnitudine, & colore sunt
          - Aequales [s] — Hinc dicitur hypostasis ęqualis [s], quæ, si sit naturalis est optima, vt supra est dictum at, si sit hypostasis præter naturam, deterior est æqualis, quàm inæqualis.
          - Inæquales — Hinc est hypostasis inæqualis — Fit à calore debili, & ab humorum diuersitate, ac prauitate, qui ob id non benè domantur.
        - Tempore, in quo perdurat hypostasis
          - Eadem mane [t], & vespere; hoc, & alio die — Dicitur ab Hippo. per omne tempus — Est optima in hypostasi naturali, at in pręternaturali est deterior, quàm si non perseueraret eodem modo.
          - Diuersa mane, & vespere, hoc, vel illo die — Dicitur ab Hippo. non per omne tempus — Est mala in hypostasi naturali, at præternaturali est melior
      - Rhythmus [u]
        - Conueniens [u] temperationi, ætati, tempori anni, & similibus — Indicat omnia habere secundum naturam.
        - Non [u] conueniens — Quò magis discedit à conuenienti Rhythmo est peius — Vt, si in pueris vrina sit sine hypostasi.
    - Vbi, .i. situs q̃ spectatur ĩ
      - Partib⁹ hypostasis quæ sunt
        - Contiguæ [x], .i., simul vnitæ, ac sitæ; ita, vt nulla adsit inæqualitas, aut asperitas, & id est
          - Sine visciditate, aut alia praua qualitate — Fit à calore omnia optimè domante, atq; conficiente.
          - Cum visciditate, aut alia praua qualitate — Fit a prauitate humorũ. Vnde hæc leuitas, vel læuitas est deterior, q̃ aspitas, nã talis hypostasis fit aspa, qñ calor nãlis ĩcipit agitare, & coquere talẽ mãm.
        - Diuulsæ, vnde hypostasis dr̃ nõ læuis, nõ plana, sed aspera — Fit a calore debili, & humoribus prauis vnde flatus excitatur diuellens partes hypostasis, & ex Actuario [y] est flatus genitus in tertia coctione. Si hypostasis sit præternãlis [y] melius est, vt sit non plana.
      - Tota hypostasi, q̃ est in ipsius vasis
        - Fundo [a], & tunc propriè vocatur hypostasis — In hypostasi [a] naturali fit à calore naturali omnia benè domante, & coquente, atq; ita flatum discutiente. At, si hypostasis sit præternaturalis, deterior [b] est hic situs, quia indicat naturam non agere in prauos humores, in quo cum agit, flatus [c] excitatur, à quo contenta suspendũtur, & quò magis suspẽdũtur est melius.
        - Medio [a], & dicitur œneorema, ideſt suspensum, vel sublimamentum — Fit a calore debili [c] gignente flatum, qui cõtenta suspendit.
        - Sũmitate, & dr̃ [d] nepheli, .i. nebula, vel nubecula — Fit a [e] maiori flatu genito à debiliore calore, vnde cõtẽta magis suspẽdũtur. In cõtẽtis præternãlibus est melior nubecula, q̃ œneorema, & hypostasis, quia indicat nãm agitare prauos humores, vt illos cõcoquat.
    - Quando, .i. Tẽpus in quo
      - Apparet — Si appareat hypostasis in augmẽto morbi est bona, sed melior ẽ in statu, & optima in declinatione. Sed in principio ẽ mala.
      - Separatur a sero — Si citò [f] separetur, & subsideat; significat coctionem; si tardè priuationem coctionis.
      - Perseuerat — Si hypostasis sit bona, & perseueret, est optimum, at, si sit pręternaturalis, melius est, vt variet, veluti est dictum.
  - Superficie, &c. ☞ Vide ex altera facie.

Residuum Tabulæ Sextæ.

- Superficie, in qua præter naturam supernatat
  - Pinguedo telis araneorum [f] simillima, vel punctis olei. Quę pinguedo excernitur à
    - Toto [g] corpore — Fit ab igneo [h] calore liquante pinguedinem. Vnde malum est non mediocre, cum corpus non modo nō alatur, sed etiam absumatur.
    - Renibus [i], à quibus non paulatim exit, vt à toto corpore, sed athroos, idest, confertim — Indicatur esse in renibus caliditas acuta liquans adipem.
  - Spuma [k], quæ fit à flatu mixto cum liquore ob motum, vel calorem. Talis autem spuma proficiscitur à
    - Toto corpore — Fit (vt inquit [l] Actuarius) à flatu genito in prima coctione qui est crassus. Vnde bullę ab hoc genitæ sunt stabiles, magnæ, & multę, in quibus, si fit color flauus, vel niger, indicatur (vt dicit Auic.) icterus, &, si appareant bullæ non antea visæ in vrina ægri, aliquam significat coctionem.
    - Partibus
      - Capite — Sicut ex capite fluens pituita facit excrementa alui spumosa, ita etiam vrinam, & quia spuma fit à flatu mixto cum humore ob motum [k m] vel calorem, non mirum, si spuma (vt dicit Actuarius) significat capitis affectū, & dolorem, quem insignem indicant bullæ in tota corona, præcipuè si sint eiusdem coloris cum vrina, idest, si sint [l] ruffæ, si per mediam sint coronam arguunt hæmicraniam; si per totam, dolorem in toto capite. Si sint inæqualiter dispersę, ostendunt dolorē dissolui; & tunc etiam adsunt alia signa capitis affecti.
      - Vētriculo, Renibus — Cum in [m] renibus adest intemperies frigida cum materia viscida, & flatuosa, fiunt in vrina paruæ bullæ permanentes [n]. Nonnulli eliciunt istas bullas fieri apertis orificijs arteriarum, quę sunt in renibus ab humorum acrimonia, nam ex illis arterijs exit flatus, qui mixtus cum vrina facit bullas, & quomodocumq; fit, istæ bullæ ostendunt morbum renalem longum, & tunc adsunt alia signa renum affectorum.
  - Circulus, vel corona, quæ est alterius coloris, quàm reliquum corpus vrinę, qua natura vincitur, vel vincit humores. Hic autem color coronæ est.
    - Albus — In vrinis ruffis, rubris, viridibus, & venetis, circulus albus ostendit naturam dominari, & humores vincere.
    - Flauus. Viridis. Cæruleus. Niger. — Isti colores apparentes in circulo, vel colore vrinę, quæ habeat diuersum colorem, & præsertim meliorem, significant quod humores nituntur dominari ipsi naturę, & quo colores circuli sunt peiores, & vrinæ color melior, eò magis indicant humores prauos dominari naturę, & ipsam vincere. Et hæc omnia de colore; siue circulo sumpta sunt ex Actuario [o] nam Gal., Auic., & alij nullam faciunt mentionem de circulo exceptis Medicis Salernitanis.

AVCTORITATES.

a Primo prognost. 42.
b Secundo prognost. 26.
c Septimo aph. 33. 2. progn. 28.
d Auic. lib. 1. f. 2. doct. 3. sum. 2. c. 6.
e Quinto sexti epidem. 15.
f Secundo prognost. 28.
g Quarto aphor. 76.
h Actuarius de iudic. x.
i Secundo prognost. 28.
k Actu. 2. de iud. vr. x. & 1. de caus. 29
l Primo de cris. 12.
m Septimo aph. 31. 1. 3. epid. 18. 23.
n Auic. lib. 1. f. 2. doct. 3. sum. 2. c. 6.
o Secundo progn. 28.
p Actu. 1. de iud. vr. 10. 1. de caus. 20
q Quarto aphor. 77.
r Secundo prorrhet. 40.
s Secundo prognost. 28.
t Quarto aphor. 76.
u Quarto aphor. 79.
x Tertio 6. epid. 15. Pri. 6. epid. 6.
y Primo sexti epidem. 6.

a Septimo aphor. 54.
b Auic. lib. 1. f. 2. d. 3. sum. 2. cap. 6.
c 4. de san. tuen. 4. 2. de nat. hum. 16 de multit. 11. Pri. de alim. fac. 2. Tertio de alim. fac. 16.
d Auic. lib. 1. f. 2. doct. 3. sum. 2. c. 6.
e Quarto aph. 75. Sept. aph. 39.
f Aet. lib. 5. cap. 30.
g Quarto aphor. 81.
h Sexto de loc. affect. 4.
i Primo sexti epid. 6.
Auic. lib. 3. f. 2. d. 3. sum. 2. cap. 6.
k Primo de cris. 12.
l Secundo progn. 26.
m De vrinis 40. Aet. lib. 5. c. 28. 30
n Actuar. 2. de iud. vr. 5. 6. 8. 9.
o Secundo progn. 27.
p Primo de cris. 12.
q Actuar. 2. de iudic. 7.
r 1. de loc. aff. 1. 3. de caus. sympt. 2.
s Secundo prog. 28. Pri. de cris. 12.
t Secundo prognost. 20.
u Primo de cris. 12. Sec. progn. 33.
x Primo de cris. 12. Decimo de vr. 40. Aet. l. 5. c. 29
y Actuar. 2. de caus. vrin. primo.

a Secundo progn. 36. Pri. de cris. 12
b Aet. lib. 5 cap. 30.
c Ter. 3. ep. 83. Actu. 2. de caus. vr. 4
d Sec. progn. 29. 36. Primo 3. epi. 4.
e Aet. lib. 5. cap. 30. 29.
f Auic. lib. 1. f. 2. d. 3. sum. 2. c. 6.
g Secundo progn. 35.
h Actuar. 2. de iudic. 6.
i Auic. lib. 1. f. 2. doct. 3. sum. 2. cap. 6.
k Secundo aph. 43. 7. aph. 30. 34. Secundo prognost. 47.
l Actu. 2. de iud. 14. & 2. de caus. 3 & 2. de præuid. x.
m Septimo aphor. 30.
n Septimo aphor. 34.
o Actuar. 2. de iudic. 15. & Secundo de caus. 5. & primo de præuid. 17.

Tabularum de Vrinis finis.

LAVS DEO.

Rerum notatu dignarum, quæ in hoc opere continentur, index locupletisſimus. Numerus paginam, Litteræ verò p. m. f. principium, medium, & finem paginæ indicant.

cere-

Ephia-

Num

H

inflam-

Lethar-

N

Nu-

Pro

Facilis

Solu-

Potiora errata ita corrigantur; quæ autem minoris sunt momenti, Lectoris iudicio relinquuntur. Quoniam verò lectionis series non continuata, sed in membra variè diuulsa est quare non licuit versus adnotare, loco huius caput membri, in quo erratum continetur, eiusque membri versus adnotantur. Tres autem litteræ p m f significant principium medium, & finem paginæ.

In auctorum Indice in littera V adde Vidus Vidius.

Pag 1.vers. 1. Vigesimanona, lege trigesimaprima

2.f. In membro. Hæ res propriè, post verba. Sed quia materia pone litteram q

Ibidem f in memb. Tertiæ s lege s t

3.p. ponantur hæc. Licet in morbis acutis fœtum necare peritissimos medicos ob prægnantis salutem longa quandoque experientia docuerit; secus tamen ad id minus audendum, theologica eosdem, ac rectius, veritas hortatur; quippe quæ vt plurimum eos certis incerta commutare nouit.

4.p. vers. 4 post illa verba, Ingressus domum ægroti pone litteram c

6.m. In membr. In hac significatione vers. 9. post verba. Positis ab Aristotele pone litteram r

7.f. col. 2. in tertia a de natura logicæ, lege, de Methodis.

Ibid. f. In membro. Sunt res mediæ littera u debet esse a

11.m. vers. 17. quot viribus, lege, quot vicibus

13.p. vers 1. post verbum. Gal. pone litteram e

Ibid. m. in membro Agibilibus. vers. 4. contra Auic. leg. nonus Auic.

Ibid. m. in membro. Causa temperamenti post verbum temperamenti pone litteram p Eandem etiam pone duobus versibus infra post verba. Habitus corporis gracilis p

16.p. In membro Caliditatē vers. 1. sandaracta, leg. sandaraca

Ibid. m. in membro. Huiusmodi sunt Alexiteria vers. 1. dele litteram a & pone litteram n

17.p. in littera b 10. leg. 15.

Ibid. f. col. 2. in littera b de partib. anim. leg. 4. de partib. anim.

18. vers. 13. post verbum. Et Galenus pone litteram E

Ibid. m. in prima Tabulæ radice vers. 12. post verbum capita pone litteram t

Ibid. f. in membro Instrumenta vers. 1. materia, leg. materiam

20. m. in mēbro Crassa, dura vers. 2 articularis leg. cuticularis

Ibid. m. in membro. Est reuera vers. 5 arteris leg. arterias

Ibid. m. in membro. Est complicatio vers. 5. sic plexus, lege, hic plexus

Paulò post in membro. Præest meatui vers. 2. pilotus lege pilorus

Ibid. f. In membro. Corpus Psalloides; Psalloides, lege Psalli-doides

Ibid. f. in membro Mollium nulli nerui, littera h debet esse k

21. f in littera h de vsu partium 9. leg. de vsu partium 10.

Ibid. f. in littera k de vsu partium x. leg. de vs. par. 8.

22. m. In membr. Frustra, littera K debet esse h

23. m. col. 2. vers. 2. itum, leg. tum

26. p. Tabula Sexta, leg. Tabula Quarta.

27. f col. 2. in littera b cap. v i i. leg. cap. 6.

Ibid. in littera c 63. leg. 64.

30. f. In membro. Hinc sumpsit ver. 2. 5. aphor. leg. 6. aph.

31. f. col. 2. in littera a cap. 2. leg. cap. 20.

32. m. in memb. Syrupos, de stich.. lege de stech.

Paulo infra in mem. facit k vers. 1. coctiæ leg. cochiæ

Ibid. m. in secundo mēbro principali. Morbo ver. 2. qua fiunt leg. quæ fiunt

35. p. in littera f adde 3. de loc. aff. 7.

Ibid. in littera h 21. leg. x.

36. m. in mem Vermes ver. 1. dum mouetur, leg. dū mouentur

Ibid. m. in mem. Per essentiam. Adsunt lege Absunt

Ibid. f. in mem. Apparent venæ ver. 1. post litteram a adsunt hepatis, lege, adsunt signa hepatis

Ibid. f. in memb. Non opus est ver. 2. sensus, leg. sensui

37. m. col. 1. in littera n 21. leg. x.

38. f. in mem. Poros ver. 2. cultis, leg. cutis

39. m. in mem. Vera, & propria ver. 1. intemperata leg. temperata. Et paulò post ver. 2. littera c debet esse o

Et paulò post ver. 3. littera r debet esse n

Ibid. m. in littera d col. 1. cap. 20. 14. leg. cap. 36.

Ibid. col. 3. in littera f 21. lege x.

40. p. in mem. Pallida. Facit phrenitidem leg. facit mitiorem phrenitidem

Ibid. m. in fine memb. Hinc est affectus. Typgonia, leg. Typhonia in definition. Medicis

41. p. in littera B 15. leg. 25.

Ibid. m. col. 2. in littera s 2. de dieb. decret. adde, in fine

42. in mem. Antecesserunt ver. 1. somnus leg. somni

Ibid. m. in mem. Duabus dele litteram n

Ibid. m. in mem. Per consensum ver. 7. effectarum leg. affectarum

Ibid. m. in mem. Sanguis ver. 6. in cerebri, leg. in cerebro

44. m. in memb. Sanguinis missionem ver. 2. post verbum si vires pone litteram g Et in eodem versu Aetio, leg. Aetio c

Ibid. f. in fine membruli facit oleum violatum, dele illa verba, & sic faciei, & adde hæc. Et si facies ex tali decocto cū aliqua vini generosi portione abluatur, & si illius aliqua portio in ore teneatur. Conferunt etiam capita papaueris, & fructus mandragoræ sub puluinari posita. Confert irroratio pauimenti ex talium plantarum decocto, sic aqua ex alto cadens.

46. m. in prima radice tabulæ ver. x. littera t debet poni post verbum latinis, quod est infra ver. 15.

Ibid. p. in mem. A pituita ver. 7. propriè. leg. propria

Ibid. m. in mem. Plurima ver. 6. post Obliuio iners pone litteram o

Ibid. vers. 7. accepsit, leg. accepit

Ibid. in mem. Si dicamus in fine post verba fine tumore pone litteram H

Ibid. m. in mem. Afferit Gal. ver. 1. tenui menige, lege ex tenui meninge

Ibid. f. in mem. Hinc est lethargus ver. 2. Typhomaniā à Paulo, leg. Typhoniam à Paulo

47. m. col. 1. vers. 15. ante verba 4. de præsag. adde litteram H & dele & x i i i. Meth. 21.

50. m. in mem. Errhina ver. 3. dele litteram k

Ibid. m. in mem. Per poros cutis ver. 2. vacuatur leg. vacuant.

52. p. in mem. Per se ver. 2. siue antequam, leg. siue in partib. antequam

Ibid. p. in mem. Istæ caussæ ver. 7. supernaturales leg. præternaturales

54. p. In mem. Ostendunt ver. 3. post verba, tum caussam indicant, adde hæc. Adest delirium, ita vt æger stultè loquatur temerè interroget, difficilè, ac tardè respondeat facilè obliuiscatur

Ibid. vers. sequenti somnum leg. ad somnum

Ibid. ver. 7. pingitur, leg. pungitur

Ibid. m. In mem. Partibus ver. 2. Ventriculo, leg. Ventriculo Hepate liene

Ibid. m. in mem. Futuram littera o quæ est supra verbum Futuram debet esse a

55. p. in littera d lib. 4. leg. lib. 3.

56. m. In mem. Chirurgiam ver. 4. scopulas, leg. scapulas

58. p

58.p.in membro { Faciendæ
Assumendæ
Incidentes extrinsecus }
Lege { Faciendæ
Assumendæ
Excernẽdę } vt si retineãtur superfluitates
Incidentes extrinsecus }
Ibid.p.vers.9.littera i debet esse l
Ibidem p. in mem.vapor, verba illa, vt accidit in morsu &c. debent legi post illa. Qualitas venenosa.
Ibid.f. Naturalibus. { Attractione
Retentione
Coctione
Expulsione } lege Naturales { Attractio.
Retentio.
Coctio.
Expulsio. }
59.m.in littera q cap.23.leg.cap.24.
61.m.in littera m.col.1.cap.1.leg.cap.2.
62.f.in mem Mala compositio littera m debet esse n
Ibid.in vltimo versu. Affectibus corporis, excretis, debet ita legi { Affectibus corporis
Excretis }
64.m.In mem.Patiens ver.3.b e u leg.b c u
Ibid.m.in mem Partibus ver.4.supponitur, leg. supprimitur
Ibid.f.in mem.Infinitæ sunt ver.16. proscindunt, leg. proscinderunt
Ibid.in mem. Auicenna, leg. Auicenna i
Ibid.in mem.Vaticinijs ante dictionem græcam μαντικὴ, nimium leg.nimium imperitè
66.vers.5.littera c debet esse e
Ibid.m.in mem.Morbus ver.4.dele litteram e
Ibid.m.in mem.In temperatione ver.12.littera c debet esse e
Ibid.f.ὑδρωφοσία, lege ὑδρωφοβία
Ibid.f.in mem.Prænunciant ver.5.viuerem leg. venerem
70.m.in mem.vapor ver.4.hydroponiam leg.hydrophouiam
Ibid.vers.vltimo ὑδρωφοσία, leg.ὑδρωφοβία
72.In mem.In temperatione ver.4.flatu, lege fletu
Ibid.m.in mem.Morbus ver.8.Melãcholia leg. Melãcholia r
Ibid.f.in mem.Adest flatus ver.5.superfluitates, alieni leg. superfluitates, alimenti
Ibid.f.in mem.ἔρωσ ver.1.In animantibus, leg.In amantibus
Ibid.f.ὑδρωφοσία leg:ὑδρωφοβία
73.ver.9.narices leg.varices
Ibid.m.col.1.ver.7.ante illa verba. De atrabile pone litterã f
Ibid.m.col.2.in littera k De atrabie 6.leg.De atrabile 5.
Ibid.f.col.2.in littera t cap.16.leg.cap.18.
74.f.in mem.Conferunt errhina ver.1.amigdalum leg.amygdalinum
75.m.col.2.in littera y cap.9.leg.cap.x1.
76.p.ver.5. haustarum, leg.haustum
81.f.col.1.post litteram y adde z Aet.lib.6.cap.13.
83.in littera m secundi Alphabeti 6. de vsu part. leg. 7. de vs.part.
85.in littera s primi Alphabeti 24.leg.34.
Ibid.in littera t 4.lege 40.
Ibid.in littera u 40. leg.41.
88.f.in mem.Composita ver.1.Diamæron leg. Diamoron
89.m.In singulis memb.Hirudo sæpius inserenda est littera l
Ibid.m.in mem.Diminuto ver.1.Gal.leg.Gal.o
93.m.in littera g primi Alphabeti 34. leg.33.
98.p.ver.7.post dictionem facilè adde litteram f
Ibid.f. in membris loci affecti sæpius inserenda est littera p
102.m in mem. Confirmatione ver. 1. littera d est delenda
105.p.in littera k 3.leg.4.
Ibid.f.in littera i 34.lege 3.4.
111.p.ver.3.littera b debet esse h
Ibid.m.in mem.Emplastica ver.1.to lege q
118.m.in mem. Obstructorum ver.2.cum stertore, lege cum stertore x.
121.p.in mem.Situ post verbum situ pone litteram r
124.m.In mem.Hanc ostendunt.ver.1. littera h est delenda
Ibi.f.in mẽ. Affectus corporis grauedines, lege grauedines s
Ibid.in mem.Tempus ver.2. delẽda est littera h quæ est post verba dicit Aetius
125.p.in littera e 53.lege 58.
127.m.in littera p col.2.Quinto Meth.13. leg. Quinto Meth.6.x1.Meth.13.
130.m.In mem.Expuitur ver.1.littera c debet esse e
131.f.col.2.in littera A 8.leg.7.
135.f.col.1.in littera 5.9.leg 8.
139.in fine ver.7.Gal.leg.Gal.5.
Ibid.f.post adnotationem, adde has duas auctoritates H primo Simplic.7.Primo de causis morb.4.
148.f.in mem.Pleuritis notha ver.1. morbum lege morbũ b
150.p.ver.14.littera k est delenda
Ibid.vers.21. Auenzoar, leg.Auenzoar p
152.p.ver.2.definitione, vel lege definitione formali vel
154.f.in mem.Definitio ver.x1.3.meth. lege 8.Meth.
157.col.1.ver.14. Primo aphor.lege k primo aphor.
Ibidem in littera l 20.lege 22.
158.p.in mem.Est autẽ febris ver.6.1.aph.13.lege 1.aph.14.
164.m.In mem.Materia vers.12. primus lege prius
Ibid.ver.16. propriè leg. propriæ
174.p.vers.7.asperfas, leg.aspersas, fusasque per cubiculum
176.m.in mem.Obstruentes ver.1.fordes ad leg.sordes. Ad
Ibid.in mem.Hinc est diaria ver.1.inguinum quæ, leg.inguinum inflammatione, quæ
Ibid.ver.4.quemdam leg.quandam
177.f.littera h quæ est post litteram i debet esse x
186.m.in mem.Affectibus.corporis ver.3.torsio, leg. tensio
188.p.ver.7.longius leg.longus
Ibid.m.in mem.Interius ver.2.phlegmone, leg.phlegmone
190.m.in mem.Incrementum ver.5.vt caro, lege, & caro
194.f.in mem.Indicat ver.1.affectum, lege affectam
200.p.in mem.Est opinio ver.5.Trall. cap. 2. leg. Trall. lib. 12.cap.2.
Ibid.m.in memb.Nisi febres.ver.6.& ex alijs lege at ex alijs.
Ibid.m.in mem.Cum dicimus ver.penultimo 6.capitis, leg. 5.capitis
Ibid.f.in memb.Ad hoc argumentum vers.22.in quo, lege, à quo
202.p.vers.5.manu mediocriter, leg.manu ad thoracem mediocriter
204.m.in mem. Quies post dictionem quies pone litteram a
Ibid.f.in membro Status: Tristitia, lege consistentia
206.p.vers.13.cum materia à morbo, leg.cũ natura à morbo.
Ibid.vers.20.exquisitè leg.exquisitæ
207.in margine pone n De totius morbi temp.6.
208.m.in mem.Inhibitio ver.3.littera u debet esse t
Ibid.f.in mem.Potiones ver.1.post dictionem aqua pone litteram r
209.m.in littera t præsag.leg.præcog.
210.p.in mem.Sauonarola ver.6.Erant lege Errant
Ibid.in mem.Prima ver.1.Nullam leg.Nullum.
Ibid.ver.2.factus leg.factum
211.p.col.2.ver.x1.Sanguinem leg.Sanguineam
214.f.in mem.Actu ver.2.post dictionem requisitæ pone litteram b
215.f.col.1.in litera C.secundi alphabeti cap.16.leg.cap. 1. & 16.
216.p.vers.6.& 14.Tritrophyes leg. Tritaeophyes
217.m.col.2.ver.9.littera b est delenda
223.m.col.1.in littera t Terrio leg.Tertio, & 62. leg. 52.
226.p.vers.13.sylphurea, lege sulphurea
Ibid.m.in membro.Excretis vers.3.indicatur leg. iudicatur
228.p.ver.16.littera d debet essea
Ibid.vers.27.aquæ a d lege, aquæ dulcis a
Ibid.ver.29.littera i est delenda
230.vers.1.Non propriè leg. Hinc propriè
230.m.In membris est cum secunda, in principio, & in fine vtriusque membri inserenda est littera i
231.col.2.vltimis duabus auctoritatibus ponenda littera i

232.p.

232.p.verſ.5.ſed in intermittente leg.vel in intermittentem
235.In littera i ſcarific.leg.ſcarific.x.
236.p.in Membro.Non venit verſ.3.m r leg.m H
238.p.in membro.Non putreſcit littera h debet eſſe k
240.p.verſ.4.cum inęqualitate,leg.cũ inęqualitate diuturnũ
250.in memb.Habet a acceſsionem tum quarto verſ.5. exercitat leg.exerceat
253.col.1.in littera d cap.52.leg.cap.62.
Ibid.in littera s.21.21.leg.21.22.
Ibid.col.2.in littera f cap.61.leg.66.
261.col.2.verſ.penult.fen.2.leg.fen.1.
283.p.col.1.in littera f 27.lege 17.
291.p.col.1.ver.4.12.leg.2.
293.p.col.1.in littera k 1.leg.6.
295.f.litteræ A B debent eſſe z &
297.p.col.2.ver.5.9.lege 5.
Ibid.ver.30.14.lege 13.
Ibid.ver.45.23.leg.13.
Ibid.ver.47.tr.cap.leg.tr.4.cap.
301. p. col.1. in littera g 12. lege 22. Et verſ. ſequenti 12. leg.14.
304.f.in mem.febris verſ.2.poſt dictionem differt pone litteram x
313.col.2.in littera A q.lege nono.

Patauij, ex Officina Petri Pauli Tozzij. 1605.

SVPERIORVM PERMISSV.

Typis Laurentij Paſquati. 1605.

